

CASPARIS SAGITTARII, D
HISTORICI SAX. ET HISTORIAR. P. P.

INTRODVCTIO

IN

HISTORIAM ECCLESIASTICAM

ET SINGVLAS EIVS PARTES

SIVE

NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM

ATQVE

RECENTIVM

QVI VEL HISTORIAM ECCLESIATISCAM VNIVERSAM
VEL REGNORVM, ALIARVMQVE PROVINCIARVM, VRBIVM
ARCHIEPISCOPORVM, EPISCOPORVM, ABBATVM
SVPERINTENDENTIVM, MONASTERIORVM,
IMPERATORVM, PONTIFICVM ET CARDINALIVM ROMANORVM,
HÆRESIVM, CONCILIORVM, RITVVM &c.

HISTORIAM

ILLVSTRANT

ADDITI QVOQVE SVNT INDICES VARII
CAPITVM ET SECTIONVM, AVTORVM, RERVM ET VERBORVM
MAXIME NECESSARII.

Sumptibus HENRICI CHRISTOPHORI CRÖKERI
Bibliopol. & Calcograph. M. DC. XCIV.





1·15

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

JOANNES ANDREAS Schmidt

Prof. Publ.

M*iraris forte, Lector Benevole, libri hujus frontem* CASPARIS SAGITTARI, *aversam vero paginam meum exhibere nomen. Sed scias velim, & hoc inter extrema ultimæ voluntatis officia non ultimo loco fuisse positum, quod amicus ab amico, morti vicinus à me, inter mortuos per divini numinis gratiam adhuc*

vivente, rogavit, contendit, exegit. Suſceperat ſcil. magno conatu INTRODVCTIONEM IN VNIVERSAM HISTORIAM ECCLESIASTICAM ET SINGVLAS EJVS PARTES, *ſuſceptamque medios inter morbi acutiſſimi inſultus, ut alia, quæ animum ſæpe affligebant, taceam, improbo labore continuaverat. Abſoluto de ſcriptoribus hæreſeon in communi capite, ſtatim ad concilia & ritus pergere tunc animus erat, ſed certis poſtea inductus rationibus, recenſionem nonnullorum hæreticorum ſpecialem, inſtituere cœpit, & perficien-*

dam

dam mihi reliquit. Vltimo vitæ die, quo eum ſæpius conveneram, ſummo mane ſectioni de Manichæis, cum & manus & pes plane non, oculus & auris non ſatis apte ſuum amplius præſtarent officium, plenis tamen ingenii viribus dictitando ultimam impoſuit manum. Quo ipſo Deus juſſit, ut manum de tabula tolleret. Quamvis autem optatum hujus ſcripti metam obtinere non potuit, ad ſcopum nihilominus meliorem, quo ſemper cogitatione B. SAGITTARIVS *noſter collineavit, delatus fuit. Sub finem hujus ſeculi tranſiit ad ſecu-*


lum alterum, quod ſine fine erit. Ex ſeculo hoc, quo hæreticorum feracius non eſt aliud, (ſive ex vero ſive ex culpa quorundam, qui cæco fervore an furore correpti orthodoxam ſæpe ſententiam in cathedris adlatrant vel ſcriptis, ignorantiæ ſuæ teſtibus certiſſimis, hæreſeos maculam etiam ὀρθοδοξοτάτοις *adfricare volunt,) in Eccleſiam unam, veram, ſanctam & catholicam evectus, ſine labe vivit. Deſiit vivere in eccleſia revera militante & nunc cum cælitibus, æterna pace gaudentibus, triumphat! Sed ne beatæ animæ anguſtis his*

pa-

paginis justa facere videar, quod Deo dante in MEMORIA SAGITTARIANA *fiet, de præsenti opere saltim hoc monendum duco, meos si exceperis labores, reliqua à B. Viro elaborata, non erubescere lectionem virorum, in his studiis versatorum. Opus enim est multorum annorum, quod non parum olei sapit, & mea non opus habet hedera. Quicquid autem ego, stans sæpe pede in uno, in summa librorum optimorum penuria, in materia, quæ hactenus omnes eruditos exercuit, brevibus adjeci, æquum expectat censorem, qui*

ſecum ſimul reputet, plus temporis interdum in corrigendis quam elaborandis quaternionibus his fuiſſe inſumtum. Vrgebat enim bibliopola ad nundinas properans, & varia alia, non mea duntaxat, ſed B. SAGITTARIO, *poſt mortem quoque præſtanda, impedimento fuerunt, ut non niſi pauci ex hæreticis antiquioribus adduci potuerint, recentioribus ad alterum Tomum reſervatis. In hoc reliqua, quæ titulus libri promiſit, B. C. D. dabuntur, utpote ſunt concilia, ritus, Boſianum ſchediasma cum notis, & alia nonnulla, quæ vir Beatus à me acceperat. Totus etiam in eo ero, ut B. Viri manuſcripta,*

pta, quæ iniqua manus non detinet, temporis successu publicæ luci communicentur. Interea catalogum scriptorum, ab illo secundum annorum seriem hucusque editorum, & adhuc opera mea, si Deus vitam & vires concesserit, edendorum, hac vice exhibemus. Vale Lector Benevole & studiis nostris favere perge. Dabam è musæo, inter ipsas funeris Sagittariani curas, ad hoc usq; tempus protracti. Prid. Kalend. Maji A.O.R. M DC XCIV.



INDEX
CAPITVM ET SECTIONVM.

Cap.

Sectio



I. N. I.

CATALOGUS
SCRIPTORUM
à
CASP. SAGITTARIO D. PP.
olim editorum
& nunc
post beatum viri obitum
cura
JO. ANDR. Schmidt / PP.
vel edendorum vel perficiendorum.

JENÆ,
Impensis Henrici Christophori Cröckeri, Bibl.
Litteris Mullerianis.
1694.

Anno cIↄ Iↄc LXV.

Exercitationes in Justini Historici Præfationem & libri I. caput I. *Helmstadii, typis Henningis Mulleri.*

cIↄ Iↄc LXVI.

Exercitationes IX. in Justini Historici lib. I. cap. II. & sequentia usque ad finem. *Helmstadii, ejusd. typis.*

cIↄ Iↄc LXIX.

Programma, quo ad audiendas Ecclogarum Virgilii Parodias Inspectores Scholæ Salf. invitat. *Altenburgi, typis Gothofr. Richteri.*

cIↄ Iↄc LXX.

Programma, quo Patriæ Patribus, Mæcenatibus, Patronis, Fautoribus, Collegis, Amicis, Civibus, Discipulis strenas Januarias distribuit in Schola Salfeldensi. *Altenburgi, typis Richteri.*

cIↄ Iↄc LXXI.

Introitus & Exitus Salfeldensis, duabus orationibus, I. de miseria Præceptorum Scholæ, II. Valedictoria ostensus. Accedit Mich. Neandri Græci Carminis de miseria & contemtu, una etiam dignitate & gloria Præceptorum publicorum versio Latina, & Programma Auctoris de vita sua. *Jenæ, typis Bauhof.*

Harmoniæ Evangelicæ Historiæ passionis Dn. nostri Jesu Christi pars I. *Jenæ typis ejusd.*

Commentatio de vita, scriptis, editionibus, interpretibus, lectione atque imitatione Plauti, Terentii, Ciceronis. *Altenburgi, typis Georgii Conr. Ruger.*

Commentatio de lectione atque imitatione Ciceronis. In qua pæter alia singularia facilis & expedita Excerpendi ratio ostenditur. *Typis G. C. Ruger.*

Exercitationes II. in Justini Historici præfationem & libri I. cap. I. auctæ & emendatæ. *Jenæ, typis Bauhof.*

De

cIↄ Iↄc LXXII.

De Januis Veterum liber ſingularis. *Altenburgi, typis G. C. Ruger.*

Parodiæ Eclogarum Virgilii, DIs Manibus Sereniſſimi Saxoniæ Ducis Friderici Wilhelmi III. *Principis* Juventutis conſecratæ *Jenæ, typis Joh. Jac. Bauhoferi.*

(Notæ MSS. Philologico Hiſtoricæ in has Eclogas ad editionem paratæ non periere, ut B. Autor putaverat.

De Corona Jeſu Chriſti ſpinea. *Typis Bauhoferi.*

De rubra Jeſu Chriſti chlamyde. - - - -

De Expoſitione Infantum. - - - -

cIↄ Iↄc LXXIII.

De Martyrum Cruciatibus in primitiva Eccleſia liber. *Jenæ, Typis & ſumtibus Joh. Jac. Bauhoferi.*

De Lancea, qua perfoſſum latus Jeſu Chriſti. *Typis ejusd.*

De candida Jeſu Chriſti veſte. *Ejusd. typis.*

cIↄ Iↄc LXXIV.

De Flagellatione Chriſti. *Jenæ, typis Bauhoferi.*

Hiſtoria antiquiſſimæ, urbis Bardevici, in qua ſimul antiquus univerſæ inferioris Saxoniæ ſtatus, bella Caroli M. cum Saxonibus, conſtitutio Ducum, Comitum, Epiſcoporum in Saxonia, eorundemque poteſtas, origines item ac incrementa variarum urbium, imprimis Lubecæ, Hamburgi, Luneburgi, nec non potentiſſimi quondã Bavariæ & Saxoniæ Ducis, Henrici Leonis vita & res gaſtæ ex optimis Veterum monimentis expenduntur. *Jenæ, typis & ſumtibus Bauhoferi.*

cIↄ Iↄc LXXV.

Diſſertatiuncula de præcipuis Scriptoribus Hiſtoriæ Germanicæ. *Typis Joh. Golneri.*

Nucleus Hiſtoriæ Germanicæ, Origines, Incrementa ac Imminutionem Germanici Imperii per ſingulorum Cæſarum hiſtoriam

storiam ad præsens ævum per compendium exhibens ad illustrem Virum Hermannum Conringium. *Sumtib. Joh. Bilkii.*

Epistola de antiquo statu Thuringiæ, sub Indigenis, Francorum, Germaniæque Regibus, ut & Ducibus, Comitibus, Marchionibus usque ad ortum Landgraviorum, ad Joh. Schilterum Consil. Saxo-Jenensem. *Apud Joh. Bielkium.*

Historia Goslariensis ab originibus ad Fridericum II. Imp. deducta. *Typis Golnerianis.*

Dissertatio Historico Politica de Tyranno. *Typis Golner.*

De Oraculo Apollinis Delphico. *Typis Bauhoferi.*

Origines ac Incrementa Sulciæ Luneburgensis. *Typ. ejusd.*

Exercitatio Historice de Eccardo I. Misniæ Marchione, anno 1001. Jenæ sepulto. *Typis Golnerianis.*

De Nudipedalibus Veterum. - - - -

Historia Lusatica. - - - -

Historia Halberstadiensis ab originibus per singulos Episcopos ad præsentem statum repetita. - - - -

Exercitatio in Justini Historici lib. II. cap. I.

cIɔ Iɔc LXXVII.

Send Schrieben an P. Marcum Schönmann/Soc. Jesu Priester in Erffurt/ darinn von dem Büchlein Columna Ecclesiæ Inconcussa, welch es mit dem Titul Catholisch Zeug-Hauß vermehrter heraus gegeben/gehandelt wird. Gotha/ bey Christoph Reyherrn.

Historia antiqua Lubecensis. *Jenæ, typis Golnerianis.*

Historia media Lubecensis ab anno MCLXXXII. ad annum MCC XXVII. - - - -

cIɔ Iɔc LVIII.

Historia media Lubecensis ad anno M CCXXVII. ad anno M CCC.

Historia Joh. Friderici Electoris Saxon. *Typis Joh. Wertheri.*

Disser-

Dissertatio inauguralis de Natalitiis Martyrum, sub præsidio D. Joh. Musæi habita. Cum Appendice Præfationi Armamenrii Catholici Schönmanni opposita. *Typis Bauhof.*

Treuhertzige Vermahn- und wohlgegründete Warnung an P. Heinrich Schönmann/ der Soc. Jesu Priester in Erffurt/ etwas tüchtiges zu schreiben/ hingegen von der ungeschickten mündl. Widerlegung der Evangelischen Schrifften/ und Lästerung der Evangelischen Religion/ und derer Lehrer abzustehen. Jena/ bey Joh. Gollnern.

clↄ Iↄc LXXIX.

Ausgeleertes und Entwehrtes Catholisches Zeug-Hauß/ das ist/ Gründliche Vertheidigung der Lehre und Lebens des seel. Herrn D. Martini Luthert wieder D. Marci Schönmanns unüberwindliches Catholisches Zeughauß: darinn zugleich von vielen wichtigen Historischen und Religions-Sachen gehandelt wird. Jena/ in Verlegung Joh. Bielcken.

Jacob Heerbrands D. Theol. und Prof. Tubing. Christliche/ Evangelische und Schrifftmäßige Predigt von dem Papistischen Fronleichnams-Feste/ so Anno 1584. gedrucket/ und aus beweglichen Ursachen ietzo wieder auffgeleget worden/ samt einer Vorrede an alle recht schaffene Evangelische/ auch von den Jesuiten bedrängte Christen in der Stadt Erffurt. Jena/ druckts Samuel Krebs.

Thomæ Sagittarii Prof. zu Jena/ und nachmals Gymnasiarchæ zu Breßlau Latein. Tractat. von der höchsten Glückseeligkeit der Städte/ in welchen Academien auffgerichtet seyn/ ins Teutsche übersetzet. Gedruckt bey Samuel Krebsen.

Historia vitæ ac mortis Tulliæ, M. Tullii Ciceronis filiæ. Accedunt annotationes in Servii Sulpitii Epist. Consolatoriam ad Georgium Wolfg. Wedelium, Opt. conjugis, & J. ach Joh. Maderum, filii primogeniti obitum lugentes. *Jenæ, typis Joh. Wertheri.*

Historia Lubecensis recentior ab anno MCCC. ad ann. MCCCC. *Typis Golner.*

Historia antiqua Norimbergæ. *Ejusdem typis.*

cIↄ Iↄc LXXX

Kurtzer Historischer Bericht/was es mit der Professione Theologiæ Augustanæ Confessionis auf der Universität zu Erffurt eigentlich für eine Bewandniß hat / und wie ungütlich dem Professori von einigen *Privat*-Leuten geschicht / daß sie ihm dieses wohlhergebrachte Ambt und Titul streitig machen wollen. Jena/ bey Joh. Bielcken.

Acht Ehren-Seulen der Durchl. Fürstin/ Fr. Marien Hedwig gebohrnen Land-Gräfin zu Hessen/ Herrn Hertzogs Bernhards zu Sachsen Hochfürstl. Gemahls / Christfürstl. Leben/ und seeligstes Sterben begreiffend. Jena / gedruckt bey Joh. J. Bauhöfern.

Vita Joh. Thomæ, Cancellarii Saxonici. *Typis Bauhof.*

Historia Eccardi II. Marchionis Misniæ, & Translationis Sedis Episcopalis Ciza Numburgum. *Typis Nisianis.*

cIↄ Iↄc LXXXI.

Der auff der Wage der Warheit gar zu leichterfundene Jesuit P. Marcus Schönmann/ das ist/ kurtze/ doch gründliche Erweisung/ wie gemeldten Jesuitens also genante Wag Danielis von gar keiner Wichtigkeit / und das ausgel. und entwehretes Catholisches Zeug-Hauß in denen Historischen und Religions Sachen gar schlecht examiniret worden Jena Druckts und verlegts Joh. Gollner.

cIↄ Iↄc LXXXII.

Nuclei Historiæ Germanicæ Editio II. ad Illustriss. Com. Schvvarzburgicnm Ludov. Fridericum. *Jenæ, sumtib. Bielkianis.*

Hochgräfl. Reussischen Stam-Baums Betrachtung /

unter

unter dem Nahmen Alethophils von Selenen. Schleitz/ gedruckt bey Wolfg. Adrian Werthern.

Dissertatio Historia de Originibus & Incrementis Luneburgi. *Typis Golner.*

Dissertatio de Motibus Heroicis, eorum præcipue, qui cum imperio sunt. *Typis Golner.*

Antiquitates Scythicæ, Exercitatione ad Justini lib. II. cap. II. expositæ. *Typis Golner.*

cIↄ Iↄc LXXXIII.

Historia Episcoporum Numburgensium à prima Episcopatus origine ad præsentem statum repetita. *Typis Nisianis.*

Historia Nortberti Archiepiscopi Magdeburg. Præmonstrat. Ord. conditoris. *Typis Nisianis.*

cIↄ Iↄc LXXXIV.

Harmoniæ historiæ Passionis Jesu Christi libri tres, in quibus non modo universa S. Passionis historia cum singulis suis circumstantiis secundum SS. Evangelistarum ductum cum cura explicatur; sed etiam variæ Quæstiones & Observationes Theologicæ, Philosophicæ, Philolog. Historicæ, ex optimis Scriptoribus resolvuntur & illustrantur. *Typis Nisianis.*

De Originibus & Incrementis BRUNSWICI. *Typ. Nisianis.*

Celsissimæ Origines Serenissimorum DUCUM BRUNSWICO-LUNEBURGENSIUM. *Ejusd. typis.*

Antiquitates ArchiEpiscopatus Magdeburgensis, quam pluribus nunquam antea editis Ottonis I. Diplomatis Bullisq; Pontificiis distinctæ. *Typ. Nisianis.*

Historia MARCHIONUM ac ELECTORUM BRANDENBURGENSIUM ab origine Marchiæ ad præsentem usque statum repetita. *Typis ejusd.*

Histo-

Historia Rensburgi, civitatis Holsatiæ. *Typ. ejusd.*

Antiquitates regni Thuringici. Das ist/gründlicher und ausführlicher Bericht von dem Nahmen und alten Zustande des Thüringer Landes/insonderheit aber von dem alten Thüringischen Königreich / desselben Königen / und dero Thaten/wie auch endlich dessen Zerstöhrung/und Theilung unter die Francken/und Sachsen: Nicht weniger auch von dem Nahmen und Erbauung der Stadt Erffurth. Wobey zuletzt noch zu finden/die sonst noch nie in Druck heraus gegebene Schrifft des berühmten Mannes Petri Albini, Specimen Historiæ Novæ Thuringorum. Jena/ verlegts Matthäus Birckner.

CIƆ IƆC LXXXV.

Historia Marchiæ Soltvvedelensis, in qua potissimum Alberti Ursi vita & res gestæ exponuntur.

Antiquitates Gentilismi & Christianissimi Thuringici. Das ist/Gründlicher und ausführlicher Bericht von dem Heydenund Christenthum der alten Thüringer/worinn absonderlich dargethan wird/daß schon längst vor den Zeiten Bonifacii gute Christen in Thüringen gewesen/und dieser also mit nichten der Thüringer Apostel sey. Wobey die gantze Histori des Lebens/der Lehre/und Schrifften Bonifacii, wie auch vieler Ertz-und Bischoffthümer / insonderheit aber Mäintz/ Saltzburg/Freisingen/Regenspurg/Passau/Eichstedt/Würtzburg/nicht weniger des berühmten Stiffts Fulda/darzu vieler andern Stiffter und Klöster/vornehmlich in Thüringen/und zu Erffurth/Ursprung und Auffnehmen/mit Fleiß beschrieben wird. In drey Bücher abgetheilet/und mit nöthigen Kupffern und Registern versehen. Jena/ gedruckt mit Nisischen Schrifften.

Historia bellorum Scythicorum, Exercitationibus ad Justini lib. II. cap. III. & V. exposita. *Jenæ, typis Nisianis.*

Historia Amazonia, sive Exerc. ad Justini lib. II. cap. IV. *Ejusd. typis.*

Epita-

Epitaphia Templi Jenensis Academici. *Typ. Nisianis.*

cIↃ IↃc LXXXVI.

De Nomine Westphaliæ. *Typ. Nisianis.*

Historia Principum Anhaltinorum. *Typis Nisianis.*

cIↃ IↃc LXXXVII.

Antiquitates Alstetenses & Palatinatus Saxonici. *Typis Nisianis.*

Dissertat. pro Doctrina Lutheri de Missa contra Abbatis cujusdam tractatum Gallicum, de Anno 1684. Lutet: *Typ. Nisianis.* cIↃ IↃc LXXXVIII.

Memorabilia Historiæ Luneburgicæ. *Typis Nisianis.*

Antiquitates Ducatus Thuringici. Alt-Thüringisches Hertzogthum. Das ist/ Historische gründliche Ausführung / wie nach Zerstörung des Königreiches Thüringen und dessen Theilung unter die Teutsche / Francken und Sachsen / der Teutsche-Fränckische Theil ein wahres Hertzogthum gewesen. Wobey zugleich alle annoch verhandene Geschichte/ so sich unter den Teutschen Königen und Käysern biß auff die Regierung Königs Cunradi des I. in Thüringen begeben / mit Fleiß zusammen gelesen und erkläret werden. Nachmahls aber insonderheit gewiesen wird/ wie das königliche Regiment durch die Hertzoge und Graven in den Pagis, Städten und Dörffen / vornemlich aber in der Stadt Erffurth / wie auch durch Centenarios, Decanos, Vice-Comites, Scabinos, Rachenburgios, Sculdasios, Missos Dominicos, u. s. w. in acht genommen worden. Item: Wie es in den Thüringischen Klöstern vor alters hergegangen / sambt vielen andern merckwürdigen Anmerckungen / in 4. Bücher abgetheilet/ und mit Summarien und nützlichen Registern versehen. Jena/ gedruckt mit Nislschen Schrifften.

B Memo-

cIↃ IↃc LXXXIX.

Memorabilia Historiæ Gothanæ. *Typis Nisianis.*

cIↃ IↃc XC.

Historia Templi Jenensis Academici, cui accedunt Epitaphia hujus Templi, item Oratio de Ducibus Saxoniæ Jenensis Academiæ Rectoribus, & nonnulla alia. *Typis ejusd.*

Programma, quo exponit causas cur privatæ lectiones in Historia liberarum Imperii Germanici urbium intra definitum a se temporis spatium non potuerint finiri. *Typis ejusd.*

Programma quo Orationem Panegyricam, memoriæ Illustris Cancellarii Saxonici, Rudolphi Wilhelmi Crausii, in æde Collegii Academici habendam indicit. *Ejusd. typis.*

cIↃ IↃc XCI.

Origines & Successio Principum Arausionensium usque ad Wilhelmum III. Magnæ Britanniæ Regem. *Ejusd.*

Sulpitii Severi Historiæ Sacræ lib. II. recensuit brevesque notas adjecit in 12. Jenæ, ap. Krökerum.

Theologische Lehrsätze von dem rechtmässigen *Pietismo*, teutsch und lateinisch. 4.

Christliche Erinnerung wieder die zu Erffurt herausgegebene Schrifft wieder seine Lehrsätze. 4.

Abermahlige Christl. Erinnerung wegen eines zu Erffurt gedruckten Pasquills in 4.

Gründlicher Beweiß das seine Theologische Lehr-Sätze noch feste stehen. 4.

Sendschreiben an Herrn M. August Herman Francken das Pietistische Wesen betreffend. 4.

Epistola ad Fridericum Danielem Titium Gedanensem de obitu Emanuelis Gutmanni Civis & Cognati sui. 4.

Christl. Sehnlicher Wuntsch/daß die Acta Pietistica ans Licht gegeben würden. 4.

Kurtze

Kurtze Abfertigung Samuel Vogtens schnöden Paßquills. 4.

Christl. Vermahnung / daß man sich an die Pasquille wieder ihn nicht kehren soll. 4.

Historische Ausführung des Satyrischen Pasquils so zu Erffurth gedruckt. 4.

Bericht was die Bekehrung zu Christo verhindere. 4.

cIↄ Iↄc XCII.

Gründlicher Bericht von Landgrav Heinrichs in Thüringen/ Platz-Graven zu Sachsen/ Römischen Königs-Wahl/ wie auch dessen kurtzer Regierung / Glück- und Unglücklichen Kriegen/ Kranckheit/ Tode/ Begräbniß/ und Gemahlinnen/ auß vielen gedruckt und geschriebenen Büchern zusammen getragen. Jena/ verlegt Heinrich Christoph Cröker.

Christlicher Neu-Jahrs-Wunsch an alle Evangelische Theologos, die die Beförderung des thätigen Christenthums sich angelegen seyn lassen. 4.

Theses Theologicæ Apologeticæ de promovendo vero Christianismo ad Joh. Schvvartzium Superintendentem Querfurtensem. 4.

cIↄ Iↄc XCIII.

Antiquitates Lacus Bodamici, cum specimine Historiæ Lindaviensis. *Typis Nisianis.*

Historia Vitæ Georgii Spalatini. *Jenæ, sumptibus Crækerianis.*

cIↄ Iↄc XCIV.

Dissertatio Epistolica, qua in ratio redditur Genealogiæ Sagittarianæ & Analecta in librum de Janis Veterum &c. ad V. Cl. Theodorum Jansonium ab Almeloven Med.

& Polyhist. Batavum florentissimum 8. 1694. *Sumpt. Crœkerianis.*

Introductio in Historiam Ecclesiasticam & singulas ejus partes, sive Notitia Scriptorum Veterum atque recentium, qui vel Historiam Ecclesiasticam universam vel regnorum, aliarumque provinciarum, urbium Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum, Superintendentium, Monasteriorum, Imperatorum, Pontificum & Cardinalium Romanorum, hæresium &c. historiam illustrarunt. Additi quoque sunt indices varii capitum & sectionum, autorum, rerum & verborum maxime necessarii. *Jenæ sumtibus Crœkerianis.*

Seqvuntur B. Viri manuscripta, quorum pleraque ad editionem parata sunt.

ANtiquitates Comitatus Thuringici ab anno 1025. ubi Vita Ludovici Barbati usque ad 1055. Vita Ludovici filii usque ad 1114. Historia Cœnobii Reinhardsbornensis ab Ao. 1080. usque 1521. Historia Cœnobii Oldislebensis ab Ao. 1089. usque 1519. caput ultimum de morte Ludovici filii & uxoris Adelheidæ & alia.

Absonderliche Abhandlung der Thüringischen Graven und Herrschafften nach dem Alphabeth.

Antiquitates Marchionatus Thuringici von Ao. 912. biß 1125. Wobey auch von der Stifftung des Klosters Paulin Zell (um das Jahr Christi 1106.) etlichen Aebten und Begebenheiten daselbst.

Antiquitates Landgraviatus Thuringici von Ao. 1130. biß 1247

Historia Glichensis.

Historia Salfeldensis.

Historia

Historia Luneburgensis à Condita Urbe ad Ann. 1598. Libb. V.

Historia de Pistore Luneburgensi Ao. 1371. pro patria fortitur pugnante.

Historia Gothana à C. V. ad hæc tempora.

Respublicæ Variæ s. Politica specialis cum apparatu Autorum eo pertinentium.

Collegium de Regnis, Hispania, Portugallia, Gallia, Magna Britannia, Polonia, Dania, Svecia, Unga-ria, Bohemia.

Collegium de Rebuspublicis Europæ liberis.

Compendium hostoriæ Venetæ publicis prælectionibus propositum.

Collegium privatum de Statu præsente Imperii Germanici, habitum ao. 1681. exeunte & 1682. ineunte.

Historia Electorum.

Distoria Ducum quorundam, Brunsvico-Luneburg. Saxo-Lauenburgicorum, Mecklenburgicorum &c.

HISTORIÆ LIBERARUM IMPERII ROMANO-GERMANICI URBIUM.

Historia Alæ ab anno 1350. ad anno 1649. Augustæ ab A. P. N.C. 18. ad ao 1688. Bibracensis ab ao. 751.. ad 1672. Bopfingæ ab ao. 1078. 1645 Buchaviæ ab ao. 925. ad 1381. Buchorn ab ao. 1150. ad 1643. Campodonensis ab ao. 868. ad 1648. Cellæ ad Hammersbachium ab ao. 1489. ad 1632. Eslingensis ab ao. 804. ad 1658. Francofurtensis ab ao. 753. ad 1663. Fridbergensis. ab ao. 1247. ad 1669. Gamundagæ ab ao. 1049. ad 1648. Giengæ ab ao. 1147. ad 1638. Gelenhusæ ab ao. 1180. ad 1641.

Goslariensis ab ao. 1261. ad 1650. Hailbrunnensis ab ao. 1230. ad 1688. Hallensis ab ao. 1037. ad 1645. Hamburgensis ab ao. 1304. ad 1691. Isnæ ab ao. 1042. ad 1634. Lubecensis ab ao. 1401. ad 1686. Kaufbeirensis & Leutkirchensis ab ao. 1325. ad 1654. Leutk. ab ao. 1293. ad 1669. Lindaviensis ab ao. 866. ad 1649. Memmingæ ab ao. 1448. ad 1688. Mulhusinæ ab ao. 1135. ad 1688. Northusanæ ab ao. 929. ad 1650. Nördlingensis ab ao. 73. usque 1647. Norimbergensis ab ao. 1200. ad 1689. Offenburgensis ab ao. 1350. ab 1489. Pfullendorfiensis ab ao. 1381. ad 1481. Ravensbergensis ab ao. 1100. ad. 1650. Reutlingensis ab ao. 1111. ad 1677. Rotenburgensis ab ao. 1114. ad 1688. Rotvvilensis ab ao. 886. ad 1664. Svvinfurtensis ab ao. 1017. ad 1666. Ulmensis ab ao. 858. ad 1688. Uberlingensis ab ao. 1212. ad 1649. Wangeæ ab ao. 1274. ad 1647. Wilanæ ab ao. 1275. ad 1648. Weissenburgensis ab ao. 793. ad 1650. Wetzlariæ ab ao. 943. ad 1643. Wimpinæ ab ao. 503. ad 1645. Winsheimii ab anno 1300. ad 1650.

Historia Imperatornm Germanicorum Henrici II. Conradi II. Henrici III. & rerum in Ecclesia & Rep. hoc tempore gestarum: ex ipsis antiquorum Historicorum testimoniis concinnata.

Historia Cæsarum Regumque Germaniæ a Pontificiis misere divexatorum.

Volumen diplomatum omnis generis, Cæsarum, Regum, Pontificum, Principum, Episcoporum, Abbatum &c.

Sulpitii Severi Historia Sacra cum indice, accuratissimo, qualis nullus unquam editus est.

De Persecutionibus Primitivæ Ecclesiæ.

De Notitia Auctorum commentariolus.

Notitia Historicorum Græcorum tam Gentilium, quam

quam Christianorum qui adhuc superstites, ab Herodoto ad Metrophanem Smyrnæum.

Commentariolus de Scriptoribus Historiæ Germanicæ ad programma editum.

Fuere quidem & alia a B. Viro elaborata; quæ tamen eo adhuc vivo in diversa Principum Civitatumq; archiva translata sunt.

Auctius Edenda.

DE Martyrum cruciatibus in primitiva Ecclesia liber.

De Natalitiis Martyrum liber.

Epistola de Antiquo Statu Thuringiæ sub indigenis Francorum Germaniæque Regibus, ut & Ducibus, Comitibus, Marchionibus usque ad ortum Landgraviorum ad Joh. Schilterum Consiliarium Saxo Jenensem.

Nucleus Historiæ Germanicæ, Incrementa ac imminutiones Germanici Imperii per singulorum Cæsarum Historiam ad præsens ævum per compendium exhibens.

Martini Poloni Chronicon cum notis: item additamentis ex MSCto Codice Jenensi cum continuatione Chronici Martiniani ex MSC. papyraceo Lipsiensi & duobus Hoffmannianis. it. Appendice Ratisponensi ad Chronicon Martini.

Volumen Dissertationum omnium à B. autore hucusque ad illustrationem historiæ Germanicæ editarum.

Tobiæ Majori Eponymologicum criticum continuatum & egregie auctum.

Perficienda.

Tomus alter introductionis in historiam ecclesiasticam

cam exhibens conciliorum & rituum historiam, Bosianum schediasma cum notis & fragmenta quædam introductionis in historiam universam.

Notitia scriptorum historiæ martyrum.

De processu Judiciario contra Martyres.

De honoribus Martyrum ecclesiæ primitivæ.

Odium seculi & rerum secularium in primitiva ecclesia.

Notitia bibliothecarum totius orbis, præcipue Europæ.

Dissertatio de lectoribus & lectionibus primitivæ ecclesiæ.

Dissertatio de formula veteri DEO GRATIAS.

Catalogus librorum Bibliothecæ Jenensis.

Erunt forte & alia, quæ in schedis B. Viri nobis occurrent, B. L. communicanda.





I. N. I.

CASPARIS SAGITTARII

INTRODVCTIO

IN

VNIVERSAM HISTORIAM ECCLESIASTICAM

ET SINGVLAS EIVS PARTES.

CAPVT I.

DE ACTIS APOSTOLICIS ET IN EA COMMENTARIIS.

§. I.

PRima Ecclesiæ Christianæ historia a sanctissimis IV. EVANGELISTIS, Spiritus Sancti amanuensibus fidelissimis petenda est. Hi enim JESV CHRISTI, Ecclesiæ fundatoris juxta ac fundamenti historiam, instinctu Spiritus Sancti, in æternam Ecclesiæ salutem, ac perennem memoriam, literarum monumentis consignarunt. *Historia Eccles. petenda ex IV. Evangelistis.*

deinde ex Luca Actis Apostolicis §. II. Historiam Evangelicam excipiunt Apostolorum Actus a S. *Luca* luculento puroqve sermone descripti, in qvibus Petri præcipue, ac Pauli Apostolorum peregrinationes, pericula & certamina, Ecclesiarumqve singularium fundationes exponuntur.

diligenter legendis ac relegendis. § III. Et sane qvisqvis Historiam Ecclesiasticam cum fructu cupit addiscere, ante omnia Acta Apostolica cum studio legat atq; relegat, &, si fieri potest, unum vel alterum interpretem adjungat.

Commentatores in Acta Apostolica. §. IV. Placet hoc loco præcipuos horum interpretum, item qui notas, vel commentaria in Acta scripserunt, laudare. Huc pertinent ex antiqvis, *Johannes Chrysostomus*, cujus succinctam expositionem Actorum habemus inter ejus opera: *Nicetas*, Heracleæ Episcopus, & *Oecumenius*, quorum uterqve ex diversis Patribus Græcis *Catenam Actorum* confecit: qvamvis Antonius Possevinus *Tomo II. Apparatus*, Oecumenii Catenam Johanni Bernardo Feliciano tribuat. Sed satius est credere, hunc latina civitate donasse. Huc etiam referas *Theophylactum*, Bulgariæ Episcopum, seculi X. scriptorem, qui tamen plerunqve Chrysostomum seqvitur.

Ex Veteribus *Chrysostomus, Nicetas, Oecumenius.*

Theophylactus.

Ex Lutheran. *Justus Jonas. Menius. Sarcerius. Selneccerus. Arcularius. Losfius.* §. V. Ex recentioribus, & Evangelico-Lutheranis quidem, commemorandi veniunt, *Justus Jonas, Justus Menius, Erasmus Sarcerius, Nicolaus Selneccerus, Christophorus Hegendorffinus, Daniel Arcularius, Lucas Lossius*, & qvi præ ceteris in antiqvitate Ecclesiastica excelluit, sed, qvod dolendum, in nonnullis ad Reformatorum castra deflexit,

Chri-

Christophorus Pelargus, Professor Academiæ Francofurtanæ: cujus Commentario in Acta, subjuncta est *Vita & peregrinatio S. Pauli*, scripta ab Euthalio Diacono. Etiam B. noster *Gerhardus* in Acta commentatus est, eademqve commentaria *Johannes Ernestus* filius lectissimis analectis auxit. Loca vero difficiliora Actorum non pauca singulari studio explicuit *Joh. Tobias Major*, Theologus nostras, Johannis filius. Porro conciones in Acta habuit *Joh. Rothmalerus*, Theologus Schvvartzburgicus: & Hannoveranæ Ecclesiæ Pastorem laboriosum hoc in genere moliri opus, apprime novi. *Pelargus.* *Gerhardus.* *Major.* *Rothmahler.*

§. VI. Ex Pontificiis huc spectant *Thomas de Vio*, sub *Cajetani* nomine celebrior Cardinalis, B. Lutheri antagonista: *Augustinus Triumphus*, qui ex Patribus Catenam collegit: *Benedictus Arias Montanus*, cujus Eludicationes in Acta cum Elucidationibus in IV. Evangelistas prodierunt: *Thomas Stapletonus*, Anglus: *Antonius Perez*, Hispanus: &, qui singulariter commendari merentur, tres Jesuitæ, *Benedictus Pererius*, *Johannes Lorinus*, & *Caspar Sanctius*: item *Aloysius Novarinus*, Clericus Regularis; ac denique *Bartholomaeus Petrus Lintrensis*. Ex Pontificiis *Cajetanus.* *Triumphus.* *Arias Montanus.* *Stapletonus.* *Perez.* *Pererius.* *Lorinus.* *Sanctius.* *Novarinus.* *Lintrensis.*

§. VII. Ex Reformatis in Acta scripserunt ipse *Calvinus*, *David Pareus*, *Otto Brunfelsius*, professione Medicus, cujus annotationes in Acta cum annotationibus in IV. Evangelistas prodiere: *Ludovicus Capellus*, cujus Historia Apostolica illustrata ex Actis Apostolorum & Epistolis Paulinis studiose inter se collatis col- Ex Reformatis *Calvinus.* *Pareus.* *Brunfelsius.* *Capellus.*

lecta Genevæ lucem vidit anno CIↃ IↃC XXXIV. *Caspar Streso*, Anhaltinus: *Johannes Pricaus*, cujus in Acta, cum ceteris in S. Scripturam annotationibus Philologicis habentur in opere magno Criticorum Anglicanorum: *Johannes Ligtfootius*, anno CIↃ IↃC LXXIX. procurante D. Joh. Benedicto Carpzovio Lipsiæ recusus.

Streso. Pricaus. Ligtfootius.

CAPUT II.

DE HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ I. II. ET III. SECULI, POTISSIMUM TAMEN SUPPOSITITIIS SCRIPTORIBUS.

§. I.

Ubi Lucæ Acta desinant.

QVia Actorum Apostolicorum Historia in Paulo Romam perducto desinit (qvod factum sub Nerone, anno CHRISTI LX. qvo idem Apostolus Romæ Ecclesiam cœpit colligere:) qvid post hæc tempora in Ecclesia Dei memorabile sit gestum, & quis ipse status fuerit Ecclesiæ, de eo sacræ tacent literæ. Necessum igitur est, ut aliunde petatur.

Hist. Eccl. prioribus seculis manca.

§. II. Verum non immerito dolendum, qvod ex prioribus seculis pauci admodum ad manus nostras pervenerint, qvi res in Ecclesia gestas, ut testes oculati, conceperint. Ac forte non sine sanctissima Dei id factum providentia, ne (qvod nimium contigit posterioribus seculis) plus æstimarentur humanitus, qvam divinitus scripta.

Scriptores Eccles. Hist. suppositirii.

§. III. Circumferuntur qvidem aliqvot scriptores, qui illo ævo vixisse dicuntur; quales sunt *Prochorus*,

chorus, unus ex septem Diaconis, qvos Apostoli ordinarunt, Actor. VI. v. 5. qui vitam Evangelistæ Johannis, quæ in Bibliotheca Patrum excusa est, conscripsisse dicitur. *Abdias Babylonius* (unus, si fas est credere, ex LXX. CHRISTI discipulis) *qui de certamine Apostolorum* libros X. scripsit, perperam a primo editore Wolffgango Lazio tanti æstimatos, ut dubitaverit, an S. Lucas sua Abdiæ, an hic S. Lucæ debeat.* *Linus* Episcopus Romanus, de passione Apostolorum Petri & Pauli, in Bibliotheca Patrum editus: *Presbyterorum & Diaconorum Achaja* de passione S. Andreæ libellus: *Acta Pauli & Theclæ* virginis martyris.

Procherus. *Abdias Babylonius.* *Linus.* *Acta Pauli & Theclæ.*

§. IV. At enim hæc omnia, aliaqve ejus generis supposititia esse, & inter apocryphos Historiæ Ecclesiasticæ libros merito computanda, jam pridem doctis viris est ostensum: nec ipsimet Pontificii, & inter illos, Baronius in *Annal. Ecclesiasticis*, Bellarminus *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, Sixtus Senensis *in Bibliotheca Sacra*, Melchior Canus in *Locis Communibus* id ausi sunt negare.

Scripta hæc sunt supposititia: fatentibus ipsis Pontificiis.

§. V. Ex tertio item seculo, qui vel integrum Historiæ Ecclesiasticæ corpus confecerit, vel insignem qvandam ejus partem illustraverit, nemo superat: illaqve *Dorothei Tyrii* Synopsis de Vita Prophetarum & Discipulorum CHRISTI, Eusebii operibus a Grynæo juncta, & in Bibliotheca Patrum, & alias qvoqve excu-

Secul III. *Dorotheus.*

 sa

(*) *Prodiit Laziana opella Parisiis anno 1560. post cum Ioachimi Perionii libro de Vitis* Apostolorum *Colon. ann. 1576.* ψευδομαθυτὴς *ex priori editione cognoscitur, in qua Eusebius allegatur pag. 489.*

ſa, ſuppoſititius qvoqve videtur eſſe fœtus. Certe fabulis ſcatere in confeſſo eſt.

§. VI. Neſcio tamen an *Hippolytum* martyrem huc retuleris, ſub Alexandro Severo, auctorem Canonis Paſchalis, qvem Ioſephus Scaliger Notis illuſtravit. Ejusdem monumentum de AntiChriſto primus e vetuſtis membranis vulgavit Marqvardus Gudius, Pariſiis, magnis exceptum ſtudiis, etiam ab iis, qui ſuppoſititium hactenus jactatum ſub tanti ſcriptoris nomine agnoſcere noluerunt. Adeo nemo dubitat amplius, quin germanus fœtus ſit Hippolyti, qui nunc demum comparuit.

Hippolyti Canon Paſchalis & de Antichriſto.

§. VI Ceterum quia hoc ſeculo floruerunt ex Latinis Eccleſiæ Doctoribus, *Tertullianus*, *Minucius Felix*, *Cyprianus*; ex Græcis *Clemens Alexandrinus*, *Origenes*, aliique, ex horum ſcriptis non pauca erui poſſunt Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ: & jam ab illis factum, qui in hoc ſtudio paulo ſollicitius elaborarunt.

Hiſt. Eccl. ex Patribus eruenda.

CAPVT III.

DE SECVLI IV. SCRIPTORIBVS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, PRÆCIPVE DE EVSEBIO.

§. I.

QVarto demum ſeculo cum florentiori Eccleſiæ ſtatu efflorescere cœpit Hiſtoria Eccleſiaſtica. Tum enim *Euſebius*, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, propter intimam cum Pamphilo Martyre amicitiam,

EVSEBIVS.

Euſe-

Eusebius Pamphili dictus. a nativitate Domini auspicatus, perqve Tyrannorum tempora progressus, rerum in Ecclesia gestarum seriem, Apostolorum aliorumqve Doctorum Ecclesiæ successiones, doctrinam Evangelicam, martyria, persecutiones, hæreticorum varia perversa dogmata, ad suam ætatem libris X. singulari industria pertexuit. De vita etiam Constantini Magni Imperatoris, qui Eusebium non parum æstimavit, IV. libros scripsit. Et Eusebio quidem, utut suis nævis non careat, nullus Ecclesiasticorum scriptorum plura ad historiam veteris Christianismi contulit: ut adeo hujus auctoris sollicita lectio insignem fructum, & in doctrina, & in vita homine Christiano digna, habitura sit. *Summa Hist. Eccl. Eusebii.*

§. II. Decem illos libros Historiæ Ecclesiasticæ eodem seculo IV. latine vertit *Rufinus*, Aquilejensis Ecclesiæ Presbyter: at tanta licentia, ut nec translatio, nec paraphrasis dici mereatur; sed proprium potius opus, in qvo tamen Eusebium plurimum exscripserit. Nam nonnulla addidit, qvædam detraxit, qvin ultimum librum prope totum prætermisit. Atq; hoc pacto ex libris decem Eusebii fecit novem, qvibus duos de suo adjecit, qvi ab initio hæresis Arianæ & Concilio Nicæno incipientes, in morte Theodosii M. finiunt. Etsi vero non semper Rufino habenda fides; nimis attamen durum videtur Josephi Scaligeri judicium, qui *futilissimum scriptorem* appellavit. *RUFINUS. De ejus versione Rufiniana judicium.*

§. III. Superiori seculo Eusebii Historiam Ecclesiasticam latine vertit *Wolfgangus Musculus*, Theolo- *EUSEBII versiones & editiones.*

Musculi. ologus Helvetius. Prodierunt item Eusebii opera no-
Dadrai. vis annotationibus illustrata, cura *Ioannis Dadrai*, Pa-
risiensis Theologi, anno CIƆIƆLXXXI. Parisiis. Transtu-
Christophorsoni. lit item *Iohannes Christophorsonus*, Episcopus Anglus,
ac una cum ipso reliqvos Historiæ Ecclesiasticæ au-
ctores veteres, Socratem scilicet, Sozomenum, The-
Grynæi. odoretum, Evagrium (de quibus mox dicemus) edi-
dit: quod etiam a *Ioh. Iacobo Grynæo* factum est: & anno
CIƆIƆCXII. a *Petro Rouverio*, qui insuper *Theodorum Lecto-
rem* (de quo item inferius) addidit. Anno CIƆ IƆC LXIX.
novam Eusebii Græco-latinam editionem elegantissi-
mis notis illustratam accepimus ab *Henrico Valesio*, do-
Valesii. ctissimo Gallo, Parisiis editam, quæ anno CIƆIƆC LXXII.
recusa est Moguntiæ.

Eusebii Chronicon. §. IV. Præterea Eusebius scripsit Chronica a
mundi exordio usqve ad annum Christi CCCXXVI.
Horum priorem partem ipse Eusebius vocavit *Omni-
Editiones *modam Historiam*; alteram *Chronologicos Canones*. O-
pus hoc cum veteribus libris collatum edidit, notas-
Pontaci. qve addidit *Arnaldus Pontacus*, Episcopus Vazatensis,
Burdigalæ CIƆ IƆC IV. fol. Idem castigavit, & animad-
Scaligeri. versionibus illustravit *Iosephus Scaliger*, in profundæ
eruditionis *Thesauro temporum*, Lugduni Bat. anno
CIƆ IƆC VI. emisso, post emendatius & auctius Genevæ,
ac demum curante *Alexandro Moro*, Ecclesiaste Pari-
Mori. siensi anno CIƆ IƆC LVIII. Amstelodami edito.

Hieronymus Chron. Euseb. vertit, & continuavit. §. V. *Hieronymus* Eusebii Chronicon latine
vertendo suum fecit, multaque inseruit & continua-
vit ad annum CCCLXXVIII. Idem porro Chronicon
con-

Continuarunt item Prosper.

continuavit *Prosper Aquitanus*, seculi V. scriptor, ad annum CCCCXLV. cujus Chronici aliqvot habentur

Hujus editiones:

editiones: primo antiqva, Hieronymiano jungi solita: altera, eruditissimi Galli, *Petri Pithoei*; tertia *Henrici Canisii*, Tomo I. Antiquæ lectionis: qvi tamen & duas priores editiones addidit, quo facilius sit eas conferre. (a) Porro id ipsum continuarunt

Victor Tunnunensis. Ioh. Biclariensis.

Victor, *Tunnunensis* Ecclesiæ in Africa Episcopus, scriptor seculi VI. ad annum IƆLXV. *Ioannes Biclariensis*, a monasterio qvod fundavit in Hispania, sic dictus, postea Episcopus Gerundensis, ad annum IƆXC.

Marcellinus Comes. Itacius.

a Canisio primum evulgatus: *Marcellinus Comes* Illyricianus ad annum IƆLVIII. *Itacius*, sive *Idacius*, Lemicensis in Gallæcia Episcopus, desinens anno Leonis Imp. octavo. (b) Hæc omnia Chronica simul

Qui habentur in Scaligeri Thesauro Temporum.

typis edenda curavit Josephus Scaliger in *Thesauro Temporum*, in quo porro comparent Excerpta qvædam Chronica initium ducentia ab orbe condito, & finientia anno CCCLXXXVII.

SULPICIUS SEVERUS Primuliacensis Presbyter.

§. VI. Sub finem IV. seculi floruit *Sulpicius Severus*, non Bituricensis Episcopus (hic alius est ab hoc Sulpicio) sed Primuliacensis in Africa Presbyter: cujus habemus *Historiæ Sacræ*, (uti vulgata præfert inscriptio) libros duos: quorum tamen nonnisi pars extrema in Historia Ecclesiastica occupa-

tur.

(a) De aliis *Prosperi* editionibus vide *Iohannis Hallerfordii* Spicilegium de Historicis Latinis pag. 154. De duobus Prosperis agit *Hadrianus Valesius* Addit. ad Tom. I. Hist. Franc. p. 102.

(b) Vide *Gerhardum Ioh. Vossium* de Historicis Lat. lib. 2. cap. 17. pag. 230.

Judicium de eo nostrum. tur (a) Etsi vero nonnulla affert Scriptor virgulam censoriam commerita; tamen & propter styli Sallustiani, quem imitatur, elegantiam, & quod Historias Biblicas, priscorumqve temporum potiora per compendium non ineleganter persequitur, dignissimus lectu scriptor est. Atqve utinam in scholas ac Gymnasia receptus pluribus externis præferretur: certe tunc pueri ac adolescentes una cum Latinitate castigata, etiam historias sacras magis, ac fit plerumqve, memoriæ infigerent. Sæpiuscule e-*Qvinam Notas & Commentaria in Sulp. scripserint.* ditus est Sulpicius, & qvoqve cum Notis ac Commentariis clarorum virorum: nimirum Victoris Giselini, Caroli Sigonii, Johannis Drusii, Georgii Hornii, Hieronymi Mercieri, Christiani Schotani, Johannis Vorstii. Et nos qvoqve, sicuti ante biennium novam *Historiæ* hujus *Sacræ* editionem in publicum emisimus; ita novam luculentiorem, atqve accurato indice auctam molimur. (b)

OROSIUS. §. VII. Non est qvod multum dicamus de *Orosio*, Presbytero Hispano, qui svasu B. Augustini Historiam ab orbis initio ad seculum usqve qvintum Christianum libris septem pertexuit. Nam qvantulacunqve est Historiarum Ecclesiasticarum in illis seges! cum maxime propositi memor, in cladibus Romanorum enarrandis sit distentus. Frequen-

(a) Vt adeo vehementer errent, qui hos libros pro *Historiæ Ecclesiasticæ compendio* venditent. Pro *Epitoma Historiarum Sacrarum*, hoc est, Biblicarum, haberi possent, nisi illas qvoqve pluribus externis distinxisset. (b) Vt enim pridem hic scriptor mihi fuit in deliciis, ita nunc per adversa qvædam factus est dulcissimus, svavissimusqve.

quentius, & ſeparatim, & in aliis operibus editus eſt Oroſius. Annotationes in eum ſcripſit *Franciſcus Fabricius* Marcoduranus, vitæ Ciceronianæ collector ille diligentiſſimus. (a) *Editio Fr. Fabricii.*

(a) Habeo editionem Coloniensem apud Maternum Cholinum impreſſam anno 1547. 8. Sed ex nuncupatoria Fabricii apparet, primam prodiiſſe anno 1561.

CAPUT IV.

DE SOCRATE, SOZOMENO, THEODORETO, ET EX ILLIS CONTEXTA HISTORIA TRIPARTITA.

§. I.

Hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebii, cum qvo & plerumqve ſolet edi, proxime excipit *Socrates* Scholaſticus, patria Conſtantinopolitanus, ſeculi V. ſub Theodoſio II. ſcriptor: cujus extant ſeptem libri Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, a Conſtantino Magno incipientes, & per Conſtantii, Iuliani, Ioviani, Valentiniani & Valentis, Gratiani ac Theodoſii II. tempora pergentes ac demum in Theodoſii II. regimine finientes. Cum judicio tamen legendus eſt Socrates, qvia in dogmatibus non ſatis accuratus eſt, ac haut obſcure Novatianis favet: qvod præter alios qvoqve monuit *Iacobus Billius*, egregius ille Græcorum aliqvot Patrum interpres, *Obſervationum Sacrarum lib. I. cap. XXVI.* *SOCRATES.* *Summa librorum ejus.* *Quid in eo deſiderandum.*

§. II. Eodem ſeculo V. floruit *Hermias Sozomenus*, patria Salaminius, qui Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros novem condidit, qvos exorditur ab anno *SOZOMENUS.*

 CCCXXIII.

CCCXXIII. ac perducit ad imperium Theodosii junioris, cui opus inscripsit. Duo priores libri Constantini Magni tempora repetunt: tertius, & qvartus, res gestas, sub triga filiorum Constantini continent: qvintus & sextus, tempora Iuliani enarrant: septimus, sub Gratiano & Theodosio acta recenset: octavus, qvæ sub Arcadio contigere, memorat: nonus deniqve ipsius Theodosii II. gesta usqve ad obitum Honorii describit. Licet autem aliqvi de fide dubitent Sozomeni; alii tamen sentiunt aliter, ejusdemqve candorem & veritatis studium extollunt. Vltima editio Sozomeni æqve ac Socratis est Valesiana Parisiensis, anni CIↃIↃCLXVIII. novennio post Moguntiæ recusa.

Quid singuli libri contineant.

Fides Sozomeni quanta.

THEODORITUS.

§. III. Iisdem temporibus vixit *Theodoritus*, Cyri (Syriæ hoc fuit oppidum) Episcopus, cujus ex decem (sic legas apud Gennadium Massiliensem *de illustribus Ecclesiæ scriptoribus*, & Honorium Augustodunensem *de Luminaribus Ecclesiæ:*) qvinqve habemus Historiæ Ecclesiasticæ libros, qvos ab hæresi Ariana orditur, & ad tempora Theodosii II. deducit. Primo, Historias Ecclesiæ sub Constantino M. repetit: altero, tempora Constantini exponit: tertio, quid gestum sub Iuliano Apostata, enumerat: quarto, in Ioviano, Valentiniano & Valente occupatur: sextus deniqve Gratiano, Theodosio Magno, & Arcadio tributus est. Dictio Theodoriti non est inelegans: sed præcipue se diffundit in historia Concilii Ephesini. Aliqvoties prodiit, tum solus,

Contenta librorum ejus.

ſolus, tum cum Euſebio, & hoc ipſo ſeculo Genevæ Græce & Latine, anno CIƆIƆCXII. Vltima, optimaqve editio eſt Henrici Valeſii Gallicana, in Germania repetita. *Editiones.*

§. IV. Ex his tribus, Socrate, Sozomeno, & Theodorito, *Magnus Aurelius Caſſiodorus*, qvi ſeculo VI. Theodorico Oſtro-Gothorum in Italia Regi ab epiſtolis fuit, poſtqvam factus monachus, *Tripartitam*, ut exinde vocatur, *Hiſtoriam* confecit, poſtqvam illos Epiphanius Scholaſticus Latine verterat. Atque hæc Hiſtoria Tripartita libris XII. conſtans, ſæpius eſt edita, & in Germanicam qvoqve lingvam converſa. Eandem continuavit *Sigebertus Gemblacenſis*, ſeculi XII. ſcriptor, usqve ad annum CIƆCXIII. qvem iterum continuavit *Robertus Abbas de Monte*. (a) *CASSIODORI* *Hiſtoria Tripartita.*

(a) *De aliis Sigeberti continuatoribus lege* Voſſium *de H. ſt. Lat. l. 2. c. 48. p. 395. Et nos quoque infra de iis quædam afferemus.*

CAPUT V.

DE PHILOSTORGIO, THEODORO ANAGNOSTE, ET EVAGRIO.

§.

SEculo V. ſub Theodoſio Juniore duodecim libros Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ confecit *Philoſtorgius*, natione Cappadox: ſed qvi vel temporum injuria periere, vel inediti adhuc alicubi habentur. In compendium tamen eos jam olim redegit Photius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, peculiari extra Biblios- *PHILOSTORGIUS.*

cam exhibens conciliorum & rituum historiam, Bosianum schediasma cum notis & fragmenta quædam introductionis in historiam universam.

Notitia scriptorum historiæ martyrum.

De processu Judiciario contra Martyres.

De honoribus Martyrum ecclesiæ primitivæ.

Odium seculi & rerum secularium in primitiva ecclesia.

Notitia bibliothecarum totius orbis, præcipue Europæ.

Dissertatio de lectoribus & lectionibus primitivæ ecclesiæ.

Dissertatio de formula veteri DEO GRATIAS.

Catalogus librorum Bibliothecæ Jenensis.

Erunt forte & alia, quæ in schedis B. Viri nobis occurrent, B. L. communicanda.





I. N. I.

CASPARIS SAGITTARII

INTRODVCTIO IN VNIVERSAM HISTORIAM ECCLESIASTICAM ET SINGVLAS EIVS PARTES.

CAPVT I. DE ACTIS APOSTOLICIS ET IN EA COMMENTARIIS.

§. I.

PRima Ecclesiæ Christianæ historia a sanctissimis IV. EVANGELISTIS, Spiritus Sancti amanuensibus fidelissimis petenda est. Hi enim JESV CHRISTI, Ecclesiæ fundatoris juxta ac fundamenti historiam, instinctu Spiritus Sancti, in æternam Ecclesiæ salutem, ac perennem memoriam, literarum monumentis consignarunt. *Historia Eccles. petenda ex IV. Evangelistis.*

A §.II. Hi-

deinde ex Luca Actis Apostolicis

§. II. Historiam Evangelicam excipiunt Apostolorum Actus a S. *Luca* luculento puroqve sermone descripti, in qvibus Petri præcipue, ac Pauli Apostolorum peregrinationes, pericula & certamina, Ecclesiarumqve singularium fundationes exponuntur.

diligenter legendis ac relegendis.

§ III. Et sane qvisqvis Historiam Ecclesiasticam cum fructu cupit addiscere, ante omnia Acta Apostolica cum studio legat atq; relegat, &, si fieri potest, unum vel alterum interpretem adjungat.

Commentatores in Acta Apostolica.
Ex Veteribus Chrysostomus, Nicetas, Oecumenius.
Theophylactus.

§ IV. Placet hoc loco præcipuos horum interpretum, item qui notas, vel commentaria in Acta scripserunt, laudare. Huc pertinent ex antiqvis, *Johannes Chrysostomus*, cujus succinctam expositionem Actorum habemus inter ejus opera: *Nicetas*, Heracleæ Episcopus, & *Oecumenius*, quorum uterqve ex diversis Patribus Græcis *Catenam Actorum* confecit: qvamvis Antonius Possevinus *Tomo II. Apparatus*, Oecumenii Catenam Johanni Bernardo Feliciano tribuat. Sed satius est credere, hunc latina civitate donasse. Huc etiam referas *Theophylactum*, Bulgariæ Episcopum, seculi X. scriptorem, qui tamen plerunqve Chrysostomum seqvitur.

Ex Lutheran. Justus Jonas. Menius. Sarcerius. Selneccerus. Arcularius. Losfius.

§. VI. Ex recentioribus, & Evangelico-Lutheranis quidem, commemorandi veniunt, *Justus Jonas, Justus Menius, Erasmus Sarcerius, Nicolaus Selneccerus, Christophorus Hegendorffinus, Daniel Arcularius, Lucas Lossius*, & qvi præ ceteris in antiqvitate Ecclesiastica excelluit, sed, qvod dolendum, in nonnullis ad Reformatorum castra deflexit,

Chri-

Christophorus Pelargus, Professor Academiæ Francofurtanæ: cujus Commentario in Acta, subjuncta est *Vita & peregrinatio S. Pauli*, scripta ab Euthalio Diacono. Etiam B. noster *Gerhardus* in Acta commentatus est, eademqve commentaria *Johannes Ernestus* filius lectissimis analectis auxit. Loca vero difficiliora Actorum non pauca singulari studio explicuit *Joh. Tobias Major*, Theologus nostras, Johannis filius. Porro conciones in Acta habuit *Joh. Rothmalerus*, Theologus Schvvartzburgicus: & Hannoveranæ Ecclesiæ Pastorem laboriosum hoc in genere moliri opus, apprime novi.

Pelargus. *Gerhardus.* *Major.* *Rothmahler.*

§. VI. Ex Pontificiis huc spectant *Thomas de Vio*, sub *Cajetani* nomine celebrior Cardinalis, B. Lutheri antagonista: *Augustinus Triumphus*, qui ex Patribus Catenam collegit: *Benedictus Arias Montanus*, cujus Eludicationes in Acta cum Elucidationibus in IV. Evangelistas prodierunt: *Thomas Stapletonus*, Anglus: *Antonius Perez*, Hispanus: &, qui singulariter commendari merentur, tres Jesuitæ, *Benedictus Pererius*, *Johannes Lorinus*, & *Caspar Sanctius*: item *Aloysius Novarinus*, Clericus Regularis; ac denique *Bartholomæus Petrus Lintrensis*.

Ex Pontificiis *Cajetanus.* *Triumphus.* *Arias Montanus.* *Stapletonus.* *Perez.* *Pererius.* *Lorinus.* *Sanctius.* *Novarinus.* *Lintrensis.*

§. VII. Ex Reformatis in Acta scripserunt ipse *Calvinus*, *David Paræus*, *Otto Brunfelsius*, professione Medicus, cujus annotationes in Acta cum annotationibus in IV. Evangelistas prodiere: *Ludovicus Capellus*, cujus Historia Apostolica illustrata ex Actis Apostolorum & Epistolis Paulinis studiose inter se collatis col-

Ex Reformatis *Calvinus.* *Paræus.* *Brunfelsius.* *Capellus.*

lecta Genevæ lucem vidit anno CIƆ IƆC XXXIV. *Caspar Streso*, Anhaltinus: *Johannes Pricæus*, cujus in Acta, cum ceteris in S. Scripturam annotationibus Philologicis habentur in opere magno Criticorum Anglicanorum: *Johannes Ligtfootius*, anno CIƆ IƆC LXXIX. procurante D. Joh. Benedicto Carpzovio Lipsiæ recusus.

Streso: Pricæus. *Ligtfootius.*

CAPVT II.

DE HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ I. II. ET III. SECVLI, POTISSIMVM TAMEN SVPPOSITITIIS SCRIPTORIBVS.

§. I.

Ubi Lucæ Acta desinant.

QVia Actorum Apostolicorum Historia in Paulo Romam perducto desinit (qvod factum sub Nerone, anno CHRISTI LX. qvo idem Apostolus Romæ Ecclesiam cœpit colligere:) qvid post hæc tempora in Ecclesia Dei memorabile sit gestum, & quis ipse status fuerit Ecclesiæ, de eo sacræ tacent literæ. Necessum igitur est, ut aliunde petatur.

Hist. Eccl. prioribus seculis pauca.

§. II. Verum non immerito dolendum, qvod ex prioribus seculis pauci admodum ad manus nostras pervenerint, qvi res in Ecclesia gestas, ut testes oculati, conceperint. Ac forte non sine sanctissima Dei id factum providentia, ne (qvod nimium contigit posterioribus seculis) plus æstimarentur humanitus, qvam divinitus scripta.

Scriptores Eccles. Hist. suppositittii.

§. III. Circumferuntur qvidem aliqvot scriptores, qui illo ævo vixisse dicuntur: quales sunt *Prochorus*

chorus, unus ex septem Diaconis, qvos Apostoli ordinarunt, Actor. VI. v. 5. qui vitam Evangelistæ Johannis, quæ in Bibliotheca Patrum excusa est, conscripsisse dicitur. *Abdias Babylonius* (unus, si fas est credere, ex LXX. CHRISTI discipulis) *qui de certamine Apostolorum* libros X. scripsit, perperam a primo editore Wolffgango Lazio tanti æstimatos, ut dubitaverit, an S. Lucas sua Abdiæ, an hic S. Lucæ debeat.* *Linus* Episcopus Romanus, de passione Apostolorum Petri & Pauli, in Bibliotheca Patrum editus: *Presbyterorum & Diaconorum Achajæ* de passione S. Andreæ libellus: *Acta Pauli & Theclæ* virginis martyris. *Procborus.* *Abdias Babylonius.* *Linus.* *Acta Pauli & Theclæ.*

§. IV. At enim hæc omnia, aliaqve ejus generis supposititia esse, & inter apocryphos Historiæ Ecclesiasticæ libros merito computanda, jam pridem doctis viris est ostensum: nec ipsimet Pontificii, & inter illos, Baronius in *Annal. Ecclesiasticis*, Bellarminus *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, Sixtus Senensis *in Bibliotheca Sacra*, Melchior Canus in *Locis Communibus* id ausi sunt negare. *Scripta hæc sunt supposititia:* *fatentibus ipsis Pontificiis.*

§. V. Ex tertio item seculo, qui vel integrum Historiæ Ecclesiasticæ corpus confecerit, vel insignem qvandam ejus partem illustraverit, nemo superat: illaqve *Dorothei Tyrii* Synopsis de Vita Prophetarum & Discipulorum CHRISTI, Eusebii operibus a Grynæo juncta, & in Bibliotheca Patrum, & alias qvoqve excu- *Secul III.* *Dorotheus.*

(*) *Prodiit Laziana opella Parisiis anno 1560. post cum Ioachimi Perionii libro de Vitis Apostolorum Colon. ann. 1576.* ψευδωνυμία *ex priori editione cognoscitur, in qua Eusebius allegatur pag. 489.*

sa, suppositicius qvoqve videtur esse foetus. Certe fabulis scatere in confesso est.

Hippolyti Canon Paschalis *& de Antichristo.* §. VI. Nescio tamen an *Hippolytum* martyrem huc retuleris, sub Alexandro Severo, auctorem Canonis Paschalis, qvem Iosephus Scaliger Notis illustravit. Ejusdem monumentum de AntiChristo primus e vetustis membranis vulgavit Marqvardus Gudius, Parisiis, magnis exceptum studiis, etiam ab iis, qui suppostitium hactenus jactatum sub tanti scriptoris nomine agnoscere noluerunt. Adeo nemo dubitat amplius, quin germanus foetus sit Hippolyti, qui nunc demum comparuit.

Hist. Eccl. ex Patribus eruenda. §. VI Ceterum quia hoc seculo floruerunt ex Latinis Ecclesiæ Doctoribus, *Tertullianus*, *Minucius Felix*, *Cyprianus*; ex Græcis *Clemens Alexandrinus*, *Origenes*, aliique, ex horum scriptis non pauca erui possunt Historiæ Eclesiasticæ: & jam ab illis factum, qui in hoc studio paulo sollicitius elaborarunt.

CAPUT III.
DE SECULI IV. SCRIPTORIBUS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, PRÆCIPUE DE EUSEBIO.

§. I.

QVarto demum seculo cum florentiori Ecclesiæ statu efflorescere coepit Historia Ecclesiastica. *EUSEBIUS.* Tum enim *Eusebius*, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, propter intimam cum Pamphilo Martyre amicitiam,

Euse-

Euſebius Pamphili dictus a nativitate Domini auſpicatus, perqve Tyrannorum tempora progreſſus, rerum in Eccleſia geſtarum ſeriem, Apoſtolorum aliorumqve Doctorum Eccleſiæ ſucceſſiones, doctrinam Evangelicam, martyria, perſecutiones, hæreticorum varia perverſa dogmata, ad ſuam ætatem libris X. ſingulari induſtria pertexuit. De vita etiam Conſtantini Magni Imperatoris, qui Euſebium non parum æſtimavit, IV. libros ſcripſit. Et Euſebio quidem, utut ſuis nævis non careat, nullus Eccleſiaſticorum ſcriptorum plura ad hiſtoriam veteris Chriſtianiſmi contulit: ut adeo hujus auctoris ſollicita lectio inſignem fructum, & in doctrina, & in vita homine Chriſtiano digna, habitura ſit.

Summa Hiſt. Eccl. Euſebii.

§. II. Decem illos libros Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ eodem ſeculo IV. latine vertit *Rufinus*, Aquilejenſis Eccleſiæ Presbyter: at tanta licentia, ut nec translatio, nec paraphraſis dici meratur, ſed proprium potius opus, in qvo tamen Euſebium plurimum exſcripſerit. Nam nonnulla addidit, qvædam detraxit, qvin ultimum librum prope totum prætermiſit. Atq; hoc pacto ex libris decem Euſebii fecit novem, qvibus duos de ſuo adjecit, qvi ab initio hæreſis Arianæ & Concilio Nicæno incipientes, in morte Theodoſii M. finiunt. Etſi vero non ſemper Rufino habenda fides; nimis attamen durum videtur Joſephi Scaligeri judicium, qui *futiliſſimum ſcriptorem* appellavit.

RUFINUS.

De ejus Verſione Euſebiana judicium.

§. III. Superiori ſeculo Euſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam latine vertit *Wolfgangus Muſculus*, Theolo-

EUSEBII Verſiones & editiones.

Musculi. ologus Helvetius. Prodierunt item Eusebii opera novis annotationibus illustrata, cura *Ioannis Dadræi*, Parisiensis Theologi, anno CIƆIƆLXXXI. Parisiis. Transtulit item *Iohannes Christophorsonus*, Episcopus Anglus, ac una cum ipso reliqvos Historiæ Ecclesiasticæ auctores veteres, Socratem scilicet, Sozomenum, Theodoretum, Evagrium (de quibus mox dicemus) edidit: quod etiam a *Ioh. Iacobo Grynæo* factum est: & anno CIƆIƆCXII. a *Petro Rouverio*, qui insuper *Theodorum Lectorem* (de quo item inferius) addidit. Anno CIƆIƆCLXIX. novam Eusebii Græco-latinam editionem elegantissimis notis illustratam accepimus ab *Henrico Valesio*, doctissimo Gallo, Parisiis editam, quæ anno CIƆIƆCLXXII. recusa est Moguntiæ.

Dadræi. *Christophorsoni.* *Grynæi.* *Valesii.*

Eusebii Chronicon. §. IV. Præterea Eusebius scripsit Chronica a mundi exordio usqve ad annum Christi CCCXXVI. Horum priorem partem ipse Eusebius vocavit *Omnimodam Historiam*; alteram *Chronologicos Canones*. Opus hoc cum veteribus libris collatum edidit, notasqve addidit *Arnaldus Pontacus*, Episcopus Vazatensis, Burdigalæ CIƆIƆCIV. fol. Idem castigavit, & animadversionibus illustravit *Iosephus Scaliger*, in profundæ eruditionis *Thesauro temporum*, Lugduni Bat. anno CIƆIƆCVI. emisso, post emendatius & auctius Genevæ, ac demum curante *Alexandro Moro*, Ecclesiaste Parisiensi anno CIƆIƆCLVIII. Amstelodami edito.

Editiones *Pontaci.* *Scaligeri.* *Mori.*

Hieronymus Chron. Euseb. vertit, & continuavit. §. V. *Hieronymus* Eusebii Chronicon latine vertendo suum fecit, multaque inseruit & continuavit ad annum CCCLXXVIII. Idem porro Chronicon con-

continuavit *Prosper Aquitanus*, seculi V. scriptor, ad annum CCCCXLV. cujus Chronici aliqvot habentur editiones: primo antiqva, Hieronymiano jungi solita: altera, eruditissimi Galli, *Petri Pithoei*; tertia *Henrici Canisii*, Tomo I. Antiquæ lectionis: qvi tamen & duas priores editiones addidit, quo facilius sit eas conferre. (a) Porro id ipsum continuarunt *Victor*, *Tunnunensis* Ecclesiæ in Africa Episcopus, scriptor seculi VI. ad annum IↃLXV. *Ioannes Biclariensis*, a monasterio qvod fundavit in Hispania, sic dictus, postea Episcopus Gerundensis, ad annum IↃXC. a Canisio primum evulgatus: *Marcellinus Comes* Illyricianus ad annum IↃLVIII. *Itacius*, sive *Idacius*, Lemicensis in Gallæcia Episcopus, desinens anno Leonis Imp octavo. (b) Hæc omnia Chronica simul typis edenda curavit Josephus Scaliger in *Thesauro Temporum*, in quo porro comparent Excerpta qvædam Chronica initium ducentia ab orbe condito, & finientia anno CCCLXXXVII.

Continuarunt item Prosper.

Hujus editiones:

Victor Tunnunensis.
Ioh. Biclariensis.

Marcellinus Comes.
Itacius.

Qui habentur in Scaligeri Thesauro Temporum.

§. VI. Sub finem IV. seculi floruit *Sulpicius Severus*, non Bituricensis Episcopus (hic alius est ab hoc Sulpicio) sed Primuliacensis in Africa Presbyter: cujus habemus *Historiæ Sacræ*, (uti vulgata præfert inscriptio) libros duos: quorum tamen nonnisi pars extrema in Historia Ecclesiastica occupatur.

SVLPICIVS SEVERVS Primuliacensis Presbyter.

(a) De aliis *Prosperi* editionibus vide *Iohannis Hallerfordii* Spicilegium de Historicis Latinis pag. 154. De duobus Prosperis agit *Hadrianus Valesius* Addit. ad Tom. I. Hist. Franc. p. 102.

(b) Vide *Gerhardum Ioh. Vossium* de Historicis Lat. lib. 2. cap. 17. pag 230.

Judicium de eo in Historia.

tur (a) Etsi vero nonnulla affert Scriptor virgulam censoriam commerita; tamen & propter styli Sallustiani, quem imitatur, elegantiam, & quod Historias Biblicas, priscorumqve temporum potiora per compendium non ineleganter perseqvitur, dignissimus lectu scriptor est. Atqve utinam in scholas ac Gymnasia receptus pluribus externis præferretur: certe tunc pueri ac adolescentes una cum Latinitate castigata, etiam historias sacras magis, ac fit plerumqve, memoriæ infigerent. Sæpiuscule editus est Sulpicius, & qvoqve cum Notis ac Commentariis clarorum virorum: nimirum Victoris Giselini, Caroli Sigonii, Iohannis Drusii, Georgii Hornii, Hieronymi Mercieri, Christiani Schotani, Iohannis Vorstii. Et nos qvoqve, sicuti ante biennium novam *Historiæ* hujus *Sacræ* editionem in publicum emisimus; ita novam luculentiorem, atqve accurato indice auctam molimur. (b)

Qvinam Notas & Commentaria in Sulp. scripserint.

§. VII. Non est qvod multum dicamus de *Orosio*, Presbytero Hispano, qui svasu B. Augustini Historiam ab orbis initio ad seculum usqve qvintum Christianum libris septem pertexuit. Nam qvantulacunqve est Historiarum Ecclesiasticarum in illis seges! cum maxime propositi memor, in cladibus Romanorum enarrandis sit distentus. Frequen-

OROSIUS.

(a) Vt adeo vehementer errent, qui hos libros pro *Historia Ecclesiasticæ compendio* vendirent. Pro *Epitoma Historiarum Sacrarum*, hoc est, Biblicarum, haberi possent nisi illas qvoqve pluribus externis distinxisset. (b) Vt enim pridem hic scriptor mihi fuit in deliciis, ita nunc per adversa qvædam factus est dulcissimus, svavissimusqve.

quentius, & ſeparatim, & in aliis operibus editus eſt Oroſius. Annotationes in eum ſcripſit *Franciſcus Fabricius* Marcoduranus, vitæ Ciceronianæ collector ille diligentiſſimus: (a) *Editio Fr. Fabricii.*

(a) Habeo editionem Colonienſem apud Maternum Cholinum impreſſam anno 1547. 8. Sed ex nuncupatoria Fabricii apparet, primam produiſſe anno 1561.

CAPVT IV.

DE SOCRATE, SOZOMENO, THEODORETO, ET EX ILLIS CONTEXTA HISTORIA TRIPARTITA.

§. I.

Hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebii, cum qvo & plerumqve ſolet edi, proxime excipit *Socrates* Scholaſticus, patria Conſtantinopolitanus, ſeculi V. ſub Theodoſio II. ſcriptor: cujus extant ſeptem libri Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, a Conſtantino Magno incipientes, & per Conſtantii, Iuliani, Ioviani, Valentiniani & Valentis, Gratiani ac Theodoſii II. tempora pergentes ac demum in Theodoſii II. regimine finientes. Cum judicio tamen legendus eſt Socrates, qvia in dogmatibus non ſatis accuratus eſt, ac haut obſcure Novatianis favet: qvod præter alios qvoqve monuit *Iacobus Billius*, egregius ille Græcorum aliqvot Patrum interpres, *Obſervationum Sacrarum lib. I. cap. XXVI.* *SOCRATES. Summa librorum ejus. Quid in eo deſiderandum.*

§. II. Eodem ſeculo V. floruit *Hermias Sozomenus*, patria Salaminius, qui Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros novem condidit, qvos exorditur ab anno *SOZOMENUS.*

 CCCXXIII.

solus, tum cum Eusebio, & hoc ipso seculo Genevæ Græce & Latine, anno CIƆIƆCXII. Vltima, optimaqve editio est Henrici Valesii Gallicana, in Germania repetita. *Editionis.*

§. IV. Ex his tribus, Socrate, Sozomeno, & Theodorito, *Magnus Aurelius Cassiodorus*, qvi seculo VI. Theodorico Ostro-Gothorum in Italia Regi ab epistolis fuit, postqvam factus monachus, *Tripartitam*, ut exinde vocatur, *Historiam* confecit, postqvam illos Epiphanius Scholasticus Latine verterat. Atque hæc Historia Tripartita libris XII. constans, sæpius est edita, & in Germanicam qvoqve lingvam conversa. Eandem continuavit *Sigebertus Gembiacensis*, seculi XII. scriptor, usqve ad annum CIƆCXIII. qvem iterum continuavit *Robertus Abbas de Monte.* (a) *CASSIODORI* *Historia Tripartita.*

(a) *De aliis Sigeberti continuatoribus lege Vossium de Hist. Lat. l.2.c. 48 p. 395. Et nos quoque infra de iis quædam afferemus.*

CAPVT V.

DE PHILOSTORGIO, THEODORO ANAGNOSTE, ET EVAGRIO.

§.

SEculo V. sub Theodosio Juniore duodecim libros Historiæ Ecclesiasticæ confecit *Philostorgius*, natione Cappadox: sed qvi vel temporum injuria periere, vel inediti adhuc alicubi habentur. In compendium tamen eos jam olim redegit Photius, Patriarcha Constantinopolitanus, peculiari extra Bi- *PHILOSTORGIVS.*

 blios-

bliothecam opere. Id compendium primus edidit Græce, Latineqve vertit & luculentis prolegomenis ac dissertationibus illustravit *Jacobus Gothofredus.* Prodiit hoc opus Genevæ anno CIƆIƆCXLIII. Sed & hunc qvoq; scriptorem emendatiorem cum lectissimis Annotationibus suis denuo edidit Henricus Valesius.

THEODORUS Anagnostes. §. II. Seqventi seculo VI. *Theodorus Anagnostes*, hoc est, unus ex lectoribus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Historiam Ecclesiasticam a Constantini temporibus ad Iustini imperium, in justa redegit Collectanea: qvod Suidas testatur. Et habemus quidem Collectanea qvædam Historiæ Ecclesiasticæ huic Theodoro lectori attributa: de qvibus tamen non immerito dubitamus, an illud ipsum opus sint a Suida laudatum. Imo vero titulus libro primo præfixus fucum detegit. Nec enim Theodori Collectanea inscribuntur, sed Excerpta Historiæ ab ore (ἀπὸ φωνῆς) Nicephori Callisti Xanthopuli. Excerpta illa deniqve cum Theodorito, Evagrio, & Philostorgio in lucem dedit Valesius.

EVAGRIUS. §. III. Exeunte seculo VI sub Tiberio & Mauritio claruit *Evagrius Scholasticus, & ex præfectis*, Epiphane urbe Cœle-Syriæ oriundus. Ejus Historia Ecclesiastica sex libris constat. Incipit ab anno *Summa librorum ejus.* CCCLXIII. quo periit Iulianus: desinit circa annum IƆXCI. quo Tiberius Mauricium filium coronari fecit. Primo igitur libro Theodosii Junioris tempora complexus est: secundo, Martiani & Leonis

Thra-

Thracis; tertio, Zenonis & Anastasii; qvarto Iustini & Iustiniani; quinto Iustini II. & Tiberii II. sexto, Mauricii gesta, ad annum, qvem dixi, persequitur. Evagrius Græcæ editus cum Eusebio Parisiis anno CIↃIↃXLIV. Latine cum aliis prodiit ibidem anno CIↃIↃLXXI. Græce & Latine iterum cum Theodorito Parisiis edi fecit Valesius: quam editionem κατα πολλα sequitur novissima Moguntina anno CIↃIↃLXXIX. *Editiones Evagrii.*

§. IV. Atqve hi fere sunt scriptores in VI. prioribus a nato CHRISTO seculis, qvorum singulares in Historia Ecclesiastica labores ad nostram ætatem pervenerunt.

CAPVT VI.

DE PRÆCIPVIS SCRIPTORIBVS, QVI SECVLO VII. ET SEQVENTIBVS HISTORIAS ECCLESIÆ ORIENTALIS SCRIPTIS SVIS INSERVERE:

NEMPE DE AVCTORE ANONYMO CHRONICI ALEXANDRINI, THEOPHYLACTO SIMOCATTA, THEOPHANE, NICEPHORO CONSTANTINOP. CONSTANTINO PORPHYROGENNETA, JOHANNE SCYLITZA, GEORGIO CEDRENO, NICEPHORO BRYENNIO, ANNA COMNENA, JOHANNE CINNAMO, JOHANNE ZONARA, MICHAELE GLYCA, NICETA ACOMINATO, GEORGIO PACHYMERE, NICEPHORO GREGORA, IOHANNE CANTACVZENO, DVCA, GEORGIO PHRANZA.

Qvæ

§. I.

QVæ porro seqvuntur in Historia Ecclesiastica Orientali, bonam partem tradiderunt seqventes scriptores Græci.

AVCTOR CHRONICI ALEXANDRINI.

§. II Qvi seculo VII. Heraclio imperante Constantinopoli vixisse creditur, *Auctor Chronici*, qvod ab Hieronymo Surita in antiqva Siciliæ Bibliotheca repertum, post ab Andrea Darmario, Græculo, e codice Antonii Augustini in Hispania descriptum, ad Isaacum Casaubonum, & ab hoc ad Fridericum Sylburgium, deinceps in Bibliothecam Augustanam Græcis præcipue mss. refertam, delatum, cum elogio *Alexandrini Chronici*, cumqve interpretatione *Matthæi Raderi* e Soc. Jesu, Monachii est editum anno CIƆIƆCXV. Partem ejus, qvæ Consules Romanos continebat, jam ante ediderat *Fridericus Sylburgius*, sub initium Tomi III. Scriptorum Historiæ Romanæ, eandemqve bis ediderat a se emendatam *Andreas Schottus*, primo præfixam tomo II. Annalium Romanorum *Stephani Pighii*, deinde *Huberti Goltzii* Fastis Magistratuum & Triumphorum Romanorum. Vterque cum Panvinio vocavit *Fastos Siculos*, qvod in Sicilia inventi essent; perinde ac Scaliger *Chronicon Casauboni*, quod per Darmarium ad Casaubonum pervenisset. Atqve idem Scaliger in *Thesauro Temporum* hos Fastos multo auctiores ediderat. Integrum opus hoc ms. habuit Madriti Abbas de Farina Siculus, teste Labbeo in *Protreptico de Byzantinæ Historiæ Scriptoribus* anno CIƆIƆCXLVIII. edito, qvi novam qvoqve

a Radero editus.

Cujus pars a Sylburgio & Schotto edita.

qvoqve hujus Chronici editionem promiſit. (a) Etſi autem non pauca iſtius Chronici ad Eccleſiaſticam faciunt hiſtoriam, plurimis tamen erroribus refertum eſſe, docet *Thomas Reineſius* Variar. Lectionum lib. II. cap. XVII.

§. III. Heraclii etiam temporibus floruit *Theophylactus*, Sophiſta Chriſtianus, cognomine *Simocatta*, ſive, ut alii eum vocant, *Simocatus*, Locris in Græcia natus, ſed ex Ægypto oriundus, Antigrapheus (b) & Præfectus, qvi Imperatoris Mauricii geſta hiſtoriarum octo libris complexus eſt, Græce, & Latine, interprete *Iacobo Pontano*, e ſocietate Ieſu, Ingolſtadii anno CIↃIↃCIV. poſt cum ejusdem annotationibus, *Caroli Fabroti* Gloſſario Græco-Barbaro, & *Photii* Epitomis Græco-Latinis anno CIↃIↃCXLVII. Pariſiis editis. (c) *THEOPHYLACTVS SIMOCATTA.*

§. IV. Exeunte ſeculo VIII. Conſtantino & Irene Conſtantinopoli imperantibus, *Eclogam Chronographiæ*, ab initio orbis ad ſuã ætatem ſcribere aggreſſus eſt *Georgius* monachus, & Taraſiii Patriarchæ Conſtantinopolitani *Syncellus*. (d) Morte tamen interceptus, non abſolvit cœptum opus, ſed tantum ad tempora Diocletiani perductum, cetera Theophani adji- *GEORGIVS SYNCELLVS.*

C cien-

(a) *Plura de hoc Chronico affert B. Boſius* Introductione in Hiſtoriam univerſalem c. 5. § 16 & ſeq. (b) *De Antigrapheis vide Martinum Hankium* de Byzantinarum rerum ſcriptoribus Græcis, parte 1. cap. 9. § 8. pag. 188. (c) *De editionibus antiquioribus videatur Hankius* d. l. §. 18. ſeqq. p. 192. 193. (d) *Quid* Syncelli vox *deſignarit*, *docent Ioh. Meurſius* in Gloſſario Græco-barbaro, *Carolus Fabrotus* in Gloſſario Cedreni, & *Iacobus Goar* in Præfat. ad Syncellum.

Iudicium de eo.

cienda reliqvit. Qvamvis autem multa habeat præclara, qvæqve vix legeris apud alios; in pluribus tamen cæcutire, & graviter labi, jam pridem doctis viris observatum. (a) His Eclogis usus Scaliger, multa inde in fragmenta Eusebii, suasqve animadversiones retulit, sed plurimis locis immutata, aut mutilata. Integrum opus anno CIƆIƆCLII. cum Latina versione notisqve suis Parisiis excudi fecit *Iacobus Goar*, ordinis Prædicatorum monachus doctissimus. (b)

THEOPHANES CONFESSOR.

§. V. Seculo IX. *Theophanes*, ob cultum imaginum duriora quædam perpessus, ac ob id ab assectis *Confessor* (c) dictus, patria Constantinopolitanus, Isaacii Ægæopolitarum Præfecti, & Theodotæ filius, Leonis Patricii, utut ab re uxoria alienus, gener, inter aulæ Leonis Chazari Imperatoris ministros strator, (d) deinde inter Spatharios (e) allectus, deni-

Chronographiæ Scriptor

que in regione Sigriana ex monacho Abbas, circa annum IƆCCCXIX. mortuus, *Chronographiam* scripsit, qva

(a) *Vide Bosianam Introductionem* d. l. §. 19. (b) *Vide eandem Introd.* §. 20. (c) *Georgius Cedrenus in Historiar. Compendio*: Cum multis aliis Theophanes qvoqve Ecclesia est ejectus, infinitisque vexatus modis Confessionis coronam reportavit. *De illustri* Confessoris *titulo pluribus egimus* cap. 1. de Cruciatibus Martyrum: *qvem librum insignite auctum brevi iterum edemus.* (d) Strator, *qvi Imperatoris tum eqvum freno teneret, tum conscendenti opem ferret. Vide Gvilielmum Stewechium* ad Vegetium, *Claudium Salmasium* ad Historiæ Augustæ scriptores, & *Carolum du Fresne* in Glossario. (e) Spatharios, *id est, corporis custodes, latioribus gladiis, qvos Græci* Spathas *nominabant, cinctos. Adi Vossium* de Vitiis serm. lib. 3. cap. 50. p. 607. & *Glossarium Fresnianum.*

qva res in Conſtantinopolitano imperio tum civi-
les, tum Eccleſiaſticas complectitur. (a) Incipit
illa ab Imperatoris Diocletiani anno I. ſive CHRI-
STI CCLXXXV. ac Leonis Imp. Armenii, qvi Michaeli
Curopalatæ à Bulgaris victo, ac paulo poſt mo-
naſticam vitam ingreſſo, ſucceſſit, anno I. hoc eſt,
CHRISTI ɔɔCCCXIII. deſinit. Prodiit hujus Chro- *cujus partem edidit Sylburgius*
nographiæ pars, *de Moamethica ſectæ primordiis Nar-
ratio*, qvibusdam ex Anaſtaſii Bibliothecarii Hiſtoria
Eccleſiaſtica deſumptis, interpretationis Latinæ lo-
co additis, cum *Friderici Sylburgii* Notis, in hujus
Saracenicis Heidelbergæ editis, anno CIɔIɔXCV. Inte-
gra vero Græce & Latinæ exſtat cum *Goari* Notis, *integram Goar & Combefiſius*
& variis lectionibus, ut & *Franciſci Combefiſii* Ordi-
nis fratrum Prædicatorum, Notis, Pariſiis excuſa
anno CIɔIɔCLV. In eandem Chronographiam Exe-
geſin ſcripſerunt *Godefridus Henſchenius*, & *Daniel
Papebrochius*, Sanctorum Actis ad Martium menſem
relatis, tomo III. præmiſſam anno CIɔIɔCLXVIII.

§. VI. Eodem ſeculo IX. floruit *Nicephorus* *NICEPHORI Conſtantinopolitani*
qvi *Conſtantinopoli*, Theodoro Notario, & Eudocia,
qvæ marito in exilio mortuo, vitam monaſticam
amplexa, natus, Conſtantino cum Irene matre impe-
rantibus a ſecretis, hinc anno ɔɔCCCVI. Conſtantino-
politanus Patriarcha renunciatus, ſed anno ɔɔCCCXV.

(a) *Ipſe in proœmio*: Ex antiqvis Hiſtoricis & Oratoribus omnia colligentes, ſingula propriis locis repoſuimus, ſecundum temporum rationem, res geſtas ordinantes, ut qvoto anno qvid factum ſit, vel in bello, vel in Eccleſia, vel in Republica, vel in populari qvolibet alio ſtatu, lectos in prompru habeat.

hac dignitate privatus, annoqve ıↃcccxxix. in monasterio Theodori Martyris intra Proconnesum sito mortuus fuit. Huic debemus *Breviarium Historicum*, qvod ab Imperatoris Mauricii obitu anno ıↃcii. incipiens, in Leonis IV. & Irenes nuptiis anno ıↃcclxx. celebratis desinit. Prodiit Græce & Latine, interprete *Dionysio Petavio*, cum ejusdem Notis, Parisiis anno cıↃıↃcxvi. ac iterum ibidem anno cıↃıↃcxlviii.

Breviar. Historicum.

Editiones.

§. VII. Præterea idem ille Nicephorus *Chronographiam compendiariam* confecit: in qva recenset Israelitici populi Patriarchas, Iudices, Pontifices, Reges; Persarum & Ægyptiorum Reges; Romanorum Imperatores, liorumque conjuges; Hierosolymitanos, Romanos, Byzantinos, Alexandrinos & Antiochenos Episcopos. Exorditur eam ab Adamo, finit in Imp. Michaelis anno ultimo, Theophili primo, CHRISTI ıↃcccxxix. Nam qvæ seqvuntur illum annum, alium habent auctorem. Varias hujus libri editiones enumerat Cl. Hankius *de Byzantinis Scriptoribus.* (b) Extrema editio est Græco-Latina, interprete *Contio*, cum *Goari* Notis, *Georgii Syncelli* Chronographiæ subjecta, anno cıↃıↃclii.

Ejusdem Chronographia compendiaria.

Editiones.

§. VII. Anno CHRISTI ıↃcccxix. imperio Constantinopolitano præesse cœpit *Constantinus* Imperator, Leonis Sapientis, ex Zoe, qvarta conjuge filius,

CONSTANTINI Porphyrogenneta

(a) *Plura de Nicephoro ejusqve scriptis affert B. Noster Bosius* Introduct. d. l. §. 21. *ubi & alios plures laudat, qvi de his egerunt.* (b) parte I. cap. 12. §. 54. pag. 249.

lius, primus cognomine *Porphyrogenneta*, (a) ornatus, annoqve ıɔccccLIX. insidiis filii sui Romani petitus, de vita decessit. Hic, pro ea, qva pollebat, eruditione singulari, de avi sui, *Basilii Macedonis, Constantinopolitani Imperatoris, vitæ narrationem historicam* composuit, qvæ, præmissis ante imperium a Basilio gestis, incipit ab hujus imperio anno CHRISTI ıɔccccLXVII. inqve ejus excessu desinit anno ıɔccccLXXXVI. Græce & Latine comparet in Leonis Allatii *Simmictis*, opera Bartholdi Nihusii Coloniæ Agrippinæ anno CIƆIƆCLIII. editis.

Vita avi sui Basilii Macedonis Imp.

Editio.

§. IX. Seculo XI. *Iohannes*, cognomento familiæ *Scylitzes*, natione Thracesius (b) primum Protovestiarius, (c) hinc magnus Drungarius Biglæ (d) deinde ad ipsam Curopalatæ dignitatem, Imperatoriæ proximam (e) evectus, Theophanis Chronographiam continuaturus, de *Constantinopolitanis Imperatoribus compendium historiarum* scripsit. Id cœpit ab Imperatoris Nicephori Logothetæ interitu, anno CHRISTI ıɔccccXI. finit in Imperatoris Nicephori Botaniatæ, qvem Alexius Comnenus

IOHANNIS SCYLITZÆ

Compendium Histor. de Constantinopolitanis Impp.

suc-

(a) *De hoc cognomine accurate disqvirit Hankius* parte I. cap. 25. §. 2 seq. p. 462. *ubi porro complures laudat alios de hac voce sollicitos.* (b) Thracesiæ *vocabulo veteres Asiam minorem appellarunt.* (c) *hoc est, supremus Sigillariorum præfectus fuit. Vide Vossium de Vitiis sermonis* lib. 2. cap. 5. p. 195. *Glossarium Du Fresne, & Hankium* part. 1 c. 27. §. 3. p. 488. (d) *De hac Curopalatæ dignitate, id est, Augusti Palatii curatela, pauca qvædam observavit Vossius de* Vit. Serm. l. 3. c. 7. p. 402 *plura Meursius in* Glossario, *& alii.* (e) Protovestiarius, *id est, Vestiariorum, qvi vestibus aliisqve ornamentis Augustis asservandis, proferendis, reponendis, & quocunque modo curandis præerant, princeps.*

succeſſor ſe monaſterio devovere coegit, amiſſo imperio, anno CHRISTI CIↃLXXXI. Hujus compendii pars prior qvia in *Cedreni* Hiſtoriarum compendio reperitur, nata eſt inter eruditos controverſia, num Scylitzes illa Cedreno, an hic alteri debeat. Licet autem *Carolus Annibal Fabrotus*, itemqve *Iacobus Bollandus*, & *Godefridus Henſchenius*, prius aſſerant; placet tamen nobis contraria aliorum ſententia, nempe Cedrenum omnia ex Scylitza deſcripſiſſe. (a) Prodiit Scylitzæ compendium hiſtoriarum integrum Latine, interprete *Iohanne Baptiſta Gabio*, Venetiis anno CIↃIↃLXX. Penſum vero, qvod in Cedreno deſideratur, id eſt, ab Iſaacio Comneno anno CHRISTI CIↃLXVII. usqve ad Nicephorum illum Botaniatem anno CHRISTI CIↃLXXXI. Græce, cum ejusdem *Gabii* Latina, ſed per *Fabrotum* paſſim emendata interpretatione, & *Goari* Notis, Cedreno ſubjunctum, Pariſiis an. CIↃIↃCXLVII.

cujus pars prior habetur in Cedreno

qvi ex Scylitza deſcripſit.

Editiones.

§. X. Succedat nunc ipſe *Georgius Cedrenus*, monachus, vel ſacerdos, qvi intra annos CHRISTI CIↃLVII. & CIↃLXXX. vixiſſe videtur. Et hujus qvidem *Synopſin Hiſtoriarum* habemus a mundo condito, usqve ad principium imperii Iſaaci Comneni, ſive annum CHRISTI CIↃLVII. productum. Hanc primus cum Latina interpretatione, brevibusqve Notis Baſileæ anno CIↃIↃLXVI. edidit *Gvilielmus Xylander*, ſed paſſim mutilam. At anno præſentis ſeculi

GEORGII CEDRENI Synopſis Hiſtoriarum.

culi

(a) *Vide Hankium* p. II. c. 27. §. 8. p. 491. & *ſeqq.* & *qvos laudat, Iacobum Pontanum Voſſium, Goarum, Conringium, Labbeum, Lambecium, Thomaſium.*

culi XLVII. *Carolus Annibal Fabrotus* denuo Parisiis emisit, castigata passim versione *Xylandri*, & lacunis ingentibus tribus, multisqve aliis e Georgio Syncello & Iohanne Scylitza restitutis præfixo item Glossario verborum obscuriorum, additisqve Notis *Goars*. (a)

§. XI. Duodecimum seculum nobis sistit *Nicephorum Bryennium*; qvi ex Orestiade urbe Macedoniæ oriundus, Nicephori illius Bryennii ab Imp. Nicephoro Botaniate ob affectatum imperium victi, capti, oculisqve privati, sive filium sive nepotem, Annæ Comnenæ, Alexio Imperatore genitæ maritum, qvi ab socero Panhypersebastus factus, hoc est, Protosebasto prælatus, ac Cæsari honoribus æqvatus, itemqve titulo Cæsaris mactatus fuit. Hujus Commentariorum, qvos *de rebus Constantinopolitanis* scripsit, habemus libros qvatuor. In illis, dum Imp. Alexii Comneni res ante susceptum imperium memorabiles enumerat, ab Imperatoribus Isaacio Comneno, Constantino Duca, Romano Diogene, Michaele Duca Parapinatio, Nicephoro Botaniate gesta attingit. Et commentarios qvidem suos incipit ab initiis Imperii, qvod Isaacius Comnenus, Manuelis Comneni filius, Imperatoris Michaelis Stratiotici successor, anno CHRISTI CIↃLVII. consecutus est: finit in expeditione, qvam Imperator Nicephorus Botaniates adversus Nicephorum Melissenum, Imperii fasces auxiliis Persicis (*Turcicis*) affectan-

NICEPHORVS BRYENNIVS.

Summa librorum Nicephori.

(a) *De Cedreno lectu dignissima sunt, qvæ in* Introductione ad Historiam Vniversalem *affert Bosius.*

affectantem, per Johannem Protovestiarium Eunuchum anno CHRISTI ciↄLxxxi. suscepit. (a) Hi Commentarii Græce & Latine prodierunt interprete *Petro Possino*, cum ejusdem Notis, Parisiis anno ciↄiↄcLxi. In eosdem commentarios, *Caroli Dufresnii* Notæ historicæ & Philologicæ, libris Historiarum, qvas Johannes Cinnamus scripsit, subjunctæ, ibidem lucem adspexerunt anno ciↄiↄcLxx.

Editiones.

§. XI. Mariti commentarios suppletura *Anna Comnena*, Alexii Imp. & Irenes, Andronico Duca natæ filia, vitam patris universam opere singulari in XV. libros diviso descripsit, eiqve ut volunt recentiores, (b) *Alexiados* nomen tribuit. Hos exorditur ab expeditione, qvam Alexius sub Imperatore Romano Diogene contra Persas, seu potius Turcos, circa annum CHRISTI ciↄLxix. suscepit. Librum tertium incipit ab initiis imperii, qvod Alexius gessit anno CHRISTI ciↄLxxxi. ultimum finit in Alexii excessu an. ciↄcxviii. Octo priores libri Græce cum *Hæschelii* Notis sunt excusæ Augustæ Vindelicorum an. ciↄiↄcx. omnes xv. Græce & Latine cum *Hæschelii* Notis, & *Possini* Glossario. Paris. an. ciↄiↄcxli. prodierunt In eosdem libros omnes *Dufresnii* amplissimæ Notæ Historicæ & philologicæ, libris historiarum, qvos Iohannes Cinnamus confecit, subjunctæ sunt anno ciↄiↄcLiii. ac iterum ibidem ciↄiↄcLx.

ANNA COMNENA.

Scripsit Vitam Patris Alexii.

Editiones.

XII.

(a) *Vid. [illegible] summus Hankii Verbis* part. 1. c. 28. §. 21. p 506. (b) *in[illegible]primis Joh. Bonitius* Methodi Historicæ cap. 10.

XII. *Iohannes Cinnamus*, ſive, ut alii ſcribunt, *Sinnamus*, Grammaticus Imperatorius, qvi ſub Imp. Manuele Comneno natus, ſub ejus filio ſucceſſore, Alexio Comneno potiſſimum floruit, res Imperatorum Iohannis Comneni breviter, Manuelis Comneni multo plenius ſcripſit. Cœpit hiſtorias ſuas ab Imperio Alexii Comneni morte, qui Iohannem Comnenum filium ſucceſſorem habuit, anno CHRISTI cIↃcxviii. deſinit in expeditione, qvam Imperator Manuel Comnenus poſt cladem anno CHRISTI cIↃcLxxv. ab Iconii Sultano acceptam, adverſus eundem ſuſcepit, totis viribus Iconium oppugnaturus, anno CHRISTI cIↃcLxxvi. (a) *IOHANNES CINNAMUS.*

Prodiit hoc opus in quatuor libros diviſum, qvod Iſaacus Voſſius ex codice Vaticano deſcripſerat, Græce & Latine, interprete *Cornelio Tollio*, cum ejusdem Notis, Trajecti ad Rhenum anno cIↃIↃcLII. in ſex libros diſtributum, qvot libros codex Vaticanus habet: Græce & Latine, interprete Dufreſnio, cum ejusdem hiſtoricis & Philologicis Notis copioſiſſimis, Pariſiis anno cIↃcLxx. *Editiones.*

§. XIII. Eodem ſeculo XII. circa annum CHRISTI cIↃcxx. *Iohannes Zonaras*, magnus primum Drungarius Biglæ, poſt Protoſecretarius Alexii, & Iohannis Comnenorum, deniqve monachus ordinis S. Baſilii, & ex qvorundam ſententia, Conſtantinopolitanus, ſcripſit *Hiſtoriam univerſalem*, ab exordio mundi usqve ad annum cIↃcxviii. in tres *IOHANNIS ZONARÆ* *Hiſtoria univerſalis*

D tomos

(a) *Hankius part. I. cap. 30 §. 13. 15. pag 520.*

Operis tomis distincta. tomos divisam. Tomo I. egit de rebus a creatione universi inter fideles, & in populo Judaico, usqve ad excidium Hierosolymorum. Tomo II. historiam Romanam exposuit, ab urbe condita usqve ad tempora Constantini Magni. Tertio reliqvorum Imperatorum gesta usqve ad Alexii Comneni obitum complectitur. Græce & Latine Zonaram edidit *Hieronymus Wolffius*, Basileæ anno CIↃIↃLVII. Latine comparet in *Corpore Historiæ Byzantinæ*, cum Nicephoro Gregora, Laonico Chalcocondyla, & Niceta Choniata, Francofurti anno CIↃIↃLXVIII. & post aliqvoties edito. Eundem Zonaram denuo Parisiis edere voluit cum Wolffii versione castigata, suisqve notis *Jacobus Goar*: at eo vita functo, novam editionem promisit Philippus Labbeus *tomo I. de Scriptoribus Ecclesiasticis*: qvæ tamen nondum, ut puto, prodiit.

Editiones.

MICHAEL GLYCAS.

§. XIV. Iisdem temporibus, qvibus Zonaras, *Michael* qvoqve *Glycas*, gente Siculus, floruisse creditur. Nam Vossius *lib. II. de Historicis Græcis*, sub Iohanne & Manuele Comnenis existimat vixisse, qvorum prior anno CIↃCXVIII. posterior an. CIↃCXLIII. imperare cœperunt. Verum Henricus Ernstius *lib. II. Variarum Observationum* cap. XXXVI. refert, Iohannem Meursium manifesto deprehendisse, Annales hos esse *Theodori Metochitæ*, fuisseqve eos, si diutius vixisset, Græcos e ms. codice auctiores editurum. Qvæ si ita se habent, non ad XII. sed XIV. seculum hoc opus foret referendum. Nam Theodorus

Hi annales Theodoro Metochitæ adscribuntur.

dorus ille obiisse dicitur anno CHRISTI cIɔcccxxxii. Prima pars agit de operibus sex dierum: secunda, seriem temporum comprehendit ab initio orbis usqve ad natum CHRISTUM: tertia, ad Constantinum M. qvarta, ad Alexium Comnenum progreditur. Hi annales qvadripartiti anno cIɔIɔLXII. Basileæ Latine editi sunt a *Johanne Leunclavio*, una cum appendice, sive supplemento rerum usqve ad imperii Constantinopolitani eversionem: Græce vero, lacunis aliqvot Latinæ versionis suppletis, sed fine qvartæ partis mutili Parisiis dati sunt in lucem a Philippo Labbeo.

Qvid singulæ partes pertractent.

Editiones.

§. XV. Tertiodecimo seculo inclaruit *Nicetas Acominatus*, a Chona Phrygiæ urbe *Choniades* cognomine appellatus, Michaelis Acominati, Atheniensium Archiepiscopi frater: qvi sub Alexio Comneno, scribis Augustis adscriptus, sub Andronico Comneno tyranno (hic Alexio anno cIɔCLXXXIII. trucidato imperium ad se traxit) cum se minus tutum videret, Constantinopoli digressus, studio juris se applicuit, sed Andronico hoc post biennium exstincto, sub Isaacio Angelo Imperatore scribam denuo egit: posthæc ab Imperatoribus ad plures atqve nobiliores semper dignitates evectus est, donec Alexius Ducas Murzuphlus tyrannus Nicetam nostrum, Logothetam secretorum, id est, arcanis imperii Constantinopolitani rebus administrandis præfectum, honorum fastigio dejecit anno cIɔCCIV. Verum cum expugnata Constantinopoli, Murzuphlus

NICETAS ACOMINATUS.

Summa vitæ ejus.

eodem anno per Balduinum Flandriæ Comitem Imperio exueretur, Noster inter Senatores Constantinopolitanos locum accepit, atqve sub Henrico Balduini fratre, successore, secundo Græcorum ex Latinis Imperatore, decessit apud Nicænos, uxore Belisariotide, sorore Johannis & Michaelis, qvos in Senatorio munere Constantinopoli collegas habuit Nicetas, liberisqve puberibus & impuberibus relictis. Hic ipse Nicetas Historiam de Imperatorum Constantinopolitanorum rebus paulo ante sua tempora, maxime vero ætate sua gestis, conscripsit, ab Alexii Comneni morte orsus, in Balduino Flandro desinens. Vniversi operis in libros XXI. ac decem opuscula distributi, summam qvia satis accurate complexus est Martinus Hankius *de Byzantinis Scriptoribus parte I. cap. XXXI. §. XXVIII.* non est, cur in illa repetenda occupemur. Atqve idem ille editiones recensuit, quarum ultimæ sunt Parisiensis annorum CIↃIↃCXLVII. & CIↃIↃCLX. cum *Hieronymi Wolffii* annotationibus, *Anonymi* marginalibus & Chronologia, ut & *Fabroti* Glossario Græco-barbaro.

Editiones.

GEORGIVS. LOGOTHETA.

§. XVI. *Georgius*, non patria, sed familia *Acropolites*, in Johannis Ducæ Imperatoris aulam vel undecim, vel sedecim natus annos, a patre missus, anno ætatis septimo decimo ex eadem aula dimissus, Mathesin, Poeticam & Oratoriam Theodoro Exapterygo magistro, Logicam Nicephoro Blemmida præceptore didicit. Post illa, ut eruditionis, sic honoris semper altiorem gradum adscendens, demum

demum ſub laudato Imperatore Iohanne Duca, aut certe filio ejus Theodoro Laſcare, ejusqve ſucceſſore Michaele Palæologo, magnus demum Logotheta, hoc eſt, ſupremus Cancellarius evaſit: ſub qvibus Imperatoribus crebras legationes obiit, aliisqve muniis, ac anno demum CIↃCCLXXXII. vita defunctus eſt. Scripſit is *Chronographiam* (Χρονικὴν συγγραφήν) id eſt, Hiſtoriam de rebus in Imperio Conſtantinopolitano geſtis. Eam orditur a Conſtantinopoli per Latinos expugnata, hoc eſt, ab anno Alexii Angeli Imperatoris tertio, CHRISTI CIↃCCIII. Iulii die XX. qvo Balduinus Flander prima vice Conſtantinopolin occupavit: finit in Conſtantinopoli per Græcos recuperata, id eſt, anno Michaelis Palæologi Imper. altero, CHRISTI CIↃCCXI. Iulii die XXV. qvo Balduinus II. urbem iſtam amiſit, Michael autem cepit. Hæc Chronophia Græce & Latine prodiit, interprete *Leone Allatio*, cum ejusdem Notis, Pariſiis anno CIƆIƆCLI. in compendium autem redacta, ſub Chronici Conſtantinopolitani titulo, Græce & Latine, interprete *Theodoro Douza*, cum ejusdem Notis, Lugduni Batavorum anno CIƆIƆCXIV. Græce & Latine, eodem Douza interprete; ſine Notis in tribus Hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptoribus, Laonico Chalcocondylæ ſubjuncta, Genevæ anno CIƆIƆCXV. ſub *Chronici Compendii* nomine, Græce & Latine, interprete *Allatio*, cum *Douzæ* Notis, Hiſtoriæ integræ ſubjectis, Pariſiis anno ſupra laudato. (a)

Editiones.

 §. XVII.

(a) *Vide Hankium* parte 1 cap. 33. §. 33. 34. pag 564.

GEORGII PACHYMERÆ.

§. XVII. Inter Constantinopolitanos exules post expugnatam a Latinis urbem, Nicæam Bithyniæ digressos, *Georgii Pachymeris* pater fuit. Vnde *Georgius* origine Constantinopolitanus, Nicæam patriam nactus, circiter annum CHRISTI ∞CCXLII. natus est.

Summarium Vitæ.

Clericis adscriptus primo Hieromnemonem Constantinopolitani Patriarchæ egit: (a) post majoribus muniis tam Ecclesiasticis, quam Palatinis admovebatur. Nam inter Clericus Protecdicus, (b) inter Politicos Dicæophylax (c) audivit. Quamdiu vixerit, nondum certo constare puto. Petrus tamen Lambecius circa annum CHRISTI ∞CCCXL. mortuum existimat. (d) Quomodo Pachymeres exemplo rariori centenario proximus diem supremum obiisset. Hic ipse autem Georgius Pachymeres *sui*

Historia.

temporis res Constantinopolitanas, qvarum plerasqve viderat, vel audiverat, sub duobus Imperatoribus Michaele & Andronico Palæologis per XLIX. annos gestas libris tredecim opere bipartito complexus est. Hujus operis pars prior complectitur res, qvas Michael Palæologus ante imperium & in ipso gessit, libris sex constans. Incipit a rebus Michaelis

(a) Hieromnemon *Patriarchæ talis minister erat, qui curas rerum ad Euchologium, Thronum, & ordinationem pertinentium gerebat: ut innuit Georgius Codinus* de Constantinopolitanis Officiis cap. 1. §. 13. *& ex eo Hankius* parte I. cap. 34. §. 5. pag. 568. (c) Protecdicus, *hoc est, primarius captivorum defensor. Codinus d. l.* (c) Dicæophylax, *id est juris assertor Imperatorum. Videatur ipse Pachymeres* lib. 1 c. 1. *cujus verba repetit Hankius.* (d) *in Indice primo, qvem* Commentariorum de Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi libro III. *subjunxit. Adi Hankium* pag. 375.

chaelis circa annum CIƆCCLVIII. qvo Andronicus Michaelis filius in lucem editus: desinit in Michaelis Imperatoris excessu, anno CHRISTI CIƆCCLXXXII. die Decembris undecimo. Pars posterior complectitur Historiam ab Andronico Palæologo, Michaelis filio, temporibus imperii gestorum, ab initiis laudati imperii incipiens, inqve anno ultimo vitæ regiminisqve, qvi fuit CHRISTI CIƆCCCVIII. finiens. Prodierunt hujus operis argumenta, singulorum librorum capitibus singulis res comprehensas indicantia, Latine; qvæ *Hieronymus Wolffius* ex MS. Augustano deprompta, Nicephoro Gregoræ subjunxit, aliqvoties edita. Vtraqve pars integra, Græce & Latine edita, interprete *Petro Possino*, cum ejusdem ad partes singulas tribus *Observationum* libris (quorum primus Glossarium verborum obscuriorum, secundus Notas, tertius Chronologiam rerum exhibet) Romæ, prior qvidem anno CIƆIƆCLXVI. posterior anno CIƆIƆCLXIX. a)

Editiones.

§. XVIII. *Nicephorus Gregoras*, jam annos septem & viginti natus, privatis doctrinarum studiis in qvibus etiam Astronomica locum habuere, relictis, benevolentiam Andronici Palæologi senioris affectans, tantum oratione sua, qva hunc laudabat Imperatorem, perfecit, ut Chartophylacis (*b*) Ecclesia-

NICEPHORUS GREGORAS.

(a) *Videatur Hankius* §. 19 p. 577. *ubi & fragmentorum a Petavio cum Nicephori Constantinopolitani* Breviario *editorum meminit.* b) Chartophylax *est is*, qvi tabulas habebat chartaceas ad jura Ecclesiastica pertinentes, hoc est, literas, qvibus privilegia & alia jura Ecclesiæ continentur: id est, judex

Ecclesiastici muneri destinaretur, qvod tamen juventutem causatus, declinavit. (a) Cum vero inter Andronicos Palæologos, avum & nepotem, civile bellum oriretur, ac junior urbem & Imperium Constantinopolitanum sibi uni subjiceret, Nicephorus Noster Andronico seniori addictus manens, eidem ex Imperatore in monachum converso, & morienti adfuit, & mortuo parentavit. Post in junioris Andronici aula versatus, ipsum ob matris obitum mœrentem consolatus, anno CIϽCCCXLI. de vita decedentem oratione funebri extulit. Exin sub Johanne Palæologo, Andronici junioris filio aliqvamdiu vixit, & qvidem supra annum CHRISTI CIϽCCCLV. Scripsit is *Historiæ Constantinopolitanæ libros IV.* in qvibus tam res ante ætatem suam, qvam postea gestas commemorat. Cœpit ab urbe per Latinos capta, id est, ab anno CHRISTI CIϽCCIV. desinit in Imperatoris Andronici Palæologi junioris excessu, anno CHRISTI CIϽCCCXLI. Græce & Latine editus est hic scriptor, interprete *Hieronymo Wolffio*, cum ejusdem Notis, Basileæ, anno CIϽIϽLXII. Latine sæpius cum aliis Historiæ Byzantinæ scriptoribus. (b)

Historia.

Editiones.

IOHANNES CANTACUZENUS.

§. XIX. *Johannes* ex illustri *Cantacuzenorum* fami-

judex omnium causarum Ecclesiasticarum, & controversiis matrimonialibus cognoscendis ac dirimendis præsidet: qvin & in ceteris Clericorum litibus judex est, tanqvam dextra Patriarchæ manus: *quæ verba sunt Codini* de Officiis Constantinopolitanis cap. 2. § 5.

(a) *Videatur ipse Gregoras* lib 8 *cujus verba repetit Hankius* parte 1. cap. 35. §. 5. p. 581. (b) *Consulatur Hankius* parte 1, cap 35. §.33 pag. 599

familia oriundus, patrem Peloponnesi Præfectum ab Imperatore Andronico Palæologo seniore creatum, novem & viginti annos natum, amisit puer. Matrem habuit Theodoram Palæologinam, Imperatoris Andronici Palæologi junioris cognatam, matronam prudentissimam. Ceterum cum huic ipsi Andronico juniori singulariter adhæreret, senioris, cujus in aula Cubiculo Sacro præfectus erat, gratia excidit: at a juniore Magnus Domesticus (hoc est, rerum, ad domum, seu familiam pertinentium, Procurator) & in Thracia Præfectus, renuntiatus fuit. Imo solus rerum potitus Andronicus ille junior, Iohannem Cantacuzenum imperii collegam expetebat, sed reluctantem non obtinuit. A morte toties laudati Andronici, successoris filii Iohannis Palæologi tutor, imperium administravit, non semper optima ex fide (a) III. Certe cum superstite Iohanne Palæologo, Imperatoria assumserit ornamenta, ac partem imperii ad se traxerit, culpa tyrannidis non videtur caruisse. Qvicqvid tamen sit, cum anno CIↃCCCXLVII. Constantinopolin occupasset, ab Isidoro Patriarcha coronatus, mox Helenam filiam Iohanni Palæologo Imperatori collegæ dedit conjugem. At enim qvia genero subtrahere, ac totum sibi proprium, filiisqve suis hæreditarium Imperium reddere studuit, enato bello novo, Iohannes, in potestatem redacta Constantinopoli, Cantacuzenum de-

Ejus dignitates.

Imperium Constantinopolitanum ad se traxit

E

(a) *Hanc in rem curatius inqvirit Hankius* parte 1. cap. 36. §. 7. seqq. p. 605. seqq.

& amisit, factus inde monachus. deponere fasces, ac vitam monasticam amplecti compulit: ex qvo pro *Iohanne* nomen *Ioasaphi*, itemqve *Christoduli*, assumens, in hoc otio plures annos consumpsit. Hic igitur ex Imperatore in monachum conversus Cantacuzenus, sub nomine isto *Christoduli*, historiam sui temporis Constantinopolitanam qvatuor libris elucubravit: qvæ a Michaelis Palæologi II. Andronico seniore nati, ejusdemqve in Imperio collegæ morte, hoc est, anno CHRISTI CIↃCCCXX. initium sumens, desinit in Philothei, novi Patriarchæ constitutione, anno CHRISTI CIↃCCCLVII. *Qvid scripserit.* Prodiit hoc opus Latine, cum *Iacobi Gretseri* Notis, *Iacobi Pontani*, & Notis, & dignitatum Palatinarum, Ecclesiasticarumqve Constantinopolitanarum explanatione, Ingolstadii anno CIↃIↃLIII. Græce & Latine, cum iisdem additamentis omnibus, Parisiis anno CIↃIↃCXLV. *Editiones.*

§. XX. *Ducas* ex imperatoria prosapia oriundus, *Michaelem Ducam*, virum illustrem, avum habuit. *DVCAS.* Ipse post Constantinopolin a Turcis occupatam, Principum Christianorum Turcis tributariorum in Lesbo insula minister, ad Turcos aliqvoties missus, atqve adhuc in vivis fuit anno CIↃCCCCLXII. Consignavit is Historiam Constantinopolitanam, qva postrema imperii illius fata commemorat: qvam summis annorum ab orbe condito, ad Andronici Palæologi junioris mortem, anno CIↃCCCXLI. præmissis; incipit a Iohannis Cantacuzeni rebus, terminat in Lesbo insula a Turcis subacta an. CIↃCCCCLXII.

Pro-

Prodiit Græce & Latine, interprete *Ismaële Bullialdo*, cum ejusdem Notis, Parisiis anno CIↃIↃCXLIX. (a)

Editio.

§. XXI. *Georgius Phranza*, patria Constantinopolitanus, anni CIↃCCCCI. diem XXX. Augusti, natalem; Gregorium Palæologum Mamonam, Magno Duce Mamona, qvi Monembasiam aliqvando administravit, natum, habuit affinem: qvem una cum sorore, & puella filia unica, anno CIↃCCCCXVII. amisit. Ephebus annorum sedecim Cubicularius ab Imperatore Manuele Palæologo creatus, anno CIↃCCCCXX.V. a Johanne Palæologo, Manuelis filio Secretarius cum duobus aliis legatis ad Amurathem Turcarum Principem de pace mittebatur. Ab excessu Manuelis, Iohannes ille Palælogus fratri Despotæ Constantino Palæologo, Phranzam longe charissimum inter ministros assumi concessit: qvi ejus opera in toga æqve ac sago usus est. (b) Anno CIↃCCCCXXX. præfectus Patrensibus a Constantino datus, biennio post ab eodem ad Iohannem Palæologum missus, Protovestiarii dignitatem reportavit. Anno CIↃCCCCXXXVIII. uxorem duxit Helenam, Alexii Palæologi filiam, ex qva Iohannem, Alexium, Andronicum, pluresqve liberos suscepit. Anno CIↃCCCCXLVI. a Constantino, Spartana, oppidorumq; circumjacentium præfectura, annoq; CIↃCCCCXLIX. titulo & honoribus Magni Logothetæ, ornabatur. Expugnata Constantinopoli annno CIↃCCCCLIII. die Maji XXIX. ac Constantino Palæologo Imperatore

GEORGIUS PHRANZA.

Brevis historia vitæ ejus.

E 2 oppres-

(a) *Vid. Hankius* part. 1. c. 39. (b) *Qvod pluribus ex ipso Phranza exponit Hankius* part. 1. c. 40. pag. 640. seqq.

successor se monasterio devovere coegit, amisso imperio, anno CHRISTI CIↃLXXXI. Hujus compendii pars prior qvia in *Cedreni* Historiarum compendio reperitur, nata est inter eruditos controversia, num Scylitzes illa Cedreno, an hic alteri debeat. Licet autem *Carolus Annibal Fabrotus*, itemqve *Iacobus Bollandus*, & *Godefridus Henschenius*, prius asserant; placet tamen nobis contraria aliorum sententia, nempe Cedrenum omnia ex Scylitza descripsisse. (a) Prodiit Scylitzæ compendium historiarum integrum Latine, interprete *Iohanne Baptista Gabio*, Venetiis anno CIↃIↃLXX. Pensum vero, qvod in Cedreno desideratur, id est, ab Isaacio Comneno anno CHRISTI CIↃLXVII. usqve ad Nicephorum illum Botaniatem anno CHRISTI CIↃLXXXI. Græce, cum ejusdem *Gabii* Latina, sed per *Fabrotum* passim emendata interpretatione, & *Goari* Notis, Cedreno subjunctum, Parisiis an. CIↃIↃCXLVII.

cujus pars prior habetur in Cedreno

qvi ex Scylitza descripsit.

Editiones.

§. X. Succedat nunc ipse *Georgius Cedrenus*, monachus, vel sacerdos, qvi intra annos CHRISTI CIↃLVII. & CIↃLXXX. vixisse videtur. Et hujus qvidem *Synopsin Historiarum* habemus a mundo condito, usque ad principium imperii Isaaci Comneni, sive annum CHRISTI CIↃLVII. productum. Hanc primus cum Latina interpretatione, brevibusqve Notis Basileæ anno CIↃIↃLXVI. edidit *Gvilielmus Xylander*, sed passim mutilam. At anno præsentis seculi

GEORGII CEDRENI Synopsis Historiarum.

(a) *Vide Hankium* p. II. c. 27. §. 8. p. 491. & *seqq.* & *qvos laudat, Iacobum Pontanum Vossium, Goarum, Conringium, Labbeum, Lambecium, Thomasium.*

culi XLVII. *Carolus Annibal Fabrotus* denuo Parisiis emisit, castigata passim versione *Xylandri*, & lacunis ingentibus tribus, multisqve aliis e Georgio Syncello & Iohanne Scylitza restitutis præfixo item Glossario verborum obscuriorum, additisqve Notis *Goaris*. (a)

§. XI. Duodecimum seculum nobis sistit *Nicephorum Bryennium*; qvi ex Orestiade urbe Macedoniæ oriundus, Nicephori illius Bryennii ab Imp. Nicephoro Botaniate ob affectatum imperium victi, capti, oculisqve privati, sive filium sive nepotem, Annæ Comnenæ, Alexio Imperatore genitæ maritum, qvi ab socero Panhypersebastus factus, hoc est, Protosebasto prælatus, ac Cæsari honoribus æqvatus, itemqve titulo Cæsaris mactatus fuit. Hujus Commentariorum, qvos *de rebus Constantinopolitanis* scripsit, habemus libros qvatuor. In illis, dum Imp. Alexii Comneni res ante susceptum imperium memorabiles enumerat, ab Imperatoribus Isacio Comneno, Constantino Duca, Romano Diogene, Michaele Duca Parapinatio, Nicephoro Botaniate gesta attingit. Et commentarios qvidem suos incipit ab initiis Imperii, qvod Isaacius Comnenus, Manuelis Comneni filius, Imperatoris Michaelis Stratiotici successor, anno CHRISTI CIƆLVII. consecutus est: finit in expeditione, qvam Imperator Nicephorus Botaniates adversus Nicephorum Melissenum, Imperii fasces auxiliis Persicis (*Turcicis*) affectan-

NICEPHORVS BRYENNIVS.

Summa librorum Nicephori.

(a) *De Cedreno lectu dignissima sunt, qvæ in* Introductione ad Historiam Vniversalem *affert Bosius.*

affectantem, per Johannem Protovestiarium Eunuchum anno CHRISTI CIↃLXXXI. suscepit. (a) Hi Commentarii Græce & Latine prodierunt interprete *Petro Possino*, cum ejusdem Notis, Parisiis anno CIↃIↃCLXI. In eosdem commentarios, *Caroli Dufresnii* Notæ historicæ & Philologicæ, libris Historiarum, qvas Johannes Cinnamus scripsit, subjunctæ, ibidem lucem adspexerunt anno CIↃIↃCLXX.

Editiones.

§. XI. Mariti commentarios suppleturus *Anna Comnena*, Alexii Imp. & Irenes, Andronico Duca natæ filia, vitam patris universam opere singulari in XV. libros diviso descripsit, eiqve ut volunt recentiores, (b) *Alexiados* nomen tribuit. Hos exorditur ab expeditione, qvam Alexius sub Imperatore Romano Diogene contra Persas, seu potius Turcos, circa annum CHRISTI CIↃLXIX. suscepit. Librum tertium incipit ab initiis imperii, qvod Alexius gessit anno CHRISTI CIↃLXXXI. ultimum finit in Alexii excessu an. CIↃCXVIII. Octo priores libri Græce cum *Hæschelii* Notis sunt excusæ Augustæ Vindelicorum an. CIↃIↃCX. omnes XV. Græce & Latine cum *Hæschelii* Notis, & *Possini* Glossario. Paris. an. CIↃIↃCXLI. prodierunt In eosdem libros omnes *Dufresnii* amplissimæ Notæ Historicæ & philologicæ, libris historiarum, qvos Iohannes Cinnamus confecit, subjunctæ sunt anno CIↃIↃCLIII. ac iterum ibidem CIↃIↃCLX.

ANNA COMNENA.

Scripsit vitam Patris Alexii.

Editiones.

XII.

(a) *Visser sumus Hankii Verbis* part. 1. c. 28. §. 21. p. 506. (b) *in[...]primis Joh. Bodinus* Methodi Historicæ cap. 10.

XII. *Iohannes Cinnamus*, ſive, ut alii ſcribunt, *Sinnamus*, Grammaticus Imperatorius, qvi ſub Imp. Manuele Comneno natus, ſub ejus filio ſucceſſore, Alexio Comneno potiſſimum floruit, res Imperatorum Iohannis Comneni breviter, Manuelis Comneni multo plenius ſcripſit. Cœpit hiſtorias ſuas ab Imperio Alexii Comneni morte, qui Iohannem Comnenum filium ſucceſſorem habuit, anno CHRISTI CIƆCXVIII. deſinit in expeditione, qvam Imperator Manuel Comnenus poſt cladem anno CHRISTI CIƆCLXXV. ab Iconii Sultano acceptam, adverſus eundem ſuſcepit, totis viribus Iconium oppugnaturus, anno CHRISTI CIƆCLXXVI. (a) Prodiit hoc opus in quatuor libros diviſum, qvod Iſaacus Voſſius ex codice Vaticano deſcripſerat, Græce & Latine, interprete *Cornelio Tollio*, cum ejusdem Notis, Trajecti ad Rhenum anno CIƆIƆCLII. in ſex libros diſtributum, qvot libros codex Vaticanus habet: Græce & Latine, interprete Dufreſnio, cum ejusdem hiſtoricis & Philologicis Notis copioſiſſimis, Pariſiis anno CIƆCILXX.

IOHANNES CINNAMUS.

Editiones.

§. XIII. Eodem ſeculo XII. circa annum CHRISTI CIƆCXX. *Iohannes Zonaras*, magnus primum Drungarius Biglæ, poſt Protoſecretarius Alexii, & Iohannis Comnenorum, deniqve monachus ordinis S. Baſilii, & ex qvorundam ſententia, Conſtantinopolitanus, ſcripſit *Hiſtoriam univerſalem*, ab exordio mundi usqve ad annum CIƆCXVIII. in tres

IOHANNIS ZONARÆ

Hiſtoria univerſalis

 tomos

(a) *Hankius part. I. cap. 30 §. 13. 15. pag 520.*

rius tomis distincta. tomos divisam. Tomo I. egit de rebus a creatione universi inter fideles, & in populo Judaico, usqve ad excidium Hierosolymorum. Tomo II. historiam Romanam exposuit, ab urbe condita usqve ad tempora Constantini Magni. Tertio reliqvorum Imperatorum gesta usqve ad Alexii Comneni obitum complectitur. Græce & Latine Zonaram edidit *Hieronymus Wolfius*, Basileæ anno CIↃIↃLVII. Latine comparet in *Corpore Historiæ Byzantinæ*, cum Nicephoro Gregora, Laonico Chalcocondyla, & Niceta Choniata, Francofurti anno CIↃIↃLXVIII. & post aliqvoties edito. Eundem Zonaram denuo Parisiis edere voluit cum Wolfii versione castigata, suisqve notis *Jacobus Goar*: at eo vita functo, novam editionem promisit Philippus Labbeus *tomo I. de Scriptoribus Ecclesiasticis*: qvæ tamen nondum, ut puto, prodiit.

Editiones.

MICHAEL GLYCAS.

§. XIV. Iisdem temporibus, qvibus Zonaras, *Michael* qvoqve *Glycas*, gente Siculus, floruisse creditur. Nam Vossius *lib. II. de Historicis Græcis*, sub Johanne & Manuele Comnenis existimat vixisse, qvorum prior anno CIↃCXVIII. posterior an. CIↃCXLIII. imperare cœperunt. Verum Henricus Ernstius *lib. II. Variarum Observationum* cap. XXXVI. refert, Johannem Meursium manifesto deprehendisse, Annales hos esse *Theodori Metochitæ*, fuisseqve eos, si diutius vixisset, Græcos ejus codice auctiores editurum. Qvæ si ita se habent, non ad XII. sed XIV. seculum hoc opus foret referendum. Nam Theodorus

Hi annales Theodoro Metochitæ adscribuntur.

dorus ille obiisse dicitur anno CHRISTI cIɔccccxxxII. Prima pars agit de operibus sex dierum: secunda, seriem temporum comprehendit ab initio orbis usqve ad natum CHRISTUM: tertia, ad Constantinum M. qvarta, ad Alexium Comnenum progreditur. Hi annales qvadripartiti anno cIɔIɔLXII. Basileæ Latine editi sunt a *Iohanne Leunclavio*, una cum appendice, sive supplemento rerum usqve ad imperii Constantinopolitani eversionem. Græce vero, lacunis aliqvot Latinæ versionis suppletis, sed fine qvartæ partis mutili Parisiis dati sunt in lucem a Philippo Labbeo.

Qvid singulæ partes pertractent.

Editiones.

§. XV. Tertiodecimo seculo inclaruit *Nicetas Acominatus*, a Chona Phrygiæ urbe *Choniades* cognomine appellatus, Michaelis Acominati, Atheniensium Archiepiscopi frater: qvi sub Alexio Comneno, scribis Augustis adscriptus, sub Andronico Comneno tyranno (hic Alexio anno cIɔCLXXXIII. trucidato imperium ad se traxit) cum se minus tutum videret, Constantinopoli digressus, studio juris se applicuit, sed Andronico hoc post biennium exstincto, sub Isaacio Angelo Imperatore scribam denuo egit: posthæc ab Imperatoribus ad plures atqve nobiliores semper dignitates evectus est, donec Alexius Ducas Murzuphlus tyrannus Nicetam nostrum, Logothetam secretorum, id est, arcanis imperii Constantinopolitani rebus administrandis præfectum, honorum fastigio dejecit anno cIɔCCIV. Verum cum expugnata Constantinopoli, Murzuphlus

NICETAS ACOMINATUS.

Summa vitæ ejus.

 eodem

eodem anno per Balduinum Flandriæ Comitem imperio exueretur, Noster inter Senatores Constantinopolitanos locum accepit, atqve sub Henrico, Balduini fratre, successore, secundo Græcorum ex Latinis Imperatore, decessit apud Nicænos, uxore Belisariotide, sorore Johannis & Michaelis, qvos in Senatorio munere Constantinopoli collegas habuit Nicetas, liberisqve puberibus & impuberibus relictis. Hic ipse Nicetas Historiam de Imperatorum Constantinopolitanorum rebus paulo ante sua tempora, maxime vero ætate sua gestis, conscripsit, ab Alexii Comneni morte orsus, in Balduino Flandro desinens. Vniversi operis in libros XXI. ac decem opuscula distributi, summam qvia satis accurate complexus est Martinus Hankius *de Byzantinis Scriptoribus parte I. cap. XXXI. §. XXVIII.* non est, cur in illa repetenda occupemur. Atqve idem ille editiones recensuit, quarum ultimæ sunt Parisiensis annorum CIↃIↃCXLVII. & CIↃIↃCLX. cum *Hieronymi Wolffii* annotationibus, *Anonymi* marginalibus & Chronologia, ut & *Fabroti* Glossario Græco-barbaro.

Editiones.

GEORGIUS. LOGOTHETA.

§. XVI. *Georgius*, non patria, sed familia *Acropolites*, in Johannis Ducæ Imperatoris aulam vel undecim, vel sedecim natus annos, a patre missus, anno ætatis septimo decimo ex eadem aula dimissus, Mathesin, Poeticam & Oratoriam Theodoro Exapterygo magistro, Logicam Nicephoro Blemmida præceptore didicit. Post illa, ut eruditionis, sic honoris semper altiorem gradum adscendens,

demum

demum ſub laudato Imperatore Iohanne Duca, aut certe filio ejus Theodoro Laſcare, ejusqve ſucceſſore Michaele Palæologo, magnus demum Logotheta, hoc eſt, ſupremus Cancellarius evaſit: ſub qvibus Imperatoribus crebras legationes obiit, aliisqve muniis, ac anno demum CIƆCCLXXXII. vita defunctus eſt. Scripſit is *Chronographiam* (Χρονικὴν συγγραφὴν) id eſt, Hiſtoriam de rebus in Imperio Conſtantinopolitano geſtis. Eam orditur a Conſtantinopoli per Latinos expugnata, hoc eſt, ab anno Alexii Angeli Imperatoris tertio, CHRISTI CIƆCCIV. Iulii die XX. qvo Balduinus Flander prima vice Conſtantinopolin occupavit: finit in Conſtantinopoli per Græcos recuperata, id eſt, anno Michaelis Palæologi Imper. altero, CHRISTI CIƆCCXI. Julii die XXV. qvo Balduinus II. urbem iſtam amiſit, Michael autem cepit. Hæc Chronophia Græce & Latine prodiit, interprete *Leone Allatio*, cum ejusdem Notis, Pariſiis anno CIƆIƆCLI. in compendium autem redacta, ſub Chronici Conſtantinopolitani titulo, Græce & Latine, interprete *Theodoro Douza*, cum ejusdem Notis, Lugduni Batavorum anno CIƆIƆCXIV. Græce & Latine, eodem Douza interprete; ſine Notis in tribus Hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptoribus, Laonico Chalcocondylæ ſubjuncta, Genevæ anno CIƆIƆCXV. ſub *Chronici Compendii* nomine, Græce & Latine, interprete *Allatio*, cum *Douzæ* Notis, Hiſtoriæ integræ ſubjectis, Pariſiis anno ſupra laudato. (a)

Editiones.

D 3 §. XVII.

(a) *Vide Hankium* parte 1 cap. 33. §. 33. 34. pag 564

GEORGII PACHYMERÆ.

§. XVII. Inter Constantinopolitanos exules post expugnatam a Latinis urbem, Nicaam Bithyniæ digressos, *Georgii Pachymeris* pater fuit. Vnde *Georgius* origine Constantinopolitanus, Nicæam patriam nactus, circiter annum CHRISTI CIↃCCXLII. natus est. Clericis adscriptus primo Hieromnemonem Constantinopolitani Patriarchæ egit; (a) post majoribus muniis tam Ecclesiasticis, qvam Palatinis admovebatur. Nam inter Clericus Protecdicus, (b) inter Politicos Dicæophylax (c) audivit. Qvam diu vixerit, nondum certo constare puto. Petrus tamen Lambecius circa annum CHRISTI CIↃCCCXL. mortuum existimat. (d) Qvomodo Pachymeres exemplo rariori centenario proximus diem supremum obiisset. Hic ipse autem Georgius Pachymeres *sui temporis res Constantinopolitanas*, qvarum plerasqve viderat, vel audiverat, sub duobus Imperatoribus Michaele & Andronico Palæologis per XLIX. annos gestas libris tredecim opere bipartito complexus est. Hujus operis pars prior complectitur res, qvas Michael Palæologus ante imperium & in ipso gessit, libris sex constans. Incipit a rebus Michaelis

Summarium vitæ.

Historia.

Anno 1257

(a) Hieromnemon *Patriarcha talis minister erat, qui curas rerum ad Eichologium, Thronum & ordinationem pertinentium gerebat: ut innuit Georgius Codinus* de Constantinopolitanis Officiis cap. 1. §. 13. *& ex eo Hankius* parte 1. cap. 34. §. 5. pag. 568. (c) Protecdicus, *hoc est, primarius captivorum defensor. Codinus d. l.* (c) Dicæophylax, *id est juris assertor Imperatorius. Videatur ipse Pachymeres* lib. 1 c. 1. *cujus verba repetit Hankius.* (d) *in Indice primo, qvem* Commentariorum de Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi libro III. *subjunxit. Adi Hankium* pag. 375.

chaelis circa annum CIↃCCLVIII. qvo Andronicus Michaelis filius in lucem editus: desinit in Michaelis Imperatoris excessu, anno CHRISTI CIↃCCLXXXII. die Decembris undecimo. Pars posterior complectitur Historiam ab Andronico Palæologo, Michaelis filio, temporibus imperii gestorum, ab initiis laudati imperii incipiens, inqve anno ultimo vitæ regiminisqve, qvi fuit CHRISTI CIↃCCCVIII. finiens. Prodierunt hujus operis argumenta, singulorum librorum capitibus singulis res comprehensas indicantia, Latine; qvæ *Hieronymus Wolffius* ex MS. Augustano deprompta, Nicephoro Gregoræ subjunxit, aliqvoties edita. Vtraqve pars integra, Græce & Latine edita, interprete *Petro Possino*, cum ejusdem ad partes singulas tribus *Observationum* libris (quorum primus Glossarium verborum obscuriorum, secundus Notas, tertius Chronologiam rerum exhibet) Romæ, prior qvidem anno CIↃIↃCLXVI. posterior anno CIↃIↃCLXIX. (a) *Editiones.*

§. XVIII. *Nicephorus Gregoras*, jam annos septem & viginti natus, privatis doctrinarum studiis in qvibus etiam Astronomica locum habuere, relictis, benevolentiam Andronici Palæologi senioris affectans, tantum oratione sua, qva hunc laudabat Imperatorem, perfecit, ut Chartophylacis (b) Ecclesia- *NICEPHORUS GREGORAS.*

(a) *Videatur Hankius* l. 19 p. 577. *ubi & fragmentorum a Petavio cum Nicephori Constantinopolitani* Breviario *editorum meminit.* b) Chartophylax *est is*, qvi tabulas habebat chartaceas ad jura Ecclesiastica pertinentes, hoc est, literas, qvibus privilegia & alia jura Ecclesiæ continentur: id est, judex

Ecclesiastici muneri destinaretur, qvod tamen juventutem causatus, declinavit. (a) Cum vero inter Andronicos Palæologos, avum & nepotem, civile bellum oriretur, ac junior urbem & Imperium Constantinopolitanum sibi uni subjiceret, Nicephorus Noster Andronico seniori addictus manens, eidem ex Imperatore in monachum converso, & morienti adfuit, & mortuo parentavit. Post in junioris Andronici aula versatus, ipsum ob matris obitum mœrentem consolatus, anno CIↃCCCXLI. de vita decedentem oratione funebri extulit. Exin sub Johanne Palæologo, Andronici junioris filio aliqvamdiu vixit, & qvidem supra annum CHRISTI CIↃCCCLV. Scripsit is *Historiæ Constantinopolitanæ libros IV.* in qvibus tam res ante ætatem suam, qvam postea gestas commemorat. Cœpit ab urbe per Latinos capta, id est, ab anno CHRISTI CIↃCCIV. definit in Imperatoris Andronici Palæologi junioris excessu, anno CHRISTI CIↃCCCXLI. Græce & Latine editus est hic scriptor, interprete *Hieronymo Wolffio*, cum ejusdem Notis, Basileæ, anno CIↃIↃLXII. Latine sæpius cum aliis Historiæ Byzantinæ scriptoribus. (b)

Historia.

Editiones.

IOHANNES CANTACVZENVS.

§. XIX. *Johannes* ex illustri *Cantacuzenorum* fami-

judex omnium causarum Ecclesiast carum, & controversiis matrimonialibus cognoscendis ac dirimendis præsidet: qvin & in ceteris Clericorum litibus judex est, tanqvam dextra Patriarchæ manus: *qvæ verba sunt Codini* de Officiis Constantinopolitanis cap. 2. § 5.

(a) *Videatur ipse Gregoras* lib 8 *cujus verba repetit Hankius* parte 1. cap. 35. §. 5. p. 581. (b) *Consulatur Hankius* parte 1. cap 35. §. 33 pag. 599

familia oriundus, patrem Peloponnesi Præfectum ab Imperatore Andronico Palæologo seniore creatum, novem & viginti annos natum, amisit puer. Matrem habuit Theodoram Palæologinam, Imperatoris Andronici Palæologi junioris cognatam, matronam prudentissimam. Ceterum cum huic ipsi Andronico juniori singulariter adhæreret, senioris, cujus in aula Cubiculo Sacro præfectus erat, gratia excidit: at a juniore Magnus Domesticus (hoc est, rerum, ad domum, seu familiam pertinentium, Procurator) & in Thracia Præfectus, renuntiatus fuit. Imo solus rerum potitus Andronicus ille junior, Iohannem Cantacuzenum imperii collegam expetebat, sed reluctantem non obtinuit. A morte toties laudati Andronici, successoris filii Iohannis Palæologi tutor, imperium administravit, non semper optima ex fide. (a) III. Certe cum superstite Iohanne Palæologo, Imperatoria assumserit ornamenta, ac partem imperii ad se traxerit, culpa tyrannidis non videtur caruisse. Qvicqvid tamen sit, cum anno CIƆCCCXLVII. Constantinopolin occupasset, ab Isidoro Patriarcha coronatus, mox Helenam filiam Iohanni Palæologo Imperatori collegæ dedit conjugem. At enim qvia genero subtrahere, ac totum sibi proprium, filiisqve suis hæreditarium Imperium reddere studuit, enato bello novo, Iohannes, in potestatem redacta Constantinopoli, Cantacuzenum

Ejus dignitates.

Imperium Constantinopolitanum ad se traxit

E de-

(a) *Hanc in rem curatius inqvirit. Hankius* parte 1. cap. 36. §. 7. seqq. p. 605. seqq.

Prodiit Græce & Latine, interprete *Ismaele Bullialdo*, cum ejusdem Notis, Parisiis anno CIↃIↃCXLIX. (a) *Editio.*

§. XXI. *Georgius Phranza*, patria Constantinopolitanus, anni CIↃCCCCI. diem XXX. Augusti, natalem; Gregorium Palæologum Mamonam, Magno Duce Mamona, qvi Monembasiam aliqvando administravit, natum, habuit affinem: qvem una cum sorore, & puella filia unica, anno CIↃCCCCXVII. amisit. Ephebus annorum sedecim Cubicularius ab Imperatore Manuele Palæologo creatus, anno CIↃCCCCXX. V. a Johanne Palæologo, Manuelis filio Secretarius cum duobus aliis legatis ad Amurathem Turcarum Principem de pace mittebatur. Ab excessu Manuelis, Iohannes ille Palælogus fratri Despotæ Constantino Palæologo, Phranzam longe charissimum inter ministros assumi concessit: qvi ejus opera in toga æqve ac sago usus est. (b) Anno CIↃCCCCXXX. præfectus Patrensibus a Constantino datus, biennio post ab eodem ad Iohannem Palæologum missus, Protovestiarii dignitatem reportavit. Anno CIↃCCCCXXXVIII. uxorem duxit Helenam, Alexii Palæologi filiam, ex qva Iohannem, Alexium, Andronicum, pluresqve liberos suscepit. Anno CIↃCCCCXLVI. a Constantino, Spartana, oppidorumq; circumjacentium præfectura, annoq; CIↃCCCCXLIX. titulo & honoribus Magni Logothetæ, ornabatur. Expugnata Constantinopoli anno CIↃCCCCLIII. die Maji XXIX. ac Constantino Palæologo Imperatore oppres-

GEORGIUS PHRANZA.

Brevis historia vitæ ejus.

(a) *Vid. Hankius* part. 1. c. 29. (b) *Qvod pluribus ex ipso Phranza exponit Hankius* part. 1. c. 40. pag. 640. seqq.

dronici filio, Alexii nepote, Alexii Comneni Imp. pronepote, qvi post Imperatorem Theodorum Lascarem juniorem, filii Iohannis Lascaris tutor imperium Orientis consecutus, Constantinopoli Latinos expulit anno CHRISTI CIↃCCLXI. finit in Muhamedis Turcarum Imperatoris rebus gestis anno CIↃCCCCLXXVI. Hoc Chronicon auctor in qvatuor libros diviserat: qvod nescio qvam bene *Iacobus Pontanus* editor in tres libros contraxit. Prodiit autem Latine, interprete *Pontano*, cum ejusdem Notis, & dignitatum tam Constantinopolitanarum, qvam Turcicarum explicatione, Theophylactæ Simocattæ subjunctum, Ingolstadii anno CIↃIↃCIV. *Editiones.*

§. XXII. Atqve ita per compendium egimus de præcipuis Historiæ Constantinopolitanæ scriptoribus Græcis, qvi qvidem annalem observarunt ordinem: ex qvibus plurima sane ad Historiæ Ecclesiasticæ Orientalis notitiā pertinentia licuerit haurire. Nonnulli quidem huc referendū censent, *Laonicum Chalcocondylam:* sed nos idpropter omisimus. qvia qvam maxime in Turcorum rebus, utut adversus imperium Constantinopolitanum gestis occupatur. (b) Ceterum non defuere etiam in rebus Byzantinis Latini scriptores: sed qvia pleriqve Græcos sunt secuti, nostrum non erat, horum singulariter meminisse. *Cur Laonicum omiserimus.*

 Et

(a) *Vide de hoc scriptore Vossium* de Historicis Græcis lib. 2. cap 30. *Bellarminum de* Scriptor. Ecclesiasticis, *& ad eum Phil. Labbeum* in Dissertat. Philologica Tomo 2. p. 8. & in App. p. 755. s. *Nimis duriter eum Barthius* ad Claudianum *p. 338. vocat* scriptorem insulsæ imperitiæ.

Et forte an de iisdem ſtudio ſingulari aget is, qvem toties jam laudavimus, & per qvem nos profeciſſe non parum, libenter meritoqve ſumus faſſi, Vir celeberrimus, *Martinus Hankius*, inclyti jam Eliſabethani Gymnaſii Vratislavienſis, olim Mariæ-Magdalenei Rector optime meritus, amicus a pluribus retro annis ſummopere a me æſtimatus, & obſervanter colendus: qvem ut divina bonitas in egregium publicum diutiſſime conſervet incolumem, ex animi ſententia precor.

CAPVT VII.

DE NICEPHORO CALLISTI SINGVLARI HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ SCRIPTORE GRÆCO.

§. I.

NICEPHORUS Calliſti F.

PRius ex Oriente qvam in Occidentem, & ab Eccleſia Græca ad Latinam deſcendamus, æqvum judicavimus aliqva afferre de *Nicephoro*, famoſo illo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptore, ad qvem plerumque ſolent confugere, qvi meliores non noverunt, aut qvibus non eſt integrum vetuſtiores conſulere.

§. II. Floruit autem hic Nicephorus, Calliſti Xanthopuli filius, ſeculo XIV. ſub Andronico ſeniore, ejusqve filio Michaele, ac nepote Andronico juniore, Imperatoribus: uti patet ex præfatione Hiſtoriæ ab ipſo conſcriptæ, itemqve *Catalogo metrico Impp. Conſtantinopolitanorum*, in Philippi Labbei *Protreptico*, Græce edito.

§. III.

§. III. Annum ætatis nec dum XXXVI. egressus scripsit *Historiæ Ecclesiasticæ libros XXIII.* qvorum postremi qvinqve perierunt. Duodeviginti (qvi ex reliqviis bibliothecæ Matthiæ Hunniadæ, Vngariæ Regis, Budæ in præda reperti Turcica) ab nato CHRISTO incipientes, pergunt ad exitum Phocæ, & initium Heraclii Imperatoris. Singulorum argumentum ipse Nicephorus in proœmio posuit: ex qvibus patet, finiisse librum XXIII. in morte Leonis Imperatoris, cognomento Philosophi, qvæ incidit in annum Domini CIↃCCCCXI. *Ex libris 23. Histor. Eccles. qvinq. postremi periere.*

§. IV. Etsi autem dictione usus non invenusta, nec ordine incommodo historias digessit; qvia tamen errores non exiguos commisit, ac veritatem historicam multis conspurcavit fabulis, non est, qvod tuto fidas homini, nisi qvando cum antiqvioribus consentit. Vnde Theodorus Beza in Notis ad Evangelium Lucæ, historiam ejus, *magnum nugarum volumen*, & ad Actorum cap. I. ipsum auctorem *ineptum ac ridiculum historiæ Ecclesiasticæ scriptorem*, Lambertus Danæus ad Augustinum de Hæresibus *magnum aliorum scriptorum compilatorem & ῥαψῳδὸν* vocant. Isaaco Casaubono Exercitat. I. ad Annales Baronii sect. XII. *auctor* audit *vanissimus*, *futilissimus*, *nec συγγραφεὺς* hoc est historicus, sed *μύθων καὶ λήρων ῥαψῳδὸς*, *hoc est, fabularum & nugarum compilator.* Et sect. XII. sic scribit: *Nicephorum hunc fabulosissimũ esse scriptorem, & judicii in literis nullius, satis notum est eruditis. Qvare eqvidem, qvicqvid apud* *Judicium de Nicephori Hist. Eccles.*

rum oppido paucos nobis integrum enumerare, qvi ſint in lucem editi.

HAYMONIS Halberſtad. Epiſcopi

§. II. Ex ſeculo tamen IX. huc retuleris *Haymonem*, ſive *Hemmonem* (ut Annales Francorum Fuldenſes vocant) ex Anglo-Saxonum gente, venerabilis Bedæ, non fratrem, ſed conſangvineum, qvi Flaccum Alcuinum, Caroli M præceptorem, ac poſtea ſanctiorem ſenatorem conſiliarium, ex Anglia Turonas in Galliam ſecutus, hinc monaſterii Fuldenſis prænobili hoc ævo ſcholæ, atque exin Hersfeldenſi cœnobio monachus & ludimagiſter datus, non vero Abbas Hersfeldenſis creatus eſt: qvi error in Trithemii, Pithoei, Labbei, & Natalis Alexandri ſcripta irrepſit. Anno ɪↄcccxʟ. Halberſtadienſis Epiſcopus ordine tertius a Ludovico Rege Germaniæ, Ludovici Pii Imperatoris filio renuntiatus, veri Præſulis officium docendo ſcribendoqve, annoqve ɪↄccclɪɪɪ. finem vivendi fecit. (*a*) Inter alia autem *de memoria rerum Chriſtianarum* aureolum conſignavit commentariolum, in libellos decem diſtinctum, ac potiſſimum ex Rufino contractum: qvem poſt Colonienſem geminam annorum cɪↄɪↄxxxɪ. & cɪↄɪↄʟxxɪɪɪ. Romanam, Sulpicii Severi *Hiſtoriæ Sacræ* junctam, cum Notis *Petri Galeſinii*, & Lugdunenſem Boxhornianam anni cɪↄɪↄcʟ. editiones, anno cɪↄɪↄcʟxxɪ. cum vero *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* elogio, *Ioachimus Iohannes Maderus*, amicus meus magnus, lon-

Hiſtoria Eccleſiaſtica.

(*a*) Vitam *Haimonis* antè hos octodecim annos ſcripſimus *in Halberſtadenſium Epiſcoporum Hiſtoria*: cujus nova editio multimodis aucta ad prelum parata eſt.

giori vita dignissimus Helmstadii publicavit. In Bibliotheca arcis Ambrasianæ prope Oenipontem, num. CCLXIII. Compendium hoc Haimonis manuscriptum fuit, nunc vero in Bibl. Vindobonensi est, hoc sub titulo: *Abbreviatio Historiæ Ecclef. sive libri decem de Christianarum rerum memoria.* (a)

ANASTASIVS Bibliothecarius

§. III. Eodem seculo IX. floruit *Anastasius* Ord. S. Benedicti Abbas Romanus, presbyter Cardinalis titulo S. Marcelli, & *Bibliothecarius* Gregorii IV. a Leone autem IV. in Synodo Romana anno IↃCCCL. exauctoratus, eo qvod contra canonum decreta Ecclesiam suam qvinqvenio deseruisset. Is præter alia

Scripsit Historiam Ecclef.

conscripsit *Historiam Ecclesiasticam*, sive Chronographiam tripartitam, in qva Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani Chronicon, & magnam partem Chronici a Georgio Syncello, & Theophane Confessore, ab initio mundi ad Leonis Armenii imperium deducti, Latine interpretatus est. Prodiit

ab Fabroto editam.

hoc opus cura *Caroli Annibalis Fabroti* Parisiis anno CIƆIƆCXLIX.

OLDERICVS VITALIS

§. IV. Medio fere seculo XII. anno nempe CIƆCXLI. *Oldericus*, sive *Ordericus Vitalis*, monachus Vticensis, Lexoviensis in Lugdunensi secunda, quæ nunc est Rothomagensis provincia Normannicæ regionis, diœcesios, annos tum LXVII. natus, consignavit *Historiam Ecclesiasticam*: quam cum Rerum Nor-

a Duschesnio editam.

mannicarum scriptoribus *Andreas Duchesnius* edidit anno CIƆIƆCXIX.

CAPVT

(a) Vide Lambecium *tomo 2. de Bibl. Vindobonensi.*

CAPUT IX.

DE CHRONOGRAPHIS LATINIS A SECULO V. USQUE AD XIV. QUI VARIA AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM PERTINENTIA ATTULERUNT.

NEMPE DE LUCIO DEXTRO, ISIDORO HISPALENSI, BEDA, FRECULPHO, ADONE, RHEGINONE, LIUTHPRANDO, GLABRO RADULPHO, HERMANNO CONTRACTO, LAMBERTO SCHAFNABURGENSI MARIANO SCOTO, SIGEBERTO GEMBLACENSI, OTTONE FRISINGENSI, GODEFRIDO VITERBIENSI, CUNRADO URSPERGENSI, GODEFRIDO COLONIENSI, ALBERTO STADENSI, MARTINO POLONO, VINCENTIO BELLOVACENSI.

§. I.

QVia ſingula prope ſecula ſuos habent Chronographos, Annaliumque conditores, Latine quidem, rarius tamen polite ac caſtigate ſcribentes, non pauca qvoqve ex illis peti poſſunt Hiſtoriam Eccleſiaſticam illuſtrantia.

§. II. Huc igitur, præter illos, quos ſupra cap. III. in Euſebio laudavimus, pertinent, ex ſeculo V. *Flavius Lucius Dexter*, prætorio præfectus, filius Paciani Barcinonenſis Epiſcopi, B. Hieronymo coætaneus, qui & ejus *lib II. adverſus Rufinum, & de Illuſtribus ſcriptoribus* libello meminit. (a) Dextri hujus Chronicon, qvod a CHRISTO nato ad annum CCCCXXX. progreditur, primus e tenebris eruit, amplisſimisqve commentariis illuſtratum publici juris

FL. LUCII DEXTRI

Chronicon

 ris

(a) Vide Voſſium *de Hiſtor. Lat. lib. 2. c. 10. p. 204.*

ris fecit *Franciscus Bivarius*, Madritensis, Lugduni in Gallia anno CIↃIↃCXXVIII. Continuavit illud *Marcus* quidam *Maximus*, Episcopus Cæsar-Augustanus: quæ continuatio una cum additionibus aliorum Episcoporum Cæsar-Augustanorum, edita est Madriti anno CIↃ IↃCL. Verum multis hoc Chronicon de sinceritate suspectum fuit visum. Sane Johannes Seldenus *Observation: ad Eutychii Patriarchæ Alexandrini Origines Ecclesiæ Alexandrinæ*, ait, *plurima in eo esse, quæ seculum Dextri non sapiant.* Confer sis Gabrielis Pennotti *Historiam Canonicorum Regularium*; & quæ inde adducit Aubertus Miræus *parte II. Bibliothecæ Ecclesiasticæ cap. VI.* cujus tamen, & aliorum dubitandi rationes refellere conatus est ipse Bivarius, editis duabus apologiis, quæ una cum Chronico impressæ fuere: prior qvidem in operis initio, posterior vero ad calcem ejus.(a)

an sit genuinum.

§. III. Ex seculo VII. *Isidorus* ex stirpe Gothica *Hispalensis* Episcopus, Severiano, Carthaginensis urbis præfecto, natus, frater Leandri, ante ipsum Hispalensis, & Fulgentii Carthaginensis Episcoporum: cujus habemus *Chronicon* ab mundi primordiis incipiens, annoque CHRISTI IↃCXXVI. in Svinthiliano Gothorum in Hispania Rege desinens. (b) An hoc Chronicon ex *quinto libro Originum* sit decerptum; an potius liber ille ex Chronicis in *Origines* sit relatus; disquirit Vossius *de Historicis Latinis lib. II. cap.*

ISIDORI HISPALENSIS Chronicon

(a) Videatur Joh. Hallervordii *Spicilegium de Histor. Latinis p. 59.*

(b) Vossius l. 2. c. 25. p. 264 *de Hist. Lat.* ait Chronicon pertingere ad annum quintum Svinthiliani, qui CHRISTI fuerit IↃCXXVI.

cap. XXV. Emendavit Isidorianum Chronicon, ac scholiis illustraxit *Garsias de Loaisa*, Canonicus Toletanus. Continuavit illud ad annum CIↃCCLXXV, multis tamen additis, nec paucis immutatis, *Lucas* Episcopus *Tudensis*. Primus illud divulgavit *Andreas Schottus* Tomo IV *Hispaniæ illustratæ*.

BEDA de sex mundi ætatibus:

§. IV. Ex seculo VIII. *Beda*, presbyter Anglus, cognomine *Venerabilis*, cujus opus *de sex mundi ætatibus* ab orbe condito incipiens, finit anno CHRISTI IↃCCXXIV. qvod uti in operibus Bedæ comparet tomo II. ita eruditis scholiis illustravit *Iohannes Bronchorstius* Noviomagus, Everhardi, Ic. Lugduno-Batavi parens: Coloniæ editum anno CIↃIↃXXXVII.

ab Ioh. Bronchorstio illustratus.

FRECULPHI [illegible] *Chronicon.*

§. V. Ex seculo IX. *Freculphus*, monachus primum Fuldensis, post Lexoviensis Episcopus. Hic *Chronicon* scripsit, opere bipartito: cujus pars prior ab initio mundi progreditur usqve ad nativitatem CHRISTI: altera, ad usqve Francorum & Longobardorum regna, annumqve CHRISTI IↃCVI. Thomas Dempsterus (a) *auctorem* vocat *optimum, sed fœde in nominibus propriis sæpe corruptum.* Sæpiuscule editum est hoc Chronicon, tum seorsim, tum *in Bibliothecis Patrum.*

Editiones.

ADO Arch. Vienn.

§. VI. Eodem seculo nono floruit *Ado*, Viennæ ad Rhodanum in Allobrogibus Archiepiscopus, doctrina, pietate, industriaqve conspicuus. (b) Hic non exiguum sibi nomen paravit *Chronico*, quod ab orbe condito continuavit, non qvidem usqve ad

 annum

(a) in Indice scriptorum *Rosini* Antiqvitatibus præmisso. (b) Qvod elogium ei tribuit *Vossius* de Hist. Lat. l.2. c.37. p.330.

annum IↃCCCLXXIX. qvo natus eſt Carolus Simplex, Ludovici Balbi, ex ſecunda conjuge Adheleide, filius poſthumus: ſed ad annum forte IↃCCCLXXIII. Neqve enim ultra annum IↃCCCLXXIV. qvo vivere deſiit, hoc Chronicon potuit producere: ut facile admittamus ſententiam Philippi Labbei, *qvod ſupereſt, ab aliqvo* homine *ignoto, eoqve parum in rebus illorum temporum intelligenti, deinceps adjectum fuiſſe.* Diviſum eſt in ſex ætates: qvarum prima pergit usqve ad diluvium: altera, ad Abrahæ nativitatem: tertia, ad Davidem: qvarta, ad migrationem Babylonicam: qvinta, ad CHRISTVM natum: ſexta, ad id usq; temporis, quod diximus. Exſtat Chronicon illud tum ſeparatim editum, cum Gregorio Turonenſi, Pariſiis an. CIↃIↃXII. & CIↃIↃLXVII. opera *Gvilielmi Morelli*, tum in Hiſtoria Patrum *Laurentii Barrai*, & in Bibliothecis Patrum Margarini de la Bigne, Theologi Sorbonenſis, Pariſienſibus, ac Colonienſibus. *Has omnes* tamen *editiones innumerabilibus ſcatere mendis, ex Mss. codicibus, ac conjecturis, ſi unqvam ſiverit otium, non difficili opera emaculandis,* ſcribit Labbeus. (a)

Editiones.

§. VII. Ex ſeculo X. *Rhegino*, Prumienſis cœnobii in Trevirenſi archidiœceſi ordinis Benedictini monachus, deinde Abbas, anno IↃCCCXCII. electus, ſed æmulis agentibus cedere coactus, Richarium ſucceſſorem habuit. Hic, juſſu Ratbodi, Archiepiſcopi Trevirenſis, compoſuit *duos Chronicorum libros*, qvos ab adventu Domini perduxit usqve ad annum IↃCCCCVI.

RHEGINO Prumienſis.

Qvousqve in Chronicis perveneris.

(a) Tom. 1. ad Bellarm. de Script. Eccl. p. 11.

ↃCCCCVI. Nam etsi ad annum ↃCCCCVIII. producere voluit, tamen dicto tempore desiit: nisi forte duo tresve anni in unum fuere compacti. Continuavit Rheginonem alius ad annum usqve ↃCCCCLXVII. vel potius usqve ad Ottonem II. qvi imperare cœpit anno ↃCCCCLXXII. qvæ appendix, judicio Gerhardi Joh. Vossii *de Historicis Latinis lib. III. cap. V.* vel *Romerium* habet auctorem, vel *Romerio* excerpta est. Editum est Chronicon Rheginonis anno CIƆIƆXXI. Moguntiæ a *Sebastiano de Rotenhan*, Franco, Icto & Equite aurato, qvi Carolo V. inscripsit: ac porro cum Turpino, *de vita Caroli M. & Rolandi*, Sigeberto Gemblacensi, ejusqve continuatore Roberto de Monte, & Lamberto Schafnaburgensi, Francofurti anno CIƆIƆLXVI. item a *Iohanne Pistorio*, tomo uno *Illustrium veterum scriptorum, qvi rerum a Germanis gestarum historias, vel annales posteris reliqverunt*, Francofurti anno CIƆIƆLXXXIII. ac iterum Argentorati, anno CIƆIƆCIX. una cum Conrado Abbate Urspergensi, & Lamberto Schafnaburgensi. Manuscriptum exemplar in Bibliotheca Cæsarea exstat, dignum, qvod cum impressis conferatur. (a)

Qui continuarit Rheginonem.

Editiones.

§. VIII. Idem seculum nobis sistit *Liuthprandum*, Ticinensis prius Ecclesiæ Diaconum, postea Cremonensem Episcopum, sed a Berengario, II. ejus nominis Italiæ Rege, qvi antea ipsum plurimi fecerat, & ad Constantinum Porphyrogennetam Imperatorem By-

LIUTHPRANDI

(a) *Petrus Lambecius* tomo 2. Commentar. de Bibliotheca Vindobonensi pag. 393.

Byzantinum anno IↃCCCCLXVIII. miserat: Otto I. & II. Augusti eum misere ad Nicephorum Phocam, qvi mortuo Romano, filio Constantini proxime memorati, imperium occupavit. Sub hujus Liuthprandi nomine circumfertur *Chronicon*, qvod ab anno IↃCVI. ad annum IↃCCCCLX. progreditur, in Operibus Liuthprandi ab *Hieronymo de la Higuera* Soc. Iesu, & *Laurentio Ramirez de Prado*, Consiliario Regio, ac militiæ D. Iacobi Eqvite, editum, eorundemqve doctissimis Notis illustratum. Madriti anno CIↃIↃCXXXV. & Antverpiæ CIↃIↃCXL. Verum suppositium esse fœtum, tam certum est, qvam qvod certissimum: adeo qvidem, ut Labbeus non verecundetur scribere: (a) *hæc Chronica cum qvisqviliis Iohannis Viterbiensis, & fabulis anilibus, aut Amadisiorum nugis, esse in Vtopiam Morboniamq. insulam releganda. Vt mirum sit Bivarios, Tamayos, Ramiresios, similesqve viros* τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τῶν ἀλαστόρων ἐκτρώματα *non tantum exosculari, & magni facere, sed etiam pro iis, indignante qvaqvaversum orbe literato, apologias conscribillare.* Aliter se res habet cum Liuthprandi *Historia de rebus suo tempore in Europa gestis*, qvam *Antapodosin*, qvasi *retributionem*, dicas nominavit. Nempe qvia hoc libro, ut par pari redderet, qvasi penicillo depinxit tyrannidem Berengarii II. a qvo, ceu diximus, Episcopatu dejectus fuit. Opus illud sex libris constat; qvi ab Arnulphi Germaniæ Regis ac Imperatoris temporibus exordium ducunt, ac desinunt in descriptione prioris lega-

Chronicon.

ab Hispanis editum

sed suppositium.

Ejus Historia de rebus in Europa gestis

(a) *Tomo 2. in Bellarminum p. 36.*

legationis Constantinopolitanæ. Nam cetera capita ab alio qvodam auctore assuta, styli diversitas, & rerum qvæ narrantur, cum reliqvæ historiæ corpore male cohærentium inconcinnitas, & Liuthprandi Cremonensis Episcopi iterata mentio, facile persvadent. Cœpisse librum III. (sic enim accipio: non de toto opere:) qvem singulariter *Antidosin* inscripsit, Francofurti componere, *cap. I.* affirmat; ac vide qvæ de se affert alia *lib. III. cap. V. lib. IV. cap. I. lib. V. cap. V.* In hac historia, qvia libere cum de Imperatoribus agit, tum de Romanis Pontificibus, horumqve vitia ac flagitia minime dissimulat, Romanæ, & tantum non totius Ecclesiæ Occidentalis faciem vivis nobis depingit coloribus. Habemus etiam alterius legationis historiam, ab Ottonibus Impp. ad Nicephorum, a Liuthprando seorsim exaratam. Hanc sibi a *Marco Velsero* transmissam, qvi eam a *Christophoro Browero* ex codice bibliothecæ Trevirensis descriptam acceperat, primus in lucem edidit *Henricus Canisius*, Ingolstadii anno cIↃIↃC.

Historia alterius legationis

a Canisio edita.

§ VIII. Seculo XI. *Glaber Radulphus*, qvi potissimum temporibus Conradi II. & Henrici III. claruit, ac primum S. Germani Antisiodorensis, post Cluniacensis fuit monachus, *Historiam libris V.* comprehensam nobis dedit, ab anno circiter IↃCCCCXC. usqve ad annum cIↃXLV. *Scabritiem styli ejus* (sed qvis in his hominibus qværat elegantias?) agnoscit Baronius Annalium Tomo XI, ad annnum cIↃXXIII. *In multis Reip. nostræ Germanicæ negotiis Gallum hunc monachum*

GLABRI RADULPHI

Historia.

nachum minus esse assecutum, asserit Conringius *de Germanorum Imperio Romano cap. X.* Editus est Glaber a *Petro Pithœo* Francofurti anno CIↃIↃXCVI. inter *scriptores XI. veteres historiæ Francorum*; ut & in *Corpore Scriptorum Historiæ Francorum*, Andreæ & Francisci du Chesne.

HERMANNI CONTRACTI

Illustris Monachi

§. IX. *Hermannus*, ex illustri Comitum Veringensium in Alpibus Sveviæ, & ad Danubium, supra Reutlingam olim habitantium, familia, patre Wolferado, matre Hiltrude natus, *Contracti* nomen accepit, a vitio membrorum, qvibus ab infantia captus fuit. Et ob hanc forte causam monasticæ vitæ traditus, lingvis, artibus, ac disciplinis, tantam navavit operam, ut corporis nævos, diligentia, mentisqve acumine singulari sarciret. Et vero non Latinam modo ac Græcam, sed & Arabicam (si Tritthemio credimus) lingvas calluit. Monachus fuit regalis cœnobii Augiæ majoris, (*Reichenaviam* vulgo vocant) siti in insula lacus Cellensis, qvi Bodamici appendix est, Ordinis Benedicti, in quod olim non nisi Magnatum filii recipiebantur. Obiit anno CIↃLIV. teste ejus continuatore, his verbis: *Hermannus Wolferadi Comitis filius, ab infantia omnibus membris contractus, sed omnes tunc temporis viros sapientia & virtutibus praecellens, in Alesbusan prædio suo defunctus ac sepultus est.* Ex hujus scriptis superest

Chronicon

Chronicon de VI. mundi ætatibus, a condito scilicet mundo, ad annum CIↃL. in qvo tamen maxime Bedam secutus, imo totum pœne ejus Chronicon de-

scri-

scripsit. Editum hoc est Contracti Chronicon, tum seorsim, tum a Iohanne Pistorio, *tomo I. Scriptorum rerum Germanicarum:* sed auctius legitur in illo *Germanicorum Historicorum tomo*, qvem Christiano Vrstisio Basileensi Professori debemus: & adhuc plenius *tomo I. Lectionis antiqvæ* Henrici Canisii. Vossius hanc diversitatem non tam ex eo arbitratur, qvod Hermannus sæpius auxerit Chronicon, qvam qvod monachi nonnulli in privatum usum complura adjecerint: qvale qvid aliis ejusmodi scriptis obtigisse, novi. Continuavit Hermannum, *Bertholdus*, Presbyter *Constantiensis*, usqve ad annum CIↃLXVI. ac insimul historiam sui temporis condidit ab anno CIↃLIII. usqve ad annum CIↃC. qvo obiisse creditur. Tempora Henrici IV. Imperatoris præcipue illustrat, in qua tamen affectibus nimium quantum indulget. Quod non est mirum in homine Hildebrandinis partibus ita addicto, ut anathemate Papali solutos per impositam pœnitentiam in gremium Ecclesiæ reciperet, qvotqvot a partibus Cæsareis ad Pontificias desciscerent. Imo ipse Clericus in acie stetit cum anno CIↃLXXVI. Henricus IV. in orientali Francia vinceretur. Qvo de sic scribit Bertholdus: *Ego qvoqve ipse, qui hæc Chronica ab* CIↃLIV. *anno Dominicæ incarnationis huc usqve perduxi, de prædicto prælio non tam aliorum relatu, quam quæ ipse vidi & audivi, ad laudem & gloriam Dei, fidelibus annunciare curavi.* Primus Bertholdum in lucem emisit laudatus Vrstisius, qvi a *Francisco Rechburgero*, tribuno

aliqvoties auctum

Continuavit BERTHOLDUS *Constantiensis*

Hildebrando Papæ adhærens

& contra Henricum IV. militans

ab Vrstisio editum.

 buno

buno plebis Basileensi acceperat. Chronicon autem Hermanni cum diversorum auctorum continuationibus (quarum postrema ab anno CIↃCCLXXIX. ad CIↃCCCX. pertingit, & *Wichardo de Polheim*, Archiepiscopo Saltzburgensi tribuitur) ms. servat Bibliotheca Cæsarea inter codices Latinos num. CCCIX. teste Lambecio. (a)

LAMBERTI SCHAFNABURGENSIS

§. IX. Eodem seculo XI. inclaruit *Lambertus Schafnaburgensis*, sive potius *Aschafnaburgensis* (Aschafnaburgum, hodie Aschaffenburg, Moguntinæ archidiœceseos non ignobile est oppidum) monachus Abbatiæ Herolsfeldensis, sive, ut pridem vocatur, Hirschfeldensis; quod monasterium ingressus anno CIↃLVIII. eodemqve anno, inscio Abbate suo, peregrinationem Hierosolymitanam adiit, unde seqventi anno revertebatur.

Chronicon

Hujus Chronicon ab seculo VIII. incipiens (nam qvæ præmittit a mundi exordio ad hanc ætatem, oppido pauca sunt) ad annum CHRISTI CIↃLXXVII. pertingit.

satis Latinum

Dictio hujus scriptoris plerumqve satis pura est ac elegans, ac vere æmula veterum. Inde Caspar Barthius *Adversariorum libro XLIX. cap. IV.* non dubitavit scribere: *Lamberto Schafnaburgensi nemo politius inter veteres res Germaniæ commisit*; eundemque *libro XLV. cap. XXIII. miræ ævo suo eloqventiæ scriptorem* vocat.

& a multis laudatum

Paulo Langio (b) audit *nobilis Historicus* Lipsio, *egregius, ut illa tempora tulerunt, scriptor*: (c) Stephano Stephanio *Chrono-*

(a) Tom. 2. Comm. de hac Bibliotheca pag. 3. (b) *in Chronico Citizensi.* (c) *in Monitis Politicis lib. 2. c. 15.*

Chronographus doctissimus & accuratissimus: Conringio (a) *magni judicii auctor;* item (b) *scriptor prudens, peritus, ac disertus, ac præter hoc candidus.* Baronius Cardinalis ad annum CIↃLXXIV. ita de ipso: *Scriptor horum temporum accuratissimus, & candidus: quem neque privatis affectus suæ gentis, suique Principis valuit a veritate dimovere.* At vero de illa affectuum absentia non immerito dubites. Nam in rebus ad controversiam inter Henricum IV. & Hildebrandum, sive Gregorium VII. Papam, fidem ejus claudicare, multorum judicium est. Vnde Vir summus, Henricus Meibomius Iunior, *Introductione in Historiam Saxonicam* sic scribit: (c) *Bonum vero factum, quod illorum temporum Historicum habemus, Hersfeldensem quidem cœnobitam tantum, sed virum rerum seculi peritissimum, & prudentia insignem, Lambertum Schafnaburgensem, quem ultra ævum sapere, antiquis multis parem, recentioribus plurimis superiorem omnes fatentur, nec in eo temere aliquid culpant, præterquam quod studio Romani Pontificis Henrico IV. Imperatori videatur iniquior.* Chronicon hoc Lamberti ex monasterii Augustiniani bibliotheca Wittebergensi, jussu *Philipp. Melanchthonis* a Secerio primum exscriptum, & *ἀνωνύμως* editum (d) postea cura Ludovici Schradini Tubingæ anno CIↃIↃXXX. cum

Gregorio tamen VII. Papæ nimis favens

Editiones.

G 3 hoc

(a) *in* Censura Diplomatis Ludoviciani cap. 10 p. 179. (b) *in* Assertione juris Moguntini in coronandis Romanorum Regibus. (c) pag. 95. (d) *Ioh. Lomeierus* de Bibliothecis cap. 10 sect. 2. p. 203. *Aitbi legi unicum exemplar exstitisse in bibliotheca Augustiniana Basileensi. An ergo inde acceperunt Wittebergenses?*

ciis stat partibus. Primum editum hoc est Chronicon ex Francofurtensi manuscripto: cum qvo postea editum exemplar contulit Johannes Latomus, eiqve sua manu epistolam præscripsit, cujus summam exhibet Nicolaus Serarius *Moguntiacarum rerum lib. I. cap. XL.* qvo & breviter recenset vitam Mariani. In Epistola Latomi, teste Serario, votum etiam exstat, ut correctior recudatur Marianus: qvod & nos optamus, præsertim ex optimo illo Oxoniensis bibliothecæ ms. cum præsertim Brianus Tvvynus *de antiqvitate Oxoniensis Academiæ libro II.* testetur, *impressum multo plura occultare, quam edere.* Qvo forte etiam faciet MS. qvod in Cottoniana bibliotheca reperiri, auctor est Seldenus in *dissertatione de Mari clauso.* Contra Hadrianus Valesius ex Isaaco Vossio se accepisse, testatur, in veterrimo Chronico Mariani Scoti, qvod scriptum in membranis penes se haberet, cum plurima alia, qvæ edita sunt, non inveniri, tum nihil omnino de Chlodionis Francorum Regis victoriis. Habetur alias Mariani Chronicon etiam *tomo I. Pistorii*, una cum appendice Dodechini. Nimirum continuavit Marianum usqve ad annum cIↃcc. qvi ævo illo vixit, *Dodechinus*, ex monacho *Abbas S. Dysibodi:* qvamvis in prototypo absqve hujusmodi nomine ac intercisione legi testetur Latomus. Idem *S. Dysibodi montem*, in qvo Dodechinus Abbas fuit, ostendit esse *Sobernheim*, non longe a Moguntia monasterium. (b)

Editiones.

Mss. locupletiora supersunt.

DODECHINUS continuavit Marianum.

§. XI.

(a) *p. 289.* (b *Videatur Serarius* Moguntiacarum rerum l. 1. c. 40. p. 170. *Alii hoc monasterium in diœcesi Trevirensi situm volunt.*

§. XI. Ex seculo XII. cujus anno etiam XIII. supremum diem obiit, huc referendus, *Sigebertus Gemblacensis*, nobilis in Brabantia monasterii, quod per nupera quoque bella Gallo-Belgica, cum damno qvantumvis suo, inclaruit; post S. Vincentii Metensis monachus, qvi, Aventino teste, (a) *ut qvisqvam illa tempestate esse potuerit, omnis divini humanique juris fuit consultissimus.* De eodem monachus ille Nussiensis, *Magni Chronici Belgici* collector ad annum CIↃCXIV. *Venerabilis monachus Gemblacensis cœnobii, vir in omni scientia literarum incomparabilis ingenii, descriptor temporum III. Non. Oct. obiit.* Confecit is Chronographiam, qvæ ab anno CHRISTI CCCLXXIX. vel (ut aliis placet) CCCLXXXI. incipiens, perducitur ad annum CIↃCXIII. Etsi autem in Chronologicis non semper accuratus est; ut Hadrianus Valesius *lib. XXIV. Rerum Francicarum*, cum nuncupet *auctorem in digerendis veterum Regum Francicorum successionibus ac regni cujusq. annis valde infelicem*; in rebus tamen ipsis non est, quod boni multum in eo desiderent: & in Historia Henrici IV. injurias Imperatori factas aperit. Qvod dum concoqvere neqveunt Baronius, aliiqve monarchiæ Papalis defensores, qvomodo suæ serviant scenæ, manifesto declarant. Editum sæpius est Chronicon Sigeberti, & plerumqve cum uno vel altero appendicum: de qvibus mox dicemus. Demum ad fidem avtographi codicis Gemblacensis comparatum anno CIↃIↃCVIII. Antverpiæ in lucem

SIGEBERTI GEMBLACENSIS

Chronographia

in Chronologicis vacillat

non facile in rebus ipsis.

(a) lib. 5 pag. 563.

cem dedit Aubertus Miræus. Vt autem ipse Sigebertus una cum aliis Eusebianum Hieronymianumque Chronicon, sive potius Tripartitam Historiam excepit; ita plures quoque ejus Chronicon continuarunt: in quibus præcipui eminent tres: I. *Anselmus Gemblacensis Abbas*, ab anno CIƆCXIII. ad annum CIƆCXXXIII. II. *Anonymus*, qui (ut Labbeus ait) (a) *falso hactenus creditus Robertus Abbas de monte S. Michaelis*: (sic in Pistoriana, & aliis editionibus vocatur) *cum potius*, ex ejusdem Labbei conjectura, *fuerit Religiosus aliquis ordinis Præmonstratensis in diœcesi Laudunensi, aut non procul ab ea commoratus*. III. *Robertus de Thorigneio*, Abbas S. Michaelis de Tumba, sive in Periculo Maris: cujus Chronicon exstat post Guiberti Novigentini Abbatis opera, studio *Lucæ Dacherii* anno CIƆIƆCLI. edita cum pluribus aliis. *Continuatores.*

§. XII. Circa annum Domini CIƆCXX. sub Ludovico Crasso, Rege Galliæ, claruit *Hugo*, monachus *Floriacensis*: (Floriacum cœnobium est agri Aurelianensis ad Ligerim situm) cujus Chronicon a Nino incipens, finit anno IƆCCCCLV. in editione *Bernardi Rottendorffii*, Archiatri Reip. Monasteriensis, elegantibus Notis illustrata, quæ prodiit Monasterii anno CIƆIƆCXXXVII. Nam quam *Basilius Iohannes Heroldus* molitus est editionem (ut ipse testis est *præfatione in Mariani Scoti Chronicon*) non puto comparuisse. Ediderat jam ante quædam ex hoc Chronico *Marquardus Freherus*, sub Ivonis Carnotensis Episco-

HUGONIS FLORIACENSIS

Chronicon

a Rottendorffio editum,

Quædam ejus Ivoni adscripta.

(a) Tom. II. in Bellarminum de Scriptor. Eccles. p. 31.

pisc pi titulo: sed qvæ vero auctori restituit Rottensorfius. Duo etiam fragmenta a Carolo III. Simplice Rege, sive anno DCCCCXCIX. usqve ad Hugonem Capetum, annumqve DCCCCLXXXVII. & inde usqve CIƆXXXIV. reperiuntur *Tomo III. & IV. Scriptorum Historiæ Francicæ* du Chesne.

Fragmenta.

OTTO FRISINGENSIS

§. XIII. Eodem seculo XII. illustre nomen inter sacros Germaniæ proceres habuit *Otto*, ex inclyta Marchionum Orientalium (Austriacorum) prosapia oriundus. Patrem habuit Lupoldum, matrem Agnetem, Henrici IV. Imperatoris filiam, Friderico Sveviæ Duci antea nuptam. Sed hanc generis prærogativam divinæ ac humanæ sapientiæ studiis magnopere illustravit. A teneris literatæ pietatis præceptis imbutus, a patre Marchione, qvi Neoburgi in Austria secularium Canonicorum collegium opibus propriis institui curaverat, primus ejus collegii Præpositus designabatur. Verum ad uberiorem ingenii cultum adspirans, substituto sibi in eo munere Opoldo qvodam, Lutetiam Parisiorum abiit. Vnde post annos aliqvot domum reversus, diebus paucis in parentum ac amicorum amplexu transactis, Lutetiam iterum regressus est. Deniqve pluribus annis ibidem confectis, cum jam patriam repetiturus, iter arripuisset, captus amore Cisterciensis ordinis, in Morimundo Burgundiæ monasterio pernoctans, cum viris quindecim itineris sociis isti ordini nomen dedit, & exin abdicata Præpositura Neoburgensi, in ejus loci Abbatem evectus est. Anno autem CIƆCXXXVIII.

ex illustri prosapia, quam doctrina nobilitavit magis.

Præpositus Neoburgensis creatur.

Parisios proficiscitur.

Fit Abbas Morimundensis.

CIƆCXXXVIII. Conradus III. frater ejus uterinus, vacanti Episcopatui Frisingensi præfecit: qvam dignitatem annis viginti tanta cum laude gessit, ut non solum Episcopatus res labantes fulciverit, ac alienatas recuperaverit; sed etim in publicis Ecclesiæ caussis coram Regibus ac Principibus eleganter ac viriliter peroraverit. Sane præter eximiæ, qvalis hæc seculo esse poterat, eloqventiæ, tum prudentiæ laudem, id qvoqve Radevicus illius industriæ tribuit, qvod Aristotelicam Philosophiam in Germania primus qvodammodo excitarit, (a) sacrarum deniqve literarum & mysteriorum cœlestis doctrinæ cognitione cum omnibus sui temporis Germaniæ Pontificibus certaverit. Gravibus eum consultationibus a Conrado II. & Friderico Imperatoribus adhibitum fuisse, constat. Anno CIƆCXLVIII. cum laudato fratre Conrado Imp. aliisqve cruce signatis in Terram sanctam profectus est. Anno CIƆCLIX. (ita Radevicus, eundemqve seqvens Baronius: qvamqvam juniores sequentem annum ponant) ad conventum sui ordinis Morimundum ipsa hyeme profectus (neqve tamen, qvod Labbeus aliiqve recentiores putant, Episcopatum plane reliqvit) itineris longitudine, & ætatis senescentis imbecillitate in morbum incidit, cujus vi oppressus, post dies aliqvot vitam cum morte commutavit. Sepultus est Frisingæ intra septa Ecclesiæ,

& Episcopus Frisingensis.

Aristotelicam Philosophiam in Germ. reduxit.

In Palæstinam profectus.

In itinere Morimundensi obiit.

Sepulcrum.

 juxta

(a) *Verba hæc sunt:* Præter sacræ paginæ cognitionem, cujus secretis & sententiarum abditis præpollebat, Philosophicorum & Aristotelicorum librorum subtilitatem in topicis, analyticis, atqve elenchis fere primus nostris finibus apportavit.

juxta majus altare: idqve contra testamenti præscriptum, qvo locum abjectum extra templum sepulturæ destinaverat. Elogium hujus Ottonis, & brevem totius vitæ ac obitus historiam scripsit Radevicus *libro II. cap. XI.* cui sua debent, & Vossius, *de Historicis Latinis lib. II. cap. LIII.* & Vrstisius, in vita Ottonis, *tomo I. Scriptorum rerum Germanicarum* præfixa, qvam nos iterum hoc loco secuti sumus Confer Iacobi Spigelii *Scholia ad Guntheri Ligurinum lib. IX.* ubi de genere Ottonis nobilissimo, & de vitæ ejus conversatione cum studio agit: (a) ut & Matthæum Raderum in *Bavaria Pia, num. XII.* (b) Exstant apud Radevicum duo epitaphia, qvorum prius tumulo inscribi fecit auctor, qvi sua manu se extrema Ottonis lumina clausisse testatur.

Elogium.

Epitaphia.

§. XIV. Habemus hujus Ottonis Præsulis Frisingensis *Chronicorum libros VIII.* qvibus res præcipuas ab initio mundi ad sua usqve tempora commemorat. Qvid de prioribus sex libris, & parte septimi sentiendum, seqventia ipsius scriptoris verba, qvæ cap. XI. dicti libri septimi legas, arguunt: *Huc usqve tum ex Orosii, qvam Eusebii, & eorum, qvi post ipsos usqve ad nos scripserunt libris lecta posuimus. Ceterum qve seqvuntur* (ab anno CIↃCVI. qvo Henricus V. patrem exuit imperio) *qvia recentis memoriæ sunt, a probabilibus viris tradita, vel a nobis ipsis visa & audita ponemus.* Qvod ad octavum librum attinet, non est Historicus, sed Theologicus, disputationem

Chronicorum libri

priores unde sumti.

De octavo libro.

(a) pag. 417. (b) p 86. seqq.

tionem de Antichristo, resurrectione mortuorum, extremo judicio, & fine mundi complectens: in qvo sunt qvæ censuram mereantur. Hoc volumen Viennæ in monasterio Scotorum repertum, primus in lucem protraxit *Iohannes Cuspinianus* anno CIↃIↃXV. Schurerii Argentoratensis typographi torculari expressum. Atqve idem qvoqve primus produxit libros duos *de Gestis Friderici*, qvos una cum Radevico, Canonico Frisingensi, continuatore Ottonis, laudato anno Argentorati excusos possideo: cui tamen editioni nulla vel Cuspiniani, vel recentioris cujusqvam addita præfatio. *Chronicon* Ottonis ut & vitam Friderici cum Radevico edidit qvoqve Christianus Vrstisius, *tomo I. Scriptorum rerum Germanicarum.* Atqve eidem etiam debemus Chronici Ottoniani appendicem capitibus LII. constantem: cujus auctorem editor existimat esse *Ottonem monachum ad S. Blasium:* qvod est monasterium Ordinis Benedictini in dioecesi Constantiensi. Ottonem hunc, *nobilem & præstantissimum Historicum* vocat Langius, *in Chronico Citizensi:* gravem *auctorem, ætate ea clarissimum virum, tum ob eruditionem, tum vitæ sanctimoniam*, Spigelius *ad Guntheri lib I.* minime *inutilem historiarum scriptorem*, Barthius, *Adversariorum libro IX. cap. XI. Historicum non contemnendum, Chronologiæ tamen negligentem*, Dempsterus.

Eos reperit Cuspinianus.

Editio alia.

Judicia de eo.

§. XV. Ex seculo eodem XII. nescio an memorare debeam *Godofridum, Viterbiensem* Presbyterum: (a) co

GODEFRIDI VITERBIENSIS

(b) *Viturbiensem* vocat Hadrianus Valesius *Rer. Francicarum lib. 24. p. 510.*

Chronicon in multis fabulosum

eo qvod hujus *universale Chronicon* multis sit distinctum fabulis, ac ineptiis, & in rhythmis suis *Panegyristam magis, quam Historicum videatur agere*: ceu pridem observavit doctissimus Jurisconsultus, *Johannes Gryphiander*, mihiqve vel ob id etiam æstimandus, qvod ipsum inter antecessores in Historica professione mea numerem. Vide eum de *Weichbildis Saxonicis cap. IX. §. IX.* Fuit autem Godefridus a sacris scriniis Conrado III. & Friderico I. Germaniæ Regibus, & Imperatoribus Romanis, ut & Henrici VI. Sacellanus: ac peregrinatione qvadraginta annorum, qva multas excussit bibliothecas, magnam sibi variarum lingvarum notitiam, ac eruditionem non vulgarem parasse dicitur: qvæ tamen ex Chronico illo non semper relucet. Hoc quia omnium fere Principum historiam continet, ridicule propemodum *Pantheon* nuncupavit. Exorditur illud ab initio mundi, & perducit usq; ad annum CIƆCLXXXVI. sive Pontificatum Vrbani III. cui & inscripsit. Primus in lucem emisit *Basilius Johannes Heroldus*, ac postea *Tomo II. Scriptorum rerum Germanicarum* recudi fecit *Johannes Pistorius*. Præterea scripsit *Speculum Regum, ad Henricum VI. Romanorum Regem, de Genealogia omnium Regum & Imperatorum, Trojanorum, Romanorum & Teutonicorum, a tempore diluvii usque ad Henricum VI. juxta Chronica Ven. Bedæ, Eusebii, & Ambrosii*: prout habet inscriptio ms. codicis, qui est in Bibliotheca Cæsarea. Qvod opus diversum a *Pan-*

Editiones

theo

theo esse, testatur Lambecius *Tomo II. Commentariorum de hac Bibliotheca.* (a)

CUNRADI URSPERGENSIS

§. XVI Seculo XIII. *Cunradus* à Lichtenau, ex nobili prosapia, monachus ordinis Præmonstratensis, & *Urspergensis* monasterii ad Mindulam in diœcesi Augustana Abbas, anno CIƆCCXL. mortuus, *Chronicon* conscripsit, qvod exorditur à Belo, primo Assyriorum Rege: desinit anno CIƆCCXXIX. qvi nonus est Friderici II. Imperatoris. Verum si Chronicon illud, prout nunc est excusum, intuemur, facile apparet, non esse fœtum unius ejusdemque viri; sed, si non ex variis consarcinatum, & expilatum, antiqviorem tamen scriptorem fuisse, cui Cunradus sua addiderit: nunqvam forte opinatus, vel monasterii sui monachos, vel alios, ad qvos pervenerit volumen, sibi ea omnia tributurum, quæ is saltem observationibus & appendice auxerit. Enimvero si res sese haberet aliter, cur Cunradus non immutasset ea, qvæ ita jam sunt comparata, ut ad hunc auctorem neqveant referri? Nempe cum ait, se interfuisse expeditioni Godefridi Bullionei in Palæstina anno CIƆXCIX. & Romæ fuisse, qvando Paschalis II. excommunicaret Henricum V. Imperatorem: & qvæ sunt hujus generis plura alia. (b) Ceterum qvis ille scriptor sit antiqvior, qvo usus Urspergensis, in disqvisitionem venit. Pleriqve eruditorum vocant mona-

Chronicon non est ab uno auctore conscriptum.

Sunt in eo qvæ plane non qvadrant ad Cunradum.

(a) pag. 774. (b) *Vide Vossium* de Histor. Lat. lib. 2. cap. 57. p. 461. *Iacobum Gretserum* lib. 2. cap. 10 Variarum rerum: *Bosii* Exercitat. in periocham Iosephi de Iesu Christo, cap. 2. §. 20. *Iacobi Thomasii* Dissertat. de Plagio literario § 580. seqq.

monachum, sive Abbatem *Schvvartzahensem*, vel *Schwartzheimensem*, qvi in Chronico suo ad annum CIↃCLXXVI. elaboraverit: qvo Marqvardus Freherus & Melchior Goldastus usi, qvodqve in Heidelbergensi bibliotheca Academica, magnus ille Ictus, Ericus Mauricius; in Augusta Wolffenbuttelensi, illustris Conringius testantur asservari. (a) Jam exstat in publica hujus Academiæ bibliotheca Chronicon vetustum membranaceum, res ab orbe condito per annos suos & parallelismos imperiorum Eusebianos distributas usqve ad seculum Christianum XII. variis intersitis digressionibus enarrans. Geminum codicem, at paulo vetustiorem, habuit B. antecessor noster Bosius, qvi una cum integra optimi viri bibliotheca nunc publicæ adscriptus est, qui desinit in annum CIↃCVI. sive initium imperii Henrici V. cum alter finiat anno CIↃCLXXXIV. Sed posteriores illos annos LXXVI. laudatissimus Bosius ab alio qvodam Bambergensi monacho adjectos existimat, vix dubitans, qvin hoc ipsum sit Chronicon, quod Cunradum expilasse, Vossius conjecerit. (b) At enim de his plura forte alibi dabimus & exactiora: si præsertim vitam nobis Deus tamdiu servarit, donec novum, qvod pridem habuimus in animo, *Germaniæ Historicorum Corpus* in lucem liceat edere. Ipsum illud Chronicon Cunradi Vrsspergensis sæpius prodiit, & primum qvidem anno CIↃIↃXV. procurante Cunrado Peutingero, ICto. Qvæ editio qvia multis in locis erat depravata, Philippus Melanchthon auctor fuit

Codices msi. in Bibl. Jenensi.

B. Bosii opinio.

Editiones Chronici Vrspergensis.

(a) Videatur Bosius *d.l.* (b) Adi laudatam *Exercitationem pag.* 74.

fuit Cratoni Mylio, typographo Argentoratensi, ut recuderet: *qvod*, ut is in præfatione ad Philippum Comitem Palatinum testatur, *in hoc genere scriptum hominis Germanici & de rebus nostratibus aliud reliqvum non sit locupletius atqve utilius, & nemo de rebus Germanicis plura collegerit.* Crato igitur duos Mss. nactus, alterum ex Wormatiensis Episcopi Iohannis Dalburgii, alterum ex cœnobii Augustinianorum Argentoratensium bibliothecis elegantius excudit & correctius. Hac in re usus est opera docti cujusdam viri (is erat Caspar Hedio) qvi supra curas Vrspergensi impensas, addidit *Paralipomena* ab anno CIƆCXXX. usqve ad annum CIƆIƆXXXVII. qvo hæc editio prodiit Argentorati (a) ac iterum anno CIƆIƆXL. (b) ac denuo CIƆIƆCIX. sed & Basileæ anno CIƆIƆLXIX. *Casp. Hedionis Paralipomena.*

§. XVII. Eodem seculo *Godefridus*, ad S. Pantaleonem intra muros Coloniæ Agrippinæ, *Annales* scripsit diligentissimos, & rerum memoratu dignissimarum etiam in Ecclesiasticis plenissimos, ab anno CIƆCLXII. usqve ad annum CIƆCCXXXVII. Hunc scriptorem ex codice membranaceo Stephani Brœlmanni, Icti Agrippinensis descriptum *Tomo I. Scriptorum Rerum Germanicarum* Francofurti anno CIƆIƆC. excuso inseruit *Marqvardus Freberus.* *GODEFRIDUS COLONIENSIS.* *Editio.*

§. XVIII. Præterea ALBERTVS, Germanus natione, vel, ut qvidam volunt, Hetruscus, monachus Benedictinus, & Abbas Stadensis cœnobii, postea re- *ALBERTI STADENSIS*

 licta

(a) *teste Hallervordio in* Spicilegio p. 51. (b) *teste Ioh. Gotfrido Oleario* in Abaco Patrologico *p.* 115. & *Vincentio Placcio* de Anonymis detectis cap. 5. p. 43.

licta Abbatia sodalis Franciscanus, ac deniqve totius ordinis minister generalis, dum Abbas esset, *Chronicon* congessit, qvod ab orbis initio auspicatus, ad annum CIↃCCLX. prosequi decreverat, postea autem pertexuit ad annum CIↃCCLVI. Prodiit Helmstadii anno CIↃIↃLXXXVII. ex Henrici Ranzovii, Producis Cimbrici bibliotheca, cura Reineri Reineccii, paratitlis qvibusdam & scholiis, ut & Genealogicis tabulis auctum. Atqve idem editor in ipso frontispicio testatur, *hoc opere cum aliis in partibus veterem historiam, inprimis vero res Germanicas illustrari, tum Saxoniae & Metropoleos Krantzianae fundamenta aperiri.* Et certum qvidem est, Albertum Krantzium multa ex hoc Chronico in opera sua transtulisse, rarissime vero id nominasse. Verum ipse qvoqve Albertus antiqviores, inprimis Hermannum Contractum, Adamum Bremensem, Helmoldum Bosoviensem, & Arnoldum Lubecensem, ut & Cunradum Vrspergensem, praeteritis eorundem nominibus, strenue descripsit. Vnde *Marcus Wagnerus Frimariensis*, Epistola ad Henricum Ranzovium anno CIↃIↃXCIII. scripta, libelloqve Germanico *de Regno Thuringiae in Pagos distributo* (a) praefixa, non dubitat scribere: *Abbas Stadensis qvod in lucem prodierit tua opera & impensis, omnes historiae amantes tibi immortales agunt gratias, agetqve posteritas. Verum cum monachus iste in politia non sit versatus, sed in claustro, in angulo per totam*

Chronicon

a Reineccio editum.

Krantzius multa eo exscripsit.

Albertus ipse antiqviores compilavit.

Wagneri judicium

(a) Thüringen Königreichs/ daß es für und für und nach Christi Geburt in Pagos getheilet gewesen/ warhafftiger/ kurtzer gegründeter Außzug aus *Antiqvitatibus*. Jena 1692.

tam vitam suam delituerit, facile est divinare, eum multa ex suo cerebro addidisse, multa ex Annalibus vetustissimis de verbo ad verbum transcripsisse, multa denique ex relatione Politicorum istarum rerum minime peritorum infarsisse, & intempestive adduxisse, qve instituto minime conveniunt. Qvod autem eadem epistola monet Wagnerus; *in Helmoldo & Arnoldo omnia eruditius & succinctius enarrata, inqve meliorem ordinem redacta conspici & uberius inveniri;* id nunc in discrimen non vocavero: at miror tamen, cum hæc scriberet Wagnerus, nondum vidisse edita hæc Slavorum Chronica, qvæ jam per Schorckelium, & plenius per Reineccium prodierant. Collationem illam, qvam optat Wagnerus, cum Helmoldo non modo Arnoldoqve, sed & reliqvis, qvos Albertus exscripsit, omnibus, instituendam censeo: jamqve bonam partem Alberti cum Adamo Bremensi conferre cœpi, perrecturus, si de novo illo *Opere Historicorum Germaniæ* processerint curæ.

Albertus cum antiqvioribus conferendus.

In Chronologicis Albertum negligentiorem esse, Reineccius (a) Conringius (b) aliiqve pridem observarunt.

in Chronologicis negligentior.

Præterea advertere licet, qvandoqve eum in fabulas, aliqvando in nugas delabi: id qvod tamen & professioni ipsius & temporum illorum infelicitati adscribendum, adeoqve ignoscendum, censet Reineccius.

interdum ad fabulas & nugas delabitur.

Interea propius ad historias ævi sui progressus, ac in ætate sua, qvædam affert singularia, qvæqve apud alios non

(a) in Epist. dedicatoria ad Henr. Ranzovium. (b) de Finibus Imperii cap. 18.

temere legeris; ut de eo nihil dicam, qvod aliqvot illustrium familiarum genealogiæ mutilæ forent ac mancæ, absqve Alberto si fuisset: qvo de legenda est Reinecciana præfatio. Ms. illum codicem, unde Reineccii expressa est editio, integrum superare in Bibliotheca Iulia, testis est Illustris Conringius *Animadversionibus in Bullam Innocentii X.* (a) cujus integra verba non pigrabor repetere: *Ipse initio quidem egerat Abbatem Stadensem, cum monachi autem nollent redigi sese in ordinem probitatis, vir pius pertæsus illius malitiæ, Franciscanorum sanctæ vitæ opinione præ aliis tunc illustrium familiæ accessit. Itaqve qvod noluerit qvidem posteritatem fictis narrationibus consulto decipere, non potest dubitari. Fuisse vero eundem intelligentem qvoqve rerum, & industrium pariter observatorem, abunde demonstrat Chronicon. De cujus primæ editionis a Reinero Reineccio, Academiæ hujus lumine & ἱστορικωτάτῳ instituta bona fide, ne qva supersit dubitatio, provocamus ad codicem ms. unde expressa est editio, qvi integer superat in Iulia nostra Bibliotheca.* Recusum est hoc Chronicon Alberti Wittebergæ anno CIↃIↃCVIII. (b)

Ms. Alberti habetur Helmstadii.

§. XIX. Nec indictus nobis abeat, qvi eodem seculo XIII. floruisse creditur Chronographus, *Martinus*, vulgo *Polonus* dictus, ex ordine Prædicatorum, non *Consentinus*, nec *Beneventanus*, sed *Gnesnensis* in Polonia Archiepiscopus, a Nicolao Papa. III. Viterbii

MARTINVS POLONVS Archiepiscopus Gnesnensis

(a) cap. 16. p. 343. (b) teste Oleario in *Abaco Patrologico* p. 15.

terbii, anno CIↃCCLXXVIII. X. Kl. Iulii creatus. Qvamvis novam hanc sedem suam non viderit, eopse anno mortuus Bononiæ, atqve inibi in templo S. Dominici sepultus. Monumenti inscriptio talis fuit: HIC IACET MARTINVS POLONVS ORD. PRÆD. ARCHIEPISCOPVS GNESNENSIS. Qvemadmodum hæc ex Abrahami Bzovii *Annalibus Ecclesiasticis* repetit Vossius *de Historicis Latinis lib. II. cap. LX.* (a) nec indigna lectu sunt, qvæ affert Simon Staravolscius Polonus, in *Elogiis & Vitis Illustrium Poloniæ Scriptorum*. Vero igitur valde est simile, Martinum gente *Polonum*, non *Scotum*, non *Italum* ex Carsula, sive Cascina Vmbriæ, nec *Bojemum* fuisse. Bojemum qvidem ex eo facit Aventinus, cujus hæc sunt lib. VII. (b) *Hæc ex Martino Bojemo Oppomensi (c) transtuli. Is proximus horum temporum scriptor piacularius Rom. Episcoporum fuit.* Ac idem eodem libro (d) *Romano Episcopo a sacro auriculario & piaculari fuisse* scribit. Nimirum Nicolai III. qvi Johanni XXI. successit, non Innocentii IV. Pontificis, qvi anno CIↃCCLIV. decessit, pœnitentiarius fuit. Et hic qvidem Martinus *Chronicon* scripsit *de summis Pontificibus & Imperatoribus*: qvod ad Johannem XXI. Papam deduxit. Sic enim habetur in præfatione: *Ego Frater Martinus Domini Papæ Pœnitentiarius & Capellanus ex diversis Chronicis & gestis summorum Pontificum &*

Bononiæ mortuus.

Fuit Polonus.

aut Bojemus?

Scripsit Chronicon de Pontificibus & Impp.

(a) pag 486. (b) p. 435. (c) Quid? qvod in ms Bibl. Cæsareæ in præfatione se ipsum *de regno Boemiæ oriundum, patria Opimensem*, vel ut in alio ejus ms. legitur, *Oppaviensem* dicat. Ms. Helmstadiensi habet *Opamensem*. (d) p. 467.

Imperatorum præsens opusculum usque ad Johannem XXI. Papam deduxi inclusive. (a) Qvousque pervenerit Martinus Polonus, nescio an demonstrari possit liqvido, ob illam mss. diversitatem. Qvæ tamen post annum CIↃCCLXXVII. in editis vel mss. codicibus seqvuntur, non possunt non esse supposititia, & ab aliis adjecta: cum (ceu antea dixi) Martinus anno CIↃCCLXXVIII. vita excesserit. Jam qvod ad Mss. attinet, aliqvot servat Bibliotheca Cæsarea: sed & Nostra, Lipsiensis, & Helmstadiensis Academia habent ejusmodi exemplaria mss. *Nostra* papyraceum est, parum tamen sollicite scriptum: eundemqve anno CIↃIↃV *propter Deum fratribus minoribus Vinariæ die S. Martini legavit Theodoricus de Wyzzenleuben, miles in Wolmerstet, anno ætatis suæ LI. nec non pro salute consortis suæ legitimæ & perdilectæ Dominæ Elizabeth, anno ætatis ejusdem LXVI. ac omnium progenitorum in vita pariter & in morte:* (b) *Casibus Longi Dn. Bernardi super Decretales* Argentorati anno CIↃCCCXCVIII. impressis compactum. Et huic qvidem manuscripto passim aliqva leguntur inserta, qvæ non repereris in editis: ac deniqve post vitam Alexandri Papæ, seqvitur Auctor ille *de Ortu Landgraviorum Thuringiæ* anonymus, a Pistorio editus, verum longe auctior atqve locupletior. *Lipsiensis* geminum habet codicem, membranaceum, & chartaceum. Ille qvon-

Mss. mire variant.

De Ms. Jenensi.

De Mss. Lipsiensibus.

(a) Hæc verba in plerisque fere editis codicibus reperiuntur, sed in mss. mire sunt interpolata. (b) Hæc verba inscripta sunt compacto libro.

qvondam fuit monasterii veteris Cellæ, eidem dicatus ex testamento *Doctoris Muntzemeisteri* anno CIↃIↃVI. Hic in Imperatoribus ad Rudolphum, in Pontificibus ad Honorium IV. pervenit: ac tum Appendix seqvitur, qvæ desinit in Henrico VII. Comite Lucelburgensi, & Iohanne XXII. qvi anno CIↃCCCXXXIV. mortuus. *Helmstadiensem* olim habuerunt monachi Scoti B. Mariæ virginis Viennæ, qvem eis per testamentum adscripsit *Stephanus Kayser*, ac postea, nescio qvomodo, ad Flacium Illyricum devenit possessorem. Sed & *Iohannes Henricus Hoffmannus*, ærarii Ducalis magister Hannoveranus, duo habuit Mss. in qvorum uno seqvebatur continuatio Theodorici Engelhusii. Atqve his qvæ recensui, Mss. omnibus, usus est Vir Cl. *Ioachimus Iohannes Maderus*, cum novam editionem operose moliretur: at, cum ante qvam prodiret illa, cum magna publici jactura obdormiret, ac Mss. Maderiana pleraqve in inclytam Augustam Wolffenbüttelanam transferrentur, Serenissimus Dominus *Rudolphus Augustus*, Dux Brunsvvicensis ac Luneburgensis, maximus literatorum Mæcenas, id dedit supplicibus meis, ut qvicqvid congesserat Maderus in Martino Polono, ad me mitteretur. Qvamobrem non modo integrum, ut excusum habetur, mea manu descripsi Martini Chronicon, sed & qvas Maderus collegerat variantes lectiones, ac deniqve qvotqvot Maderus vel ipse conscripserat, vel ab aliis conscribi fecerat appendices descripsi. Qvando tamen ante paucos annos Made-

De Ms. Helmstetensi.

Mss. Hoffmanniana.

Maderus novam Martini Pol. editionem molitus.

Hujus opera ad me transmissa.

summe doctum ac prudentem, & Consiliarium Saxonicum amplissimum, qvi dono id acceperat ab Augusto Carpzovio, præfecto Brandenburgo - Magdeburgensi in monasterio ad Salam *Dei Gratia* dicto. Et dignus profecto hic est liber, qvi sive separatim, sive cum aliis ejuscemodi scriptis prodeat. Exordium hoc est: Wanne es sich wol füget/ und nütze ist zuwissen den meistern von der Göttlichen künste und andern gelerten lüten die zit und die getat der Römischen Keyser/ unn der Pebste. So han ich bruder Mertin Penitencier und ein Capplan unsers heiligen Vaters des Pabstes dis gegenwertig buch gedacht zu nemen uz manigerleye Cronicken von der tat und der Zit der Keyser und der Pebste / un wil es machen in ein puch nach der Jarzal unsers Herren Jesu Xpi. Finit autem in Imperatoribus, in historia Ludovici Bavari: ut adeo & huic augmentum accessisse appareat. In Papali historia desinit in Clemente V. Vltima verba sunt; Bi den Ziten wart der Templer Orden zerstöret/ und Keiser Heinriche wart vergeben mit dem Sacrament von einem Münche Prediger-Ordens / der sin bychtiger was/ und starb / und wart begraben ze Pyse in dem Münster. Qvod ad editiones typis divulgatas attinet, præter Coloniensem illam, notæ mihi sunt *Basileensis*, anni CIↃIↃLIX. cui juncta est appendix ex Fuldensi ms. ad annum CIↃCCCXXX. *Antverpiensis*, opera *Suffridi Petri* Leovardiensis evulgata anno CIↃIↃLXXIV. qvi tamen errat graviter, dum Martinum anno CIↃCCCXX.

Verba initialia hujus Chronici.

Verba Chronici extrema.

Martini Poloni Editiones.

ſub Johanne XXI. vixiſſe putat. Vſus eſt Suffridus tribus mss. qvos a D. Jacobo Scipmanno Hondiſchotano, Soc. Jeſu apud Lovanienſes Rectore, & unum qvidem ex Tongerloenſi, alterum ex domeſtica ejus bibliotheca acceperat.

VINCENTII BELLOVACENSIS

§. XX. Obſignabimus hoc caput cum *Vincentio*, natione Burgundo, monacho ordinis Prædicatorum, & poſtea *Bellovacenſi*, ut volunt, Epiſcopo. Qvamqvam Labbeus non ab Epiſcopatu, qvem nullum ibi nactus, ſed a freqventi duntaxat commoratione in eadem urbe, ſic dictum exiſtimat. Ante annum CIƆCCLXXI. vita fuit functus. (a) Hic Vincentius, Ludovico Sancto Galliæ Rege ſumtus ſuppeditante, ſcripſit *Speculum Doctrinale*, *Hiſtoriale*, *Naturale*, *Morale*. In Hiſtoriali, qvod libros XXXII. complectitur, *non ſolum per ſanctarum ſcripturarum ſeriem* (qvæ verba ſunt Henrici a Gandavo, *Catalogi Scriptorum cap. XLII.*) *ſed etiam per ſecularium hiſtoriarum ordinem usqve ad ſua deduxit tempora, multaqve hinc inde inſeruit ſtudioſis lectoribus profutura.* Hæc ille de *Speculo*, ſed nec dum ſibi viſo. Et fatendum utiqve, multos juniorum hoc exſcripſiſſe ſollicitius; verum etiam eo ipſo hiſtoriam, perinde ac ipſum Vincentium, fabulis incruſtaſſe. Vnde Martinus Schockius *Fabulæ Hamelenſis parte II. cap. II.* de ipſo, ac Antonino Florentino, amplectitur judicium Melchioris Cani ſcribentis: *Non tam illos dediſſe ope-*

Speculum Hiſtoriale.

pe-

(a) *Blondellus* de Iohanna Papiſſa, *Vincentium obiiſſe ſcribit anno* CIƆCCLVI.

peram, ut res veras certasqve describerent, qvam ne nihil omnino præterirent, qvod scriptum in schedulis qvibuslibet reperiretur. Incipit Vincentius cum orbis initio, & desinit anno CIƆCCXLIV. Continuavit nonnemo ad annum CIƆCCCCXCIV. Qvadriga Speculorum edita est primo Moguntiæ, anno CHRISTI CIƆCCCCLXXIV. post Basileæ anno CIƆCCCCLXXXI. deinde Venetiis anno CIƆIƆXCI. ac deniqve Duaci anno CIƆIƆCXXIV. cum elogio *Bibliothecæ Mundi*, procurantibus hanc editionem Theologis Benedictinis Collegii Vedastini in Academia Duacena.

CAPVT X.

DE CHRONOGRAPHIS LATINIS QVI AD HISTORIAM QVOQVE ECCLESIASTICAM FACIVNT EX XIV. ET XV. SECVLIS NIMIRVM DE PTOLOMÆO LVCENSI, SIFFRIDO MISNENSI, HENRICO STERONE, HENRICO REBDORFIENSI, ALBERTO ARGENTINENSI, GOBELINO PERSONA, THEODORICO NIEMIO, THEODERICO ENGELHVSIO, WERNERO ROLEFINCKIO, AVCTORE RVDIMENTI NOVITIORVM, ANTONINO FLORENTINO BLONDO FLAVIO, MATTHÆO PALMERIO, DONATO BOSSIO, HARTMANNO SCHEDELIO, JOHANNE LAZIARDO.

§. I.

VIdimus hactenus potiores Chronographos, qvi a seculo IV. atqve XIV. floruerunt: nunc etiam

llos enumerabimus, qvi ipso illo XIV. ut & XV. seculis ejusmodi scriptis nomen sibi pepererunt, & qvorum non vulgaris ad cognscendas Historias Ecclesiæ, potissimum Occidentalis, erit usus.

PTOLOMÆI LVCENSIS Annales

§. II. Et primo qvidem hic occurrit *Ptolomæus de Luca*, sive *Lucensis*, Episcopus Torcellensis; cujus habemus *Annales*, qvibus breviter tum sacra, tum civilia est persecutus ab anno CIↃLX. usqve ad annum CIↃCCCIII. qvo tempore Albertus Austriacus, Rudolphi Habsburgici filius imperabat. Opus hoc Lugduni in Gallia prodiit anno CIↃIↃCXIX Scripsit etiam *Historiam Ecclesiasticam* ad annum. usqve CIↃCCCXLII. qvæ in Vaticana ms. superest. (a)

Editio.

SIFFRIDVS MISNENSIS. Chronicon compendifecit G. Fabricius.

§. III. Succedat *Siffridus* (rectius *Sigfridus*) Misnensis Ecclesiæ Presbyter: cujus Chronicon, qvod a creatione mundi usqve ad annum Domini CIↃCCCVII. deduxit, in compendium redegit *Georgius Fabricius*, tum Rector illustris scholæ Misnensis, ac Lipsiæ anno Domini CIↃIↃLXIX. excusum, D. Leonhardo Badehorno Iurisconsulto & Lipsiensi Consuli inscripsit. De auctore hæc affert Fabritius: (b) *Annalibus patria tua hunc adjicere auctorem placuit: & qvia Misnensis fuit, & qvia argumentum meo non valde dissimile tractavit, & qvia temporum suorum vir non indiligens: vixit enim ante annos ducentos & sexaginta duos. Excerpsi ex illius libris hac Epitome, qvæ ad nostrum propositum visa sunt aptis-*

(a) *Vide Vossium* de Hist. lat. lib. 2. c. 64. p. 509. (b) in Epist. ad Badehornum.

aptissima, & quæ aut in aliis non inveniuntur, aut certe commemorantur brevius, vel obscurius. Nam post creationem mundi in suo opere ea recenset, quæ in libris sacris traduntur, & historias addit Ecclesiasticas Sanctorum, quæ apud scriptores veteres Græcos & Latinos leguntur ornatius & copiosius. Fabricianam editionem iterum expressit Iohannes Pistorius *Tomo I. Illustrium Scriptorum rerum Germanicarum.* In *rebus vetustissimis non magnam ejus esse auctoritatem,* merito censuit Conringius *de antiquissimo Helmstadii statu:* (a)in rebus tamen sui ævi,& temporis propioris, quædam affert non contemnenda. Sed nec in Chronologicis accuratus est.

iterum edidit Pistorius.

judicium de eo.

§. IV. *Henricus Stero*, in Altaich inferiore monachus,post, ut nonnulli volunt, Abbas in Piburg, Annales condidit ab anno CIↃCCLII. usqve ad annum CIↃCCLXXIV. Primus eos inter aliqvot rerum Germanicarum scriptores divulgavit *Marqvardus Freherus*, post multum auctiores edidit *Henricus Canisius* Tomo II *antiqvæ lectionis*. Appendicem usqve ad annum CIↃCCCXXXV. addidere *Vlricus & Conradus Wellingi* fratres, monachi ad S. Vlricum & Afram Augustæ Vindelicorum, qvæ itidem in Opere Freheriano comparet. Ceterum qvia hoc ipso seculo XIV. claruit *Eberhardus Altahensis*, Archidiaconus Ratisbonensis, atqve *Annales* scripsit de *Ducibus Austriæ, Bavariæ, Sveviæ*, ab anno CIↃCCLXXIII. usqve ad annum CIↃCCCV. eosdemqve e codice Ms. monasterii S. Afræ

HENRICI STERONIS Annales

a Frehero, & auctiores a Canisio editi

a VVellingis continuati.

Eberhardi Altahensis Annales

K 3 &

(a) *pag. 74.*

& Vdalrici, qvod est Augustæ Vindelicorum, divulgavit *Henricus Canisius*, tomo I. *Antiqvæ lectionis*; ex iisdem apparet, in plurimis convenire cum Sterone, seu res, seu etiam dictionem spectes: ut vix aliud dicere possimus, qvam vel ex Eberhardo Steronem, vel ex hoc Eberhardum sua desumsisse. (a)

cum Sterone conveniunt.

HENRICI REBDORFIENSIS Annales

§. V. Hoc eodem seculo *Rebdorfium*, Augustiniani Ordinis in Episcopatu Eichstetensi cœnobium monachum habuit *Henricum*, qvi Annales ab anno CIↃCCXCV. ad annum CIↃCCCLXII. contexuit. Opere eo complectitur gesta Adolphi, Alberti, Friderici II. Ludovici Bavari, & Caroli IV. Imperatorum: inprimis autem se diffundit in Ludovico Bavaro: in qva tamen narratione aliqvando desiderat, qvandoqve nonnulla notat, *Georgius Herwartus ab Hohenburg*, Cancellarius Bavaricus, in *Ludovico IV. Imp. defenso, & Bzovio injuriarum postulato*. (b) Primus Rebdorfium edidit *Marqvardus Freberus* separatim, post Tomo uno *Scriptorum rerum Germanicarum*.

ab Herwarto notati.

a Frebero editi.

ALBERTI ARGENTINENSIS Chronicon

§. VI. Qvæ Rudolphi I. electionem & Caroli IV. mortem intercessere, hoc est, ab anno CIↃCCLXX. usqve ad annum CIↃCCCLXXVIII. etsi rudi stylo & interdum valde solœco, bona tamen cum fide exposuit M. *Albertus de Argentina*, sive *Argentoratensis*. Qvod Chronicon primus in lucem protraxit *Iohannes Cuspinianus*, aut ejus potius fragmentum cum Consulibus Romanis fecit edi, ineunte superiori seculo, ab Oporino

a Cuspiniano mutilum.

(a) *Vid. Vossius* de Hist. Lat lib. 2 c. 62. pag. 502. (b) *Vide inprimis* cap. 10. p. 89. 90. 93.

no recusum Basileæ anno CIↃIↃXL.& LII. Ac Cuspinianus qvidem duo se Alberti antiqva exemplaria nactum memorat, qvorum unum præ carie legi non posset; alterum a priori diversum, qvod lacerum esset ac mancum. Postea *Christianus Vrstisius* integrum hunc scriptorem nobis dedit *Tomo II. Rerum Germanicarum*, ex recentiori qvodam, sed boni commatis apographo, qvem cum vetusto codice membranaceo cœnobii Ebersheimensis a Pistorio sibi submisso contulit. Vrstisii præfatio, qvæ legatur, digna; cui sua debet Vossius *de Historicis Latinis lib III. initio capitis III.* Alberto in editionibus Vrstisianis (nam nova Francofurti prodiit anno CIↃIↃCLXX.) perinde ac mss. præfixum est *Fragmentum Historicum*, ab anno IↃCXXXI. incipiens, inqve electione Rudolphi Habsburgici finiens. Qvod scriptum multis memoratu dignis utriusque Reip. historiis refertum deprehendent omnes, qvi cum cura legerint.

integrum ab Vrstisio editum.

De Fragmento Historico Alberto Arg. præmisso.

§. VII. Ex seculo autem XV. in hunc censum referri meretur *Gobelini Personæ*, qvod vocatur *Cosmodromium*. Hujus auctor gente Westphalus, anno CIↃCCCLVIII. natus, anno CHRISTI CIↃCCCCXVIII qvo finem operi suo imposuit, sexagenarium egit. Italiam pene lustravit universam, inqve curia Romana diu hærens, tam ipsis Pontificibus, quam Cardinalibus & Episcopis familiaris fuit. Qvæ res ipsi ad beneficia Ecclesiastica aditum patefecit, sic ut primum sacerdos inaugurararetur: qvod factum anno CIↃCCCLXXXVI. Triennio post Rector capellæ S. Trinitatis in

GOBELINI PERSONÆ

Summarium vitæ.

Ec-

Ecclesia Paderbornensi constituitur. Præfuit deinde Paderbornæ templo forensi Ecclesiastes: cumqve sub annum CHRISTI CIↃCCCCV. decretum quoddam consulare pro concione reprehendisset, multorum odium incurrit, sic ut tempestati cedendum ratus, sacerdotium illud cum alio commutaret, eoqve publico docendi munere hac occasione levaretur. At enim ex Scylla incidit in Charybdim: cumque Wilhelmi Episcopi Officialis, monachos Benedictinos Paderbornæ necessariam reformationem detrectantes offendisset, periculum vitæ adiit, veneno cibis ejus insperso. Qvamobrem Gobelinus re detecta Bilfeldiam abiit, Comitatus Ravensburgici metropolin, curia sua cum jurisdictione eo translata. Reclamatum qvidem fuit a Capitulo: sed nec mansuro defensio promissa, neqve reformationis negotium promotum est. *Bilfeldensis Decanus.* Bilfeldiæ Gobelinus Decanatum indipiscebatur, incertum qvo anno. Tandem negotiorum pertæsus, in monasterio *Bodekem*, nuper reformato, monachum professus, precibus deinceps & literarum studiis vacavit, (a) inqve monasterio Canonicorum regularium Wyndesemensium Bodekenæ sepultus est. (b) Ac tum qvidem inprimis elaboravit in *Cosmodromio*, qvod ita vocavit: qvo historias ab orbe condito ad ævum usqve suum complexus, in sex ætates opus distinxit: qvarum prima, ad diluvium; altera, ad natum Abramum;

(a) *Hæc contraximus ex Vita Gobelini ab Henrico Meibomio seniore* Cosmodromio *præmissa.* (b) *Auctor Magni Chronici Belgici* pag. 361.

mum; tertia, ad Davidem; qvarta, ad migrationem Iſraelitarum Babylonicam; qvinta, ad nativitatem CHRISTI, ſexta usqve ad annum alterum Martini V. hoc eſt, ad annum CIↃCCCCXVIII. progreditur. Poſtqvam autem antiqviora illa, qvæ rectius & melius ab aliis petuntur, recenſuit, id habet præ ceteris, qvo lectorem afficiat, qvod gentium Germanicarum hiſtoriam compendio explicet, earundemque origines, migrationes, colonias, religionem, & qvomodo Chriſtianiſmo imbutæ eundem propagarint, aperiat. Sub finem operis exqviſite narrat, qvæ ſub Vrbano VI. Bonifacio IX. Innocentio VII. Gregorio XII. in Italia contigerunt, qvæqve ipſe vidit, & audivit. *Res, qvas deſcribit, magna collegit diligentia, ſumma perſcripſit fide. Neqve in eo qvicqvam deſideres, niſi qvod more ſui ſimilibus uſitato, Papæ contra Imperatores plurimum tribuit:* qvod eſt judicium Meibomii: qvi duo Mss. nactus, unum a Matthæo Dreſſero, alterum ab alio amicorum, ſed lacerum, & in fine mutilum, integrum nobis dedit *Coſmodromium*, ex Francofurtenſi Wechelianorum officina anno CIƆIƆXCIX. Qvam editionem ſecutus eſt Vir incomparabilis *Henricus Meibomius* Iunior, in nova avitorum potiſſimum operum editione *Tomo I. Rerum Germanicarum* Helmſtadii anno CIƆIƆCLXXXVI. *Editiones.*

§. VIII. Eodem ferme tempore, floruit *Theodoricus Niemius* (de Nihem, ſive Niem) a patria Nihemio, agri Paderbornis oppido, ſic dictus: ut adeo ceſpitet Georgius Fabricius *lib. I. Originum Saxo-* *THEODORICUS A NIEM.*

L *nica-*

nicarum Niemium *Magdeburgium* vocans. Septem & triginta annis, ac ultra, curiam Romanam ſub V. Pontificibus, Gregorio IX. Vrbano VI. Bonifacio IX. Innocentio VII. Gregorio XII. ſecutus, clericum Lucenſis diœceſeos egit: itemqve literarum Apoſtolicarum abbreviatorem: qva appellatione aliqvi Secretarium venire autumant.(a) Ex Italia in Græciam ſemel trajiciens, Græcorum ſacerdotum vitia coram vidit. Poſt a Bonifacio IX. ad Epiſcopatum Verdenſem promotus, cum parum contra adverſarium Ottonem, Magni Ducis Brunsvvicenſis filium, ad Eccleſiam Bremenſem poſtulatum, repetendo Rodenburgum, Verdenſis Epiſcopatus caſtrum & præfecturam, proficeret, Romam rediit, paulo ante ab dicto Papa Epiſcopatum Cameracenſem indeptus. Vide Krantzium *Metropol. lib. X. cap. XLII.* (b) Qvia tamen Sammarthani Fratres in *Gallia Chriſtiana*, Niemium inter Epiſcopos Cameracenſes non numerant, non immerito dubites, an revera ſedem illam Epiſcopalem tenuerit. Henricus Meibomius ſenior ad ipſum Niemium trahit, qvæ de Verdenſi electo *lib. III. de Schiſmate cap. XXXIX.* tradidit: verum Henricus Meibomius Iunior exiſtimat (c) per *Verdenſem electum* potius intelligi *Conradum de Vechta*, qvem in locum

Qvædam de vita Niemii.

(a) *Nicolaus Cisnerus, in præfat. Operum Cyni ICti*: Aliqvot Pontificibus a ſecretis fuit, & poſtea Antiſtes Verdonenſis factus eſt. *Goldaſtus in Replicatione contra Gretſerum*: Fuit Niemius aliqvot Paparum intimus Secretarius, & arcanorum conſiliorum particeps. (b) *Accuratius hac de re agam in* Bremenſi, *qvam præ manibus habeo, & prope jam abſoluta eſt*, hiſtoria. (c) *in* Narratione de Niemio, *vitæ Iohannis XXIII. præmiſſa.* (d) *in* Notatione ad Elogia Niemii.

eum Theodorici, Verdensi Ecclesiæ a Bonifacio Episcopum datum, narrat Krantzius. Plura scripsit Theodoricus, ex qvibus ad nostrum propositum inprimis spectant libri tres *de schismate universali*, qvod inter Vrbanum VI. Papam & Clementem VII. fuit. Hoc opus complevit anno CIↃCCCCX. in festo S. Vrbani, in qvo Iohannes XXIII. Papa Alexandri V. successor, Bononiæ coronatus fuit. Postea addidit librum qvartum, qvi inscribitur *Nemus Vnionis*. Triga illa librorum *de Schismate*, primum publicata Norimbergæ anno CIↃIↃXXXII. sed una cum qvarto illo ex Ms. Basileæ postea imprimi fecit *Simon Schardius*: qvæ editio repetita Argentorati anno CIↃIↃCVIII. Sunt autem penes laudatissimum Henricum Meibomium libri illi duo priores *de Schismate*, in pluribus variantes ab editis. Melchior Goldastus, hujus Niemii *Exhortationem ad Dominum Rupertum Regem Romanorum, ut surgat a diuturno somno, qvodqve ut exstirpetur schisma Pontificium ab Ecclesia, & jura Imperii reformentur, intendat*, publicavit anno CIↃIↃCXIV. *Tomo III. Monarchiæ S. Rom. Imperii.* Tanta autem *veritate rerum Historiam descripsit* (verba Schardii repeto) *ut in eo genere paucissimi scriptores inveniantur, qvi ad incorruptam Historiam scribendam parem potestati voluntatem attulerint. Vt autem hic vellet, effecere pietas, probitas, & integritas, in toto qvidem opere elucescentia, tum vero in præfatione, ubi diserte dicit, nisi veritas, qvæ in Historia qvam diligentissime conservari debeat, hoc exegisset, se libenter in gratiam Pontificum taciturum fuisse.*

Niemii libri de Schismate universali.

Nemus Vnionis.

Exhortatio ad Rupertum Regem.

THEODORICI ENGELHUSII Chronicon a Madero editum

§. IX. Anno CIↃIↃCLXXI. typis Helmstadiensibus, Vir clarissimus, & de Historia Germanica meritissimus, Ioachimus Iohannes Maderus integrum nobis dedit *M. Theodorici Engelhusii*, monachi Hildesiensis Chronicon, continens res Ecclesiæ & Reip. ab orbe condito ad annum CHRISTI circiter CIↃCCCCXX. cum antea partem aliqvam edidisset in *Antiqvitatibus Brunswicensibus*. An patria fuerit Eimbecanus, dubitat Maderus: utut id asserere ausi sint *Guilielmus Budæus*, Medicus Halberstadensis, in *Vita Alberti II. ex Ducibus Brunsvvicensibus Halberstadensis Episcopi*, & Henricus Meibomius senior, in *Catalogo scriptorum, ex qvibus Henrici Buntingii Chronicon Germanicum Brunswicense auxit & correxit.* Edere hoc Chronicon ex bibliotheca Michaelis Neandri pridem voluit laudatus Budæus: sed, *præ inani ut plurimum, nimisqve rugosa crumena* (ut ipse ait) necessum habuit omittere. Henricus Meibomius Iunior ad Maderum scripsit, Chronicon Engelhusianum ex vetusto codice anno CIↃIↃCXLIII. descriptum Vltrajecti se præsente publica auctione fuisse divenditum. Maderus autem usus est aliqvot MSS. qvæ Conringius, Hoffmannus, & Simon Finckius, aulæ Brunsvvico-Blancoburgicæ Consiliarius suppeditarunt. Et in hoc qvidem seqventia Bedæ de Gestis Anglorum claudunt librum: *Lectorem suppliciter obsecro, ut si qva in his, qvæ scripsimus aliter, qvam se veritas habet, posita repererit, non hoc nobis imputet; qvia vera lex historiæ est, simul ea, qvæ fama vulgante collegimus,*

MSS. hujus Chronici.

Qvibus usus sit Maderus.

ad

ad instructionem posteritatis literis mandare. Praeterea omnes, ad quos haec historia pervenerit, suppliciter precor, ut pro meis infirmitatibus & mentis & corporis apud supernam clementiam saepius intervenire meminerint.

§. X. Nec indictus nobis abeat *Wernerus Rolevinck de Laer*, gente Westphalus, Carthusianus domus S Barbaræ Coloniæ Agrippinæ monachus anno CIↃIↃII mortuus propter *Fasciculum* illum *Temporum* ab initio mundi ad suam ætatem productum. Primum desiisse videtur in an. CIↃCCCCLXX. qvi penultimus Papæ Pauli II. nec ulterius perrexit ms. Vossianus. (a) Exinde pauculis annis pertigit usque ad annum CIↃCCCCLXXIV. eundemqve Sixti IV. tertium. Atqve hic finit Lovaniensis editio vetustissima anno CIↃCCCCLXXVI. procurata. Postremo autem pertexuit usqve ad annum CIↃCCCCLXXX. Nomen auctoris in Lovaniensi illa, sed & Argentoratensi, qvæ biennio post prodiit, desideratur. Continuavit hunc *Fasciculum* ad annum CIↃIↃXIV. *Johannes Linturius*, Hofiensis in Voigtlandia pastor, sic tamen ut præcipue in Voigtlandicis suis distineatur. Hanc appendicem una cum ipso Rolevinckii *Fasciculo* recudi fecit Pistorius *tomo II. Scriptorum rerum Germanicarum*. Ipse vero Auctor qvamvis pene in omnibus *Marianum Scotum* seqvi videatur; tamen ipse tam confidit sibi, ut in hæc erumpat verba in præfatione: *Nec mihi conscius sum aliqvid me posuisse, qvod non in fide dignis*

VVERNERI ROLEFINCK

Fasciculus Temporum.

(a) Vide eum *de Hist. Latinis lib. 3. cap. 6. p. 570.*

dignis historiis habeatur, aut aliis libris Ecclesiasticorum doctorum, sive qvod nunc (malim, *non*) *ex eorum dictis aperte seqvatur. Vbi autem dubium fuerit, an sic vel aliter, hoc ipsum etiam ita ut reperi, pari modo annotavi.* Argentoratensem illam editionem anni CIƆCCCCLXXXVII. per Johannem Pryss impressam ipse possideo: nec ingratum forte fuerit lectori, si repetiero, qvæ chartæ, qva primus asser ligaturæ obductus, sub insignibus duorum, ut puto (nam penicillus crassior adhibitus) cycnorum, qvorum colla invicem obversa sagitta sunt confixa, & qvorum super capita duæ hæ literæ A & L. hærent, adscripta sunt. *Orate pro fratre Tylemanno Meyger, qvi venit in habitu seculari ad monasterium, prius fuit in terra sancta pro qvodam cive Lubeckzensi ubi in periculis maris promisit introitum religionis qvem & servat usque in finem. Mortuus enim fuit inventus in lecto in parochia Sancti Iohannis. Qvi tamen propter eandem parochiam fuit in curia Romana ubi magistraliter. .... Et tamen eundem amisimus per Martinenses in civitate Magdeburgensi anno virginei partus(MD)XXIIII. instigati & armati per qvendam Augustinianum Martinum Luder, alias Luther.* Martinum Lutherum intelligere dubium mihi superat nullum, qvippe qvem lineola subjecta vocat Hussiticum hæreticum.

Codici meo qvid adscriptum.

§. XI. Hæc Lubecensia in memoriam mihi revocant alium qvendam seculi XIV. Chronographum Lubecæ anno CIƆCCCCLXXV. per M. Lucam Brandis de Schass editum, cum elogio, *Rudimentum Novitiorum*

AUCTOR RUDIMENTI NOVITIORUM.

rum. Nam & in hoc ſcripto, qvod in variis, ac deniqve B. Principis Juventutis, Domini Johannis Wilhelmi, Rectoris noſtri Magnificentiſſimi, bibliotheca vidi, aliqva habentur ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſpectantia.

§ XII. At vero longe plura, ac plerumqve meliora, hauſeris ex *Antonini Archiepiſcopi Florentini* Ordinis Prædicatorum ab Hadriano VI. Papa in ordinem Sanctorum anno CIƆIƆXXIII. recepti, *Summa Hiſtoriali*, ſive *Chronico* tripartito: cujus conditor floruit ſub Coſmo Medice, ac Reip. ſuæ nomine ſæpius legationes obiit ad Nicolaum V. Calixtum III. & Pium III. Vitam ejus ſcripſit *F. Vincentius Mainardus Geminianenſis*, Procurator ordinis Prædicatorum, qvi anno claruit CIƆIƆXXIII. qvæ exſtat apud Laurentium Surium *Tomo III. Sanctorum* ad diem II. Maji. Deſcripſit qvoqve ipſius vitam *Franciſcus Caſtilionenſis*, Presbyter & Canonicus S. Laurentii Florentiæ, qvi ultra octennium in ejus vixit ædibus: qvam deſcriptionem operi ſuo *de Illuſtribus viris ordinis Prædicatorii* inſeruit *Leander Albertus*. Carmine vitam illius prodidit *Vgolinus Verinus*, Petri Criniti præceptor. Ceterum pars prima Chronici ejus, ab orbe condito incipiens, pergit ad Conſtantinum Magnum, & Sylveſtrum Papam: altera, ad Henricum VI. & Innocentium III. hoc eſt annum CHRISTI CIƆCXCVIII. tertia, ad Fridericum III. & Pium II. hoc eſt, annum CIƆCCCCLIX. qvo ipſo VI. Non. Maji in vigilia Aſcenſionis Domini obiit, ætatis ſuæ ſeptuageſimo,

ANTONINI FLORENTINI

Summa hiſtorialis.

Scriptores Vitæ ejus.

Contentum Chronici.

ſimo, in Eccleſia S. Marci ſepultus. Primus hoc Chronicon anno CIϽCCCCLXXXIV. Noribergæ publicavit *Petrus Maturius*; ac poſtea prodiit Lugduni anno CIϽIϽLXXXVII. & alibi una cum *Summa Theologica.* Matthiæ Berneggero *in Idolo Lauretano* Antoninus audit, *omnium, qvi in iſta ſecta unquam fuerunt, monachus ſuperſtitioſiſſimus, ſed idem diligentiſſimus ſcriptor:* qvod etiam elogium in Nicolai Henelii *Otio Vratislavienſi* legas *cap. XXII.* (a)

Editiones.

§. XIII. Huic porro propoſito inſervient *Blondi Flavii* Forojulienſis *Hiſtoriarum Decades tres*, ab inclinato Romanorum imperio, hoc eſt, anno CCCC. ad usqve annum. CIϽCCCCXL. Fuit hic Blondus anno CIϽCCCLXXXVIII. natus, Eugenio IV. ac pluribus ſucceſſorum a ſecretis. De eo digna lectu ſunt qvæ ſcribit Johannes Gobelinus *lib. XI. Commentariorum Pii II. Pontificis Maximi:* (b) *Pridie Nonas Junias hujus anni* (CIϽCCCCLVIII.) *Blondus Flavius obiit, hiſtoriarum ſcriptor egregius natione Forolivienſis; qvi diu apud Pium II. P. P. Secretarium Apoſtolicum geſſit, & Eugenio VI. Pont. Max. acceptiſſimus fuit. Ab Arcadio Honorioqve Cæſaribus (qvo tempore inclinaſſe Romanum Imperium memorant) usqve ad ætatem ſuam, univerſalem ſcripſit hiſtoriam, opus certe laborioſum, & utile; verum expolitore, emendatoreqve dignum. Procul Blondus ab eloqventia priſca fuit; neqve ſatis diligenter, qvæ ſcripſit, examinavit: non qvam vera, ſed qvam multa ſcriberet, curam habuit. Mortuus eſt Romæ*

BLONDI Decades.

Elogium Blondi ex Gobelino.

(a) pag. 170. (b) pag. 310. Qvem locum ante nos attulit Voſſius *de Hiſt. Lat. lib. 3. cap. 7. p. 586.*

Romæ pauper, ut Philosophum decuit. Patrimonium, qvod habuit tenue, dotium causa inter fœminas divisit: masculis, præter doctrinam, bonosqve mores, nihil reliqvit: id morienti sat fuit, ejus ætatis filios dimisisse, qui sibi ipsi consulere possent. Henricus Bebelius *Orat. de laude Germaniæ* scribit, Blondum, *adulanter, ne dicam mendaciter, Federicorum gesta, ceterorumqve Imperatorum, qvi res magnas in Italia egerunt, vel extenuasse, vel transeunter effudisse.* (a) Sepultus est in Capitolio, in ara cœli ante introitum templi S. Mariæ, ubi tale ejus epitaphium exstare scribit Georgius Fabricius in *Roma Cap. XXII.* Blondo *Flavio Forojuliensi, historico celebri, multorum Pontificum Romanorum Secretario, Blondi qvinqve filii patri bene merenti unanimes posuere. Vixit annos LXXV. Obiit prid. Non. Iunii, anno salutis Christianæ MCCCCLXIII. Pio P. M. sibi, natisqve favente.* (b) Edita sunt Blondi opera Basileæ apud Frobenium anno CIↃIↃXXXI. ac iterum ibidem anno CIↃIↃLIX. *Sepulcrum. Epitaphium.*

§. XIV. Hoc seculo XV. Prosperi *Chronicon* (de qvo *cap. III.* §. *V.* egimus) mille annis additis, ad annum usqve CIↃCCCCXLIX. continuavit *Matthæus Palmerius, Florentinus*, vir doctissimus, qvi Concilio (pro qvo habent Pontificii) Florentino, Ferrariæ inchoato, interfuit anno CIↃCCCCXXXVIII. An ut hæreticus *PALMERII duo.*

 fue-

(a) *Alia de Blondo judicia affert Martinus Hanckius* de Romanorum rerum scriptoribus part. 1. cap. 47. (b) *Idem Epitaphium afferunt Laurentius Schraderus* in Italiæ monumentis, *Nathan Chytræus* in Deliciis Itinerum, *& Tobias Fendtius* in Monumentis sepulcrorum.

fuerit combuſtus (id qvod aſſeruit Tritthemius) diſqvirit Voſſius *de Hiſt. Lat. lib. III. cap. VIII.* Matthæi Chronicon iterum continuavit *Matthias Palmerius* Piſanus usqve ad annum CIↃCCCCLXXXI. (a)

DONATI BOSSII Chronicon.

§. XIV. Etiam *Donatus Bosſius*, civis Mediolanenſis, *Chronicon* ab initio mundi ad ſua usqve tempora contexuit: qvod una cum ejus *Hiſtoria Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Mediolanenſium* excuſum Mediolani anno CIↃCCCCLXXXIX. (b)

HARTMANNI SCHEDELII

§. XV. Præterea *Hartmannus Schedelius*, artium & Medicinæ Doctor, *Chronicon mundi* congeſſit, in qvo ſeriem Pontificum, Cæſarum, Regum, aliarumqve rerum memorabilium ab orbis initio ad annum CIↃCCCCXCII. exhibet. Circa annum Domini CIↃCCCCXC. Patavii pedem fixiſſe Schedelium, monuit David Blondellus *de Iohanna Papiſſa.* (c) Seqventi anno id prodiit Norimbergæ, ac ob id freqventius *Norimbergenſe Chronicon* ſolet appellari.

Chronicon Norimbergenſe

Nam qvæ de rebus inclytæ hujus Reip. affert, oppido pauca ſunt, ac talia aliunde petenda. Recuſum hoc eſt Schedelii Chronicon Auguſtæ Vindelicorum anno CIↃCCCCXCVII. Germanice vertit *Georgius Altus:* qvæ verſio Norimbergæ & Auguſtæ lucem adſpexit. (d)

IOH. LAZIARDI Hiſtor. Univ. Epitome.

§. XVI. Sic *Iohannes Laziardus*, Cœleſtinus, *Hiſtoriæ univerſalis epitomen*, ab orbe condito ad annum CIↃCCCCXCVII. conſcripſit: qvam teſte, Voſſio *de Hiſt.*

(a) *Vide Vosſium* de Hiſt. Lat. l. 3. cap. 8. p. 607. (b) *Voſſ.* d. l. p. 620.
(c) Vide alias de eo Tritthemium in *Catal. Scriptor. Eccleſ.* p. 398. & VVolfii *lection. memorab. Tom. I.* p. 9:7.
(d) Hallervordius in *Spicilegio de Hiſtor. Lat.* p. 83.

Hist. Lat. lib. III. c. XI. maximam partem compilavit ex Gallo qvodam auctore *Breviarii Historici.* Continuavit eum ad ann. CIↃIↃXIX. *Hubertus Vellejus* Sabatensis.

CAPUT XI.

DE PRÆCIPUIS CHRONOGRAPHIS ET HISTORIÆ UNIVERSALIS SCRIPTORIBUS SECULI SUPERIORIS

SCILICET DE IOHANNE NAUCLERO, M. ANT. SABELLICO, IAC. PHILIPPO BERGOMATE H. MUTIO, AMANDO ZIERIXEO, IOHANNE CARIONE, ET SUB HUJUS NOMINE EDITO CHRONICO, IOH. LUCIDO, HADRIANO BARLANDO, PAULO IOVIO, IOH. SLEIDANO, PAULO CONSTANTINO PHRYGIONE, ONUPHRIO PANVINIO, ACHILLE PYRMENIO GASSARO ABRAH. BUCHOLCERO, CAROLO SIGONIO NATALI COMITE, SIM. SCHARDIO, LAUR. SURIO, GERH. MERCATORE, MICH. NEANDRO, PETRO OPMEERO, GILBERTO GENEBRARDO PETRO LINDENBERGIO, DAVIDE CHYTREO, HENR. BUNTINGIO.

§. I.

INeunte seculo superiori inter nobiles Svevos floruit *Johannes Nauclerus*, Johannis *Vergæ* (qvod nautam signat) filius, (a) primus Tubingensis Academiæ Rector anno CIↃCCCCLXXVII. Habemus ejus *Chronicon*, duobus voluminibus, qvorum prius *Generationes* *NAUCLERI* *Chronicon*

(a) *Melchior Adami* in vita Naucleri: *Hic* loco nobili apud Svevos natus, patre Iohanne *Vergæ*, vulgo Vergenhans (qvod *nautam* Germanis notat) unde *Naucleri* postea defluxit, & familiæ adhæsit appellatio.

LXII. ab Adamo ad CHRISTVM, posterius *LI. Generationes* continet, ab initio mundi usque ad annum ↀ. pertingens. Sed prius id quam ederetur, Philippus Melanchthon (ut in hujus vita Joachimus Camerarius testatur:) *partim disponendo, partim augendo, partim etiam retexendo, id præstitit, ut lectio libri istius a plurimis expeteretur, & fructu voluptateqve non careret.* Huic Chronico appendicem XIV. annorum adjecit *Nicolaus Baselius*, monachus Hirsaugiensis: qvi Nauclerum ait, *insignem virum, ac Alemanniæ decus, & lumen, non vanitatis studio, non curiositatis instinctu, sed divino qvodam spiritu afflatum, rerum atqve gentium facinora, gesta, dicta, facta, more apis, ex diversis Historiographorum flosculis varias in unum apis argumentosæ congessisse alvearium historias.* Excusum est hoc Chronicon Nauclerianum cum appendice Baseliana Tubingæ, anno CIↃIↃXVI. & Coloniæ anno CIↃIↃXLIV. *Laurentius* qvoqve *Surius* Carthusianus paralipomena adjecit usqve ad annum CIↃIↃLXIV. de qvo Peucerus *Epistola libro V. Chronicorum Carionis* præmissa sic scribit: *monachum illum Sutrianum rectius scurram vocari, qvippe qvi utrum rem seriam agat, an scurriliter, non facile dixeris: cum impudenter res manifeste veras calumnietur & depravet.* Sed de Surio plura inferius.

a Melanchthone emendatum

a Baselio continuatum.

Editiones.

De continuatione Surii.

§. II. Eodem fere tempore vivebat *Marcus Antonius Sabellicus*, ex nobili *Coccejorum* familia. Certe *Coccius* in sepulcrali monumento nominatur; teste Vossio *de Historicis Latinis lib. III. cap. XII.* Ab aliis tamen pro fabri ferrarii filio habetur. Pomponii Læti

SABELLICVS COCCIVS an fabri filius

Læti, & Domitii Veronensis fuit discipulus, bonarumque literarum apud Venetos Professor. Obiit anno CIƆIƆVI. XVIII. Aprilis: deqve illius morte gemina epistola agit *Petrus Bembus*. Funebri oratione ipsum prosecutus est *Baptista Egnatius*. Vitam ejus consignavit Petrus *Georgius Chalcedonius*. Hic nobis memoratur ob Historiam in *Enneadas XI.* distinctam, a mundi primordiis incipientem, inqve anno CIƆIƆIII. finientem. Habentur hæ *Enneades* tomo I. & II. operum Sabellici, Lugduni in Galliis anno CIƆIƆXXXV. & Basileæ anno CIƆIƆLX. excusorum: qvarum qvinqve enneades libris XLV. constantes tomum primum implent: reliqvæ sex enneades XLVII. libros numerantes (nam enneas ultima non habet nisi libros duos) altero tomo comparent: sic tamen ut hic *Historiam* qvoqve ejus *Venetam* comprehendat. De reliqvis duobus tomis pro tempore non sumus solliciti. *Prudentem & diligentem Scriptorem* vocat Spigelius *Notis ad Guntheri Ligurinum lib. I.* De eodem Henricus Bebelius *in Encomio de veteribus Germanis cap. X.* Homo *doctus, & qvem ego alioqvi admiror & colo in rebus Germanicis, sive favore, sive (qvod magis credo) aliorum temeraria jactantia futilibusqve prædicationibus indulgens, sæpe multum errat a re gesta, & præsertim in bello Ducis Sigismundi Austriaci contra Venetos.* De Nauclero & Sabellico ita Bœclerus, *in Dissertatione de Utilitate ex Historiæ Universalis compositione capienda*: Hi *duo longe supra priores, qvibus vel temporis, vel ingenii consvetudo*

de morte ejus

Enneades

Laudes Sabellici.

minus propitia fuit, in Historia universali profecerunt. Ad legem tamen contextus Polybiani non adspirant.

I. P. BERGOMATIS

§. III. *Iacobus Philippus Bergomas*, ex nobili *Forestorum* hodieqve Bergomi florente familia oriundus, annos natus septendecim, Eremitarum Augustinianorum Ordini monastico sociatus, Innocentio VIII. Papæ summe dilectus, annoq; CIƆIƆXVIII. octogenario major vita functus est. *Chronicon* composuit, qvod *Supplementum Supplementi* inscripsit, ab orbe condito incipiens, annoqve CIƆIƆIII. in editione Veneta ejusdem anni, (a) (aliam Venetam laudant anni CIƆIƆXIII.) finiens. Nam Brixiensis, qvæ anno præcedente prodierat, terminatur anno CIƆCCCCLX. Parisiis qvoqve editum fuit cum accessione brevi historiarum ab anno CIƆIƆIII. usqve ad annum CIƆIƆXXXV. (b) Vossius *lib. III. de Historicis Latinis cap. XI.* Bergomatem habet pro *viro multæ lectionis, & judicii non vulgaris: sed qui in rebus antiqvis sæpe codicum vitio, qvibus usus fuerit, nomina mutarit.* Vitam ejus in *Encomiasto Augustiniano* scripsit *Philippus Elsius.* Elegantia sunt, qvæ ipse Iacobus Philippus ad *Antonio-*

Supplementum Supplementi.

(a) Titulus hujus editionis est: *Novissime hystoriarum omnium repercussiones noviter a Reverendissimo patre Iacobo Philippo Bergomense, ordinis Heremitarum edite: que Supplementum Supplementi Cronicarum nuncupantur. Incipiendo ab exordio mundi usqve in annum salutis nostræ* MCCCCCII. In calce hæc legas: *Explicit Supplementum Chronicarum Diligenter Et Accurate Revisum Atqve Correctum. Venetiis Impressum per Albertinum de Lissona Vercellensem. Regnan. Leonardo Loredano Venetiarum Principe. A Nativitate Christi* MCCCCCIII. *Die* IIII. Maji *Cum Gratia Et Privilegio.* (b) Labbeus *de Scriptor. Eccles. tom. I. pag. 492.*

niotum S. Praxedis Presbyterum Cardinalem, virum doctrina, pietate sanctimoniaqve insignem, scribit in prologo: *Potissima bujus nostri laboris suscepti causa fuit, ut Italicorum nostrorum Principum aliorumqve regulorum ac tyrannorum multorum novissimam ejectionem describeremus: nec non & nobilium suorum proscriptiones, ac populorum fere omnium clades, & oppressiones æternitati mandaremus: ut qvicunqve ipsas legerint historias, meminisse debeant, sese inprimis, deinde suos liberos ita instituere, ut postbabita voluptate & immodica dominandi cupiditate atqve libidine, nihil in vita expectandum putent, nisi qvod sit cum virtute & honestate conjunctum. Qvod si ipsi Principes nostri facere voluissent, melius profecto ac sanctius sibi suisqve populis fuisset consultum.* Pie profecto ac ingenue!

Notatu digna bergomatis.

§. IV. *Hugwaldus,* sive *Huldericus* (nam de prænomine qvædam dubitatiuncula est) *Mutius*, in villa Stockem, prope Episcopi Cellam, urbem Turgoviæ Helvetiorum (ut Melchior Goldastus *lib I. de Regno Bojemiæ* scribit) natus Basileensis Gymnasii Professor, secundum annalem fere ordinem scripsit *Rerum Germanicarum libros XXXI.* Basileæ impressos an. CIƆIƆXXXIX. ac porro in tomum alterum *Scriptorum German.* Pistorii relatos. Hunc librum cum animadvertisset Bœclerus, æstimari nimium, in præfatione *Commentarii de rebus seculi IX. & X.* ista attulit: *Sicut non prorsus repudiandi sunt, qvi a Mutio rerum Germanicarum principium auctumant hodie repetendum, festinanter hæc talia tractantibus; ita in plurimis a dele-*

H. MVTIVS

scripsit Res Germanicas.

Editiones.

Bœcleri judicium

delectus & contextus accuratioris regula eum excidere, palam est. Scio qvidem magnum qvendam ICtum, & olim hujus, post alius etiam Academiæ splendidum lumen, in publica qvadam disputatione illud ipsum judicium Bœcleri pupugisse: nec video tamen, qvid vir κριτικώτατος hac in causa scripserit, qvod non ab aliis omnibus, qvi antiqviores historias Germanicas paulo sollicitius tractarunt, ex asse probetur.

defensum.

AMANDI ZIERIXEI

§. V. *Amandus Zierixeus*, sive *Zierixiensis*, Zelandus, Ordinis minorum Lector Lovanii, post Minister Provincialis, ac iterum exacto cursu ministerii, Lectoris denuo munus amplexus, in eo, qvoad vixit, perseveravit. Vir variarum artium, lingvarumqve fuisse fertur: qvippe, qvi Græcam, Hebraicam, ac Chaldaicam calleret, cum vix earum typi in Belgio innotuissent. (a) Decessit Lovanii anno CIↃIↃXXXIV. ad qvem perduxit *Chronicon* a mundi exordio repetitum, inq; libros sex distributum: qvod *Scrutinium*, vel *Venationem veritatis historicæ* vocavit. Excusum est Antverpiæ anno CIↃIↃXXXIV. una cum ejusdem libro *de LXX. Hebdomadibus Danielis*. Præfationem addidit Franciscus Titelmannus *de auctoris vita ac scriptis.*

Chronicon.

Editio.

IOH. CARIO.

§. VI. Anno CIↃCCCCXCIX. in lucem editus est *Iohannes Cario*, qvi a teneris optimarum literarum ac artium studiosus, in pluribus Germaniæ Academiis, præcipue autem Wittebergensi, cum laude versatus, inprimis Mathesin excoluit, cujus & Professor

Mathematicus.

(a) *Valerius Andreas* in Bibliotheca Belgica pag. 45.

fessor aliqvamdiu in Academia Francofurtensi ad Viadrum, post in aula Electorali Brandenburgo Berolinensi egit, ubi in flore ætatis anno CIↃIↃXXXVIII. exstinctus est. *Is cum capisset contexere Chronicon, recognoscendum illud atqve emendandum, prius qvam prelo subjiceretur, misisset ad Philippum Melanchthonem, hic, qvod parum probaretur, totum abolevit una litura, alio conscripto, cui tamen Carionis nomen præfixit. Sed & hoc cum retexuisset, amici nomen & memoriam, a cujus primordiis ἀφορμὴ prima Chronici contexendi nata atqve profecta esset, titulo posteritati commendare voluit;* qvæ verba sunt Casparis Peuceri, viri exqvisite docti, sed, qvod postremis Philippi cogitationibus in capitibus fidei nimium esset addictus, ac diversa sentientibus infestus, summe infelicis, *in Epistola dedicatoria ad Augustum Electorem* anno CIↃIↃLXXII. perscripta. Enimvero qvod Philippus ab creatione mundi cœpit, & ad Caroli Magni tempora libris tribus perduxit, exin qvarto qvintoqve, usqve ad Maximiliani I. excessum, qvi ineunte anno CIↃIↃXIX. contigit, idem ille Peucerus continuavit. Et sane meretur hoc ipsum, qvod vulgo *Carionis*, rectius tamen *Philippo-Peucerianum* appellaretur *Chronicon*, inter selectissima probatissimaqve utriusqve historiæ (Ecclesiasticæ ac civilis) monumenta computari, atqve a studiosa juventute diligenter legi, lectumqve aliqvoties repeti. (a) Vnum tamen

Melanchthon ex Carionis Chronico novum confecit, retento nomine.

Peuceri infelicitas.

Philippi capus

continuavit Peucerus.

 illud

(a) Andreas Franckenbergerus in *Institutionibus Antiqvitatis & Historiarum lib. 3. pag. 237.* Chronicon *Carionis magna sui parte*

illud doleo, qvod & Melanchthon, & Peucerus rarius laudaverint scriptores, unde sua hauserint: sicut de re literaria magnopere mereretur, qvi id in hoc Chronico instituerer facere, quod in Alexandri ab Alexandro *Genialibus Diebus*, Andreas Tiraqvellus, inqve Sleidani libello *de qvatuor summis imperiis*, Georgius Xylander, itemqve Henricus Meibomius fecerunt: ostendendo scilicet, ex qvibus fontibus hi rivuli sint derivati. Ipse profecto non defugerem hanc operam, modo non tot aliis occupationibus districto parum ad hæc superaret temporis: ut taceam annum, qvem pœne jam absolvi ætatis qvinqvagesimum, ac valetudinem plerumqve afflictam, vetare, qvo minus spes longas inchoare liceat. Ceterum si ipse Cario (qvod scribit Peucerus) ante editionem *recognoscendum atq; emendadum* Philippo submisit hoc Chronicon; & ex qvadam Melanchthonis ad Camerarium epistola (b) id constat, miror, ipsum Carionem illud edidisse. Sunt penes me duo Chronici hujus exemplaria Germanica,

Cario edidit Chronicon Germanice.

parte retextum tanto judicio, tantaqve dexteritate perfecit Melanchthon) *ut nihil in eo genere & compendiaria ratione præstantius extare sciamus* Stephanus Prætorius *in Ordine studiorum ann. 1597. VVitteb. edito.* Eruditissima *& elegantissima Epitome omnium fere historiarum totius mundi est Chronicon Phil. Melanchthonis, qvod qvi non degustavit, is vere bardus est.* Bœclerus *in Dissert. de utilitate ex Historia universali compositione capienda p. 16.* In *hoc* (Chronico) *ea sunt, ad summam rerum, & historia universalis contextum spectantia, judicia, monita, præcepta, ut de alio hujus generis & instituti volumine similia polliceri nemo facile qveat.* (b) Ex qva qvædam repetit Melchi. Adami *in Carione.*

nica, qvorum alterum forma octava impressum, frontispicio tamen carens, qvod pergit ad anni CIↃIↃXXI. diem Aprilis XVI. qvamvis epistola a Carione præmissa anno CIↃIↃXXXI. scripta sit: alterum vero formæ est qvartæ, anno nescio qvo excusum. Nam sollicitius etiam in reculis meis jam qværenti meo se subducit obtutui. Contra Philippus anno CIↃIↃLVIII. ad Sigismundum Archiep. Magdeburg. scribit: Hermannum Bonnum, *ingenio, eruditione, consilio, & virtute excellentem, qvi in inclyta urbe Lubeca & doctrina studia rexerit, & Evangelium docuerit, ante viginti annos Germanicum libellum, cui titulus sit* Chronicon Carionis *latine interpretatum. Eam interpretationem cum postea viderit, non solum in manibus esse adolescentum, sed etiam vagari per exteras nationes, retexendam esse judicasse, non tam ut augeret (etsi enim qvædam addiderit, tamen compendii modum servandum fuisse) qvam ut phrasin Germanicam, qvam interpres suo qvodam consilio studiosius retinuerat, cum qvidem facundus & disertus esset, propter adolescentes & exteros mutasse.* Intercessisse tamen Melanchthoni cum Capnione singularem amicitiam, seqventia produnt, vel id propter repetenda, vt appareat, qvantum studii in cognoscendis potioribus hujus universi historiis posuerit Philippus, Elector ad Rhenum Palatinus, qvamqve optandum sit, plures sui similes haberet Principes: *Sæpe audivi narrare Capnionem, cum apud Philippum Principem Palatinum Electorem essent Dalburgius, Episcopus Vangionum,*

Melanchthon Bonni interpretationem retexuit.

Amicitia Philippi cum Capnione.

Philippus Elector Palat. historiarum studiosus.

Rudolphus Agricola, & ipse, & non solum in familiaribus colloqviis, sed etiam in deliberationibus de Republica sæpe narrarent insignia exempla, vel Persica, vel Græca, vel Romana, mirifice accensum esse Principem studio cognoscendæ historiæ, & dixisse, se animadvertere, distinctione temporum, gentium, & imperiorum opus esse, eamq; ob causam petivisse, ut sibi ex tota antiqvitate, qvantum nota esset, ex Ebræis fontibus, & ex Græcis ac Latinis scriptoribus, ordine contexerent Monarchias, ut mente complecti tempora mundi, & seriem maximarum mutationum posset. Nulli tunc extabant scripti lingva Germanica libri de veteribus imperiis: nec Latina præter Justini confusaneam Epitomen, qvæ tamen distinctione temporum caret, habebantur. Erat otium tunc illis doctis viris, & hoc labore delectabantur. Ordine igitur ex Ebræis, Græcis & Latinis monumentis Monarchias recensent, & maxime digna memoria suo loco adhibita, temporum & gentium distinctione inserunt. Legit avidissime id scriptum Princeps ingeniosus, seqve lætari dicebat, divinitus conservatam esse temporum seriem, & rerum præcipuarum memoriam. Ostenderant enim ei, continuatam esse mundi historiam ita, ut Herodotus inchoet suas narrationes paulo ante finem Propheticæ Historiæ. Nam & ante regnum Persicum, de qvo narrationes luculentæ extant in Daniele, Esdra & Nehemia, Regnum Assyriorum & Ægyptiorum, aliqvot nomina sunt eadem in Prophetis & Herodoto. Aprys prædicit exitium Jeremias, qvod describit Herodotus. Postqvam Jeremiam

niam interfecit Apryes, postea Amasis captum Regem superbum strangulat. Agnoscere etiam se Princeps Palatinus dicebat testimonia præsentiæ DEI in constitutione Monarchiarum, qvia solis humanis viribus constitui, & retineri non potuerint, & eo divinitus constituta sint, ut essent custodes humanæ societatis, conjungerent multas gentes, restituerent leges, judicia, pacem, ut docere homines de DEO possent. Sæpe igitur repetebat Danielis verba: DEUS imperia transfert & stabilit. *Mutationibus etiam & Tyrannorum pœnis dicebat conspici judicium DEI, & moneri totum genus humanum illustribus exemplis, ut agnoscat DEUM, sciat ordinasse eum, & velle justa, & vere irasci violantibus ipsius ordinem. Tales erant ejus Principis sermones, considerantis ordine imperiorum incrementa & ruinas.* Sed & alia sunt in hac Melanchthonis epistola de usu historiarum etiam Ecclesiasticarum cedro digna, qvæ tamen juventus studiosa per se potius cum integro libro legat, qvam hic ex mea repetitione accipiat. Dignissima qvoqve lectu est Andreæ Franckenbergeri Oratio *de magnitudine rerum divinarum & politicarum, qvæ in Chronico Philippi continentur, Wittebergæ* anno CIƆIƆLXXXIX. edita. (a) Qvod ad Peucerum attinet, pergit ejus qvartus liber ad Friderici II. electionem: in qvinto autem se, post socerum, a Georgio Sigismundo Seldio, Caroli V. & Ferdinandi

Melanchthonis Epistola lectu digna.

 fra-

(a) Idem suas *Institutiones Antiqvitatis & Historiarum* ad Chronicon Carionis Melanchthonianum potissimum accommodavit.

fratrum Procancellario (a) ut & Huberto Langueto singulariter adjutum testatur. Variæ sunt hujus Chronici editiones, & ex ipso Melanchthone jam audivimus, Hermanni Bonni versionem anno CIↃIↃXXXVIII. prodiisse: qvam deinceps excepit ipsius Melanchthonis, & huic postea juncta Peuceri opera multoties recusa. Ipse dum hæc scribo, ad manus habeo splendidam Wittebergensem a Johanne Cratone in folio excusam anno CIↃIↃLXXII. Sed & exstat editio anno CIↃIↃCXVII. sumtibus Samuelis Crispini impressa, qvæ continuationem accepit usqve ad Rudolphi II. Imp. excessum, sive annum CIↃIↃCXII. Germanice Chronicon Carionis reddidit Eusebius Menius. (b)

Editiones Chronici Carionis.

JOHANNIS LUCIDI

§. VII. Circa annum CIↃIↃXL. floruit *Iohannes Lucidus* Samosatheus: qvi triennio ante Venetiis publicavit *Chronicon*, sive Emendationem Temporum, ab orbe condito usqve ad annum CIↃIↃXXXV. cum additionibus *Hieronymi Bardi*, Florentini Camaldulensis, ad annum CIↃIↃLXXV. Alioqvin *Iohannes Maria Tolosanus*, monachus Ordinis Prædicatorum divulgavit Venetiis additiones suas ad emendationes temporum Iohannes Lucidi. (c)

Chronicon cum Hieron. Bardi additionibus & Ioh. Mariæ Tolosani.

HADR. BARLANDI

§. VIII. *Hadrianus Barlandus*, a vico Beverlandiæ australis (Zuytbevelant) insulæ Zelandorum sic dictus:

(a) Hinc *Reinerus Reineccius Orat. de Historia ejusqve dignitate: De Germanicis opera Caspari Peuceri qvi pleraqve omnia a Georgio Sigismundo Seldio Jureconsulto, duorum Imperatorum, Caroli V. & Ferdinandi fratrum, Procancellario accepisset, insignis est.* (b) Melch. Adami *in vita Carionis p. 105.* (c) Vossius in *Chronol. Mathematicorum cap. 68. §. 3. pag. 398.*

ctus: (a) qvi Gandavi bonis literis imbutus, Lovanii artium insignia accepit, primusqve in Collegio trilingvi Buslidiano (b) Latinam lingvam professus est: mox Antonio Grimbergæ Domino Bergami Principis filio in Angliam profecturo comes datus, cum reversus esset, Johanni Paludano Rhetori publico Lovanii suffectus, cum laude fructuqve singulari docuit, circa annum CIↃIↃXLIII. vita defunctus. (c) Habemus ejus *Chronologiam brevem ac Historiam ab orbe condito ad annum* CIↃIↃXXXII. Brabantiæ Ducum Chronicis qvandoqve adjectam. (d) *Chronologia.*

§. IX. *Paulus Iovius*, Novocomensis, puer patre orbatus, a fratre majore *Benedicto*, Historiæ Comensis scriptore in studiis bonarum literarum educatus, arti se addixit medicæ, inqve Gymnasio Ticinensi ulteriorem doctrinæ cultum accepit. Ab anno ætatis XXXVII. in aula Romana vitam traduxit, apud Pontifices Leonem X. Adrianum VI. & Clementem VII. in pretio habitus. Nam Adrianus eum Canonicum templi cathredralis Comensis, & Clemens, cujus convictor & Prælatus domesticus erat, Episcopum Nucerinum, Carolus autem V. Imp. postqvam ei *li-*

PAVLI IOVII Summa vitæ

brum

(a) Videatur ipse in *Annotationibus ad selectas Plinii Epistolas*. (b) De hoc Collegio singularem libellum scripsit Valerius Andreas Dessel ius. (c) Videatur Valerii Andreæ *Biblioth. Belgica* *pag. 8.* ubi laudat etiam ipsius Barlandi *de vita sua ac scriptis epistolam ad Iohannem Borsalem gentilem suum*. Confer porro ipsius Valerii Andreæ *Fastos Lovanienses*, & Nicolai Vernulei *Historiam Academiæ Lovaniensis*, item Melch. Adami *in Vitis Germ. Philosophorum*. (d) Tomo tamen II. *Scriptorum de rebus Belgicis*, Francof. 1580. impresso. Brabantinum Chronicon habetur, non item hoc universale.

brum de origine & successione Turcicorum Imperatorum dedicasset, eqvitem & comitem Palatinum creavit. An autem etiam pro eo ab Imp. Turcico acceperit ingentia munera, (a) ambigo. Florentiæ, qvo ætate provecta concesserat, mortuus anno CIↃIↃLII. inqve æde S. Laurentii humatus, statuam accepit marmoream, cum hoc epitaphio: TVMVLVS PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS EPISCOPI NVCERINI HISTOR. SCRIPTORIS CELEBERRIMI HIC DEPOSITA SVNT OSSA, DONEC EXIMIA EIVS VIRTVTE DIGNVM ERIGATVR SEPVLCHRUM.

Epitaphium.

HIC SITVS EST IOVIVS ROMANÆ GLORIA LINGVÆ
PAR CVI NON CRISPVS, NEC PATAVINVS ERAT.

VIXIT ANNIS LXIX. MENS. VII. DIES XXII. OBIIT III. ID. DEC. A. C. M D LII.

Historia Jovii.

Præter complures alios libros Historicos composuit *Historiam omnium pene populorum ab anno CHRISTI* CIↃCCCCXCIII. *ad annum* CIↃIↃXL. in duos tomos, librosqve XLV. divisam, qvi Florentiæ primum, post Venetiis, Parisiis, ac alibi prodierunt. Pleraqve Jovii Germanice vertit Henricus Pantaleon, ac anno CIↃIↃLIX. tribus tomis edidit. Fidem Jovii non raro claudicare, calamumqve ei fuisse venalem, multi docti viri observarunt, & in his Thuanus *l. XI.* Bodinus in *Methodo Historiarum cap. IV.* Tilemannus in *Discur-*

su

(a) Freherus in *Theatro virorum eruditione clarorum pag.* 1454.

su Philologico de Historicorum delictu, Lipsius in *Notis ad lib. I. Polit. cap. IX.* Vossius *Artis Historicæ cap. IX.* Conringius *de Civili prudentia cap. XIV.* Neqve tamen ita comparatus est Iovius, ut omnia ejus damnes. Id certum, qvod tam multa observaverit, ac recte scripserit in historia, ut ea etiam, in qvibus vel dedita peccavit opera, ne dum in quibus cespitavit improvidus, qvadamtenus eidem ignoscenda censeam. *(a)*

§. X. *Iohannes Sleidanus*, Sleidæ, oppido ad Eiflam in Westphalis, Comitum olim Manderscheidianorum sede, natus anno CIↃIↃVI. patrem Philippum, matrem Elisabetham Wanhelterianam, avum Sigebertum, qvi Tura Sleidam concessit, fratres muneribus ac matrimoniis nobiles, sorores itidem honestis conjugiis florentes habuit. Cum Iohanne Sturmio, cive suo, patriam freqventans scholam, Præceptore Iohanne Neuburgio usus est. Anno ætatis XIII. Leodium continuandorum studiorum ergo profectus, qvadriennio post vocatus domum, ac inde Coloniam missus, Iacobum Sobium, Iohannem Cæsarium, Iohannem Phryssemium, Bartholomæum Latomum, scriptores veteres Latinos & Græcos interpretantes, audivit. Ipse ibidem Epigrammatum lectissimorum auctor, primum a patria *Sleidanum* se vocavit, cum ante a patre *Philipsonius* diceretur. Coloniæ ægrotum, sed morbum suos celantem offendit, *SLEIDANI Vita Historia.*

O ac

(a) Non pauca pro defensione Iovii versioni Germanicæ ejus de *Vitis illustrium virorum* operis, inscripsit Georgius VVilhelmus Neumeier a Ramsla: qvæ alibi forte afferam.

ac Lovanium abduxit Sturmius, ubi brevi, opera Medici, convaluit. Hinc a Dieterico Comite Manderscheidio, Sleidæ Domino, ad erudiendum Franciscum filium excitus, post annos aliqvot pertæsus aulæ, Lutetiam Parisiorum profectus, ibidem cum Sturmio, Latomo, & Winthero Andernacensi, Medico, vixit concorditer. Postea Aureliis per triennium se totum dedit juri, Licentiati etiam honoribus auctus: a foro tamen abhorrens, multum in Latina eloqventia, lingvaqve Gallicana elaboravit. Lutetiam dein reversus, & qvartana diu vexatus, ibidem morabatur in annum CIↃIↃXXXV. qvo Sturmius ad novum Argentoratense Gymnasium accedens, Sleidanum Iohanni Bellajo Cardinali commendavit, qvi eum in delitiis habens, ac de annuo stipendio providens, multorum arcanorum fecit participem. Deinceps cum legato Gallicano ad Comitia Imperii Hagenoam abiit, sed a Francisco I. Rege Galliæ revocatus, salutato Argentorati Sturmio, in Galliam rediit, mansitqve ad Ratisbonensia anni CIↃIↃXLI. comitia. Et mansisset diutius, nisi persecutione orthodoxorum orta, vitæ ac fortunis discrimen impendisset. Inde Argentorati anno CIↃIↃXLII. excepto, Professorium munus commissum, qvod cum fructu publico, suiqve laude sustinuit, multis subinde magnisqve viris innotescens familiarius, præcipue Jacobo Sturmio a Sturmeck, viro de Republ. Argentoratensi infinitis modis merito. Ac hujus præcipue ductu, præsidioqve, historiam sui temporis conscribere cœpit, exordium

Sleidanus a Bellajo Card. fovetur.

Ob religionis persecutionem Galliam relinqvit.

Fit Prof. Argentorati.

Patronum habet Sturmium.

dium a repurgata religione, ac Caroli V. Imperio sumens. Qvi labor, supra ceteras viri dotes, insignem prudentiam arguens, perfecit, ut una cum aliis in Galliam, ac post in Angliam, ad componendos dissidentium Regum animos mitteretur. Hoc iter faciens, Iohanni Braunio a Niedbruck, viro antiqva nobilitate innotuit, qvi filiam Iolam ei non negavit sponsam: cum qva, nuptiis anno CIↃIↃXLVI. celebratis, per novennium sine lite vivens, tres fœmellas genuit, qvarum una virgo demortua, ceteræ splendidis matrimoniis effulsere. Interim a Smalkaldici fœderis proceribus Historici Ordinarii elogio, ac luculento stipendio auctus, multa historiæ scribendæ, expoliendæqve, antiqva novaqve documenta accepit. Ceterum fœdere, post Iohannis Friderici Saxonis Electoris, ac Philippi Hassi custodiam, exspirante, per Sturmium a Senatu Argentoratensi annuam pensionem impetrans, *Commentarios illos* de statu *religionis & Reip.* confecit. An. CIↃIↃLI legatus Argentoratensium fuit in Tridentina Synodo, qva per armorum Mauritii Saxonis strepitum turbata, cum aliis re infecta discessit. Ad Henricum II. Regem Galliæ per Lotharingiam ad Tabernas Alsaticas & Argentoratenses fines moventem, Sleidanus cum Petro Sturmio, & Friderico Gotteshemio missus, compositionem impetravit. Ab uxoris obitu ultra annum viduus, in morbum incidit, memoriæ adeo inimicum, ut & filiarum nomina eriperet. Causa in venenum relata.

Conjugium Sleidani,

Fit Historicus Smalcaldicorum fœderatorum.

Legationes Sleidani.

Morbus memoriæ inimicus, an ex veneno

(a) sed potior mihi visa, coalitum pedis vulnus, ex qvo sanies antea profluens, cum non haberet exitum, cerebrum deniqve opplevit: unde illius calamitatis origo. Demum an. CIƆIƆLVI. morbo epidemio placide in JESU CHRISTO obdormivit Argentorati, ejusdemqve funus Proceres Vrbis & Academiæ magna freqventia comitati sunt. Hæc summatim de vita Sleidani sufficiant: qvibus cum conferre licet Henricum Pantaleonem, *parte III. Illustrium Germaniæ Virorum*, Michaelem Beuterum *Præfatione editionis Germanicæ Sleidani*, Iohannem Iacobum Boissardum, *parte II. Iconum illustrium Virorum*. Thuanum, *Historiarum l. XLII.* Melchiorem Adamum, *in Vitis Philosophorum & Philologorum*, Valerium Andream Desselium *in Bibliotheca Belgica*.

Obitus.

Vitæ Sleidani scriptores.

De ejus libello de qvatuor summis imperiis.

§. X. Libello autem isto *de IV. summis Imperiis*, præcipuas orbis universi, tam sacras, qvam civiles historias per epitomam complexurus, perseqvitur maxime insignes casus, ac imperiorum mutationes, & temporum populorumqve successiones ostendit. Præcipue vero, ubi ad Ecclesiæ recentiora certamina deventum, aperit ex ipsis fontibus horribiles Imperatorum & Pontificum collisiones, inde usqve ab Henrici IV. ævo ad Carolum V. superiori seculo, in qvo desinit: qvod, qvæ seqvuntur, porro in *Commentariis de statu religionis & Reip.* copiose ac ornate exposuerit. Rationem consilii sui in

(a) Boissardus *in Iconibus: Qvamvis non desit apud qvosdam dati veneni suspicio, ob edenda qvædam historica, qvæ tum ab ipso adhuc premebantur.*

in scribenda illa epitome paulo ante obitum suum proposuit Sleidanus Epistola ad Eberhardum Ducem Würtembergicum: ex qva paucula afferemus: *Qvia varium est, & multiplex, & impeditum hoc totum, qvod diximus, argumentum latissimeqve campus iste patet, neqve brevi aliqvo tempore percurri potest, methodo qvadam studiis juvenilibus consulendum est, qvoad facti grandiores, per omne genus auctorum, suo Marte, qvod ajunt, & libere vagari possint. Et hac qvidem de causa scriptionem hanc suscepi, qvo videlicet ætas illa formam aliqvam habeat atqve notationem eorum, qvæ discenda sunt, qvam interea velut filum aliqvod seqvatur, dum sensim adolescat in literis, & eo proficiat, ut hæc abjicere possit atqve contemnere. Nec enim, ut his contenti sint, aut intra fines istos maneant, eo scripsi; verum ut gustum aliqvem percipiant futuræ lectionis, & varietate rerum invitati, magis excitentur ad perlustrandum aliqvando scriptores illos atq; libros, unde sunt ista desumta.* Bene autem est, qvod exqvisite doctus vir *Gvilielmus Xylander*, prælectionibus suis in hunc libellum Sleidani anno CIϽIϽLXXII. habitis potiora copiosiori sermone exposuerit, ac simul qvoqve plerosqve auctores ostenderit, qvibus usus sit Sleidanus. Qvia tamen integrum pensum non absolvit, pertexere telam cœpit *Theophilus Maderus*, Medicinæ D. & Philosophiæ qvondam in Basileensi, Heidelbergensi, & Altorfina Academiis Professor celebris, historiarum diligens scrutator: ex cujus bibliotheca ea ab

Xylander Notas scripsit in hunc libellum:

qvas continuavit Theophr. Maderus.

amico accepit typographus Hanoviensis, Gvilielmus Antonius & paululum qvod deerat, aliunde supplevit. Huic editioni præmissa est epistola dedicatoria *Heliæ Putschii*, ad Ludovicum Wilhelmum Moserum, Electoris Saxoniæ Consiliarium intimum, & Secretarium primorem. Stadæ anno CIↃIↃCVI. perscripta. Sed qvia biennio post demum illa prodiit, novam hanc editionem non vidit Putschius, immaturo fato interim exstinctus. Verum prius hæc Putschiana qvam prodiret, pridem in argumento gemino nempe in fontibus Sleidani indicandis; desudavit Henricus Meibomius, Lemgovia VVestphalus, in illustri Julia Historiarum & Poeseos Professor celebratissimus: cujus prima forte est editio, qvæ Helmstadii excusa anno CIↃIↃCLXXXVI. cui præfixa Reineri Reineccii ad ipsum Meibomium epistola, de studio Viri, ejusqve fructu qvædam notatu digna afferens. VVittebergæ etiam anno CIↃIↃCXLII. recusus est Sleidanus Meibomii, a Francisco Schapero J. V.D. (uti præfert inscriptio) *accurate recognitus, ex historica veritate emendatus, & plusqvam mille auctorum locis & singularibus auctus.* Nostra ætate hoc opusculum Sleidani ad annum CIↃIↃCLXIX. continuavit *Ægidius Strauchius*, ac porro novam, elegantissimamqve continuationem adjecit *Conradus Samuel Schurtzfleischius* ad annum LXXVI. Sed forte ex re foret orbis eruditi, ac inprimis cupidæ discendi juventæ, qvi singulis minimum decenniis pari studio continuaretur Sleidanus, ne nostrorum temporum essemus

Putschiana editio.

H. Meibomii Notæ.

earum antiqviss. editio.

Continuatio Ægidii Strauchii,

& Schurtzfleischii.

Votum de perpetua conti-

ſemus ignari nimium, aut vel ex ſinuoſis *Theatrorum*, aliisqve ejuſcemodi titulis ſuperbientibus voluminibus, vel ex fugitivis *Novellarum*, & ex iis contextarum *Relationum* chartis, aut deniqve poſt multorum annorum decurſum, ex bonis Scriptoribus, in qvibus hodie merito eminet Illuſtris Pufendorfius, recentem hiſtoriam haberemus addiſcere. Anno CIↃIↃCLXIX. Lugduni Batavorum *Georgius Hornius*, novam nobis dedit editionem Sleidani, cum aliqvibus ſuis, ſed & Meibomianis Notis. — *nuatione Sleidani.* *Editio Hornii.*

§. XI. Ad alterum nunc pergo opus, nempe *de Statu religionis & Reipubl.* Carolo V. Cæſare. Qvia autem ipſe auctor celeberrimus, de inſtituto per hunc librum ſuo, complura ad Auguſtum Electorem Saxonem, & qvibus ſit adjutus præſidiis, perſcripſit, ipſumqve illud opus in omnium ſit (certe eſſe debebat manibus, non puto operæ fore pretii, multa ex eadem repetere. Id mirum alicui videatur, viro veritatis in tantum ſtudioſo, ut id propter gravibus periculis aliqvoties fuerit expoſitus, adhuc dum vivente, & multo magis poſt beatum ejus ex hac vita exceſſum, qvosdam fuiſſe repertos, qvi fidem ipſi dubiam facere ſint auſi. Verum bene eſt, qvod uti ipſe vivus de nonnullorum malevolentia edoctus, Apologiam ſingularem, qvæ plerisqve editionibus addita, conſcripſerit; ita & in eo vindicando docte ac diligenter elaboraverit in aurea præfatione æterni operis, *de bello Germanico inter Carolum V. Imp. & Smalcaldici fœderis capita &* — *De Sleidani Opere de Statu Religionis & Reip.* *Hoc immerito taxatur.*

ſocios

socios gesto, Fridericus Hortlederus, Consiliarius Saxonicus exqvisite doctus, prudens, ac diligens. Et sane si ipse Carolus V. ob accuratam rerum etiam secretius habitarum recensionem, vel suos male-custoditæ taciturnitatis, vel ipsum auctorem de genio hæc talia ipsi manifestante suspectos habuit, (a) non video cur ipsum hunc Cæsarem, bonos Historicos, & in his Philippum Cominæum summopere æstimantem, ipsi Sleidano audeamus opponere. Præterea qvia Augustus Saxo Septemvir non modo bene accepit inscriptionem Historiæ Sleidaneæ, sed & munifice remuneratus est, eo ipso (b) adversum rumorem contrarium tacite redarguit. De Christophori qvidem Carolovvitzii livore in Sleidanum aliqva accepimus, ex ore Matthæi Dresseri: (c) sed facile crediderim hunc virum magnæ dignitatis, atqve in aulis Saxonicis potestatis non vulgaris, optasse, aliter nonnulla, de consiliis præcipue Mauritianis, a Sleidano scripta fuissent, atqve secundum Acta, qvibus usus est Historicus, factum: ac id propter non adeo bene ipsi ejusqve Commentariis voluisse. An autem hic ipse Carolovvitzius aliqva dispunxerit in Sleidano ac correxerit, ambigo: ex literis

Caroli V. judicium de Historia Sleidani.

Augustus Elector dedic. et remuneratus est.

Unde Carolovitii in Sleidanum livor.

(a) Ioh. Lampadius *Mellificii Historici* parte 3. p. 320. Constat Carolum ipsum de Sleidano dixisse: *Aut proditores habemus consiliorum, aut scriptor ille familiaris spiritus revelatione ista didicit.* Confer *Matthiæ* Bernecceri *Idolum Lauretanum pag. 77.* (b) Matthias Flacius in der gründlichen Widerlegung des langen Comments der Adiaphoristen. (c) Dresserus *in Oratione de ordine, veritate & usu in historiarum lectione spectando, Lipsiæ habita 1582. 17. Ian.*

teris tamen M. Iohannis Lindneri, emeriti Rectoris scholæ Numburgensis, qvas ad Hortlederum anno CIↃIↃCX.XVIII. Aprilis perscripsit, in bibliotheca Zollmanniana didici, qvod autographum Sleidani a Christoph. Carolovvitzio emendati & correcti apud eos, qvos voluerit Hortlederus, inqvirere voluerit. Sed qvicqvid sit de Carolovvitzio, eidem merito opponimus virum non minus nobilem ac præclarum, Iacobum nempe Sturmium, à Sturmeck, *qvi per annos amplius triginta versatus in publicis & arduis negociis maxima cum laude, cum sua* Sleidanum *dignaretur amicitia, dubitantem & hærentem aliqvando in vadis atq; scopulis, peritus ipse gubernator subinde reduxerit in viam æqvabilem, minimeqve salebrosam, & majorem oneris partem, ante morbum, qvo sublatus interiit,* auctoris ipsius *rogatu, & qvorum oportuit, diligenter admonuerit:* ceu ipse testis est Sleidanus, in illa ad Augustum Electorem epistola. Hinc etiam Antonius Wolfius, Reip. Argentoratensi tum a consiliis anno CIↃIↃCXVII. die VIII. Novembris ad Hortlederum ita scripsit: *Sleidanus pœne nihil aliud egit, qvam qvod relationes, protocolla, literas & acta, in tabulariis Argentoratensibus reperta Latinitate donaverit. Cum enim ipse* (Wolfius) *diversas Iacobi Sturmii, olim Reip. Argentoratensis Prætoris, & multis vicibus legati literas cum Sleidanianis contulerit, se reperisse, qvod iisdem verbis Sleidanus Latine tantum redditis usus sit.* (a) De Philippo Melanchthone qvidem ali-

Carolovvitzio Iac. Sturmius opponitur.

Antonii Wolfii pro Sleidani fide testimonium.

P cubi

(a) Idem anno 1618. 21. Martii ad Hortlederum hæc perscripsit: Auff Sleidanum mag der Herr in Gottes Namen nur sicherlich

gubi refert Caspar Sciopius, *qvoties ipsi ab adolescentibus, ut ei memoriæ causa nomen suum inscriberet, oblatum cum indignatione humi abjecisse, addita causa: qvod tam impudenter sit mentitus, ut propter illum coram Papistis Protestantes erubescere cogantur.* At enim qvis fidem rabido huic cani, & tot bonorum famam vellicanti arrodentiqve fidem habeat, & non eundem in his talibus ab omnibus bonis cavendum esse duxerit? Qvid? qvod non modo summis laudibus in cœlum extulerint Sleidanum tot ex Nostratibus docti, candidi, ac veritatis amantes sed & id fecerint Evangelico-Lutheranæ religioni minime addicti viri: ex qvibus Vir summe illustris, Iacobus Augustus Thuanus, notior fere est, qvam ut nunc a me allegari debeat. (a) Nobilis ille ac prudens Historicus Gallus Aubignæus testatur, *Sleidanum suo ævo non lectum satis atqve æstimatum esse. Omnia eum intellexisse probe, animiqve affectus contra vitia vertisse; suamqve diligentiam non nisi in rebus laude dignis occupasse, & pro sua celsitudine nihil omisisse tamen, qvod ad historiam pertineat, eidemqve bene conveniat. Qvæ qvidem se ad Sleidanum cum voluptа-*

Sleidanus laudatus

a Thuano

& Aubignæo.

[illegible]

pochen und trotzen/ denn es befindet sich auch/ daß er seine gantze Historiam allhier vor einem gantzen Regiment dieser Stadt ablesen müssen/ ehe etwas daran gedruckt worden. Darnach als mans abgehört/ die Warheit der Geschicht befunden/ und über diesem Buch ihm Hand zu bieten zugesagt/ ist er damit umb desto getroster hervor kommen. Qvod nescio an ab ullo alio, qvi de Sleidani historia scripsere, observatum: ac ipse credo Sleidanum certis morum rationibus reticuisse. (a) Videatur Thuanus *fine lib.* 17.

luptate legendum induxerint. (a) Qvid igitur Iohannes Cochlæus, qvid Laurentius ille Surius, qvid Caſpar Gennepus, typographus Colonienſis, qvid Iohannes Fridericus Mateneſius, pumiliones illi, adverſus hunc Herculem Muſagetam valuerint? Et qvid ſibi vult infrunita maledicentia Valerii Andreæ, in *Bibliotheca Belgica* ſcribentis: *Sleidanum cum ex conducto videatur Lutheranorum & Proteſtantium geſta ſcripſiſſe, non veritum in eorum gratiam undecies millies mentiri?* cum certum ſit, ne unum qvidem Sleidani mendacium, ſponte nimirum ac temere commiſſum, demonſtrari poſſe. (b)

Valerii Andreæ maledicentia notatur.

§. XII. Prima editio operis, vivo Sleidano Argentorati prodiit, a Wendelino Rihelio typographo cœpta, & ab hæredibus ejus abſoluta, forma majori, ſive in folio, anno CIↃIↃLV. Atqve hæc una eſt editio, qvam ipſe procuravit Sleidanus. (c) Hanc mox excepit alia, formæ octavæ, ex officina *Simonis a Boſco*, (Antverpiæ fortaſſis) inſcio qvidem, & invito Sleidano, qvi Rihelio ſoli (ut verſa poſt titulum prioris editionis pagina publice profeſſus eſt) poteſtatem editionis fecerat. Indignatus itaqve eſt Sleidanus, qvod alii lucri illiciti cupidine, Rihelio nocerent, & librum ſuum ejusqve verſionem Germanicam pro-

De Editionibus Sleidani.

 cude-

(a) Vide Martinum Zeilerum *Epiſt. 272 p. 804.* ubi qvædam affert verba Auctoris Gallicana. (b) Conter Tilemannum in *diſcurſu Philol. de Hiſtoricorum delectu pag. 245.* (c) Ita Seckendorfius, ab Hermanno ab Haart, Prof. Helm. edoctus: in *Supplemento Indicis Hiſtorici Hiſtoriæ Lutheraniſmi.* Nam Hortlederus, in *præfat. Operis de Bello Germanico* bis uno anno Argentorati Sleidanum prodiiſſe, ſcripſit.

tudere aufi fint: qvapropter nulla genuina exempla agnoscere se testatur, qvam qvæ ex Rihelii officina exierint. Hanc Sleidani denuntiationem, Rihelianii hæredes editioni in folio anno CIↃIↃLIX. triennio ab obitu Sleidani præfixerunt, addito simul, qvi in prioribus deest, libro XXVI. itemqve *Apologia* Sleidani, obtrectatoribus, & nominatim Cochlæo opposita. (a) Interea tamen jam anno LVII. aliena prodierat editio, pseudonymorum typographorum (sic censeo) P. Iacobi Polani, & A. Rebuli nomina referens. (b) Et Rihelianas illas tot aliæ secutæ sunt editiones, ut si qvis in iis recensendis, distingvendis, ac notandis, eam, qvam Thuano (uti infra videbimus) celeberrimus vir, Iohannes Petrus Titius impendit, insumeret operam, non parum de Rep. literaria mereretur.

De continuatoribus, Sleidani

Qvod autem ad continuatores Latinos attinet Sleidani, ut anonymos qvosdam taceam, inter illos Goblerum, Pantaleonem, Typotium, Lauterbachium, & Lundorpium reperio.

Goblero

Justinus Goblerus, Goslariensis, Ictus & Poeta insignis, ac Francofurtensi ad Mœnum Reip. a consiliis, Sleidanum ab anno CIↃIↃLVI. ad annum CIↃIↃLXVII. continuavit: cujus opera una cum ipso Sleidano Francofurti primum impressa anno CIↃIↃLXVIII. De *Henrico Pantaleone* paulo post dicemus. Qvousqve *Jacobus Typotius*, & *Conradus Lauterbachius*, Thuringus, pervenerint, non habeo dicere: qvippe qvi horum notitiam non nisi

(a) Videatur Seckendorfius *d. l.* cujus & verbis usi sumus. (b) Hortlederus *in præfatione sua*.

nisi ex Bolduani *Historica* (a) & Draudii *Classica* (b) *Bibliothecis* hauserim. *Michaelis Casparis Lundorpii, Philo-Historici* (uti se vocat) continuatio tomis tribus distincta, prior incipit ab anno - LVI. finit anno LXIX. alter tomus abit ad annum - XCV. tertius pergit ad annum CIↃIↃCIX. Primus anno CIↃIↃCXIV: secundus seqventi, ultimus anno - XIX. Francofurti sunt excusi, forma octava. Novam etiam editionem Sleidani, cum Notis & additionibus suis molitum esse Fridericum Hortlederum, ex variis ad eum epistolis in bibliotheca Zollmanniana didici. Huc etiam qvodammodo revocare posses *Gothardi Arthusii* Dantiscani *Mercurium Gallobelgicum*, utpote *Sleidano succenturiatum*, sive rerum in Gallia & Belgio aliisqve regionibus ab anno CIↃIↃLV. usqve ad annum CIↃIↃLXX. gestarum, inq; multos tomos distinctarum: ut & *Casparis Ens* Annales, sive *Commentaria Mercurio* Gallo-Belgico succenturiata: qvi libri etsi non semper exacto cum judicio, sed potissimum ex Novellis & Relationibus sunt consarcinati; (c) suo tamen fructu non plane carent, & ad Historiam qvoqve Ecclesiasticam recentiorem aliqvid conferunt utilitatis.

Lundorpius.

Noviter Sleidanum recensere voluit Hortlederus.

Vix autem ediderat Historiam suam Sleidanus, cum eadem ipso, ac Rihelianis hæredibus nesciis, in Germanicum, nec satis bene verteretur: (d) nec multo post in Italicam ac Gallicam lingvas conversa est. Inter illos qvi Germanice verterunt, primus forte

De Versionibus Germanicis.

 est

(a) pag. 45 (b) pag. 1136. Sed forte *Historia rerum Svecicarum* Typotii ipsum illud Sleidani supplementum est. (c) Vide qvæ diximus *hoc capite* §. 10. *extremo*. (d) Hortlederus *in præfat. Operis de Bello German.*

Pantaleonis — est *Henricus Pantaleon*, qvi versionem suam anno CIƆIƆLVI. publicavit, eandemqve postea tribus libris Latine & Germanice scriptis continuavit. (a) Hunc
Beutheri — secutus est *Michael Beutherus*, qvi porro continua annorum serie usqve ad annum CIƆIƆLXXXIII. perduxit, ac Senatui Gryphisvvaldensi inscripsit. Postea Sleidanum ad annum CIƆIƆCXX. continuatum, Germanico idiomate nobis dedit, *Osias Schadeus*, ad D. Nicolai
Schadei. — V.D. Minister, & ad D. Thomam Canonicus Argentoratensis: qvod opus Argentorati impressum anno CIƆIƆCXXV. Præmissa est vita Sleidani ex Pantaleone, Beuthero, Boissardo, Thuano, Reusnero, Melchiore Adami, & Ms. anonymo: addita sunt etiam judicia, & elogia varia, ut & effigies affabre æri incisa, cum invidenda hac epigraphe:

QVIS HIC?

Candidus, intrepidus, verax, studiosus honesti,
Nil metuens Papæ fulmina bruta; pius.
Cosmographus prudens, vigilans, teres ore Latino,
Delicium celsis Principibusqve viris.
Chronologus, Rhetor, Polyhistor, Livius alter,
Seposito affectu fortia facta notans.
Qvalibet arte gravis, consultus, nobilis usqve,
Dignus amore hominum, dignus amore Dei.
Vno ore SLEIDANVS.

P. CONSTANTINI PHRYGIONIS — §. XIII. *Paulus Constantinus Phrygio*, Selestadiensis Alsatus, Basileæ Theologicis & Historiarum studiis excultus, ac Doctoris titulo ornatus, qvam a Zvving-

(a) Melch. Adamus in Vita Pantaleonis p. 461.

Zvvinglio & Oecolampadio hauserat, doctrinam aliis tradere jussus, ædis ad D. Petri primus Pastor designatus, Vlrico vero Duci Wurtembergico, cum apud Basileenses aliqvamdiu exul vixisset, charus fuit. Et hic qvidem anno CIƆIƆXXXIV. per Philippum Hassiæ Landgravium restitutus Ducatui, anno proximo Phrygionem ad constituendam Ecclesiam Tubingensem vocavit: ubi anno CIƆIƆXLIII. I. Augusti decessit. (a) *Chronicon* hic reliqvit Regum, regnorumqve omnium catalogum, & perpetuam ab exordio mundi temporum seculorumqve seriem complectens, ex optimis qvibusqve Hebræis, Græcis, & Latinis auctoribus congestum. Prodiit Basileæ anno CIƆIƆXXXIV. *Chronicon.*

§. XIV. *Iohannes Funccius*, mense Februario anni CIƆIƆXVIII. Werdæ in suburbio Norimbergæ natus, Pastor Regiomonte Palæopolitanus, & post concionator, ac demum Consiliarius factus aulicus, (b) qvi ab proceribus Prussiæ accusatus, & ab iratis Sigismundi Poloniæ Regis legatis, ob politicas, qvibus temere se implicuerat turbas, oppressus (c) anno CIƆIƆLXVI. una cum duobus Alberti Brandenburgici Consiliariis, Matthia Horstio, ac Iohanne Snellio, capite truncatus est Regiomonte, annos natus XLVIII. Magnam

IOH. FVNCCIVS

ob πολυπραγμοσύνην capite plexus.

(a) Vide Melch. Adamum in *Vitis Theologorum*, ubi & Epitaphium Phrygionis affert. (b) Chytræus *Saxoniæ lib. 21. p. 560.* (c) Ita David Blondellus *lib. de Iohanna Papissa.* Inter potiora crimina fuit, qvod Friderico Duci svaserit, ut, qvando neminem in Prussia amplius fidum haberet subditum, in Germaniam ad gentiles suos se reciperet. Chytræus *d. l.* Thuanus *lib. 38.* Vossius in *Chronologia Mathematicorum* cap. 41. p. 231. Inprimis hic legendus Harthnochius in *Historia Eccles. Prussica.*

gnam vitæ suæ partem ipse enarrat epistola ad laudatum Marchionem, qvam *Chronologiæ* suæ præmisit. Hujus primam partem divulgavit anno CIƆIƆXLIV. integram vero emisit octennio post. Cumqve ea editio tantum pertingeret ad annum CHRISTI CIƆIƆLII. postea ab auctore non solum est correcta, sed etiam producta ad annum CIƆIƆLX. (a) Ferunt Funccium ad Chronologiam illam, a doctis non parum æstimatam, (b) magna ab Osiandro socero subsidia impetrasse. Editiones hujus operis sunt complures: mihi Basileensis anni CIƆIƆLIV. & Wittebergenses annorum CIƆIƆLXXVIII. & CIƆIƆCII. innotuerunt.

Chronologiam scripsit.

Editiones.

§. XV. *Onuphrius Panvinius*, Veronensis Italus, ex Augustinianorum Eremitarum ordine, qvem anno CIƆIƆLIX. ætatis trigesimo ingressus, cum Romæ ageret, Antonii Augustini, Rotæ (sic audit tribunal Pontificium) auditoris, post Tarraconensis Archiepiscopi, bibliotheca freqventer usus, magnam eruditionis copiam collegit. Demum Alexandrum Farnesium, Ecclesiæ Romanæ Cardinalem & Procancellarium, Mæcenatem præcipuum, comitatus in Siciliam, Panormi, cum annum attigisset ætatis nonum & trigesimum, anno CHRISTI CIƆIƆLXVIII. die XV. Martii (alii XII. Februarii ponunt:) obiit. Qvamvis autem multa scripserit, ac varia, qvorum pars infra locis suis laudabitur; hic tamen inprimis recensen-

ONUPHRIUS PANVINIUS.

Farnesii Card. cliens.

(a) Vossius *in Chronolog. Math mat. cap. 41. §. 6. p. 231.* (b) Thuanus lib. 38. *Opus Funccii Chronologicum tanqvam exactissima ratione putatum ab eruditis omnibus maxime putatur.*

sendus erat, *ob Fastorum qvinqve libros*: in qvibus Imperii Romani, tum Occidentalis, tum Orientalis, adeoqve Romanorum, Græcorum, Germanorumqve præcipua monumenta suos ad annos retulit. Incipiunt a Roma condita, desinunt in Carolo V. imperiis sese abdicante, anno CIↃIↃLV. Hos *Fastos* ipse auctor commentariis illustravit. Prodierunt absqve commentariis, *Jacobi Stradæ* cura, Venetiis anno CIↃIↃLVII. sed cum iisdem Heidelbergæ anno CIↃIↃLXXXVIII. Parum etiam abest, qvin ad hanc classem retulerim libellum Onuphrii *de Comitiis Imperatoriis*, in qvo de diversis Imperatores creandi modis, & antiqvis & recentioribus, Imperii Orientalis ortum, Occidentalis & occasum, & restitutionem; Principum Electorum originem, aliaqve ad Romanum Imperium spectantia docet. Prodiit una cum Panvinii *Romanis Principibus*, Basileæ anno CIↃIↃLVIII. item *Scriptoribus de Imperatorum inauguratione* junctus, Hanoviæ anno CIↃIↃCXIII. Eundem libellum separatim, addita tamen aurea Caroli IV. Bulla edidit, ac annotamenta qvædam adjecit *Fridericus Hortlederus*, tum Ducum Saxo-Vinariensium in Salana nostra informator, Argentorati anno CIↃIↃCXIII. impressum: & superat in Zollmanniana bibliotheca exemplar manu Hortlederiana Notulis qvibusdam auctum.

Panvinii lib. de Comitiis Impp.

Editiones.

§. XVI. *Achilles Pyrminius Gassarus*, Lindaviæ, patre Chirurgo, sed & expertæ militiæ viro, qviqve Maximiliano I. charus erat, anno CIↃIↃV. natus, Augustanæ Reip. per complures annos Medicus fuit, anno-

GASSARI

Epitome Chronicorum.

annoqve CIↃIↃLXXVII. obiit. *Epitomen* is *Chronicorum* adornavit ab orbe condito ad annum CIↃIↃXX. Basileæ excusam.

Annales Augustani.

De ejus *Annalibus Augustanis* magna cum industria confectis, alibi dicemus.

ABRAH. BUCHOLCERUS

§. XVII. *Abrahamus Bucholcerus*, in pago *Schonau*, prope Dahmam in Saxonia, non Schonhoviæ in Batavis (a) anno CIↃIↃXXIX. die XXVIII. Septembris, natus patre *Georgio*, Præposito Berolinensi, avo *Andrea*, qvi genus suum ad Iohannem Bucholcerum, anno CIↃCCCLXXX. in cives Brandenburgenses receptum, retulit. (b) Grunbergensis primum in Silesia Scholæ Rectorem egit, post Sprottaviensis Ecclesiæ ministrum: ac ibidem cum fide & industria docuit ad annum usqve CIↃIↃLXXIII. qvo a *Catharina Brandenburgica*, Henrici Ducis Brunsvvicensis vidua, in aulam Crosnensem vocatus fuit.

Summa viri ἀφιλαργυρία.

Et hæc qvidem Princeps aliqvoties dicere solita, unum Bucholcerum ceteris ministris suis esse dissimilem, qvod illi assidue & importune flagitarent, hic contra ne teruntium qvidem supra salarium exigeret, ultro etiam oblata dona accipere nollet. (c) Anno LXXIV. ab Euphemia, Fabiani a Schoneich, nobilissimi, & scriptis etiam historicis celeberrimi viri, uxore, *Freistadium* (d) pertractus, magna cum dexteritate, vitæqve singulari innocentia, inibi prædicavit Evangelium: ac licet interdum per duas horas peroraret, nemini tamen audien-

(a) Ita tamen Thuanus in *utraqve Genevensi, & altera Francofurtensi editione lib. 80.* (b) Videatur Melch. Adami in vita Nostri satis accurate scripta, in *Theologis* p. 548. 561. (c) Adami d. l. (d) *Fraustadium* perperam vocat Thuanus.

audiendi tædium irrepsit. A nimiis Theologorum disputationibus, in rixas & litigia desinentibus, abhorrens, sæpe ad amicos dixisse fertur: *Desii disputare, cœpi supputare*: id nimirum designans, velle se magis in studio Historico-Chronologico, qvam in foro illo male-disputatorio occupari. Qvamobrem qvicqvid a sacro munere vacabat temporis, id totum Chronologicis supputationibus impendit: ac præter *Chronologiam*, cui tam sacras, qvam res Græcas, atqve Romanas memorabiles inseruit, ab orbe condito incipientem, inqve Iudæorum captivitate Babylonica finientem; *ac Isagogen Chronologicam*, qva seriem annorum in sacris Bibliis per varias epochas contexendi rationem, & fundamenta proponit, ab orbe condito exordientem, inqve anno CHRISTI CIↃIↃLXXVI. desinentem, *Indicem* reliqvit *Chronologicum*, in qvo præcipuarum gentium res, tam civiles, qvam Ecclesiasticas, ad suos annos reductas verbis paucis exponit. Incipit ab orbe condito, desinit in Henrici Lusitanorum Regis obitu, anno CIↃIↃLXXX. (a) Vulgavit etiam *Chronologiæ* suæ partem I. qvæ est a mundi exordio usqve ad deletum Salomonis templum. Altera futura erat usque ad Hierosolymam a Tito eversam: tertia hinc ad sua usqve tempora. Sed has etiam absolvere parantem, rector temporum ad meliorem evocavit vitam anno CIↃIↃLXXXIV.

A nimiis Theologorum dispp. abhorret.

Scripta ejus Chronologica.

Moritur.

(a) De editionibus vide Hanklum de Scriptor. Historiæ Rom. part. 2. cap. 68. p. 375. Addimus *Francofurtensem ad Oderam* anni 1577. *Isagoga Chronologica* junctam: qvæ tamen pars prior tantum est, anno Christi LXXI. desinens.

xiv. Iunii: postqvam per continentes septemdecim annos in Chronologicis investigandis desudasset.

CAROLI SIGONII

§. XIIX. *Carolus Sigonius*, Mutinæ in Italia natus, Romulo Amasæo præceptore usus, cum non vulgarem eruditionem sibi comparavisset, primum in patria Francisci Porti Cretensis, Græcæ Lingvæ Professoris, locum occupare jussus, XXII. annum nondum egressus, docendi munus accepit. Hinc ad eloqventiam facientes humaniores literas Iohannis Baptistæ Egnatii successor, Venetiis docuit: postea in Patavina, ac demum Bononiensi Academia, Professorem egit. Tandem in patriam profectus, senectuti suæ tranqvillam stationem paraturus, brevi post ibidem exstinctus est anno CIↃIↃLXXXV. cum sexagesimum ætatis annum explevisset. Hoc autem loco nobis potissimum commendandus venit, primum ob *Historiarum de Occidentali Imperio libros XX.* in qvibus res civiles & ecclesiasticas, non modo sub Romanis Imperatoribus, sed etiam sub barbaris Regibus in Occidentis imperio memorabiles, enarrat: ac incipit a Diocletiano, anno CHRISTI CCLXXXIV. desinit in Iustiniani I. obitu anno IↃLXV. qvi Bononiæ prodierunt anno CIↃIↃLXXVIII. ac iterum Basileæ anno CIↃIↃLXXIX. deinde propter *Historiarum de regno Italiæ libros XX.* in qvibus exponit res in Italia, non modo sub Regibus Longobardis, sed etiam sub Imperatoribus Germanis, qvorum primus Carolus Magnus, postremus ipse est Rudolphus I. gestas. Exorditur ab Imperatoris Iustiniani I. obitu anno CHRISTI IↃLXV. finit in anno CIↃCCLXXXVI.

Historia de Occidentali Imperio.

Hist. de Regno Italiæ.

qvo

qvo Imperator Rudolphus I. Italis obseqvium Romano Germanorum imperio præstare contumaciter recusantibus sæpe hactenus affectatam libertatem concessisse fertur. Prodierunt priores XV. libri Basileæ CIƆIƆLXXV: eodemqve anno Francofurti: item Francofurti & Hanoviæ anno CIƆIƆCXIII. Qvinqve libri posteriores ibidem anno CIƆIƆCXVIII. excusi sunt. (a) Etsi autem plurima singularia, & a nemine ante ipsum observata, in gemino illo habentur opere; qvod ad posterius tamen, notandum, Germanicæ nostræ nationi, ac Imperatoribus ex Germania Romanis, eorundemqve juribus non satis semper esse æqvum.

Iudicium de posteriori libro.

§. XIX. *Natalis Comes*, Venetus, supra Mythologica, & varia Carmina, etiam scripsit *Vniversæ Historiæ sui temporis libros XXX. rerum toto orbe ab anno* CIƆIƆXLV. *usqve ad annum* CIƆIƆLXXXI. *gestarum expositionem* complexos, ac anno seqventi Venetiis editos. (b) Qva fide id fecerit, seqventia Petri Albini arguunt, in *Progymnasmatibus Historiæ Saxonicæ*: (c) De eo *scribitur, Historiam illius, anteqvam ederetur, ad magnum qvendam missum fuisse, ut bujus arbitratu corrigeretur, qvicqvid id esset, qvod ei minus arrideret: pro ea vero adulatione mille aureos coronatos in mensam ei effusos perhibent.* Hoc opus, studio & opera *Casparis Bitschii*, Icti, habemus recensitum, atqve anno CIƆIƆCXII Argentorati editum.

NATALIS COMITIS Historia sui temporis.

Editio Bitschiana.

§. XX. *Simon Schardius*, anno CIƆIƆXXXV. in Saxo-

SIMONIS SCHARDII

(a) Videatur Hankius *de Scriptor. Histor. Rom. l. 1. parte I. cap. 70. & l. 2. parte 2, c. 70.* (b Pars I. Venet. 1572. prodiit. Bolduanus *in Biblioth. Hist.* pag. 47. (c) pag. 153. a.

Saxonia natus, postqvam Wolffgangi, Ducis Bavariæ, & Palatini Bipontini, Consiliarium egerat, inter assessores Spirensis Dicasterii allectus, anno CIↃIↃLXVI. in eo munere ad vitæ finem ita se gessit, ut fidem suam, abstinentiam, ac industriam omnibus bonis comprobaret. Anno CIↃIↃLXXII. I. Iunii in febrim & colicos dolores incidit, qvibus XXV. die post oppressus, inter mortales esse desiit. (a) Reliqvit præter alia singularis doctrinæ & usus monimenta, *Opus Historicum*, in qvatuor tomos divisum: qvorum primus Germaniæ antiqvæ descriptionem ex priscis & recentioribus auctoribus continet: alter, ea, qvæ sub imperio Caroli V. gesta; tertius, qvæ in regimen Ferdinandi I. inciderunt, ab anno CIↃIↃLVIII. ad finem anni sexagesimi tertii; qvartus ea, qvæ Maximiliano II. imperante acciderunt, usqve ad annum LXXIV. complectitur. Et vero qvæ post dimidium annum LXXII. seqvuntur, typographi rogatu, alius supplevit. *Nicolaus* qvidem *Cisnerus*, Mosbaco-Palatinus, non ICtus solum, sed & Historicus, Orator, Poeta, & Philosophus, qvæ ad Schardianum opus ornandum & absolvendum pertinerent, se additurum epistola qvadam (b) promisit: in qva & qvid in Schardii tomis desideret & qvo ordine Historici, qvi de Germania scripserunt, disponendi sint, exponit: verum ipse qvoqve plurimis occupationibus, κακογραφία, (c) & tandem morte

Opus Historicum.

Cisnerus novam editionem meditatus est.

(a) Vide Auctorem *præfationis in qvartum tomum Schardii* (b) Qvæ habetur in *Opusculis Cisnerianis* a Qvirino Reutero Francofurti editis anno 1611. (c) Reuterus in *vita Cisneri*: Tanta *κακογραφία fuit Cisneri, ut a nullo manus ejus satis posset agnosci, sensumqve subinde divinare oporteret.*

morte præpeditus, non satisfecit exspectationi. Schardianum opus prodiit Basileæ anno CIƆIƆLXXV. sed anno CIƆIƆCLXXIII. cum titulo *Schardii Redivivi*, ac Indice auctorum rerumqve locupletissimo, recusum est Giessæ anno CIƆIƆCLXXIII. opera *Hieronymi Thomæ*, I. V. Licentiati.

§. XXI. *De Laurentio Surio* in Nauclero qvædam diximus: sed juvat nunc de eo afferre plura. Parentibus Evangelico-Lutheranis Lubecæ natus, puer Coloniam missus, ac Pontificia imbutus religione, Ordini Carthusiano nomen dedit, ac adhortante Patre Gerhardo Hamontano, primum variis operibus ex vernacula in Latinum vertendis & exercuit: post ipse etiam ad scribendum se applicuit. Obiit Coloniæ anno CIƆIƆLXXVIII. XXIII. Maji ætatis LII. professionis Ecclesiasticæ XXXVI. (a) *Commentarius* autem ejus *brevis rerum in orbe gestarum, ex optimis* (ut ait) *auctoribus* congestus. in editione Coloniensi anni CIƆIƆLXVII. ab anno CIƆ.Ɔ. ad hunc ipsum annum pertingit: qvam secutæ sunt editiones duæ Colonienses, in folio & octavo anni CIƆIƆLXXIV. ad jam dictum annum pergentes. Continuavit Surianos illos Commentarios ab anno CIƆIƆLXVI. usqve ad annum CIƆIƆLXXXV. *Michael ab Isselt*, Amersfortius, qvi diu Coloniæ Agrippinæ, Noviomagi, ac Hamburgi vixit: atqve hic qvidem Italis qvibusdam mercatoribus concionando & Sacramenta administrando operam dedit,

LAVR. SVRIVS Lubecensis

fit Carthusianus.

moritur.

Commentarius rerum in orbe gestarum

continuavit Michael Isselt.

(a) Freherus in *Theatro Virorum eruditorum*.

dit, annoqve CIƆIƆXCVII. (a) in monasterio (qvod ita vocatur) veteri supremum diem obiit. Isselti opella Coloniæ anno CIƆIƆCII. edita hunc refert titulum: *Michaelis ab Isselt Amorsfortii sui temporis Historia; in qva res in toto orbe terrarum gestæ, tum præcipue motuum Belgicorum sub Philippo II. Hispaniarum Rege concitatorum origo & successus perspicue & accurate describuntur.* In præfatione ad lectorem typographus non dissimulat, Surium *plus intentum fuisse aperiendis lapsibus aut technis Sleidani, rebusqve & ritibus Catholicis stabiliendis, qvam plane gestarum relationi.* Vbi Isseltus desinit, *Mercurius Gallo-Belgicus*, fictitio *Iacobi Doccomensis* nomine (b) cœpit. Surianum opus Germanice vertit *Henricus Fabritius* Aqvensis, Chorepiscopus Spirensis; Isseltianam autem continuationem *Caspar Vlenbergius*, Pastor & Canonicus S. Cuniberti Coloniensis: qvorum versiones in qvatuor distinctæ tomos Coloniæ anno CIƆIƆLXXXVI. editæ. Etsi autem Thuanus *lib. LXV.* Surium vocat *virum pietate & candida simplicitate præditum;* neqvaqvam tamen id ex scripto hoc historico apparet, sed potius incredibilis maledicentia, & convitiandi pruritus immodicus: sic ut merito Illustri Seckendorfio in *Historia Lutheranismi*, (c) audiat, *cæcus & canina latrans rabie:* ac iterum: *perfrictæ frontis homo, & impudentissimus calumniarum & convitiorum architectus.* (d)

Fabricius Surium Vlenbergius Isseltum Germanice verterunt.

Surii maledicentia denuo notatur.

§. IX.

(a) Mirum ergo, qvi Valerius Andreas scribat, Isselti Historias ad annum CIƆIƆXCVII. pertingere: in *Bibl. Belg. pag.* 674.
(b) Idem Andreæ. (c) *lib. 3. add. 2. ad §. 52. pag.* 148.
(d) *lib* 3. §. 107. *p.* 437.

§. XXII. *Gerardus Mercator*, Flander, anno Domini CIƆIƆXII. V. Martii, parentibus Iuliacensibus natus Rupelmundæ, apud patruum *Gilbertum*, ejus oppidi Pastorem, primum educatus, post Sylvæ-Ducis in Brabantia, Grammaticam, & Dialecticam, sub Georgio Macropedio didicit. Deinde Lovanii in pædagogio Porci, Magisterii gradum adeptus, cum reliqva Philosophia tam continenter Mathesin junxit, ut sæpe nec cibum interdiu, nec somnum noctu caperet. A Carolo V. (huic crystallinum cœlestem, ligneum terrestrem globos, & alia instrumenta mathematica confecit, qvæ partim in bello Smalcaldico succensa sunt:) (a) inter aulicos, a Gvilielmo Iuliacensi ac Clivensi Duce in Cosmographum adscitus est. (b) *Chronologiam* suam a mundi exordio usqve ad annum CIƆIƆLXVIII. partim ex S. Bibliis, & optimis qvibusqve scriptoribus, partim ex eclipsibus, & omnium temporum astronomicis observationibus, exscribi fecit Coloniæ anno CIƆIƆLXVIII. (c) & Basileæ anno CIƆIƆLXXVII. Qvanti Mercatorem fecerit, & qvam avide ejus *Chronologiam* exspectaverit *Onu-*

GER. MERCATORIS

Chronologia.

 phrius

(a) *In notitiam Imp. felicissimæ recordationis Caroli V. venit: illimqve Majestati qvam plurima instrumenta Mathematica artificiosissime paravit: qvæ in bello Saxonico, non procul ab Ingolstadio in Ducatu Bavariæ, in horreo qvodam (ut ille Imperator post reditum ex Germania Bruxellis retulerat) igne ab hostibus clam succenso liqvefacta consumpta fuerant. Qvapropter jussit sibi per Mercatorem confici nova.* Melch. Adami *in vita Mercatoris*: Confer Thuanum *lib. 109.* (b) Valerius Andreas in Bibl. Belg. p. 280. Vossius in *Chronol. Mathematicorum*, (c) Vossius in *Chronol. Mathem. c. 41. p. 230.* ponit annum seqventem.

phrius Panvinius, commonstrat ejus ad Iohannem Metellum Seqvanum Ic. epistola, Chronologiæ huic præfixa (a) Mercator autem Duysburgi in Clivia in ministerio Iohannis Gvilielmi Ducis, decessit anno CIↃIↃXCIV. II. Decembris: cum ante paralysi sinistri lateris correptus, diuturnisqve laboribus confectus esset. Vixit annos LXXXII. hebdomadas XXXVII. cum pronepotes jam vidisset.

De morbo ac morte Mercatoris.

MICH. NEANDER

§. XXIII. *Michael Neander*, Soravia-Silesius, anno CIↃIↃXXV. natus, in schola patria præceptore usus M. Henrico Theodoro, Hilperhusa-Franco, post Superintendente Ducatus Lignicensis, ita invigilavit studiis, ut Wittebergam concedens, magno cum fructu Melanchthonem, aliosqve Professores audiret. Anno CIↃIↃXLIX. Northusam vocatus, in schola Senatoria cum laude docuit. Cum autem Thomas Stangius, Ilfeldensis (b) Abbas, Evangelium amplexus, cœnobium illud in scholam converteret, in qva adolescentes, Latina, Græca, ac Hebræa lingvis excolendi, liberaliter alerentur, Neandrum ei præesse voluit. In hoc phrontisterio per multos annos diligenter admodum juventam erudivit, ac feliciter, adeo ut ex eo, tanqvam ex Trojano eqvo, plurimi prodierint utriqve Reip. summe idonei viri. Ipse autem pientissime obiit anno CIↃIↃXCV. (c) die VI. Maji. Habemus ejus *Compendium Chronicorum*, sive *Historiarum omnium ætatum, gentium, imperiorum,* AC

Ilfeldensis scholæ Rector.

Compendium Chronicorum.

(a) Ex hac qvædam repetit Vossius *d. l.* (b) Thuanus perperam appellat *Isfeldensem*. (c) Chytræus *Saxon. lib. 30. pag. 906.* Melch. Adami *in vita ejus p. 396.*

ac regnorum, tum veterum, tum recentium maxime insignium, Lipsiæ anno CIↃIↃLXXXVI. una cum *Orbis terræ divisione compendiaria*, publicatum: item *Chronicon*, sive *Synopsin Historiarum, qvæ res gestas præcipuarum in orbe gentium a rebus humanis conditis, ad hanc usqve nostram ætatem, certa expositionis imperiorum, gentium, rerum variarum & maxime insignium, annorum item & temporum serie annotatas & expositas continet*. Sic enim habet inscriptio editionis Lipsiensis anno CIↃIↃXC. qvam aliæ præcesserunt. Incipit a creatione hujus universi, desinit in gestis Amurathis III. Imp. Turcici. *Synopsis Historiarum.*

§. XXIV. *Petrus Opmeerus*, Amstelodami anno CIↃIↃXXVI. XIII. Septembris, gente patricia Hollandiæ septentrionalis, patre Petro, matre Maria Acherslootia, nobili, natus, inqve patria, Alardo Amstelodamo, & Petro Caninio, usus præceptoribus, postea Lovanii in Collegio Trilingvi, Petrum Nannium audivit, Tornaci Gallicam lingvam & Mathesin addidicit. In patriam ab matre unicus hic filius, & ad ducendam uxorem, revocatus, ut erat ingenio facili, & disciplinarum omnium capaci, ac insuper felici memoria, (a) αὐτοδίδακτος Theologiam, Iura, Medicinam (de Græcis dubito: (b) qvia jam Nannii fuerat *P. OPMEERI*

(a) Nam *septuagenarius omnes Terentii Comœdias, ac Horatii Odas absqve ulla hæsitatione recitare potuit*: Valerius Andreæ in *Vita* Opmeeri, *Chronologiæ præfixa*. (b) Qvod affirmat Valerius Andreæ in *Bibl. Belg. p.* 752. Et tamen in vita ejus scribit: *Græcas literas ætate jam provectior ita addidicit, ut qvicqvid Græce scriptum esset, nullo negotio intelligeret: usus* ad

rat discipulus) didicit. A Reformata religione alienior, Lugdunum Batavorum ad Franciscum Valdesium, legionis Lombardicæ tribunum se contulit, eique a consiliis fuit militaribus, donec patriis excedere finibus compulsus, in Hannoniam cum Valdesio profectus est. Inde rursus a Petro Longo Prætore, in patriam revocatus, ut in Pontificia religione suos confirmaret, cum diutius id ei agere non liceret, Delphos se contulit, ubi anno CIↃIↃXCV. XIII. Novembris decessit, sepultus in æde D. Hippolyti. Hujus viri habemus *Chronographiam a mundi exordio ad sua usqve tempora historias continentem, & elogia summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Illustriumqve ac Doctorum omnium ætatum Virorum.* Exorditur ab initio mundi, desinit in anno suo emortuali. Qvamqvam ultima sunt ab alia manu: id qvod seqventia in calce libri arguunt: *Hoc qvidem CHRISTI anno M.D.XCV. extinctum ferunt Petrum Opmeerium Ambstelredamum, Chronographiæ hujus Universi auctorem. Qvamobrem nihil amplius appendere placuit. Legat, qvi volet, Laurentii Beyerlinck Appendicem, vel aliorum ævi nostri, sed Catholicos omni exceptione majores Chronologos. Nos* Martyrum Bataviæ historiam *typis hactenus non visam, ad piorum solatium adjiciendam curavimus.* Et hæc qvidem sumsimus ex editione Coloniensi anni CIↃIↃCXXV. cui illa *Martyrum* (pro qvibus venditantur) *Historia* addita est.

Chronographia

ab alio parumper aucta

Historia Martyrum Bataviæ.

§. XXV.

ad eam rem manuductore Petro Resensio, Scholæ Delphensis Gymnasiarcha, Græce admodum perito. Non igitur fuit αὐτοδίδακτος in Græcis.

§. XXV. *Gilbertus Genebrardus*, Arvernus, Hebrææ lingvæ Parisiis Professor Regius, & Archiepiscopus Aqvensis: qvam dignitatem a Gregorio XIII. Pontifice adeptus fuit, non intercedente regia auctoritate. Vnde Rege Henrico IV. rerum potito, rebusqve per pacem ordinatis, hac dignitate exutus est. (a) Demum Salmurii in Heduis opimum nactus sacerdotium anno CIƆIƆXCVII. (b) in vivis esse desiit, sexagenario major. Scripsit *Chronographiæ libros IV.* Priores duo sunt de rebus veteris populi, & præcipuis qvatuor millium annorum gestis. Posteriores e D. Arnaldi Pontaci Vasatensis Episcopi (nam huic libros suos recensendos transmisit) (c) Chronographia aucti, recentes historias complectuntur: Parisiis anno CIƆIƆLXXX. Reliqvos Genebrardi libros Chronologicos alii enumerant. (d) GILB. GENEBRARDI Chronographia.

§. XXVI. *Petrus Lindebergius*, patre Caspare, Senatore Rostochiensi, matre Anna Wittingia genitus, anno CIƆIƆLXII. Postqvam Sverini bonis literis eruditus fuit, in patriam Academiam redux, potissimum Iohannis Possel ii, qvi tum Collegio *Portæ Cœli* præerat, fidei fuit creditus. Anno CIƆIƆLXXXIII. omnes fere Germaniæ, Italiæqve Academias perlustravit, gravibus qvandoqve defunctus periculis, ac Romæ P. LINDEBERGII *summa vita*

(a) Thuanus *lib. 119.* (b) Bulengerus in *Historia sui temporis*, habet annum 1596 *lib. 10. p. 310.* (c) Id factum vult Vossius anno 1584. in *Chronolog. Mathemat.* cap. 68. Sed Parisiis jam anno 1580. prodiit Chronographia. Forte igitur reponendum 1574. (d) In his Bolduanus in *Bibl. Historica* pag 72. 73.

etiam per Inqvisitores hæreticæ (ut vocant) pravitatis ad necem qvæsitus. Anno -LXXXV. Daniam, Norvvegiam, & Sveciam peragravit, & Pomeraniam qvoqve invisit. Exin totum se dedit poetices, historiarum atqve juris studio: cumqve postea Nicolai ab Alefeld, præcipuæ nobilitatis inter Holsatos viro ab informandis esset filiis, socero ejus, Henrico Ranzovio, ProRegi Cimbrico, toga ac sago inclyto Heroi innotuit, qvi singulari eum favore complexus est. Anno -XCIV. Rostochiensium primus lauru poetica redimitus; coronam cœlestem impetravit seqventis anni die XVI. Iulii: qvo placide admodum obiit, conjugi ante triennium ductæ, matri viduæ, bonisqve omnibus incredibile relinqvens desiderium. Orationem parentalem habuit laudatus Præceptor ejus *Posselius*. (a) Scripsit Lindenbergius *Commentaria rerum memorabilium in Europa ab anno* CIↃIↃLXXXVI. *ad annum* -XCI. *gestarum*, Hamburgi dicto anno -XCI. edita.

Res memorabiles Europæ.

DAV. CHYTRÆI Historiola Vita.

§. XXVII. *David Chytræus*, Matthæi, V. D. Menzingæ in Greichgovia Ministri, & Barbaræ Neibergeriæ filius, anno CIↃIↃXXX. XXVI. Febr. in Ducatus Wurtembergici oppido Braeckheikmo (b) natus, septennis Gemmingæ, Wolffgangi Busii disciplinæ fuit commendatus, ubi etiam Franciscum Irenicum audi-

(a) Videatur Melch. Adami *in Vita ejus*, ex funebri programmate & oratione Posselii contracta. (b) *Braenheikemam* vocat Thuanus *lib. 126.* Konigius in *Biblioth.* Chytræum appellat *Ingelfingensem Svevum*: VVittius, *Menzingensem*, in *Diario*.

audivit. Post a patre Tubingam ductus, Hieronymum Gerhardum, Iohannem Mendlinum, & Michaelem Vajum privatos præceptores habuit. Tubinga Wittebergam concessit, sumtus studiorum sufficiente Petro a Menzingen, eqvite aurato: ubi per sesqviannum Lutherum audivit, Philippo etiam familiarius usus, ejusqve factus domesticus, prope instar filii ab ipso fuit habitus. Tempore belli Smalcaldici Chytræus Heidelbergam, ac inde rursus Tubingam se contulit, docendo disputandoqve se & juventam exercens. Finito bello anno CIↃIↃXLVIII. rediit Wittebergam, ac magno cum applausu in auditorio veteris Collegii, diebus extraordinariis, hora IV. pomeridiana, *Locos Communes* Melanchthonis explicuit, aliasqve prælectiones utiles habuit in museo suo, qvod erat in Collegio novo, qvo ipse antea Philippus uti consveverat. Anno XLIX. cum M. Andrea Martino Rostochiensi in Italiam profectus, ac inde redux feliciter, Rostochii, Professor renuntiatus anno LI. die XXI. Aprilis docendi fecit initium. Anno LIV. Christianus III. Daniæ Rex, triennio post Otto Henricus Elector Palatinus in suas ipsum Academias vocare non dubitarunt. At Rostochii manendi cupidus anno LXI. insignia Doctoratus Theologici impetravit. Post illa doctrinæ & virtutis fama auctus, multi Reges, Principes, aliiqve Magnates, opera ejus in gravissimis Ecclesiæ Reiqvepubl. negotiis feliciter usi sunt. Maximilianus nimirum II. Imp. Christianus III. & Fridericus II. Daniæ, Ericus XIV. Sveciæ

Chytræus a Magnatibus æstimatus.

Reges

Reges, ipſum ad conſtituendas in terris ſuis ſcholas & Eccleſias vocarunt, vocatum gratioſe exceperunt, & rebus ex ſententia compoſitis, magnifice donatum dimiſerunt. Ad Academiæ Helmſtadienſis conſtitutionem multum contulit: ac inſuper utilem, ac vere ſalutarem operam Nobilitati Auſtriacæ, Stiriacæ, ac Carinthiacæ præſtitit, dum vocatus puram Evangelii doctrinam, Ordine Eccleſiaſtico rite conſtituto, promulgare cœpit. Demum vitæ ac honorum ſatur anno CIƆIƆC. die XXV. Iunii rebus humanis valedixit Roſtochii, cum in hac Academia per annos continentes XLIX. magna cum gloria docuiſſet, ac immortalem nominis famam reliqviſſet. In memoriam ejus orationem habuit *Chriſtophorus Sturcius*, I. V. D. & Hiſtoriarum Profeſſor, ex qva ſummam vitæ contraximus. (a) Fuit autem Chytræus Theologus æqve ac Hiſtoricus peregregius. Hic autem ejus facienda erat mentio, non modo ob *Chronologiam Hiſtoriæ Herodoti & Thucydidis, cui adjecta ſeries temporum mundi a prima conditione, usqve ad inſtantem annum CIƆIƆXCII. deducta:* qvæ eodem anno Roſtochii excuſa: ſed & ob luculentum illud Annalium integri ſuperioris ſeculi opus, libris XXXI. conſtans: qvod, Albertum Kranzium ſecutus, *Saxoniam* voluit inſcribere. Per partes

Moritur.

Chronologia.

Saxonia

(a) Habetur in *Supplemento Saxoniæ* Chytræi *p.* 31. *ſeqq.* Confer. Melch. Adami *Vitas Germanorum Theologorum* & Seckendorfii *Hiſtoriam Lutheraniſmi lib.* 1. *pag.* 247. In adverſariis meis reperio *Goldſteinium* qvendam *de Vita Chytræi* ſcripſiſſe.

tes primum id prodiit minores, annis CIƆIƆXCII. & seqventibus: donec illæ in justum corpus coalescerent. Hoc ipsum aliqvoties recognitum, ac deniqve ad annum hujus ævi XI. a nonnemine continuatum, Lipsiæ excusum est dicto anno CIƆIƆCXI. Conringius *de antiqvo Helmstadii statu*, Chytræum vocat *Polyhistora maximum*: & *c. XV. de Finibus Imperii*, rerum *Septentrionalium peritia nihilo Krantzio inferiorem*. Adscribemus etiam Meibomianum elogium, ex elegantissima in *Historiam Saxonicam Introductione*: (a) *Qvæ præterea in Saxonia etiam latissime accepta integro seculo sexto-decimo contigerunt maxime memorabilia, illa egregie exposuit jam ante nobis laudatus Theologus & Polyhistor clarissimus, David Chytræus in Saxonia sua. Nolim quidem ab erroribus præstare eum immunem. Qvi enim potuerit vir unus, isqve a Magnatibus non adeo multum adjutus, tot terrarum, in qvibus Saxonicus sermo viget, historiam, & qvidem integri seculi, accuratissime, ut non alicubi impingeret, tradere?* Et post pauca: *Talis certe est Historia Chytræi, qva carere nemo, qvi Saxoniæ & septentrionalium regnorum notitiam, qvæqve in eo integro seculo acta, acqvirere sibi velit, potest.*

§. XXIIX. Qvando obierit *Henricus Buntingius*, Hannoveranus, Pastor Ecclesiæ Dei in Grunovv, (b) nondum habeo compertum. Qvia tamen dubito, an præsens seculum attigerit, ad calcem hujus capitis qvædam de eo volui afferre. Natus est anno CIƆIƆXLV. & confecit *Chronologiam*, hoc est, *omnium temporum* &

HENR. BUNTINGII

Chronologia.

(a) *pag.* 107. (b) Vossius in *Chronologia Mathematicorum c.* 6. §. 44.

& annorum seriem, ex Sacris Bibliis, aliisqve fide dignis scriptoribus, ab initio mundi ad nostra usqve tempora fideliter collectam, & calculo Astronomico exactissime demonstratam & confirmatam: cui insertæ sunt ipsa picturæ & imagines Eclipsium Solis & Lunæ, aliorumqve motuum cælestium observationes, & tabulis Prutenicis retro supputatæ, ad initium usqve mundi, adscripto ipso calculo, additis etiam communibus in locis, integris Calendariis Hebraicis, Græcis Ægyptiis, Latinis. Continentur hoc libro res gestæ omnium temporum, qvi fuerint videlicet Doctores in Ecclesia, qvi Monarchæ ac Imperatores orbem terrarum rexerint, qvi Reges ac Duces proximum ab eis locum obtinuerint. --- Inserta est etiam huic operi irreprehensibilis Defensio anni Juliani, & certissima refutatio Calendarii Gregoriani per theses & antitheses. Liber excusus est Zervestæ anno CIↃIↃXC. & Magdeburgi anno CIↃIↃCVIII.

CAPVT XII.

DE CHRONOGRAPHIS, ET HISTORIÆ VNIVERSALIS SCRIPTORIBVS PRÆSENTIS SECVLI

PHILIPPO GLASERO, IOH. IACOBO BEVRERO, NICOLAO REVSNERO, GEORGIO NIGRINO, CHRISTOPHORO PEZELIO, MATTHÆO DRESSERO, PANTALEONE CANDIDO, HORATIO TVRSELLINO, ELIA REVSNERO, SETHO CALVISIO, IACOBO AVGVSTO THVANO, CHRISTOPHORO HELVICO, VBBONE EMMIO, LAVR. BEYER.

ERLINGIO, IANO GRVTERO, CHRISTOPH. HEIDMANNO, IVL. CÆS. BVLENGERO, IOH CLVVERO, HENR. GVTHBERLETO, DAN. ANGELOCRATORE, CHRISTOPHORO BESOLDO, IOH. HENR. ALSTEDIO, PETRO LAVREMBERGIO, IAC. GORDONO, HENR. ALTINGIO, NICOL. VERNVLÆO, CHRIST. GVEINZIO, IONA MAGNI WEXIONIO, ADOLPHO BRACHELIO, DION. PETAVIO, M. ZVERIO BOXHORNIO, IOH. MICRÆLIO, IOH. PHIL. A VORBVRG, CONR. THEOD. LINCKERO, IAC. GOVTOVLA, THEOPH. RAYNAVDO, HENR. ERNSTIO, IOH. CVNR. DIETERICO, PHIL. BRIETIO, GEORG HORNIO, IOH. HENR BOECLERO, PHIL. LABBEO, IOH. IANO SVANINGIO, IOH GABR. DRECHSLERO, HENR. KIPPINGIO, CHRISTOPH. SCHRADERO, PETRO LAMBECIO, TOBIA WAGNERO, FRID. HILDEBRANDO, GABR. BVCELINO, FRANC. BVSSIERIO, IACOBO FABRICIO, IOH. LVD. GOTHFRIDO, MARTINO SYLV. GRABE, IOH. JONSTONO, HENR. KITSCHIO, IOH. LÆTO, PAVLO PIASECIO, AVCTORE SYNOPS. HISTORIAR. G. P. A, S. WILH. STRATEMANNO, IOH. BVNONE, GREGORIO BLECH, CHRISTOPH. CELLARIO, GVIL. HOELIO, IOH. HOFFMANNO, VLR. HVBERO, PETRO MEGERLINO, DAV. VLMANNO, IOH. IVSTO WINCKELMANNO, ET TABVLIS ALIQVOT CHRONOLOGICIS.

§. I.

RESTANT Chronologi, atqve Vniversalis Historiæ scriptores, ex hoc, qvod jam ad occasum vergit, seculo: qvorum pleriqve vita sunt defuncti, aliqvi tamen in præsenti florent.

PHIL. GLASERI. §. II. Ex illis succurrit primo *Philippus Glaserus*, Argentoratensis, Græcæ Lingvæ, post Historiarum, ac demum Iuris in Acad. patria Prof. & Canonicus ad S. Thomam, qvi anno CIƆIƆXLIV. natus, supremum diem obiit anno CIƆIƆCI. 1. Augusti. Habemus ejus *Historiæ universalis Synopsin theoricam & practicam, hoc est, Narrationem compendiosam præcipuarum historiarum mundi ab orbe condito ad annum* CIƆIƆCI. *in quatuor libros digestam*, opera & studio *Casparis Dornavii*, Philos. & Medici, Gorlicii anno CIƆIƆCXV. editam. Exin anno CIƆIƆCXXIX. Philippi filius, *Philippus Fridericus Glaserus*, Argentorati edidit Patris *Syntagmma Historicum*, qvo in continentur I. *Prolegomena de Historia, ejusqve accidentibus.* II. *Dissertatiuncula de præstantia cognitionis Historiarum.* III. *Narratio compendiosa rerum præcipuarum ab O. C. ad annum CHRISTI* CIƆIƆCI. IV. *Admonitio de recte legenda Historia.* V. *Catalogus Historicorum selectissimorum dives, & ordine bono digestus: omnia in gratiam studiosorum Historicæ Facultatis jampridem conscripta & collecta, nunc autem Narrationis compendiosæ continuatione ab anno CHRISTI* CIƆIƆCI. *usqve ad annum* CIƆIƆCXXVIII. *adaucta, rerumqve & verborum indice locupletata.*

Synopsis Hist. Universalis.

a filio iterum auctæ.

IOH. IACOBI BEURERI. §. II. Succedat (utut de anno ejus emortuali, qvem hic inprimis seqvimur, nondum sim edoctus) *Iohannes Iacobus Beurerus*, in Friburgensi Brisgoviæ Academia Græcæ L. & Historiarum Prof. P. *Synopsin* is scripsit *Historiarum, & methodum novam, in qva*

Synopsis Historiarum.

προσϑωρείας λόγοι ad facilem, jucundam, uberem & fructuosam Historiarum non solum cognitionem, sed & demonstrationem proponuntur. Deinde ipsa Historiarum immensitas illustri, clara, Epitomica, & Anthologica hypotyposi ad nostra usque tempora pertinente ob oculos ponitur, libris duobus, Hanoviæ anno CIƆIƆXCIV. editis. In Præfatione Auctor sic scribit: *Dedi operam, qvantum qvidem licuit, & potuit in his epitomicis angustiis, idqve per synchronismos temporum maxime tentavi, ut historiarum, & rerum in mundo gestarum immensitas propemodum infinita in unum qvasi conspectum lectori veniret: qvo juventus rerum gestarum varietate, copia magnitudine illecta, historias tanto avidius legere, ardentius amare, & sese illarum cognitione adversus omnes hujus vitæ casus instruere & salutaribus consiliis in omnem rerum eventum abundare posset.* Propositum Auctoris.

§. IV. *Nicolaus Reusnerus*, Leoberga Silesius, ex perantiqva & nobili familia oriundus, lucem hanc adspexit anno CIƆIƆXLV. 11 Februarii. Vndecennis a Francisco patre Goldbergam missus, ibidem per biennium in schola, ac totidem annos in Elisabethana Vratislaviensium Gymnasio commoratus, non exiguam in Latinis, Græcis, ac Poesi, doctrinam collegit. Wittebergam, paulo post Melanchthonis excessum, qvem unice desideraverat videre, ac audire, pervenit, atqve illic Philosophiæ cursu absoluto, pro Georgii Wirthii, Medici cognati consilio, Lipsiam contendit, Modestini Pistoris, Iacobi Tomingii, Leon- *NICOLAI REUSNERI* Summa vitæ.

hardi Badehornii, aliorumqve Ictorum informatione usurus. Sed amor Wittebergæ eum in Ioachimi Beustii, Iohannis Schneidevvini, ac Valentini Forsteri disciplinam retraxit. Post, editis jam aliqvot in Græca ac Latina lingva scriptis, ad comitia profectus Augustana, in urbe illa florentissima locus ei inter scholæ Præceptores assignatur: qvem anno sequenti resignavit, carminibus eleganter scriptis, multis magnisqve, sed & Principibus viris se insinuans. Jamqve ipse Maximilianus II. Cæsar, ex commendatione cujusdam Consiliarii eum in exteras terras ad conseqvendum majorem ingenii cultum mittere decreverat, cum inter Professores Gymnasii novi Lavingani receptus, Græcos Latinosqve auctores haberet explicare, in classibus, ut vocant, Doctoris primarii elogio functus. Deinde & jura docuit, & Rectoris Spartam per undecim annos functus, anno CIƆIƆLXXXIII, Basileæ summis in jure honoribus ornatus & Spirensis Dicasterii Assessor designatus est. Docuit exin Argentorati in annum LXXXVIII. qvo a Saxoniæ Ducibus in hanc Salanam vocatus, ægre ab Argentoratensibus dimittebatur. (a) Hic Senioris cum elogio singulari, publice ac privatim profitendo, sed & varios scribendo libros, qvam ante collegerat, nominis gloriam, mirifice auxit: sic ut anno CIƆIƆXCV. a Friderico Wilhelmo, Electoratus Saxoniæ Administratore, una cum Cæsareis ac Brandenburgicis legatis,

Fit Professor Ienensis.

(a) Loco impensarum in iter factarum mille & qvadringentos coronas accepit. Beierus *in Nomenclatore Prof. Ienensium pag. 576.*

tis, in Poloniam mitteretur, socia adversus Turcos arma expetiturus. (a) Eo ante qvam iret, in comitiis Ratisbonensibus a Rudolpho II. Augusto, laurea poetica & Comitis Palatini dignitate fuit ornatus, illustri etiam accessione insignibus Reusnerianis facta. (b) Ex hac vita gloriose discessit in Rectoratu suo, anno CIↃIↃCXII die XII. Aprilis, luculentum epitaphium in æde Academica nactus. (c) Sed & totius corporis Reusneriani (erat illud amplum & procerum) imago (d) Bibliothecæ publicæ illata est. Dominicus Arumæus oratione ei parentatus est. Hic autem potissimum Reusnerum memoravimus, ob *summorum Regum, sive Imperatorum Assyriorum, Persarum, Græcorum, Romanorum, Byzantinorum, Germanicorum libros VII.* iisqve junctam *Chronologiam Historicam*, jam anno CIↃIↃLXXVIII. edita, ac aliqvoties recusa, donec anno CIↃIↃCVIII. opera *Conradi Bachmanni* noviter recensita prodirent.

Moritur, Academiæ Ienensis Rector.

Scripta in Universali Historia.

§. V. Eodem qvo Resnerus anno, sed die X. Octobris, decessit *Georgius Nigrinus*, Battenberga-Hassus, primum scholæ Buchaviensis in ditione Plaviensi moderator, deinde in Noribergensi typographia Corrector, postea Collaborator scholæ Poeticæ Monachii in Bavaria, tum Pastor Hombergensis, inde Græsensis, deniqve Ecclesiæ Echzellanæ Pastor &

GEORGII NIGRINI

(a) Vide Beierum *d. l.* (b) Hæc ex Melch. Adami *Vita Reusneriana* potissimum contraximus in *Illa* pag. 379. (c) Hujus epigraphen attulimus in *Epitaphiis templi Academici Ienensis, Historiæ* hujus *templi junctis.* (d) Nam reliqvæ minores sunt, non nisi dimidium corporis habitum repræsentantes.

& Superintendens Alsfeldensis Niddanus. (a) Concinnavit *Chronologiam ab orbe condito ad sua tempora; ex Sacris Bibliis, & probatis Historiis.* (b)

Chronologia.

CHRISTOPH. PEZELII

§. VI. *Christophorus Pezelius*, Plavia-Nariscus, primo in patria Cantor, postea Theol. D. & Prof. VVittebergensis, demum Bremensis Gymnasii Professor, anno CIↃIↃCIV. mortuus, *Mellificium Historicum* ad ductum Epitomes Sleidani *de IV. summis Imperiis* congessit, ejusqve partem primam anno CIↃIↃCII. Bremæ emisit: qvod postea *sub incudem revocavit, & perfecit, ac Chronologia Scaligerana, & Prophetiarum V. & N. T. complementis* (sic habet inscriptio) illustravit & locupletavit *Johannes Lampadius*, in schola publica Bremensi S. Theolog. & Historiarum Professor, & Pastor ad D. Stephanum: Marburgi anno CIↃIↃCXVII. Sed auctior & correctior est editio Marburgensis anni CIↃIↃCXXXI. cui ad partem III. juncta *Solida calumniarum, qvibus auctor Theandrum Lutherum & alios orthodoxos Theologos cum in tertia parte hujus operis, tum in præfatione epistola dedicatoriæ deformare, & eum in finem multas historias depravare conatus est.* Prima pars *complectitur historiam trium Monarchiarum, Chaldaicæ, sive Assyriacæ, Persicæ, Græcæ, & rerum omnium, qvæ a morte Alexandri Magni a successoribus ejus gesta sunt in regnis diversis:* pars II. *Historiam Romanæ Reip. videlicet initia urbis conditæ, Regnum, autore Romulo, usqve ad Tarqvinium Su-*

Mellificium Historicum.

a Lampadio continuatū.

De nova editione Marburgensi.

(a) Henninges VVittius in *Diario Biographico.* (b) Bolduanus in *Bibl. Hist. p.* 72. Draudius pag 1060.

Superbum: Gubernationem Consulum, Dictatorum, Ducum Reipubl. Romanæ, usqve ad tempora Syllæ & Iulii Cæsaris, Imperatorum Romanorum a Iulio Cæsare usqve ad Constantinum Magnum, sub qvo facta est mutatio religionis Ethnicæ in Christianam, a Constantino Magno ad tempora Mahometi, qvi religionis Christianæ mutationem invexit, & magnam partem orbis terrarum pertraxit in Mahometismum: Pars III. Historiam qvinqve ultimarum periodorum N. Testamenti: Saracenicam, ab Heraclio & Mahometo, ad Carolum Magnum; Germanicam, a Carolo Magno usqve ad Henricum IV. Turcicam; qvæ belli sacri fata describit, ab Rudolpho I. ad Carolum V. Postremam, a morte Lutheri ad finem mundi, qvæ Apocalypsi cap. XIV. XVII. XVIII. XIX. prædicta est & adjectis ubiqve synchronismis. Anno autem CIↃIↃCXLIX. Francofurti nova exiit editio *Mellificii*, ad Ferdinandi III. tempora continuata: in cujus epilogo agnoscit Auctor, *se centonem potius, qvam filum historiæ ex diversis scriptoribus adornasse, juxta copiam scriptorum sibi factam:* itaqve lectorem minime miraturum, *sermonis æqvor* qvod non sit servatum. (a) Johannes etiam Wanckelius *Mellificii Historici Supplementum* conscripsit. (b) *De edit. Francofurtensi.*

(a) Integer titulus hujus editionis sic habet: *Mellificium Historicum cujus partem I de Chaldæorum, Persarum, Græcorum monarchiis usqve ad Romanos; II de Rom. Rep. usqve ad Mahometum, Christophorus Pezelius SS. Th. D juxta explicationem Epitomes Ioh Sleidani de summis orbis terrarum Imperiis; tertiam de eventibus N.T. usq. ad Carolum V. Imp Ioh. Lampadius SS. Th. D. juxta eadem vestigia Sleidani continuavit. Qvibus accessit IV. pars a Carolo M. usqve ad Ferdinandum III. Imp. historiam exhibens.* (b) VVittius *in Diario Biographico* an. 1618. 11. Jun.

MATTH. DRESSERUS.

§. VII. *Matthæus Dresserus*, Erfurti anno CIↃIↃXXXVI. XXIV. Augusti natus, Islebiæ literis imbutus, post VVittebergam se contulit: deinde in patriam reversus, in Græcis Martinum Sidemannum præceptorem, annoqve CIↃIↃLIX. Magistri nactus est elogium. Anno -LX. in Professores allectus, humaniores literas, ac Græcam lingvam docuit. Anno CIↃIↃLXXIV. Ienam accersitur ad Eloqventiæ & Historiarum Professionem, loco Iusti Lipsii, qvi paulo ante clanculum discesserat.(a) Paulo post Scholæ Misnensis Rectorem egit per sexennium. Ab anno CIↃIↃLXXXI. in Acad. Lipsiensi utramq; lingvam ad finem vitæ docuit, eidemqve Historiæ Saxonicæ a Fabricio cœptæ continuatio, cum honesto stipendio, ex Electorali aula est demandata. Naturæ concessit Lipsiæ die V. Octobris an. CIↃIↃCVII. in Collegio Paulino sepultus. *De ortu & progressu Professionis suæ*, Lipsiæ qvam habuit orationem, typis est expressa. Scripsit Dresserus *Isagogen Historicam*, in *millenarios* divisam. Pars I. complectitur acta præcipua in Ecclesia & politiis, ab orbe condito per millenarios mundi IV. Pars II. sive millenarius V. comprehendit res maxime memorabiles in utraq; Rep. a baptismo CHRISTI usqve ad Ottonem III. Pars III. sive millenarius sextus progreditur usq; ad an. XCI. IV. qvæ est II. hujus millenarii repræsentat fami-

An Ienæ fuerit Professor.

Isagoge Historica.

(a) Adrianus Beierus in *Nomencl. Prof. Philos. pag. 985.* scribit, se in *Athenis Salanis (Mss.) refutasse Melchiorem Adamum, qvod Dresserum Lipsio successisse scripserit, & an. 1574. mense Nov. Ienæ habuisse Orationem de Eloqventia & Historiarum studio.* Fortasse *Dresserus* (inqvit porro Beierus) *talem elaboravit orationem, & Ienæ habere decrevit, si vocatus fuisset, & eo profectus. Sed Matricula PP. tacet.*

familias Imperii, Electores, Archiepiscopos, Duces, Comites, Barones, Dynastas: deniqve pars V. agit de præcipuis Germaniæ urbibus pene ducentis. Separatim partes singulæ, auctore vivo, partim Lipsiæ, partim Ienæ prodierunt, ac ultima deniqve Lipsiæ anno CIↃIↃCVI. Sed & conjunctim pleraqve in folio excusa Lipsiæ anno CIↃIↃC. (a) Etsi autem longe plurima sunt in Dressero optimi commatis, atqve in historiis Principum ac urbium non pauca observavit ἀξιομνημόνευτα, qvia tamen ad tantos conatus accurate perficiendos, non fuit necessariis semper instructus præsidiis, interdum etiam auctores secutus proletarios, mirum videbitur nemini, qvod non modo sæpius sit lapsus, sed & post hanc messem, novam iis reliqverit, qvi ad hæc talia conscribenda animum voluerint advertere. Interim sic satis se præmunivit Dresserus *in præfatione millenarii VI.* ad Baronem Ericum Sparrium, Eqvitem auratum, regniqve Sveciæ Consiliarium, & Procancellarium scribens: *Qvod si alicui deflexisse a veritate videbor, is moderationem & æqvitatem hanc adhibeat, ut non prius damnet id, qvod improbandum ducit, qvam accurate exploraverit, aut cum authoribus, unde qvæqve decerpta sunt, contulerit. Et siqvidem erratum deprehenderit, ipsos accuset: sin meum, humani a me & se nihil alienum esse meminerit. Multa & ego ab aliis dicta & scripta lego, quæ neqve probo, neqve laudo, sed & suis authoribus relinqvo.* *Iudicium de Dressero.*

§. VIII. *Pantaleon Candidus*, Austriacus, anno CIↃIↃXL. patre Wolfgango Weisio, Petzenkirchæ natus, *PANT. CANDIDI*

(a) Bolduanus in Bibl. Hist. p. 64.

MATTH. DRESSERUS.

§. VII. *Matthaus Dresserus*, Erfurti anno CIↃ-IↃXXXVI. XXIV. Augusti natus, Islebiæ literis imbutus, post VVittebergam se contulit: deinde in patriam reversus, in Græcis Martinum Sidemannum præceptorem, annoqve CIↃIↃLIX. Magistri nactus est elogium. Anno -LX. in Professores allectus, humaniores literas, ac Græcam lingvam docuit. Anno CIↃ-IↃLXXIV. Ienam accersitur ad Eloqventiæ & Historiarum Professionem, loco Iusti Lipsii, qvi paulo ante clanculum discesserat. (a) Paulo post Scholæ Misnensis Rectorem egit per sexennium. Ab anno CIↃIↃLXXXI. in Acad. Lipsiensi utramq; lingvam ad finem vitæ docuit, eidemqve Historiæ Saxonicæ a Fabricio cœptæ continuatio, cum honesto stipendio, ex Electorali aula est demandata. Naturæ concessit Lipsiæ die V. Octobris an. CIↃIↃCVII. in Collegio Paulino sepultus *De ortu & progressu Professionis suæ*, Lipsiæ qvam habuit orationem, typis est expressa. Scripsit Dresserus *Isagogen Historicam*, in *millenarios* divisam. Pars I. complectitur acta præcipua in Ecclesia & politiis, ab orbe condito per millenarios mundi IV. Pars II. sive millenarius V. comprehendit res maxime memorabiles in utraq; Rep. a baptismo CHRISTI usqve ad Ottonem III. Pars III. sive millenarius sextus progreditur usq; ad an. XCI. IV. qvæ est II. hujus millenarii repræsentat fami-

An Ienæ fuerit Professor.

Isagoge Historica.

(a) Adrianus Beierus in *Nomencl. Prof. Philos.* pag. 985. scribit, se in *Athenis Salanis* (Mss.) *refutasse Melchiorem Adamum, qvod Dresserum Lipsio successisse scripserit, & an.* 1574. *mense Nov. Ienæ habuisse Orationem de Eloqventia & Historiarum studio.* Fortasse *Dresserus* (inqvit porro Beierus) *talem elaboravit orationem, & Ienæ habere decrevit, si vocatus fuisset, & eo profectus. Sed Matricula PP. tacet.*

familias Imperii, Electores, Archiepiscopos, Duces, Comites, Barones, Dynastas : deniqve pars V. agit de præcipuis Germaniæ urbibus pene ducentis. Separatim partes singulæ, auctore vivo, partim Lipsiæ, partim Ienæ prodierunt, ac ultima deniqve Lipsiæ anno CIƆIƆCVI. Sed & conjunctim pleraqve in folio excusa Lipsiæ anno CIƆIƆC. (a) Etsi autem longe plurima sunt in Dressero optimi commatis, atqve in historiis Principum ac urbium non pauca observavit ἀξιομνημόνευτα, qvia tamen ad tantos conatus accurate perficiendos, non fuit necessariis semper instructus præsidiis, interdum etiam auctores secutus proletarios, mirum videbitur nemini, qvod non modo sæpius sit lapsus, sed & post hanc messem, novam iis reliqverit, qvi ad hæc talia conscribenda animum voluerint advertere. Interim sic satis se præmunivit Dresserus *in præfatione millenarii VI.* ad Baronem Ericum Sparrium, Eqvitem auratum, regniqve Sveciæ Consiliarium, & Procancellarium scribens: *Qvod si alicui deflexisse a veritate videbor, is moderationem & æqvitatem hanc adhibeat, ut non prius damnet id, qvod improbandum ducit, qvam accurate exploraverit, aut cum authoribus, unde quæqve decerpta sunt, contulerit. Et siqvidem erratum deprehenderit, ipsos accuset: sin meum, humani a me & se nihil alienum esse meminerit. Multa & ego ab aliis dicta & scripta lego, quæ neqve probo, neqve laudo, sed & suis authoribus relinqvo.* *Iudicium de Dressero.*

§. VIII. *Pantaleon Candidus*, Austriacus, anno CIƆIƆXL. patre Wolfgango Weisio, Petzenkirchæ natus, *PANT. CANDIDI*

T 2 primo

(a) Bolduanus in Bibl.Hist. p. 64.

butio cum Funccii præstantissimi Chronologi numeratione proxime convenit. Huic deinde congruere vidi Davidis Chytræi Chronologiam: qvam hactenus sum imitatus, & ad ejus filium has memoriales, ut ita nominem, seu Inditis Chronologici tabellas, qvæ apparent, contexui & concinnavi. Qvas cum docti qvidam viri non improbarent, publicatio hæc instituta est. Continuavit postea has tabulas Pantaleon ad annum CIↃIↃCII.

§. IX. *Horatius Tursellinus*, Romanus patria, in primo adolescentiæ flore Societatem Iesu ingressus, & cum aliis, tum humanioribus potissimum literis excultus, illas per multos annos in Collegio Romano docuit: sed & Collegii Florentini ac Lauretani Rector fuit aliqvamdiu. Obiit Laureti anno Domini CIↃIↃCIX. (a) VI. Aprilis. Reliqvit *Epitomen Historiæ Universalis*, ab orbe condito ad annum CIↃIↃXCVIII. libris X. qvæ Coloniæ, Parisiis, ac alibi excusa, sed & Gallice ac Italice versa, ac ab aliqvibus continuata est. Et prima qvidem continuatio sumta ex Spondani Auctario Annalium Baronii, ab anno CIↃIↃXVIII. usqve ad annum CIↃIↃCXXII. Qvæ deinceps seqvuntur usqve ad mensem Octobrem anno CIↃIↃCXXX. alius opera (literæ nominis initiales sunt L.L) congesta. In editione Coloniensi anni CIↃIↃCLV. accessit Philippi Bebii Leodiensis *Chronologia*. Gallice continuavit *Ludovicus Coulon*; Italice

HORAT. TURSELLINI

Epitome Hist. Univers.

Continuat.

T 3

(a) Secuti sumus Ianii Nici Erythræi *Pinacothecam* alteram, p. 160. Sed Freherus in *Theatro* ponit annum 1599.

lice *Ludovicus Aurelius Perusinus*: ad annum CIƆIƆL. supplementum addidit *Bernardinus Oldoinus*. Idem Turſellinus *Historiam Lauretanam* compoſuit, *hoc eſt*, Domus S. Mariæ, divinitus (ut volunt Pontificii) ex Galilæa in Dalmatiã, ac inde in Italiam Lauretum translatæ, Coloniæ anno CIƆIƆCXII. & alibi excuſam: cui Mathias Berneccerus *Idolum Lauretanum* oppoſuit. adverſus qvem iterum calumum ſtrinxit *Petrus Roëſtius*. (a)

Historia Lauretana

a Bernecceero reputata.

ELIÆ REUSNERI

§. X. *Elias Reuſnerus*, Leorinus, Nicolai (de qvo paulo ante diximus) frater anno CIƆIƆLV. VIII. Septembris natus, Hiſtoriarum Profeſſor in Salana noſtra renuntiatus anno CIƆIƆXCI. breviqve poſt Licentiati Medicinæ titulo ornatus fuit. Vivere deſiit anno CIƆIƆCXII. XXX. Septembris. Carmine heroico ei parentatus eſt Iohannes Gryphiander, qvi ipſi in Hiſtoriarum ac Poeſ. Profeſſione ſucceſſit. Hoc Poema una cum epitaphio, ac catalogo ſcriptorum Reuſnerianorum *Memoriæ Philoſophorum, Oratorum, Poetarum, Historicorum & Philologorum noſtri ſeculi*, inſeruit ſingularis amicus noſter, *Henninges Wittius*, Prof. Gymnaſii Rigenſis ſumme celebris. Ex libris ejus Hiſtoricis ad noſtrum propoſitum ſpectant *Iſagoges Historiæ libri II. qvorum unus Eccleſiaſticam, alter politicam continet hiſtoriam, ſecundum cujusqve ætates exacte definitam: qvarum illa ad traditionem domus Eliæ, hæc ad quatuor mundi regna in beſtiis IV. a Daniele Propheta adumbrata, accomodata eſt, cum veterum Historicorum, tam Græcorum, qvam Latinorum Chro-*

Iſagoge Historica.

(a) VVittius in Diario Biographico 1642. 14. April.

Chronologia! Ienæ anno CIƆIƆC. Acceſſit *Principum & Comitum, virorumq́ doctorum Catalogus Chronologicus.* Incipit Reuſnerus a mundi creatione, finit in Iaurino a Chriſtianis recuperato anno CIƆIƆXCVIII. in editione Ienenſi anno CIƆIƆC.

§. XI. *Sethus Calviſius*, Gorſchlebio - Thuringus, (a) Iacobi Kalvvitzii, ruricolæ filius, primum in Saxonica Electorali Portenſi ſchola per annos x. (b) Cantor, dein Lipſiæ Scholæ Thomanæ collega, & chori Muſici Director fuit: cujus viri operam diverſæ Academiæ & Reſp. expetierunt. Sed maluit in ſtatione Lipſienſi manere, ubi anno ætatis ſexageſimo febri qvartana correptus, inſecuta tabe, anno CIƆIƆCXV. placide obiit: (c) relicto Setho filio, Qvedlinburgenſi Paſtore, qvi de edendis partim noviter paternis ſcriptis, partim recenſendis bene fuit meritus. Inter hæc palmam merito obtinet *Opus illud Chronologicum, ex auctoritate potiſſimum S. Scripturæ, & Hiſtoricorum fide, digniſſimorum ad motum luminarium cœleſtium tempora & annos diſtingventium, ſecundum Characteres Chronologicos contextum, trecentis fere Eclipſibus annotatis confirmatum, & deductum usqve ad noſtra tempora.* Cui præmiſſa eſt *Iſagoge Chronologica: inqva cum tempus Aſtronomicum de numerandis motibus luminarium cæleſtium,*

SETHI CALVISII

Opus Chronologium.

Iſagoge Chronologica.

(a) Pagus eſt prope Saxoburgum, arcem Thuringiæ. (b) *Duodecim* habet VVittius in *Diario Biographico.* (c) Videantur Theophilus Spizelius *in Templo Honoris reſerato Num.* 41. *p.* 321. *ſeqq.* Paulus Freherus in *Theatro Virorum eruditione clarorum p.* 1513. qvi anno 1617. obiiſſe ſcribit.

um, & eorundem Eclipsibus, tum diversæ diversorum in omnibus Epochis annorum quantitates & formæ dilucide explicantur, characteres infallibiles ostenduntur, & quid in unaquaque epocha verum falsumve sit, ex veris fundamentis Chronologicis aperte demonstratur. Hunc enim titulum præfert editio Francofurtana ad Viadrum anni CIↃIↃCXX. Primo autem hanc *Chronologiam* publici juris fecit Calvisius anno CIↃIↃCV. cumq; Josephi Scaligeri vestigiis insisteret, tanti id fecit Scaliger, ut epistola ad Heliam Putschium jam laudato anno Non. Decembris Lugduno-Batavorum scripta, *Opus æternitate dignum* appellaret. (a) & ad ipsum Calvisium non dubitaret scribere: *Iam eximio labore id consecutus es, ut quia primus hanc gloriam arripuisti, solus eam possideas; neque quisquam tibi præripere eam possit. Sed & mihi præteritorum studiorum fructus præclare constat; quod quum ego nihil impensius optarim, quam rem Chronologicam eo deduci, ut bariolorum injuriæ ac tyrannidi opportuna amplius non esset; ac eodem tempore tot canes argumenta nostra ac rationes adlatrarent; unus tandem eas amplexus sis, qui instar omnium esse possit. Itaque serio triumpho, eoque magis quod lætitia mea cum publica utilitate conjuncta est. Nemo enim beneficii tui meminerit, quin & vigiliarum mearum meminerit. Vivet igitur, vivet opus hoc, sacrarium temporum, scrinium æternitatis, perpetuorum Fastorum conditorium. Iam*

Chronologia Calvisii a Scaligero laudata.

(a) Vide Epist. Scaligeri *lib. 4. num. 414.*

Iam desitum est in Chronologia nugari. Nihil in eo ineptum, nihil futile. Omnia plana, perspicua, ita inter se apta, ut ultima a primis pendeant, media utrisqve hæreant. (a) Et alia ad eum epistola: *Certe hæc tua summa laus est, qvod primus omnium bonum Chronicon scripsisti.* (b) Ac iterum de Thesibus ejus Chronologicis: (c) *Theses, qvas de Chronologia ad me misisti, tanti hic habentur a doctis, ut qvum unicum tantum illud exemplar hic sit, nunc id per manus illorum obambulet. Et certe jam homines cœlo oculos attollere, & generosum aliqvid spirare incipiunt. Nam omnes boni, exemplo tuo insistentes, Chronologica ex iisdem præceptis, & tuis vestigiis, instituunt.* Recusum aliqvoties est Calvisianum opus, ac demum Francofurti anno CIↃIↃCLXXXV. Editiones.

§. XII. *Jacobus Augustus Thuanus*, Regius in sanctiori Consistorio Consiliarius, & in suprema Galliæ curia Parisiensi Præses, anno CIↃIↃLIII. ex illustri familia natus, annoqve CIↃIↃCXVII. denatus, qvia ipse vitam suam curate scripsit, atqve erudite, tam pulcherrimo corpori nihil addi potest: eam autem in summam brevem contrahere, instituti non est nostri. Consignavit vir summus *Historias sui temporis:* qvæ qvidem primum *Parisiis* prodiere forma octava: pars prima, ejusqve tomus alter, anno CIↃIↃCIV. tomi II. pars I. & II. anno CIↃIↃCVI. pars III an. -VIII. Mox alia editio *Parisiis* evulgata tomis III. in folio: *I. A. THVANVS* *Vitam suam ipse scripsit.* *De variis editionibus operis.*

V qvo-

(a) *lib. 4. Ep. 308. p. 561.* (b) *lib. 4. num. 309. p. 565.* (c) *lib. 4. num. 314. p. 571.*

qvorum I. & II. an. -VI. ac partim an. -VII. tertius an. -IX. exierunt: ut illa *Parisiensis minor*, hæc *major* appellari possit. Sed item alia Parisiis anno CIƆIƆCIX. excusa, formæ XII. qvæ reliqvis duabus ob lotes varias longe præferenda. Majorem hanc Parisiensem excepit *Francofurtensis* I. item in folio, cujus tomus I. an. circiter -VIII. alter -XVII. Appendix an. -XVIII. lucem viderunt. Secutæ sunt editiones duæ, qvæ & *Aurelianenses* & *Genevenses* inscriptæ, item in folio: prior an. -XX. posterior an. -XXVI. & partim -XXX. Vtraqve in tomos V. distributa. Tomos tres prætulit *Francofurtensis II.* qvorum duo priores exiere an. -XXV. tertius eadem methodo jam præcesserat an. -XXI. Qvomodo autem hæ editiones mirifice interdum inter sese differant, singulari, ac summe diligenti tractatione commonstravit *Iohannes Petrus Titius*, Gymnasii Dantiscani Prof. optime meritus: qvæ anno CIƆIƆCLXXXV. Gedani excusa, ut in multorum esset manibus, optarem. Iam ea qvæ in Parisiensi altera, nec non in Francofurtana, vel exstant addita, vel desiderantur addenda, peculiari studio collegit Auctor anonymus, libello singulari, qvem *Thuanum restitutum* inscripsit, Amstelodami an. CIƆIƆCLXIII. excuso. Et peti qvædam etiam possunt ex libello Gallico, qvi anno CIƆIƆCLXIX. editus, præfixo titulo Latino: *Thuana, sive Excerpta ex ore Iacobi Aug. Thuani per F. F. P. P.* qvibus literis fratres Puteanos indigitari credimus. Ceterum in his Historiis suis ab anno CIƆIƆXLVI. telam suam ordiri voluisse, certum est, cœptam

Ioh. Petri Titii Thuani voluminum historicorum recensio.

ptam

ptam nempe libro præcipue secundo. Nam in primo prolixius velut præfatus, atqve haut pauca altius repetens, viam operi commode parandam censuit. Cum autem augustum illud opus sive primum potius ejus specimen in lucem venisset; mirifice qvidam applaudere, & laudibus ad cœlum efferre: alii contra vellicare, ac dente Theonino circumrodere, prout cuiqve animus erat, & affectus in Thuanum, vel integer, vel corruptus. Diligentiæ, scientiæ, eloqventiæ, elegantiæ, atqve etiam prudentiæ laudem, invidia ac malignitas eripere viro haut poterat: candorem ac fidem arguere, perdifficile videbatur. Libertatem autem Viri ac παρρησίαν multi ægre ferebant. (a) Id qvod vel ex Epistolis cognosci potest, qvas *Georgius Michael Lingelshemius* editioni Genevensi præmisit, a *Petro Denaisio* Curiæ Imperialis Assessore, ad Thuanum ipsum scriptis. Qvod inter censores illos *Marcus* qvoqve *Velserus* fuerit, invitus accepit Thuanus: a qvo tamen suspicionem illam amoliri denaisius contendit. Sed fuisse illum *iniqviorem sibi visum, & pene subacerbum in Historiam Thuani*, testatur Scipio Gentilis Epistola ad Jacobum Bongarsium perscripta: ex qva disputationem super ea re illorum virorum in vulgus non editam, *Annotationibus* suis *in Taciti Historias Politicis ad lib. I. cap. II.* inseruit Boeclerus. Sic Lipsius Thuano, judicium de opere suo qværenti, respondens, id *a labore, industria, stylo*, laudat, *victurumqve & placiturum* ominatur: sed

Varia, & sinistra qvædam de Thuano judicia.

(a) Usi fere sumus verbis Titii §. 10. pag. 4.

qve majori qvadam libertate, qvam svum hoc ferat, scripta essent, *emendari ac corrigi* optat, *& svadet:* &, *Scio*, inqvit, *Te scire, qvæ offendant.* (a) *Et sciebat*, inqvit Titius (b) *haud dubie satis vir sagacissimus: sed qvæ suprema lex, & velut anima Historiæ habenda esset, cogitandum sibi perpetuo etiam esse, credebat. Tum eo se loco positum cernens, ut nec odia offensasqve metuere, nec gratiæ spem dispendio veritatis redimere opus esset: nisi tam raris bonis, qvæ sors ei sua indulserat, qvam integerrime, qvamqve religiosissime uteretur, parum hoc grati animi judicabat.* Post illa tamen tanta multorum fuit malitia, *ut virum gravissimum inter atheos profanosqve, vel in religionis negotio inconstantes retulerint:* ceu ait laudato loco Bœclerus. (c) At bene est, qvod universa Gallia, certe Proceres ejus, tanti fecerint Thuanum, ut personati *Iohannis Baptistæ Galli* Notæ in Historiam Thuani virulentæ (d) ex decreto Parisiensis curiæ, manu carnificis crematæ sint. Manet ergo, & manebit, qvod graviter Bœclerus censuit: *Thuanus est, cui nemo historiarum scriptor, ex eo qvo*

(a) Epistola illa Lipsii Lovanii scripta an. 1604. 7. Id Nov. est in prætermissis, qvæ Offenbaci an. 1610. cum *Commentariis ad Sveton.* editæ *Dec. 6 n. 2.* (b) §. *XII. p. 5.* (c) Inter illos, qvi de Thuani religione irreverentius censuerint, *Vitus* qvoqve *Erbermannus* Iesuita est: cujus verba qvædam repetit Spizelius in *Scrutinio Atheismi pag. 31.* Seckendorfius in præloqvio *Hist. Lutheranismi* scribit: *Virum immortali laude dignissimum, exiguam gratiam a multis ex suis civibus, & ab importunis qvibusdam Germanis reportasse.* (d) Ingolstadii prodierunt 1614. Verus auctor est *Ioh. Bapt. Machaud*, sive *Macaldus*, Iesuita, teste Alegambe, in *Bibl. Iesuitica.* Videatur etiam VVittius *in Diario Biographico ad annum* 1618. 15. *Martii.*

qvo vixit tempore, per omnia potest comparari. (a) Neqve tamen ab omni prorsus nævo immunis est Thuanus: nam & in nominibus locorum ad genium Latinum flectendis, dum pronuntiationem Gallicam simul spectavit; & in historia qvoqve doctorum virorum cespitavit aliqvoties: ceu bene observat Vossius; (b) qvi tamen simul id tanto viro ignoscendum censet, *partim ob graves occupationes, qvæ singula ad amussim expendere non patiebantur, partim etiam ob merita præclara erga Gallias suas, ac Rempubl. literariam.* (c) Ceterum nondum habemus integrum Thuanum: nam operis pars ultima offensam seculi metuens, hactenus sollicite vel ab hæredibus Thuaneis, vel ex decreto etiam regali fuit suppressa, nescio annon aliqvando proditura in lucem. Qvisqvis fuerit, qvi Historias Thuani continuavit ab anno CIↃIↃCVIII. usqve ad annum CIↃIↃCXVIII. ad dotes & gloriam Thuaneam non accedit; licet industriæ nomine commendari mereatur. Continuatio illa Francofurti, una cum ipso Thuano (hic tamen jam triennio ante imprimi cœperat) excusa est anno CIↃIↃCXXVIII. De Gerhardi a Stöcken *Thuano enucleato* alibi agemus. *Continuatio Thuani.*

§. XIII. *Christophorus Helvicus*, Sprendlingæ (qvi vicus est Hassiacus unum milliare distans Francofurto ad Mœnum) anno CIↃIↃLXXXI. natus est, patre

 Chri-

(a) Confer Gramondum *Hist. lib. 3.* Heinsium in *Epist. ad Thuanum, in præfationibus, qvæ Orationibus adjecta.* (b) Vide Vossii *Artem Historicam cap. 11.* & præfationem Operis *de Historicis Latinis.* (c) in dicta *præfatione.*

Christophoro, ejus loci Pastore, cujus cura, bonis omnibus literis egregie imbutus, magnos in studiis sublimioribus fecit progressus. Ad novam Academiam Giessensem vocatus, Hebræam Græcamqve lingvas, ac postea etiam Theologiam, magno cum discentium fructu docuit. Publicæ utilitatis gratia aliqvando Augustam Vindelicorum est profectus, suaqve in docendo singulari methodo (a) & dexteritate, non exiguam passim consecutus est celebritatem. Sæpiuscule sibi tantum ætatis optavit, qvo omnium lingvarum Orientalium absolutas Grammaticas & Lexica conscribere, Historias Ecclesiasticas in ordinem redigere, & Piscatorianæ Bibliorum versionis examinationem perficere posset. (b) Verum aliud decreverat divinum Numen: siqvidem anno ævi hujus XVII ætatis XXXVI. X. Septembris, febri maligna exstinctus est. Epitaphium ejus legas in *Freheri Theatro* (c) Orationem *de vita ac morte ejus* habuit Iohannes Winckelmannus, Theologus Giessensis. Confecit is *Theatrum Historicum, sive Chronologiæ Systema novum, æqvalibus annariorum, qvinqvagenariorum & centenariorum intervallis, cum assignatione Imperiorum, Regnorum, Dynastiarum, Regum, aliorumqve virorum celebrium, Prophetarum, Theologorum, ICtorum, Medicorum, Philosophorum, Oratorum,*

Systema Chronologiæ.

(a) Qva de vide singularia apud Spizelium in *Templo Honoris reserato pag. 49. 50.* (b) Spizelius *d. l.* (c) In qvo pro *Nova Didactica audacter* revocandum puto, *Nova Didactica.* Ex eodem patet, qvod *continuus studiis sibi invaletudinem attraxerit.*

rum, Historicorum, Poetarum, Hæreticorum, Rabbinorum, Conciliorum, Synodorum, Academiarum, itemque illustrium Epocharum, ita digestum, ut universa temporum & historiarum series a mundi origine animo facillime comprehendi, & perpetuo circumferri possit. Sic enim fere habet inscriptio editionis Marburgensis anni CIↃIↃCXXIX. ad qvem etiam hoc opus continuatum est. Nam prima editio anni CIↃIↃCXVIII. (a) non nisi huc pertingit: ac altera in nundinis Francofurtensium autumnalibus anno CIↃIↃCXVIII. absqve viduæ & orphanorum Helvicianorum voluntate evulgata, & eorum, qvæ editori non arriserunt, omissione, depravata est. Marburgensem illam editionem, nomine viduæ & liberorum Helvici, Oligero Rosæcrantz, Daniæ Regis Consiliario, & Vicario in Dalum, inscripsit *Ioh. Steuberus*, olim in Giessensi, Phys. & Græcæ Lingvæ, post in Marburgensi Academia Theol. Prof. Stipendiatorum Ephorus, & ad D. Elisabetham Pastor. Et hic qvidem Helvicum vocat *hominem multarum lectionum, laboris patientem, in Astronomicis & Arithmeticis exercitatum, rerum & circumstantiarum observatorem accuratum, Lingvarum (Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ & Syriacæ) peritissimum, in scriptis tum sacris, tum profanis versatissimum.* Hoc opus deinde a *Johanne Balthasare Schuppio* (b) tum Eloqventiæ & Historiarum in Academia Marburgensi

De Editionibus.

(a) Vossius in *Chronol. Mathematicorum* cap. 68. §. 23. p. 60. scribit Helvicum jam anno 1612. hoc *Systema* edidisse. (b) *Scoppium* perperam appellat Vossius d. l. Ipse Schuppius etiam qvædam edidit in *Chronologicis*.

gensi Professore ad annum CIↃIↃCLX. a *Johanne Justo Winckelmanno*, Historico & Consiliario tum temporis Hassiaco, & Oldenburgico, nunc etiam Brunsvico-Luneburgico (qvem Deus servet!) ad annum CIↃIↃCLXV. continuatum & emendatum est. Id singulare puto, qvod (si nos non fallit Ouzelianorum librorum index) Oxoniæ recusum sit Helvici opus anno CIↃIↃCLI.

VBBONIS EMMII

Summa Vitæ.

§. XIV. *Vbbo Emmius*, ex Orientali Frisia Grethanus, patrem habuit Emmonem Dixenium, Ecclesiasten ibidem, avum Diconem Mettium, ruricolam opulentum, curatorem claustris aqvarum præfectum, matrem Elsam, Ecberti Tiardæ, Nordanorum per continentes XXX. annos Consulis filiam. Natus anno CIↃIↃXLVII. V. Decembris, novennis in Embdanam missus scholam, ultra octennium adhæsit Præceptoribus. Exin Iohanni Molano, Grammatico celebri, Bremensis juventutis rectori fidelissimo commissus est anno -LXV. Rostochium se contulit annos natus XXIV. ac potissimum Davidem Chytræum, & Henricum Brucæum, illum in Theologicis, & Historicis, hunc in Medicis, & Mathematicis audivit. Qvo tempore parum aberat, qvin epidemio scorbuti morbo extingveretur. Jam tertium Rostochii exorsus erat annum, cum in Gallias cogitantem, matris literæ, patris excessum nuntiantes, domum revocarent. Ibi qvadrigæ fratrum, & genitrici, (hujus acerbum ex mariti funere dolorem, unicæ filiæ Norda Gretham rediturræ, navicularii culpa submersæ, tristissimus hic casus graviorem effecerat) per aliqvot annos

annos in ſolatium aderat. Anno demum ætatis XXVIII. in Galliam iter parans per Germaniam ac Helvetiam, Genevæ ſubſtitit, inprimis Theodori Bezæ fama ſtimulatus. Cujus, ut & Lamberti Danæi, Franciſci Porti, aliorumqve diligens auditor, Hermannum Vultejum, Sibrandum Lubbertum, Johannem Wittenium, Eberhardum Altingium, familiares ſtudiorum ſocios habuit. Domum reverſo cum Eccleſiaſticum alterum, alterum ſcholaſticum offerretur munus, poſterius amplectebatur, timore compulſus, ne talem ſe in cathedra oratorem, qvalem in libris ſcriptorem, probaret auditoribus. Sic igitur anno CIƆIƆCLXXIX. Nordanæ ſcholæ factus Rector, hanc Spartam in annum CIƆIƆLXXXVII. ornavit: qvo a Nordanis Reformatam religionem excludentibus, vel mutare ſacra, vel ſtatione jubetur decedere. Fecit poſterius, ſine provincia, ac ſtipendio, apud Nordanos hyemem tranſigens. Leranæ poſtea ſcholæ gubernator, rem literariam egregie provehebat. Id qvod multo factum magis, cum anno CIƆIƆXCIV. per bellum civile collapſo, ſed nunc in integrum reſtituto Groningenſium Gymnaſio præficeretur, communi cum Scholarchis, aſſumendi, removendiqve Collegas, jure donatus. Deniqve anno CIƆIƆCXIV. novæ Groningenſis ex Gymnaſio factæ Academiæ primus Rector deſignatus, Hiſtorias Græcamqve lingvam magno cum applauſu profeſſus eſt. Cum annos LXXVIII. vixiſſet, deceſſit anno CIƆIƆCXXV. die IX. Decembris, qvatriduo poſt honorificentiſſime ſepultus:

præſente & ipſo Erneſto Caſimiro, Comite Naſſovio, Friſiæ, Groningæ, Omlandiæ, ac Drentiæ Gubernatore. Iacentis effigiem in tabula depictam Senatus Groninganus, publico decreto, in curiam, honoris & memoriæ cauſa reponi juſſit. (a) Præter *Hiſtoriam Friſicam*, opus immortale, ac alia ſcripta peregregia, confecit *Chronologiam omnium temporum*. Continet ea non modo rerum Chronologicarum commentarios v. libris diſtinctos, ſed etiam Canonem chronicum triplicem, primarias gentium res indicantem. Hos canones incipit ab orbe condito: finit, priores duos in initio Imperii Romani, qvod Matthias ſuſcepit, anno CHRISTI CIϽIϽCXII. poſtremum in obitu Matthiæ hujus Imp. anno CIϽIϽCXIX. Prodiit Groningæ CIϽIϽCXX.

Vbb. Emmii Chronologia.

§. XV. *Laurentius Beyerlinck*, Antverpianus, menſe Aprili anno CIϽIϽLXXVIII. natus, prima ſtudiorum tyrocinia fecit in patria ſub Patribus Soc. Ieſu. Hinc Lovanium ablegatus, Philoſophiam excoluit, ac juvenis adhuc Poeticen & Rhetoricam in Collegio Vaulxiano, vulgo Gandenſi, porro Philoſophiam

LAVR. BEYERLINGII Summa Vitæ.

(a) Debemus ſummam vitæ Emmianæ potiſſimum Martino Hankio *de Rom rerum ſcriptoribus lib. 2. part. 1. cap 45.* qvi ſua partim ex ipſius Emmii ſcriptis, partim ex Nicolai Mulerii Med. D & Math Prof elogio, qvod poſtea maximam partem in *Vitas Prof. Groningenſium* anno 1654. editis, inſertum, accepit. In his etiam *Vitis*, qvas ad manus habeo, Scaligeri, Thuani, Douzæ patris, Gruteri Scriverii, Heinſii, Chytræi, Bouricii, VVinshemii, Volteji & Kirchmanni elogia Emmiana comparent. Confer Valerii Andreæ *Bibliothecam Belgicam, p. 842.* Voſſium *de Philol. cap. 13. § 69. &* *de Scientiis Mathemat. cap. 41 p. 257.*

am in Bethleemitico Canonicorum Regularium cœnobio tradidit: mox Pastor in suburbio, & Decano Christianitatis (ut vocant) in urbe ipsa datus adjutor, a Matthia Hovio Mechliniensium Antistite, demum anno CIↃIↃXCV. ab Iohanne Miræo Episcopo Antverpiano, in patriam vocatus, primam seminarii, sive Collegii Episcopalis institutionem & præfecturam suscepit: nec multo post beneficium Canonicum inter eos, qvas *Graduatos* dicunt, obtinuit: cui deinceps Archipresbyteri dignitas in Ecclesia cathedrali, ac Antverpiensi diœcesi accessit. Vitam cum morte commutavit anno CIↃ IↃC XXVII. XXII. Iunii ad D. Virginem in sacello D. Thomæ sacro apud parentes depositus. (a) Conscripsit is *Opus Chronographicum* ab anno CIↃIↃLXX. usque ad annum CIↃ IↃC XII. quod Chronici Opmeeriani est auctarium, anno CIↃ IↃC XII. Antverpiæ excusum. *Opus Chronographicum.*

§. XVI. *Ianus Gruterus*, parentibus nobilibus in lucem editus est Antverpiæ, anno CIↃ IↃC LX. III. Decembris. Ipse alicubi scribit (b) se ab matre & avia, & esse, & audire Anglum, eaqve in insula vixisse, adolevisse, studuisse, aut Norvvichi, aut Cantabrigiæ, ab anno ætatis IX. usque XIX. Reliqvum adolescentiæ egit Lugduni Batavorum, I. Lipsii toto septennio auditor. Doctor Iuris promotus, dum in patriam cogitat, domicilium fixurus; vix ingressus urbem, *IANVS GRVTERVS.*

 ab

(a) Vid. Franciscus Sweertius in Athenis Belgicis, Valerius Andreas in Biblioth. Belg. p. 618. Henninges VVitte in Diario Biographico. (b) in *præf. Florilegii magni.*

ab Alexandro Parmensi Duce mox obsidendam, Parentis jussu, in Galliam secessit. Inde plerasque Europæ provincias obiit, ad publicam Historiarum professionem interim a variis invitatus. Placuit autem ipsi Heidelberga, ubi inclutæ illi bibliothecæ Palatinæ præfectus fuit. Sed in direptione urbis a milite Bavaro anno CIↃ IↃC XXII. facta, & Bibliothecæ privatæ, quam qvadraginta annorum spatio, vix duodecim aureorum millibus sibi comparaverat, & reliqvæ suppellectilis jacturam fecit omnimodam, solumque vertere coactus, Argentorati paulisper, substitit. Sed ultimam vitæ stationem deligit Brettæ apud generum, obiitqve demum in Bernheldiano prædio suo, proxime Heidelbergam, anno CIↃ IↃC XXVII. XX. Septembris III. Octobris Heidelbergæ sepultus in æde S. Petri. (a) Orationem de vita, morte & libris Gruteri edidit *Fridericus Hermannus Flayderus*, Tubingæ an. CIↃIↃCXXVIII. Sed & vitam ejus & laudes prolixe scripsit *Balthasar Venator*, in Panegyrico, qvem Henninges Wittius *Memoriis Philosophorum* nostri seculi inseruit. (b) Locum autem hic accepit Gruterus, ob *Chronici Chronicorum Politici*, sub *Iohannis Gvalterii Belgæ* ficto nomine Francofurti CIↃIↃCXIV. editi partem, qvam *Chronologiam Ecclesiastico-Politicam rerum pace belloqve toto fere orbe gestarum*, inscripsit. Hæc incipit a nato CHRISTO, finit

Bibliotheca ejus diripitur.

Moritur.

De ejus Chronico Chronicorum.

(a) In hac recensione secuti sumus Valerium Andream in *Bibliotheca Belgica p. 438.* Confer P. Lotichium in *Biblioth. Poetica..* (b) pag. 212. seqq.

ſinit in anno cIↃIↃCX II. ac obitu, & ſepultura Wolfgangi Epiſcopi Ratisbonenſis. Collegit illam ex Euſebio, Annalibus Baronii, item Faſtis, Ephemeridibus, Kalendariis, Chronologiis, ac porro nominatim ex Æmilio, Ænea Sylvio, Artho, Aventino, Beyerlingo, Bembo, Bizarro, Boethio, Bonfinio, Botero, Bucholcero, Buntingio, Calviſio, Carione, Cavitello, Crantzio, Chytræo, Collenutio, Cromero, Curæo, Cuſpiniano, Genebrardo, Gordono, Heutero, Iovio, Maſſonio, Matthievio, Meterano, Meyero, Michovio, Nauclero, Opmeerio, Panvinio, Pontano, Reusnero, Roſierio, Rubeo, Suffrido Petri, Sigonio, Tritthemio, Thuano, Zenocaro. Rarius tamen hiſtoriis adſcripſit, unde ſint petitæ: qvod videret *ſæpiſſime peccatum ab* junioribus, *notabilem aliqvam narrationem imputantibus, non ei, qvi eo ſeculo vixerat, aut ab eo prorſus abfuerat, ſed a tertiis & qvartis, qviqve ſolum transſcriptores dici merebantur, revocare autem omnia ad fontes ſuos, non fuiſſe otii ſui, non feſtinationis typographi.* Annos CHRISTI ſecutus eſt, qvibus uſus Bucholcerus. *Ex qvibus auctoribus collecta.*

§. XVII. Eodem anno vitam cum morte commutavit *Chriſtophorus Heidmannus*, Helmſtadienſis, primum in Academia patria Eloquentiæ, deinde in regia eqveſtri Danica Sorana Profeſſor: qui *Epitomen* ſcripſit *Hiſtoricam*, cujus pars I. ab orbe condito ad C. Iulii Cæſaris imperium pertingit: pars II. *eſt de* *CHRISTOPH. HEIDMANNI* *Epitome Hiſtorica*

(a) De hac emigratione ſua orationem habuit Helmſtadii, ac typis commiſit, lectu dignam.

Imperatoribus a C. Julio Cæsare usqve ad Constantini Magni filios, & translatum Imperii sedem Byzantium, qvæ ex illo tempore est Constantinopolis. Additum est singulis Impp. qui status Ecclesiæ tum fuerit: & qvi eruditione, sapientia, aut eloqventia excelluerint. Et sic fere habet inscriptio operis posthumi, qvod *Gebhardo Theodoro Meiero*, Theologo Helmstadiensi, debemus, anno CIƆIƆCLX. editum. Sed ex ipsius Auctoris præfatione apparet, qvod partem alteram in tres libros distinxerit, qvorum primus *res in civili gubernatione, & Ecclesiæ illustriores a Iulio Cæsare ad Constantinum usqve Magnum, & translatum ab eo Byzantium Imperii decus habuerit:* alter, *a Constantino hoc, sive ab initio Imperii Constantinopolitani ad Carolum Magnum:* tertius, *a Carolo ad nostram usqve memoriam.* An integrum absolverit pensum, non ausim affirmare: id scio tamen, minimum, qvas Meierus edidit partes, apud Henricum Ernstium Consiliarium regium Danicum exstitisse longe emaculatiores, atqve emendatiores, ipsumque etiam Excellentissimum Virum (nam id inpræsenti mihi indicavit Hafniæ anno CIƆIƆCLXIII.) voluisse propediem in lucem dare. Sed qvia non diu post excessit vita, ac porro de optimo ejus filio pridem nihil inaudiverim, qvid inposterum de hoc Heidmanniano, sed & multis aliis, inprimis autem Caselianis operibus, sit factum, nescio.

a Meiero Prof. Helmst. editus.

Emendatiorem pollicitus Ernstius.

§. XVIII. *Julius Cæsar Bulengerus*, Iulioduno Gallus, Societati Jesu juvenis nomen dedit: at patre fratri-

I. C. BULENGERI

tribusqve demortuis, urgente matre, ut nepotum parvulorum curam susciperet, eidem valedixit, cum jam in ea per duodecim annos hæsisset. Sic pietatis illud officium per viginti amplius annos in Parisiensi, Tolosana, aliisqve Academiis implevit. At cum illi jam rebus suis prospicere possent, docendi munus in Academia Pisana suscepit. Qvo per sexennium defunctus, in societatem Jesu se postliminio recepit, ac Theologiæ Doctor, qvinqvennio Theologiam, sacram Scripturam triennio interpretatus, septuagenario major, Cadurci anno CIↃIↃCXXVIII. III. Augusti e vita discessit. (a) Exstant hujus Bulengeri *Historiarum sui temporis libri XIII qvibus res toto orbe gestæ ab anno CIↃIↃLVI. ad annum usqve CIↃIↃCXII. continentur*: Lugduni CIↃIↃCXIX. Mon acutius libro *de vita CHRISTI* (b) gravibus Bulengerum incessit conviciis, *hominem nullius pretii, rei, momenti, terræ filium, nescio quem ex Jesuita murcum, murcidum, cucullatum asinum semidoctum literatorem, Theologastrum stultum*, vocitans. *Historia sui temporis.*

§. XIX. *Johannes Cluverus*, Michaele patre, sartore ac mercatore, anno CIↃIↃXC II. XVI. Februarii Crempæ in Stormaria natus, a matre Margareta Meizendorfia, legere edoctus ac scribere, anno ætatis decimo studio Latinæ lingvæ se dedit, instinctu scholæ patriæ Rectoris, Pauli Evandri, invito sc. re patre *IOH. CLUVERI* *Vita summa.*

(a) Hankius *de Scriptoribus rerum Romanar. parte 1. cap. 86. pag. 281.* ex ipsius Bulengeri *Epistola*, qvam *Opusculorum suorum tomo 1.* præfixit. (b) pag. 243.

patre, qvi filium ſartoriæ deſtinarat. Sic brevi profecit in Græcis & Latinis, ut anno ætatis XIV. continuandorum ſtudiorum gratia Hamburgum mitteretur, ab Hieronymo Mullero Canonico pro pædagogo receptus. Anno CIↃIↃCX. Hamburgenſi ſcholæ valedicens, Roſtochium ſe contulit, ubi cum Philoſophiæ a. SS. Theologiæ ſe dedidiſſet, per biennium an. - XIII. plures urbes Germaniæ, & Academias perluſtravit, ac redux artium Magiſter Roſtochii renunciatus eſt. Hinc Logicam & Heſiodum commilitonibus prælegit: poſt Fac. Philoſ. Adjunctus Metamorphoſin Ovidianam in auditorio Philoſophico tam dextre explicuit, ut inter candidatos Prof. Poeſ. locum haberet præcipuum. Anno proximo - XIV. cum ludimagiſter ſcholæ patriæ deſignatus eſſet, ac interea tam ad Meldorpienſem in Dithmarſia Eccleſiam, qvam ad Conrectoratum Haderslebienſem vocaretur, Meldorpianam elegit Spartam, ac per integrum ſeptennium verbum divinum docuit. Anno - XXI. Marnenſium in Dithmarſia Paſtor, biennio poſt in nova eqveſtri Sorana Danorum Academia annoq; - XXVI. in Hafnienſi (Roſtochienſi Fac. Theol. diſpenſante) Theol D. renunciabatur. Anno - XXX. e Dania in Dithmarſiam Meldorpium remiſſus, ejus provinciæ Superintendens regius eſt conſtitutus. Tandem anno XXXII. amiſſa fœcunda & morigera uxore, ipſe anno ſeqventi in Natalitiis CHRISTI obdormivit. (a)

Hu-

(a) Vitam patris ſcripſit M. *Michael Cluverus*: cui ſua Freherus, huic noſtra debemus, ſed contracta. Vide & Wittii *Theologos*, *Dec. 3. num. 7.*

Hujus viri habemus *Epitomen Historiarum totius mundi, usqve* ad annum CIↃIↃCXXX. *ex sexcentis amplius auctoribus sacris profanisqve deductam*, ac aliqvoties editam. Accessit deinde continuatio ad annum CIↃIↃCXXXIII. ac iterum ad annum LIII. & denuo ad annum CIↃIↃCLXVII. Ceterum vel Christianus Kortholtius, vel Adamus Tribbechovius, mihi narrarunt, exstare apud hæredes Cluveranos exemplar multimodis emendatum: ad qvod si nova exprimeretur editio, bene esset. Ipse de opere suo sic scribit Auctor: *Hæc Epitomes nostræ digestio est ad sacras tabulas accommodata. Rerum narratarum veritatem, aut citati in margine Autores adstruunt, aut in ipso orationis decursu nominati. Exuto partium studio, nudam, ut est, veritatem, in ea Dei veri gloriam sectamur. Privati judicii parti, qvotiescunqve opponere aliqvem calculum decet, aut divini canonis, aut aliorum scriptorum vestigiis insistimus.* Boeclerus ita de eo: (a) *Ioannes Cluverius, Epochas Biblicas & Propheticas aliter judicio & contextu seqvitur: in qvantum habuit, qvi præirent. Aut, si dicendum clarius est, Historiæ Ecclesiasticæ aptavit, qvicqvid ad connexionem rerum pertinet.*

Epitome Historiarum

aliqvoties continuata.

Boecleri judicium.

§. XX. *Henricus Gutbberletus*, Hirsfeldiæ in Hassia natus anno CIↃIↃLXXII. cum in schola patria, & Academia Marburgensi, tanta esset doctrina excultus, ut Ecclesiæ reiqve literariæ prodesse posset, initio Dillenburgum vocatus, scholam ibidem rexit

HENR. GUTHBERLETI

 auli-

(a) in dissert. *de utilitate ex Hist. Univers. contextu capienda.*

aulicam. Inde Herbornæ Nassoviorum in Pædagogio, singulari cum dexteritate Rectorem egit: donec anno CIↃIↃCV. in Gymnasio Herbornensi etiam Philosophiæ Professor constitueretur: qvam Spartam ad annum usqve CIↃIↃCXVII. ornavit. Nam tunc ad regendam Hammonensem in Marckano Comitatu scholam discessit. Qva in statione postqvam per biennium, & amplius, substitisset, a magistratu Reip. Daventriensis ad classicæ scholæ Rectoratum evocatur: cumqve in ea urbe illustre Gymnasium erigeretur, Professionem qvoqve Logicam & Moralem indeptus, hanc per qvinqvennium egregie exercuit. Mortuus est Daventriæ anno CIↃIↃCXXXV. XXVII. Martii sepultus. (a) Paulo ante obitum absolvit *Chronologiam*, ab orbe condito ad an. CIↃIↃCXXXIV. qvæ ab obitu ejus Amstelodami edita anno - XXXIX. ac iterum anno - LVI.

Chronologia.

DAN. ANGELOCRATOR.

§. XXI. *Daniel Angelocrator*, Corbaco-Waldeccus, patre Iusto Engelhardo, tenuis fortunæ pistore, sed qvi ob animi probitatem ad consulatum oppidi evectus, anno CIↃIↃLXIX. XIX. Octobris natus, ab anno ætatis sexto in patria, post per biennium in Laubaco-Solmensi Schola, literis imbutus, anno ætatis XII. Corbacum rediit, jam Logicam & Mathesin addiscens. Tum Cassellis per biennium sudavit & alsit, ac inde ad Marburgensem Academiam abiit. Posthæc Stadæ ad

(a) Debemus hæc Progr. funebri, qvod *lib. VI. Historiæ Daventriensis* inseruit Iacobus Revius *pag. 699*. Expungendum autem sphalma ex Vossii *Chronolog. Mathem.* cap. 68. §. ult. p. 407. qvod Guthberletum an. 1642. agnoscit vivum.

ad Albim biennio scholæ præceptorem egit: sed ejus laboris pertæsus, Mertenhagæ prope Cassellas Ecclesiasticum impetravit munus: qvo per qvadriennium functus, Isthæ ad Wolfshagium, qvatuor annos cum dimidio, tum Francobergæ per sexennium docuit. Ab anno CIↃIↃCXI. Marburgensis Ecclesiæ Archidiaconus fuit, in annum - XIV. qvo Superintendens ibidem renuntiatus est. Anno - XVIII. a Mauritio Hassiæ Landgravio, ad Synodum Dordracenam una cum aliis Theologis mittebatur. (a) Anno - XXIV. a Ludovico Hasso, cum ceteris Ecclesiæ Ministris, & Academiæ Professoribus, ob Reformatæ religionis professionem, ab officio fuit remotus, annoqve proximo jam Gudensbergæ pastor, a Cæsareis militibus spoliatus, ac cum uxore & liberis male tractatus est. Anno - XXVI. inter Assessores Consistorii Cassellani locum habuit. Anno - XXVII. a Ludovico, Principe Anhaltino, ad Pastoratum & Ephoriam, Cöthenianam vocatus est, ac ibidem anno CIↃIↃCXXXV. III. Iulii decessit. (b) Hic anno CIↃIↃCI. jam *Chronologiam* edidit *αὐτοπτικήν*, in qva *Beroaldistarum* (sic vocat) *deliria* deprehendit Scaliger, ac alia ἀσύστατα annotavit Vossius *de Scientiis Mathematicis cap. LXVIII. §. XVIII.* In *Theatro Freheriano* enumerantur opera ejus literaria: & primo qvidem *Chronologicum*, in qvatuor libros divisum: ex qvo ad propositum nostrum pertinet

Dordrac. Synodo interfuit.

Opus Chronologicum.

(a) Vossius in *Chronol. Mathematicorum cap. 68. §. 18. p 402.* Memini *Synodo Dordrechtanæ interesse apud Batavos anno 1618.* (b) Freherus *in Theatro*, qvi non addit, unde hæc acceperit. Confer VVittii *Biograph. Tom. II pag. 44.*

net qvartus: nempe *Annalium tabulæ; qvibus per qvinqvagenos annos continua serie & connexione nobiliorum ærarum & regnorum res maxime memorabiles indicantur, a Genesi usqve huc;* deinde *Operis Historici* tomi qvatuor, & ex tomo I. liber V. *Index* scilicet *Ecclesiasticus*, qvi sub N.T ostendat, I. *puriores Ecclesiæ Doctores*: II. *Hereticos, & eorum deliria*: III. *Concilia & eorum sancita*: IV. *Decreta, & ritus Romanorum Pontificum*: V. *Epitomen Conciliorum*: VI. *Academiarum & Scholarum illustrium indicem*. Ex Tomo II, *de Regimine Ecclesiastico*, huc spectant, liber II. qvo describuntur *Episcopi Orientales sub N.T. nempe Hierosolymitani, Antiocheni, Alexandrini, Ephesini Cæsareenses, Constantinopolitani;* liber III. qvo *Episcopi, Patriarchæ, & Pontifices Romæ in Italia*: IV. *Cardinales Ecclesiæ Romanæ, Mediolanenses Archiepiscopi, Aqvilejenses & Gradenses, Ravennates, Papienses*: IV. *Germaniæ VII. Archiepiscopi, & horum omnium Suffraganei*: VI. *Galliæ Episcopi*: VII. *Episcopi in Hispania*: VIII. *Angliæ Episcopi, cum Appendice*. Ex tomo III. liber V. *Romanum Imperium in Oriente & Occidente*: VI *Reges & Duces in Germania*: VII. *Reges & Duces circa Germaniam*, enumerantes. Porro integer tomus IV. qvi est *Alphabetarium historicum, continens ordine alphabetico vitas & res gestas eorum illustrium, qvorum certa series & successio in tempore non potuit haberi, ut sunt qvidam Reges, Principes, Comites, Barones, Milites: Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Scriptores, Doctores, Professores, Philosophi, Poetæ, Jurisperiti, Theologi; Fratres omnium Ordinum, Hæreti-*

reti i, artifices, rerum inventores & alii undecunqve clari viri. Qvatuor istis tomis Historicis adjecit *brevem ideam Chronici Mundani.* An autem tam integrum *Opus Chronologicum*, qvam hi *qvatuor Historiæ Universalis* tomi prodierint, non immerito dubitaverim. In Wittii qvidem *Diario*, ad diem emortualem, laudatur opus Historiarum Universale: item *Rationes Temporum & rerum totius orbis memorabilium*: verum forte Vir clarissimus hunc, aut alium ejusmodi indicem, secutus, non ipse vidit Opus illud. *Dubium, an editum.*

§. XXI. *Christophorus Besoldus*, I. V. D. anno CIƆIƆLXXVII. in lucem editus, primum in patria Tubingensi Academia docuit, dein, postqvam a religione Evangelico-Lutherana defecit, Cod. & Juris publ. Prof. Ingolstadii, nec non Consiliarius Cæsareus & Bavaricus, anno CIƆIƆCXXXVIII. XV. Sept. mortuus, consignavit *Synopsin rerum ab orbe gestarum* usqve ad Ferdinandi II. imperium, annumqve CIƆIƆCXIX. magnam partem ex Sleidano de IV. Monarchiis desumtam. Hujus editio qvarta, & posthuma, *ex ipsius Auctoris annotatis autographis passim aucta*, Ingolstadii excusa est an. - XLIII. Accessit *Lessus Acad. Ingolstadianæ, dictus in tricesimo funeris Besoldiani, una cum Catalogo librorum Auctoris, & nonnullis de suprema ægritudine, atqve obitu ipsius, specialibus*: studio & opera *Joh. Jacobi Speidelii*, I. V. Lic. In hanc Synopsin Besoldianam observationes recondita eruditione plenissimas conscripsit *Christophorus Adamus Rupertus*: qvas *Christoph. Arnoldus*, Norimbergæ ad S. Mariam Ecclesiastes, & Eloq. Poes. ac *CHRISTOPH. BESOLDI* *Synopsis Hist.*

Græcæ L. Prof recensuit, & ad Leopoldum usqve Cæsarem Nostrum, supplementum addidit, Norimb. CIƆIƆCLIX.

ALSTEDII §. XXII. *Johannes Henricus Alstedius*, Philosophiæ & Theol. Professor in schola Nassoviana Herbornensi, post Albæ Juliæ in Trans-sylvania, ubi anno CIƆIƆCXXXVIII. mortuus, *Encyclopædiam* scripsit, septem tomis distinctam, annoqve CIƆIƆCXXX. Herbornæ editam. *Historica* In hac liber XXIII. *Historiam* exhibet capitibus XXIV. ex qvibus huc referendi cap. XX. *de articulo primo IV. Monarchiæ*, a C. Julio Cæsare, usqve ad CHRISTVM natum: cap. XXI. *de II. articulo*, ab Augusto usqve ad Constantinum M. cap. XXII. *de III. articulo*, usqve ad Carolum M. cap. XXIII. *de IV. articulo*, usqve ad Carolum V. *De V. articulo*, usqve ad Ferdinandum II. Hanc *Historicam* excipit libro XXXIII. *& Chronologia.* *Chronologia* Alstedii, ab orbe condito incipiens, inqve anno CIƆIƆCXXIX. ac Vesalia, strategemate, Sylva-Ducis, deditione, ab Ordinibus fœderati Belgii captis, desinens. Iam ante tamen, nempe an. CIƆIƆCXXVIII. separatim ediderat *Thesaurum Chronologicum*, jam jam laudato anno, in gestis Cæsareo-Danicis finientem. Anno CIƆIƆCL. Boineburgius ad Prüschenckium scribebat: (a) *Alstedius captui incuriosorum hominum* (loqvitur autem de Chronologia) *est multum accommodus, & operas negotiosorum compendifacere aptissimus.*

§. XXIII.

(a) Epistolam hanc cum multis aliis Boineburgianis servat *I. L. Zollmannus*, Consil. Saxonicus.

§. XXIII. *Petrus Laurembergius*, Rostochiensis, VVilhelmi, Medici & Mathematum Doctoris, filius, die XXVI. Augusti anno CIↃIↃLXXXV. natus, Philosophiæ initio in Academia Galliæ Montalbanensi ab anno CIↃIↃCXI. deinde Physices & Matheseos in Gymnasio (cujus ab anno XVI. ad XX. cum M. Henrico Rumpio fuit Director) Hamburgensi ab anno XXXIV. Professor, anno CIↃIↃCXXXIX. XIII. Maji phthisi consumtus obiit. (a) Reliqvit is *Cronium*, sive *seriem compendiosam rerum illustrium gestarum a mundi exortu*. Incipit ab origine mundi, finit in Ferdinando III. Imp. Huic libello nonnemo adjecit Appendicem, ex Iohannis Bunonis *Idea* potissimum deprompram, ad annum CIↃIↃCLXXII. qvo anno Geræ hæc continuatio cum ipso *Cronio* prodiit. Anno autem CIↃIↃCLXXXVIII. hoc scriptum Laurembergianum cum perpetuis Notis, plurimisqve additionibus Hamburgi edidit, ac ad annum laudatum produxit *Daniel Hartnaccius*, jam Scholæ Slevicensis Rector, qvi de instituto suo, in epistola ad lectorem brevicula, qvædam præfatur.

P. LAURENBERGII *Cronium* *continuatum* *illustratum, ac iterum continuatum.*

§ XXIV. *Jacobus Gordonus* Lesmoræus, Aberdonensis Scotus, Theol. D. & in Soc. Iesu Prof. Collegiorum Tolosæ ac Burdigalæ Rector, tandem Regi Galliæ Ludovico XIII. a confessionibus, qvi anno CIↃIↃCXLI. XVII. Nov. obiit, natus annos LXXXVIII. Scripsit *Opus Chronologicum rerum per universum orbem gesta-*

IAC. GORDONI *Opus Chronologicum.*

(a) Ioh. Mollerus Flensburgensis, in *Isagoge ad Historiam Ducatuum Slesvicensis & Holsatici*, part. 4. cap. 10. pag. 614.

gestarum seriem, brevemqve a CHRISTO ad annum CIↃIↃXIII. *complectens narrationem.* Tomis constat duobus: qvorum prior ad CHRISTVM se extendit; alter ad annum CHRISTI CIↃIↃCXIV. Prodiit Coloniæ Agrippinæ. (a) Ejusdem habemus Opuscula tria, *Chronologicum, Historicum, & Geographicum.* I. *de varia anni ratione, & anno sæpius per intercalationem reformato, cyclis item variis; & arte fingendi annum, qvem vocant, civilem.* II. *De modo recte legendi Historias.* III. *In qvo urbium atqve regionum, qvæ in Europa, Africa, Asia minore, Syriaqve nunc sunt, summaria descriptio continentur:* Coloniæ CIↃIↃCXXXVI.

Opuscula tria.

HENR. ALTINGI Vita

§ XXV. *Henricus Altingus*, patre Mensone, Ecclesiæ Embdanæ Pastore, matre Maria Bischopa, anno CIↃIↃLXXXIII. XVIII. Febr. natus, ex schola patria, Groningam primo, ad Vbbonem Emmium, post Herbornam ablegatus est, ubi Ioh. Piscatorem, Matthiam Martinium, & Gvilielmum Zepperum audivit. Triennio ibi exacto, anno CIↃIↃCV per trigam laudatorum Theologorum Reformatorum, Iohanni Seniori, Comiti Nassovio, commendatus, Gvilielmi Nassovii, Conradi Ludovici Solmensis, & Philippi Ernesti Isenburgici, Comitum juvenum, Sedani, una cum Friderico V. Palatino, post Bohemiæ Rege, literis incumbentium, Ephorus destinatus est. Sed anno seqventi cum iis sese Heidelbergam, ac porro Iohannem Conradum Rheingravium instituendum reci-

(a) Vide Vossii Chronol. Mathem. cap. 68. §. 24. p. 405.

recepit. Anno CIↃIↃCVIII. una cum Zacharia Colbio, Friderici illius Palatini studiis præfectus, cum eodem Sedanum denuo fuit ablegatus. Electore Patre anno CIↃIↃCX. demortuo, cum Principe filio Heidelbergam reversus, anno -XII. eundem in Angliam comitaturus, in lacu Harlemensi, una cum Abrahamo Sculteto, præsens vitæ periculum adiit. Anno -XIII. nuptiis Friderici cum Elisabetha Britannica, Iacobi Regis filia, interfuit, ac Heidelbergam reversus, Theologicam *Locorum Communium professionem*, præsente Electore, & universa aula XVI. Aug. auspicatus, ac mense Nov. Theologiæ Doctor renuntiatus est. An. -XVI. præcipua cura *Collegii* (qvod ita vocabatur) *Sapientiæ* eidem committebatur, annoqve -XVIII. Dordracenam Synodum, cum Abrahamo Sculteto, & Paulo Tossano, invisit. An. -XXI. Academia per bellicos tumultus turbata, ipse, familia sua Heilbrunnam dimissa, in statione perstitit imperterritus, Collegiiqve Sapientiæ membra in officio continuit. An. - XXII. Heidelberga per Tillium vi occupata, Altingus tristi hoc accepto nuntio, occluso musæo, ad preces se convertit: & ecce adventat Scholæ Rector Sechusius, eum monens, ut per posticum se in ædes Cancellarii subduceret, qvas Tillius direptioni exemtas voluerat, ob publica ibidem reposita monumenta. His asservandis destinatus Protribunus Hohenzollerani Comitis, graves in Altingum (sed qvem non noverat) adductum, spirabat minas, cumqve qværeret, qvis esset, respondit: *Ludimagister in*

Collegio Sapientiæ. At cum postridie a Tillio hæ ædes Iesuitis assignarentur, legatus illis repente excedens, nihil habuit spatii, ad Altingum *Ludimagistrum*, qvi in supremum sese receperat tabulatum, conqvirendum, atqve abducendum. Dum autem Tillii culinæ unus ex coqvis Palatinis præficitur, is Altingo non solum de victu clanculum, sed & de aliqvo præsidio militari prospexit. Hoc suffultus, cum domum suam inviseret, omnia expilata, & in museo dominantem reperit centurionem; cui, nunc omnia sua esse glorianti, respondit: *Si tua sunt, Deus diuturniorem tibi eorum possessionem, qvam priori Domino largiatur.* Tertio demum die elapsus, per varias lethi imagines, Heilbrunnam, inde Schorndorfium, ubi suam offendit familiam, pervenit. Hinc a Rege Bohemiæ evocatus in Belgium anno. XXIII, difficili itinere, per patriam Embdam (hic familiam reliqvit) ad Batavos se confert, Friderici Henrici, Regis primogeniti studiis præficiendus. Qvam Spartam iteratæ ad Embdanæ Ecclesiæ ministerium vocationi prætulit. Evocata igitur Embda ad se familia sua, Lugdunum commigrat: sed, propter luem ibi grassantem, bonam anni XXV. partem cum filiis Regis Honslardici exegit, ac novam ad successionem Sibrandi Lubberti in Academia Franeqverana vocationem, Rege ita volente, animum inclinavit. At qvando anno XXVI. ad Professionem Theologicam primariam, in nova Academia Groningensi, ab obitu Hermanni Ravensbergeri vacantem, invitaretur, commeatu a Domino impetrato,

trato, eo venit anno XXVII. munusqve publicum XVI. Iunii auſpicatus eſt: ac multa poſtea beneficia huic Academiæ impetravit. Eccleſiæ Groningenſis per ſeptennium Senior fuit: ſed & alia graviſſima munera adminiſtravit. Ceterum anno XXXII. a Ludouico Philippo, Palatinatus Adminiſtratore, Heidelbergam, ad Profeſſionem Theologicam, conſtituendumqve Senatum Eccleſiaſticum, revocatus, poſtqvam per varia pericula Francofurtum usqve proceſſiſſet, clades Nordlingana ſpem illam intercepit, & ipſe per extremas Galliæ oras, Principatum Sedanenſem, & provincias Belgii Hiſpanicas, ad ſuos, qvarto poſt abitum menſe, reverſus eſt. Ab obitu conjugis Suſannæ Belieriæ (id factum anno XLIII.) variis affligebatur ſymptomatibus, ſic tamen ut per intervalla Profeſſioni vacaret. Anno CIↃIↃCXLIV. XXV. Auguſt. placide obdormivit, cum ante ſuis prædixiſſet, ante occaſum Solem ſe ad Dominum abiturum. Filios reliqvit duos, qvorum natu major *Menſo*, V. J. D. rationibus Americanæ Societatis per complures annos præfectus, poſt Daventriæ Iuris Profeſſor fuit: alter *Iacobus*, in Anglicana Eccleſia primum ſacra docuit lingua Anglicana, deinceps in Academia Groningenſi Lingvarum Orientalium Profeſſor Ordinarius & Eccleſiaſtes factus (a) Orationem in obitum Altingi ſcripſit *Samuel Mareſius*, celebris ille Theologus. Memoriam clariſſimi hujus

De morte Altingi.

De filiis.

 apud

(a) Vide *Vitas Proff. Groningenſium*; ex qvibus ſua ſumſit Freherus in *Theatro*.

apud Reformatos Theologi, voluimus hoc loco repetere, vel propter ejus *Compendium Historiæ externæ*, a Daniele Pareo, titulo *Medullæ Historiæ profanæ* editum. De ejusdem *Theologia Historica*, sive *Systematis Historici locis qvatuor*, (a) alibi dicemus.

Compendium scripsit Historicum & Theologiam Historicam.

NICOL. VERNULÆI

§. XXVI. *Nicolaus Vernulæus*, ex Ducatu Luxemburgico oriundus, Robelmontii, vico Vertonensis agri, patre Petro de Vernultz, qvondam in exercitu regio apud Belgas centurione, natus, humaniorum literarum & Philosophiæ studiis, partim Treviris, partim Coloniæ Agrippinæ operatus, cursum Theologicum Lovanii absolvit. Docuit ibidem Rhetoricam in Gymnasio Porcensi ab anno CIƆIƆCVIII. Eloqventiam vero in Academia ab anno XI. Cæsareus, ac Hispaniarum Regis Historicus demum renuntiatus. (b) Obiit anno CIƆIƆCXLIX. Scripsit hic inter multa alia, *Epitomen Historiæ ab orbe condito ad sua usqve tempora.*

Epitome Hist. Univers.

CHRISTIANI GVEINTZII

§. XXVII. *Christianus Gveintzius*, Gubena-Lusatus, Gymnasii Halla-Saxonici Rector, anno CHRISTI CIƆIƆCL ætatis LVIII. muneris publici XXII. ipso die Christiani (III. Aprilis) supremum diem obiit. (c) Hujus mentio facienda erat, ob *Synopsin Historico-Chronologicam, qvæ Viti Historicæ, id est, Historicorum Classicorum Græcorum & Latinorum synopticæ analysi*, juncta, ac Hallis edita anno CIƆIƆCXLVIII.

Chronologia.

(a) *In Vitis Proff. Groning.* hic liber adhuc inter inedita recensetur anno 1654. (b) Svveertius in *Athenis Belgicis*, Valerius Andreæ in *Fastis Lovaniensibus*, & in *Biblioth. Belgica*. (c) D. Gottfried Olearius in *Halygraphia* pag. 439.

cIↃIↃCXLVIII. qvæ in compendiario illo ſcribendi genere neqvaqvam contemnenda eſt.

§. XXIIX. *Ionas Magni Wexionius*, Svecus, primum Philoſophiæ Practicæ Profeſſor, poſt SS. Theol. D. ejusdemqve in Academia Vpſalienſi Profeſſor, ac deniqve Epiſcopus Scarenſis, anno cIↃIↃCLI. III. Aprilis demortuus, confecit *Synopſin Hiſtoriæ Vniverſalis*. (a) *VVEXIONII* *Synopſis Hiſt. Vniverſalis.*

§. XXIX. *Adolphus Brachelius*, Belga, *Hiſtoriam* ſcripſit *noſtri temporis rerum bello & pace per Europam atqve in Germania maxime geſtarum* ab anno cIↃIↃCXVIII. usqve ad annum cIↃIↃCLII. *ex optimis* (ut habet inſcriptio) *& probatiſſimis hujus ſeculi ſcriptoribus per ſeriem annorum ordine diſtributam.* Primo qvidem Auctor brevem narrationem belli Germanici, ab ejus initio, ad finem usqve, per triginta annos deduxit: ſed diſtractis omnibus exemplaribus, cum editio altera urgeretur, priori adjecit adhuc qvatuor annos, ad dictum annum LII. qvo ipſo, die XIII. Septembris deceſſit. (b) Prodiit hæc altera editio Coloniæ, multis diſtincta iconibus. Continuarunt poſtea Brachelium, ſucceſſu tamen impari, *Chriſtophorus Adolphus Thuldenus*, & *Henricus Brewerus* Iuliacenſis, Theol. Lic. *BRACHELII* *Hiſtoria noſtri temporis.* *Continuato.*

§. XXX. *Dionyſius Petavius*, Aurelianenſis, in Soc. Ieſu Rhetoris per annos XI. & ſacrarum literarum per XXIV. annos Profeſſor Pariſienſis, anno *DION. PETAVII*

(a) Scripta VVexionii recenſet Ioh. Schefferus in *Vpſalia antiqva* cap. 22. pag. 403. (b) VVittius *in Diario.*

CIϽIϽCLII. XI. Decembris vivere desiit. In obitum ejus Orationem habuit *Henricus Valesius*, qvæ, una cum *Catalogo librorum Petavianorum*, ab anno ætatis XXI. usqve ad LXX. qvo decessit, editorum, in novissimam Operum Epiphanii editionem relata est. Ex variis ejus scriptis huc spectat, *Rationarium Temporum, in partes II. libros XIII. distributum, in qvo statum omnium sacra profanaqve historia Chronologicis probationibus munita summatim traditur.* Sæpius hic liber est excusus. Mihi nunc ad manus est editio Parisiensis anni CIϽIϽCLXIII. Summam operis ejus *de Doctrina Temporum*, exhibet Vossius *de Scientiis Mathem. cap. XLI. §. XXIV.*

Rationarium Temporum.

Editiones.

BOXHORNII Summa vitæ.

§. XXXI. *M. Zverius Boxhornius*, Bergo-Zomio Brabantus, anno CIϽIϽCXII natus, ac literis a puero egregie excultus, adeo profecit brevi, ut annum agens duodecimum, Lugduni Batavorum inter cives studiosos reciperetur, freqvens inprimis Danielis Heinsii auditor. Annos natus sedecim jam scribere, ac edere libros cœpit. Qvibus cum in sui amorem, & tantum non admirationem, præclarissimos viros convertisset, publica Eloqventiæ professio eidem demandata est: qvam postea Historiarum & Politices professione permutabat. A Svecorum ad fœderatos Belgii ordines legato, cum Reginæ, tum Procerum nomine, oblatis amplissimis in Svecia dignitatibus, amorem patrii soli præposuit. Rebus humanis valedixit Lugduni Batavorum die III. Octobris anno CIϽIϽCLIII. Orationem in excessum ejus habuit

buit *Caspar Barlæus*, Collega. (a) In honorem civis sui, Bergo-Zomenses illius effigiem in curia dedicarunt. *Historiam Universalem* composuit, *sacram & profanam, a CHRISTO nato ad annum usqve CIƆIƆCL. in qva illustrium gentium ac Principum origines, res gestæ, variæ mutationes in Ecclesia & Rep. aliaq; ex variis etiam hactenus ineditis monumentis traduntur.* Finit Boxhornius hanc historiam in Caroli I. magnæ Britanniæ Regis interitu, anno Domini CIƆIƆCXLIX. De proposito suo in epistola ad lectorem disserit, ex qva nonnulla afferam: *Mihi id potissimum nunc curæ fuit, plerisqve eorum, qvæ vulgo nota, & passim obvia, vel omissis, vel obiter tantum narratis, exhibere inprimis origines, hoc est, fontes veluti ac causas, ex qvibus insignes publicarum rerum imperiorumqve exortæ sunt mutationes. Facile autem, ut spero, illi mihi ignoscent, qvi cogitaverint, maturandæ editionis non perfecti hujus operis, necessitatem mihi ab iis fuisse impositam, qvos jam in eo esse intelligebam, ut, malo more, inconsulto me ac invito, rudimenta qvædam qvaliscunqve hujus curæ nostræ, qvæ cupidæ Historiarum juventuti ante annos aliqvot privatim tradideram, quorumqve exemplar, cum mihi nullum domi esset, accurate nitideqve scriptum, florentissimi ingenii, doctissimusq; & paternarum virtutum hæres juvenis, Ioannes Erpenius exhibuit, in lucem darent, nisi ego ipse manum operi admoverem. De bona*

Historia Universalis *Propositum Boxhornii.*

(a) Vide Valerii Andreæ Biblioth. Belg. pag. 641. Hanckium *de Romanarum rerum scriptoribus part. 1. cap. 91. p. 295.* & Vitzii *Diarium Biographicum.*

bona fide, qua singula narrata ac exposita sunt, nemo ambigat. Et ne qvis ambigeret, plerumqve, ubi necesse erat, ipsis Authorum, qvos seqvor, qvamvis Barbarorum, incomptorumqve verbis usus sum. Nec deerunt forte, qvi Historiæ leges limitesqve nonnullis me digressionibus dissertationibusq. excessisse judicabunt. At sciant illi, velim, haud præter veterum ac laudatissimorum Scriptorum exemplum. & illustrandi ea, qvæ obscuriora offerebantur, causa, id à me identidem factum esse. Præterea Boxhornius *Chronologiam Sacram & profanam* in Tabulas distinctam confecit: in qva illustrium Imperiorum, Gentium, Principum, origines, incrementa, mutationes, aliasqve tum civiles, tum etiam Ecclesiasticas commemorat. Eam incipit a Nimrodo, Babyloniorum Rege, terminat in Lusitanorum ab Hispanis defectione anno CIↃIↃCXL. Prodiit *Bosii* Nostri studio, in hac Salana anno CIↃIↃCLX. Et ipse qvidem B. Bosius multa ad has tabulas collegit ἀξιομνημόνευτα, ac semper habuit in animo, easdem recensitas cum continuatione denuo edere: id qvod præmaturum Viri fatum vetuit. Etiam magnus Ecclesiæ nostræ Theologus, ut & insignis Historicus, *Christianus Kortholtius*, has ipsas tabulas Boxhornianas multis auxit observationibus, qvas mss. apud Virum summum vidi anno CIↃIↃCLXXVI. Iterum easdem, una cum continuatione sua, paucos ante annos edidit *Daniel Hartnaccius*.

De Tabb. Chronologicis Boxhornii

a Bosio editis.

CHRISTIANI MATTHIÆ

§. XXXII. *Christianus Matthiæ*, gente Dithmarsus, sub ævi superioris finem in lucem editus, plerisqve

qve nobilioribus Germaniæ Academiis peragratis, in Altdorfina Norimbergensium Theologicos honores æqve, ac Spartam Professoriam, impetravit. Post illa Christianus IV. Daniæ Rex, ad Theologiæ in Academia Sorana Professionem, & Ecclesiarum Dithmarsicarũ inspectionem, eum vocavit. Hic cum per plures annos cum fide docuisset, amplissimo munere abdicato, in fœderatum migravit Belgium, & Ecclesiæ Hagensis Pastorem Evangelico-Lutheranum ad extremum usqve halitum egit: qvem qvidem exspiravit anno CIↃIↃCLV. XXII. Ianuarii. (a) Nominis sui memoriam, tum scriptis aliis, propagavit, tum *Theatro Historico-Theoretico-Practico*, in qvo IV. Monarchiæ *nova & artificiosa methodo describuntur*. Excusum illud aliqvoties in Belgio, ac Germania, ac deniqve ad annum CIↃIↃCLXXXIX. continuatum est. Bœclerus, Auctorem, *svavitate & novitate qvadam methodi sua ad monarchias excerpta adornasse*, judicat. (b) Spizelius *perfectum Historiæ pariter ac Moralis disciplinæ exemplar exhibuisse*, scribit. (c) Sed de perfectione dubitaverim, utut institutum omni laude dignum censeam. *Theatrum Historicum.*

§. XXXIII. *Iohannes Micrælius*, natus est Cöslini in Pomerania, anno CIↃIↃXCII. XI. Sept. patre Johanne, ibidem Archidiacono, matre Margareta, filia Laurentii Krügeri, Pastoris Ecclesiæ Jamundensis, qvi raro exemplo annum ætatis XCIX. attigit, ac octoginta posteros vidit. Puer, auspiciis Iacobi Volsii, *MICRÆLII Vita.*

(a) Vide Spizelium in *Templo Honoris reserato* pag. 203 seqq. Omeisium *in Gloria Academiæ Altdorfinæ* p. 28. (b) de utilitate ex Hist. Univ. compos. capienda pag. 16. (c) d. l. p. 206.

fii, Rectoris scholæ patriæ, doctrinarũ cursum inchoans, ad studium Musicum, Græcæ L. & Poeseos singulariter ferebatur. Anno cIↄIↄcxI. ab Georgio Messerschmidio, Francisci Pomeraniæ Ducis Concionatore aulico, ad spectandam funebrem Christiani II. Electoris pompam, deductus Dresdam, aulam, &, qvæ in ea sunt, naturæ ac artis miracula, curiose conspexit. Inde reversus, per triennium substitit in patria: annoqve demum cIↄIↄcxIV. Gymnasio Stetinensi nomen dedit, privatæ commissus curæ M. Ioachimi Prætorii, Archidiaconi, Theol. & Hebrææ L. Prof. cujus bibliotheca ipsi patuit: publice autem M. Hunichium Rectorem, M. Kihlmannum & M. Kohlium, Philosophica; D. Danielem Cramerum, Theologica docentes, audivit: sub Prætorio etiam publice habens disputationem. Anno xvII. Regiomontem concessurus, commodum invenit comitem, Philippum Frenckingium, Electori Brandenburgico a secretis, cui in transferendis in Latinum actis juredicialibus, qvod non nisi hac lingva conscriberentur in tribunali Polonico, sedulam navavit operam. Solertiam vero mox Academiæ probavit, cum horis matutinis ac pomeridianis, sub M. Christophoro Eilardo, *de veritate transcendentali Metaphysica* publice disputaret. Jam in Poloniam, cum Kreutziis Nobilibus Prussis, iter facturi, propositum, utriusqve parentis funus turbavit: ac ipse Gryphisvvaldiam navigaturus, a tempestate procellosa jactatus, paululum a morte aberat. Non multo post Iohannis,

Luca-

Luca Puſchio, mercatore ac Senatore Gryphisvval-denſi, nati, doctrinæ ac moribus præfectus, cum eodem Hamburgum, Roſtochium, Wiſmariam & Lubecam perluſtravit: indeStetinum & Cöslinum, mox & Gryphisvvaldiam repetens, Krackevvitzii, Batti, & Maſchovii prælectionibus ſedulus interfuit, annoqve CIↃIↃCXXI. tiara magiſteriali ornatus, inter qvatuor Candidatos principem accepit locum: poſtqvam agnatus Ioh. Micrælius, ſub ipſius præſidio, *de Meteoris* diſputaſſet. Anno - XXII. Henrico, & Henningi ab Oſten, Henningis filiis, præpoſitus, Lipſiæ in convictu Ioh. Ruperti Sultzbergeri Medici vixit, annoqve ſeqventi per Wittebergam, & Berolinum, domum reverſus eſt. Qvando autem anno - XXIV. repetiiſſet Lipſiam, mox in Gymnaſium Stetinenſe ad Eloqventiæ Profeſſionem; ſed anno - XXVII. ad Rectoratum ſcholæ Senatoriæ, poſt L. annorum doctrinam ſedulam emerito Rectori, M. Lolæo ſufficiendus, vocatur. Anno - XLI. ex decreto Chriſtinæ Reginæ Sveciæ, cathedram aperiente legato, Iohanne Oxenſtierna Comite, in Regio Pædagogio Stetinenſi, ab obitu M. Martini Leuſchneri, Rectoratum cum Philoſophiæ Profeſſione capeſſivit. Atqve id etiam datum eſt Micrælii precibus, ut Iuris, Medicinæ, & Mathematum Profeſſores conſtituerentur, ac convictus liberalis juvenibus pauperioribus cederet. Anno - XLIX. ſumtibus regiis, SS. Theologiæ Doctor renuntiabatur, ex qvo Profeſſionem Theologicam in Stetinenſi Gymnaſio Philoſophicæ conjungere

jussus erat. Anno LIII. ab illustri Præside Lilienstromio in Sveciam deductus, & a Regina ad colloqvium admissus, non sine gratiosæ munificentiæ experimento domum remissus est. Anno LVI. cum tres Theologiæ, duo Iuris Doctores in Academia Gryphisvvaldensi, ab Oxenstierna legato proclamandi essent, Micrælius Procancellarii vices subiit, deque *hodierno Atheismo*, memoriter perorando, actum illũ augustiorem reddidit. Cum a prima ætate, integra fuisset valetudine, extremo demum triennio, cum nephritide colluctari cœpit graviter: cui qvando ischuria, ac deniqve urinæ omnimoda suppressio accederent, interno isthoc tortore exstingvitur anno CIↃIↃCLVIII. III. die Decembris. Ipsi cum B. Patre meo singularis intercessit amicitia, mutuis epistolis confirmata: id qvod inter alia me movit, Micrælianæ vitæ summam paulo fusius ex *Freberiano Theatro* repetere. (a) Multa scripsit vir exqvisite doctus, & in

Syntagma Histor. Politicarum.

his *Syntagma Historiarum Politicarum*, qvod tertia editione Stetinensi, *ad æram CHRISTI* CIↃIↃCLIV. *continuatum, & sic locupletatum, ut indicum adjunctorum tabularumqve Genealogicarum & Chronologicarum beneficio, instar Lexici Historici esse possit.* Qvid Bœclerus de hoc labore senserit, seqventia ejus verba arguunt:

Bœcleri de eo judicium.

(b) *Pezelii & Micrælii opera, docentis ingenio accommodari, auditoribus visa sunt. Ceteris haud æqve τῆς ἁρμοζούσης ἐπιστάσεως, qvam in Historia universali*

(a) *pag.* 609. qvod sua debet Henrici Schævii Gr. L. & Poes. Prof. *monumento literario*, & D. Ioach. Fabricii *Sermoni funebri*.

(b) Differt. *de utilitate ex Hist. Univ. comp. capienda pag.* 17.

ſali Polybius ſpectat, copiam præbere putantur. Separatim etiam edidit Micrælius *Tabellas Hiſtoricas, ad millenaria & ſecularia regnorum & Rerump. tempora dijudicanda neceſſarias.*

§. XXXIV. *Johannes Philippus a Vorburg*, Præpoſitus Monaſterii Grandis Vallis, Conſiliarius Moguntinus & Herbipolenſis, anno CIƆIƆCLX. vita functus (a) ingens *Opus Hiſtoricum*, ſecundum Annalium ſeriem diſpoſitum, molitus eſt, cujus XII. præliminares tomi prodierunt. Qvid de hoc viro, ejusqve vaſto opere, judicaverit illuſtris Boineburgius, indicant, quæ adjiciam verba, ex epiſtola ejus ad Zachariam Prüſchenckium x. Decembris, anno CIƆIƆCL. Francofurto perſcripta: (b) *Heri innotui illuſtri illi Germanicæ rei ex hiſtoria omnis ævi ſcriptori Vorburgio. Germanum gaudium eſt, talem noſcere, noſci talibus. Ejus opera, qvæ jam prodierunt, procul dubio nota ſunt. Eſt is pro Mog. Archiepiſcopo in concilio Circuli Electoralis. De Vorburgio adjungo, tibi placitura, quæ edidit in illuſtramentum rei noſtratis. Orſus inde a rerum conditu, jam ultra Karoli M. tempora appropinqvabit. Habebimus in eo, ſi compleverit omnia ex inſtituto, Bibliothecam Memoriarum, & Hiſtoriam Antiqvitatum Germanicarum genuinam. Tam ſpiſſæ molis opera inſtituit vero, ut Eccleſiæ rebus poſt centuriatores Baronius. Verum hoc eſt, Vorburgio multum debebimus Germani, qvem, utpote cum maximo fructu noſtro conjunxerimus cum Lehmanno, Sleidano,*

VORBURGII

Opus Hiſtoricum.

a Boineburgio laudatum.

(a) *VVittius* Tomo II. Diarii Biograph. pag. 83. (b) Qvæ ms. eſt in Zollmanniana bibliotheca.

Chytræo, Hortledero, Lundorpio, Goldasto, Frebero, Conringio, Lindenbrogio. Sed & Meibomianum votum ex *Introductione in HistoriamSaxonicam* repetemus:(c) *Vtinam vero tandem prodirent, qvæ illustris & magnæ dignitatis vir, Iohannes Philippus a Vorburg, cum ad omnis historiæ Germanicæ, tum Saxonicæ inprimis, illustrationem duæum promisit. Vbi enim Vir ille in tanta dignitate, tot inter Reip. curas & ejus causa obitas legationes, incredibilem Historiæ Germanicæ apparatum sine exemplo congessit, tot documenta situ & sqvalore obsita ex monasteriorum Principumqve archivis eruit; sic exactissimum ipsius judicium, & inprimis* Φιλαλήθεια, *qvæ in duodecim integris tomis prælimi- naribus nulla non pagina apparent, omnes rei peritos incitant, ut ab hæredibus tantum opus, ad Germaniæ & Saxoniæ æternum decus exposcant.*(b)

& H. Meibomio.

LINCKERI

§. XXXV. Anno CIƆIƆCLX. XXX. Decembris decessit *Conradus Theodorus Linckerus*, Marburgo-Hassus, Med. D. ejusdemqve, & Oratoriæ in Acad. patria Prof. Construxit is *Theatrum Historico-Politicum, Tabulas Chronologicas, vicissitudines juxta regnorum variorum, eventuum, & in terrarum orbe summorum Principatuum, sacrarum & Politicarum rerum seriem, temporum motus, personarum characteres, actionum qvasi aqvarum ductus, prudentiæ civilis fundamenta, a condito mundo, in seculum qvod currit, facili memoriæ succincte exhibens:* Marburgi anno CIƆIƆCLIV.

Theatrum Historicum.

§. XXXVI.

(a) pag. 94. (b) Sed audio, qvicqvid editum est Operis Vorburgiani, in Iudæorum Francofurtensium venisse manus.

IACOBI GORTOVLÆ

§. XXXVI. Anno CIↃIↃCLXI. VI. Decembris vitam cum morte commutavit *Iacobus Gortoulas*, Tolosa-Gallus, e Soc. Iesu, humaniorum literarum lector, præfectus scholarum inferiorum: Spiritualis adjutor, (a) qvi Latine duobus tomis edidit *Universalem Historiam profanam, a CHRISTO nato ad annum* CIↃIↃCXL. cum Imperatorum Regumqve Franciæ iconibus, Parisiis anno CIↃIↃCLIII.

Hist. Universalis

THEOPH. RAYNAVDI

§. XXXVII. *Theophilus Raynaudus*, Cespitellensis, Soc. Iesu scriptor πολύγραφος xxxI. Octobris anno CIↃIↃCLXIII. demortuus, *Breviarium* composuit *Chronologiæ sacræ & humanæ*: qvod primo prodiit tacito auctore, Lugduni in Gallia, deinde cum auctario *Claudii Clementis*, nomine auctoris expresso. Opera *Raynaudi* omnia XIX. voluminibus distincta Lugduni sunt excusa anno LXV. (b)

Breviarium Chronologiæ.

HENRICI ERNSTII

§. XXXVIII. *Heinricus Ernstius*, Helmstadiensis, anno CIↃIↃCIII. XVI. Febr. natus, I. V. D. Antecessor in Academia Sorana, post Friderico III. Daniæ Regi a consiliis, & tribunalis supremi Assessor, Vir pientissimus, ac prudentissimus, anno CIↃIↃCLXV. VII. Aprilis vivendi finem fecit Hafniæ. (c) In usum is adolescentuli, Axelii Sehestedii, filii Christiani Thomæi, Regis Danorum Cancellarii, conscripsit, & Hafniæ anno CIↃIↃCXL. excudi fecit *Brevem delineationem Historiæ universæ*. Sed & *Medullam Historiæ universæ* eodem anno Soræ edidit.

Delineatio & Medulla Hist. Universæ.

§. XXXIX.

(a) Vittius *in Diario Biograph.* (b) Qvid qvolibet tomo contineatur, vide *parte III. Ephemeridum Gall. pag. 68. seqq.* (c) Vide Epitaphium in Petri Resenii *Inscriptionibus Hafniensibus p. 159.*

I.H.VRSINI Vita

§. XXXIX. *Iohannes Henricus Vrsinus*, Spiræ natus est die XXVI. Ianuarii, anno CIↃIↃCVIII. patre Iohanne, Notario Cæsareo, Iudicii Procuratore, ac deniqve scriba Senatorio, multis periculosis ablegationibus, præsertim sub initium belli Germanici tricennalis, defuncto: avo Iohanne Behr, qvi Deysselii in præfectura inferioris Hassiæ Wendelburgana habitans, per annos LVI. in unico vixit conjugio. Matrem habuit Annam Mariam Luzigiam, Spirensem, qvam maritus anno CIↃIↃCXXII. XI. Nov. demortuus, viduam cum octo liberis reliqvit: qvos omnes tamen, utut in re mediocri, honeste educavit, ac Nostrum primogenitum, ut & Iohannem Marcum, Gymnasii postea Spirensis Conrectorem, post ad Augustinianos Ecclesiæ Ministrum, in cathedra ecclesiastica vidit: Iohannem Georgium, Pharmacopolam Vördanum in Bremensi archidiœcesi factum, audivit: Petrum in Academiam ablegavit: anno demum -XXXVIII. de vita decedens. In patria Noster Præceptores præcipuos habuit, M. Christianum Tholdium Rectorem, & Henricum Valentinum Achanbachium Conrectorem: ac illi qvidem, in sermone funebri; huic, in inscriptione *Postillæ* (uti vocavit) *Salomoneæ*, pro fideli informatione singulares egit gratias. Anno CIↃIↃCXXVI. Kl. Martii in album Studiosorum receptus Argentorati, Iohannis Leusleri Pastoris primarii, filium unicum privatim informare cœpit. Licet autem non nisi per annum agere potuerit Argentorati, magnis tamen Theologis,

Iohan-

Iohanni Schmidio, & Iohanni Georgio Dorscheo, familiariter innotuit. Anno XXVII. urgente matre, inter scribas publicos receptus est, rem promovente D. Petro Paulo Steyernagelio, Advocato, & procuratore Cameræ Imperialis: sed anno XXIX. honorifice dimissus, apud matrem in annum XXXII. se continuit, novellos qvosdam studiosos in literis ac artibus erudiens: qvo tempore præcipui aliqvot Nobiles, Doctores, ac Advocati, convictu matris usi, multum sua conversatione, ac colloqviis, fructum ei attulere. Spira vero anno jam dicto ab Hispanis occupata, cum aliis qvibusdam Theologiæ Studiosis factus exul, dum Lubecam, ad Schabbelium, & Tankium, Doctores, Patronos suos, cogitat, qvod per appropinqvantes copias Svecicas tuto ei iter facere non liceret, Moguntiæ cogitur consistere: ubi, per miram Dei providentiam, nomine Oxenstiernæ Cancellarii, a D. Donnero primus novi Gymnasii Evangelici Rector renuntiatur: sic tamen ut postea Cantoris qvoqve, ac, qvi nulli aderant, reliqvorum qvoqve Præceptorum vices subire necessum haberet; qva qvidem in statione inconstanti, in annum seqventem, perdiligenter, sed non sine valetudinis detrimento, boni doctoris fecit officium. At enim anno CIↃIↃCXXXIII. relicta Moguntia, Argentoratum, Argentorato Spiram regressus, a Nobili Weingartensi ad Pastoratum Weingartensem vocatur: unde seqventi anno, post pugnam Nordlinganam, cum plerisqve diœcesanis in patriam Spirensem se recipere coactus est. Exin Weingar-

tensibus auditoribus exstinctis fere, ac dispulsis, Prorector Gymnasii Spirensis, post Augustinianæ, hinc Georgianæ ædis Pastor constituitur. Anno CIↃIↃCLV. a Senatu Ratisbonensi ad Ephoriam ministerii Evangelici vocatus, ægre ab patria Ecclesia divellitur. Sic tamen vixit Ratisbonæ, ut & optimi Doctoris Ecclesiæ munus, tam doctrinæ puritate, qvam vitæ innocentia, expleverit, ac insuper qvampluribus libris, Ecclesiasticam æqve ac literariam Remp. insignite juverit: donec variis morbis subinde misere excruciatus, anno CIↃIↃCLXII. XIV. Maji exstingueretur. (a)

Isagoge Historico-Chronol.

Conscripsit Vir diligentissimus, *Isagoges Historico-Chronologica in Historiam sacram & profanam, universalem & particularem, libros qvatuor, in usum potissimum SS.Theol. Studiosorum.* I. liber *de Chronographia in genere*, II. *de Biblica, Veteris Noviqve Testamenti*, agit: III. *Historia Ecclesiastica Epitomen* complectitur. IV. *Monarchias qvatuor* sistit. Prodiit hoc scriptum non contemnendum Francofurti anno CIↃIↃCLXII.

IOH. CVNR. DIETERICI Summa Vitæ.

§.XL. *Iohannes Cunradus Dietericus*, Butisbaci in Wetteravia, Iohanne Patre (hic magni illius Theologi, Conradi, Antistitis Vlmensis, fuit frater,) ex Pastore Butisbacensium, facto Giessensi Superintendente, natus est anno CIↃIↃCXII. XIX. Ianuarii. In Marburgensi, Argentoratensi, Ienensi, ac aliis Academiis, humanioribus inprimis, sed & Theologicis studiis

(a) Pleraqve sumsimus ex historiola vitæ, ab ipso Vrsino Germanice conscripta. Confer *Theatrum* Freheri, qvi ex Vitæ curriculo, concioni funebri juncto, sua hausit.

ſtudiis ſeſe mancipans, Argentorati, præ ceteris, Netterum, & Schmidium; Ienæ, Gerhardum, & Himmelium, audivit, ac ſub horum præſidio publice diſputavit. Erudita vero admodum eſt diſſertatio, qvam anno CIↃIↃCXXXV. præſide Michaele Dilherro, *de uſu lectionis Scriptorum ſecularium & Antiqvitatis, qvem in altiori etiam literatura præſtant,* habuit: (a) ex qva poſtea inſigne Opus illud *Antiqvitatum Sacrarum* (b) natum eſt. Ab obitu Patris, anno CIↃIↃCXXXV. in Belgium excurrit, ac Amſtelodami, Voſſium & Barlæum ſalutavit: Lugduni, Boxhornio, Heinſio, & L'Empereurio præceptoribus, ſed & hic Bibliotheca Academica freqventius uſus eſt. Ex Belgio in Daniam progreſſus, Meurſii, Stephanii, & Laurembergii favorem expertus, tantamqve gratiam conſecutus eſt, ut per Cancellarium Regi, per Regem Hafnienſi Academiæ commendaretur, inter Profeſſores recipiendus. Anno in Dania exacto, in Pruſſiam ſolvens, Regiomonte cum applauſu exceptus eſt. Anno XXXIX. in noſtra Academia honoribus Philoſophicis, a Daniele Stahlio, Philoſopho acutiſſimo, ornatus, brevi poſt a Georgio II. Haſſiæ Landgravio, Marburgum, ad lingvam Græcam & Hiſtorias docendas, vocatur: ubi medicis qvoq; operatus ſtudiis, egregios qvosdam in illa arte ſcripſit libros, a praxi tamen abſtinens. Exortis in Haſſia inteſtinis diſſidiis, primum Landgravii ſui juſſu, in aulam, ad diſponendum Archivum, poſt venia ad tempus

 impe-

(a) Relata eſt in Tomum I. *Diſſ. Academicarum* Dilherri, *num. 8. p. 100. 299.* (b Vide de eo Hanckium *de Script. rer. Romanar. l. 2. part. 1. c. 50. p. 194.*

impetrata, Hamburgum an. XLVIII. secessit, tranqvilliora qvidem patriæ exspectans fata, sed simul majorem bibliothecæ (nam magnus librorum erat helluo) apparatum qværens. Qvo tempore cum innotuisset Proceribus, Osnabrugam missus est ab Hamburgensi Capitulo. Hic Iohanni Adlero Salvio, Svecorum legato, Græcæ lingvæ accuratiorem notitiam affectanti, monitor opportunus aderat. (a) Anno CIↃIↃCLIII. Giessam ad pristinum docendi munus reversus, ad extremum usqve spiritum in eo perstitit, vita defunctus anno CIↃIↃCLXVII. XXIV. Iunii. (b) Orationem ei parentalem scripsit *Henricus Phasianus* Prof. P. Ex compluribus doctissimi viri scriptis huc referendum *Breviarium Historicum, breviter & summatim per capita exhibens Historiam Reip. Iudaicæ & IV. Regnorum Catholicorum, qvæ Monarchiæ titulo clarent:* qvod ab orbis exordio incipiens, desinit in Leopoldi Cæsaris anno II. CHRISTI CIↃIↃCLX. qvo Sveci cum Polonis & Danis pacem inierunt. Cum antea jam prodiisset, emendatius & auctius recusum est Giessæ an. CIↃIↃCLXIII.

Breviarium Historicum

§. XLI. *Philippus Brietius*, Abbavillæus Gallus, Ambianensis in Soc. Jesu humaniorum & Rhetorices Prof. anno CIↃIↃCLXVIII. IX. Decembris vivere desiit. (c) Composuit ille *Annales mundi, sive Chronicon universale secundum optimas Chronologorum epochas ab Orbe condito, ad annum* CIↃIↃCLXIII. *exeuntem.*

PHILIPPI BRIETII Chronologia.

(a) Hanckius *de Scriptor. Hist. Rom. lib. 2. part. 2. c. 50. p. 193.* (b) In Freheri *Theatro* pag. 1555. habetur annus 1669. (c) VVittius in *Diario Biographico.*

stem. Continuavit ipse postea hoc opus ad annum CIƆIƆCLXXIII.

Ex G. HORNII Vita qvædam singularia.

§. XLII. *Georgius Hornius*, in Palatinatu ad Rhenum natus, in Norico-Brandenburgicis primam ætatem transegit. Nam Palatinatu per militiam Bavaricam vastato, Creusenam, ruderibus Hohenzolleranæ arcis nobilitatam; delatus; prima ibi literarum fundamenta sub fidelibus magistris posuit. Destructa anno CIƆIƆCXXXII. Creusena, neqve Byruthi tuta fuit mansio. Sola Plassenburgum munitione sua texit cum matre profugum. In his miseriis lustravit tamen Neustadii ad Culmum monumenta Principum magnifica: ubi mater ejus humata est: perinde ac antea pater Creusenæ. Exin Brandenburgico-montana, inter ancipites bellorum casus, magno periculo incoluit, & semel per medios hostes ac latrones peragravit; qvibus in plusqvam Vlysseis erroribus, Curia Nariscorum, clauso ad Bernburgum in Anhaltinis, duobus exercitibus, Sala flumine, solus redux, in oppidum Leythen per asperrimas rupes ejectus, hospes unius noctis fuit. (a) Hardervvici aliqvamdiu docuit, ac inter discipulos habuit Wilhelmum, Comitem ab Hoorn. (b) In Academia Lugduno-Batava, Historiarum Professorem, magno cum Studiosorum fructu, suiqve cum ingenti gloria, egit. Et licet ex nimio mœrore, ob circumventionem sibi

(a) Hæc ipse graphice describit in *Orbis Politici* dedicatoria ad Carolum Æmilium & Fridericum, Friderici VVilhelmi Magni, Electoris Brandenb. filios, anno 1666. (b) Ipse iterum in dedicat. *Orbis Imperantis*, an 1667.

ab impostore chemico factam, in morbum inciderit, a qvo vir optimus diligentissimusqve divexatus non parum; sic tamen comparata fuit ægritudo, ut paroxysmis defunctus, lætior semper & alacrior ad publicas privatasqve rediret diatribas. (a) Præfuit ibidem, ante Professor qvam constitueretur, in Spanhemianis ædibus, studiis Nobilissimi juvenis Thomæ Morgani. (b) Decessit anno CIↃIↃCLXX. (c) Celebre autem inprimis nomen est indeptus, ob compendiariam in Historicis scribendi rationem: in qva tam inveniendo, qvam momenta præcipua breviculis thesibus includendo, & easdem luculentis ecthesibus illustrando, paucos habuit pares, nescio an aliqvem superiorem. Interea tamen in conciso illo scribendi genere, tantum variarum historiarum cumulum complexo, fieri non potuit, qvin aliqvid humanitus obtigerit viro: ut adeo e Reip. literariæ foret usu, qvod in *Orbe* ejus *Imperante*, Ioachimus Fellerus; in *Orbe Politico*, Otto Menckenius, celeberrimi Professores Lipsienses, fecerunt, ac libellos hos utilissimos doctissimis animadversionibus illustrarunt, in reliqvis qvoqve Hornianis fieret scriptionibus. Præter geminum illum *Orbem*, sæpicule editum, habemus ejus *Arcam Noæ*, id est, omnium a condito mundo totius orbis imperiorum regnorumqve per-

De scriptis Hornii.

(a) Accepi hac de re singularia, ex literis Dan. Braunii, Ludovico Salf. Antistite nati, ad I. P. scriptis anno 1668. (b) Ipse in dedicat. *Historiæ Philosophicæ*, ad VValtherum Stricklandium, armigerum, Consiliarium Status Reip. Angl. ac iterum ad Mauritium, Bevervvaerdæ & Leccæ Dominum, cui *Arcam Mosis* inscripsit. (c) VVittius *in Diario Biograph.*

perpetuam ad nostra usqve tempora seriem, successionem, origines, incrementa, decrementa, conjunctiones, divisiones & exitus, (a) & de gente in gentem translationes. (b) *Introductionis ad Historiam Vniversalem* posthumæ editionem, Amplissimo, doctissimoque Viro, Friderico Ruperti, Duci Saxo-Gothano a secretis, singulari amico nostro, debemus.

§. XLIII. *Iohannes Henricus Bœclerus*, anno CIↃIↃCXI. mense Februario Cronhemii in Franconia natus, patrem habuit Iohannem, V.D. ibidem Ministrum, matrem Magdalenam, Hermanni Summeri, Rectoris scholæ Feuchtvvangianæ filiam. Domi sub paterna disciplina ita profecit, ut jam anno ætatis decimo in Heilsbrunnense Gymnasium mitteretur: ubi primum paternis vixit impensis, post etiam, tum aliorum, tum præcipue Iohannis Snoilskii, Ecclesiastæ, & Hebrææ Lingvæ Professoris, liberalitate, ac deniqve extraordinaria Christiani, Marchionis Brandenburgici, munificentia sublevatus. Integrum igitur in hoc Gymnasio exegit decennium, tantamqve in lingvis, artibus, scientiis, ipsaqve Theologia, collegit doctrinam, ut non modo reliqvos superaret commilitones, sed & varia subinde eruditionis specimina ederet. Anno CIↃIↃCXXXI. Altorfio ac Tubinga salutatis, Argentoratum perrexit, ac singularem in Iohanne Schmidio, Theologorum coryphæo, pa-

IOH. HENR. BOECLERI Vita summa.

(a) Sic ipse interpretatur in dedicat. ad Gvilielmum III Arausionensium Principem anno 1666. (b) Hæc addit in præfatione ad lectorem.

patronum invenit: qvi eum M. Samueli Schallesio, Ecclesiæ Neo-Petrinæ Pastori commendavit, ut cognominis filii studiis præponeretur. Exin cum Matthiæ Berneggero Historiarum Prof. innotesceret, sicuti Bœclerus ab illius ore pependit sedulus, ita is Bœclerum instar filii dilexit, inqve convictum recepit. Anno-XXXVI. qvo & magistri auctus titulo, Latinitatis in qvatuor superioribus Gymnasii classibus suscepit curam: sed anno-XXXVII. Oratoriæ Professio Academica eidem demandata est. Anno-XL. in numerum Canonicorum ad S. Thomam receptus, eodemqve, Rector Vniversitatis proclamatus est. Anno-XLVIII. a Christina Sveciæ Regina, ad Professionem Eloqventiæ Regiam in Vbsaliensi Academia vocatus, seqventis anni die XIV. Februarii Argentorato valedixit. Hic postqvam per annum docuisset, laudata Regina ipsum Holmiam accersivit, ad Historici Regii munus explendum. Exacto & hic, non sine molestiis, biennio, cum in Germaniam, ceu rationibus suis convenientem magis, redeundi veniam impetrasset, cum elogio Historiographi regii, ac pollicitatione octingentorum Imperialium, in singulos annos salarii, clementissime a Regina dimissus est. Cum igitur Argentoratum rediisset, denuo ei Professio Historiarum fuit demandata, ac, ut olim, ita nunc denuo, jus civitatis gratiose donatum. Anno CIↃIↃCLXII. ab Iohanne Philippo Electore Moguntino, in numerum Consiliariorum est receptus: nec dubitavit laudatus Archipræsul ejus

qvo-

qvoq: opera in tractatibus Heilbrunnensibus, de componenda inter duos Electores pace uti. Sed & in Moguntino ministerio aliqvot in causa Erfurtensi scripsit libros, qvi majoris (sic puto) æstimarentur, si nimium fervorem cohibere, ac ab acerbis dictis in adversarios, antea ab ipso singulariter æstimatos, ac vere æstimandos, sibi temperare potuisset. Anno LXIII. a Leopoldo Cæsare, Consiliarii, ac Comitis Palatini dignitate, & hac qvidem hæreditaria, pro dignis natu majoribus posteris, auctus est. Ludovicus etiam XIV. Galliæ Rex, dignum, ob raram eruditionis famam, judicavit, cui per annos aliqvot singulare regalis munificentiæ documentum exhiberet: perinde ac idem sunt experti, Conringius, Reinesius, Wagenseilius, ac nonnulli alii. Gloriæ igitur satur, ad cœlestia adspiravit ex animo, ac, qvoad animæ salutem, assecutus est mense Septembri anno CIƆIƆCLXXII. (a) Hoc autem loco inprimis nobis celebrandus erat, ob eruditissimos *de rebus seculi a CHRISTO nato IX. & X. per seriem Germanicorum Cæsarum commentarios*, Argentorati anno LVI. editos. Idem magno animo *Historiam Universalem* aggressus: qva de conficienda tam præclarissima utilissimaqve dederat, præcipue ex Polybio desumta, præcepta: cujus tamen operis non nisi pars I. *a mundo condito usqve ad CHRISTI nativitatem*, cura amplissimi, celeberrimiqve generi ejus, *Vlrici Obrechti*, Argentorati anno CIƆIƆCLXXX. prodiit. Præmittitur huic opusculo *Historia Principum schola*, itemqve *Disserta-*

Scripsit de rebus sec. IX. X.

Et prima Histor. Vnivers.

Cc

(a) Præcipua *Vitæ Bœclerianæ* Programmati funebri debemus.

ſertatio illa de Utilitate ex Hiſtoria Univerſali capienda, qvæ antea ſeparatim evulgatæ.

PHIL. LABBEI

§. XLIV. *Philippus Labbeus*, Bituricenſis Gallus, Societatis Jeſu, Rhetor. & Theol. Moralis Profeſſor anno CIƆIƆCLXXIV. vita defunctus, (a) plurimis incla- ruit ſcriptis: ex qvibus huc referri merentur: *Concordia ſacræ & profanæ Chronologiæ*, Pariſiis, anno CIƆIƆCXXXVIII. *Auctarium Concordiæ*: ibidem, eodem anno: *Epitome Hiſtoriæ ſacræ & profanæ*; Pariſ. an. LII. *Concordia Chronologica tomi V*. Rothomagi an. CIƆIƆCLXX. edita. Hac occaſione moneo, eundem Labbeum, *hortatu & impendio* Boineburgii (ſic ipſe loqvitur) (b) opus *elucubrare voluiſſe, ad luculentiorem omnis ætatis profectum, de notitia & uſu monumentorum veterum, qvæ exſtant, idqve ordine ſucceſſionis per ſecula formato, adeoq; & identidem adjecto auctorum delectu, argumento, nexu, fructu*. Maledicentiam Labbeanam perſtringunt Boſius Noſter, in *Schediaſmate de Comparanda Notitia Scriptorum Eccleſiaſticorum cap. II. §. XII.* & Iacobus Thomaſius *de Plagio literario §. CII.*

Scripta Chronologica.

IOH. IANI SVANINGII

§. XLV. Anno CIƆIƆCLXXVI. vivendi finem fecit *Iohannes Iani Svaningius*, Ripa-Iutlandus, Regiæ Scholæ Soranæ Rector, poſt in Samſoa maris Balthici inſula Præpoſitus, atqve Eccleſiarum Ons- ber-

(a) Ita Hallervordius in *Bibliotheca Curioſa* p. 335. ubi tamen delendum ſphalma typograph. & Konigius in *Bibliotheca*. VVittius in *Diario* habet an. 1667. 17. Martii. (b) in Epiſt. ad Pruſchenckium an. 1665. 25. Apr. ſcripta, qvæ eſt in Zollmanniana bibliotheca.

bergensis & Besserensis Pastor, præter *Colossum Nebucadnezaris, seu de qvatuor Monarchiis*, & *Chronologiam Danicam*; anno CIↃIↃCLXXI. ætatis LXXII. *Aureum Chronologorum Horologium, vigilantibus profuturum*, Hafniæ edidit: qvod uti ex Iani Birckerodii SS.Theol. Prof. P. ut & Fac. Philos. Decani censura apparet, jam mense Februario anno LXIX. fuit compositum. Duobus absolvitur qvaternionibus, sed tam eleganti methodo fabricatis, ut inter lectissima compendia Chronologica pridem retulerim. *Chronologic. Horologium laudatum.*

§. XLVI. *Iohannes Gabriel Drechslerus*, Wolckensteinia-Misnicus, SS. Theol. in Acad. Lips. renuntiatus Baccalaureus, Gymnasii Hallensis Collega, vir pius, probus, doctus, anno CIↃIↃCLXXVII. vita defunctus, anno CIↃIↃCLXXIV. edidit *Historico-Chronologicum Compendiorum Compendium, sine dispendio: in qvo omnes a nato CHRISTO Imperatores Occidentales & Orientales, cum vitis & symbolis, Reges Italiæ; Summi Pontifices, cum vitis; Concilia & Persecutiones; Patres & Doctores; Hæretici; Reges Persarum; Galliæ, cum vitis; Hispaniæ, Angliæ, Scotiæ, Sveciæ, Daniæ; Regna varia; Scriptores prophani; Res gestæ in Oriente & Occidente, tanqvam in nuce, ingenti memoriæ adjumento, exhibentur: cum indice multiplici, qvo ordine alphabetico, Imperatores, Pontifices, Concilia, Patres, Hæretici, Scriptores prophani, & Regna, adscripto seculo, facile evolvi possunt:* Francofurti CIↃIↃCLXXIV. Ex præfatione pauca qvædam subjicio: *Perfectam historiarum notitiam hisce præceptis juventuti instilla-* *DRECHSLERI Compendium Historico-Chronologicum.*

re, nec temere spero, nec audax intendo; nihilominus, dum primæ & civilis, & Ecclesiasticæ historiæ rudimenta methodice, secundum seculorum seriem trado: secula in annos dispesco, & margini adscribo; quæ observatu dignissima sunt, suo loco annoto: nihil est, qvod de fructu plane desperem.

HENR KIPPINGII — §. XLVII. *Henricus Kippingius*, Rostochiensis, ex milite Svecico Philosophiæ Magister, & scholæ metropolitanæ Bremensis Collega factus, anno CIƆIƆCLXXVIII. XXVIII. Febr. rebus humanis valedixit. *Recensus Hist. Univ.* Vir fuit multæ lectionis, ac scriptionis, ac inter reliqva nobis reliqvit *Recensum Historiæ Universalis novum & methodicum*, libris XXIV. qvo *continentur res gestæ summorum orbis imperiorum, & celebriorum per Europam, Asiam, Africam, gentium: describuntur origines & successus domi ac militiæ, emigrationes, mutationes, occasus illustrium Regum, Principum, Populorum, Virorum, a reparato generis humani statu post diluvium, serie continua, ad usqve præsentis anni curriculum: prolatis ad fidem abunde faciendam testimoniis Historicorum, Fastorum, veteris recentiorisqve ævi Annalium, summa fide, & industria* (sic habet titulus) *debita: nec non temporum supputatione ad marginem consignata, qvæ accuratissima perhibetur:* Bremæ & Francofurti anno CIƆIƆCLXV.

CHRISTOPH. SCHRADERI — §. XLVIII. *Christophorus Schraderus*, Oratoriæ in Academ. Helmstadiensi per complures annos Professor, Bergensis ad Helmstadium parthenonis Præpositus, & scholarum in Ducatu Brunsvvicensi, sed & studiorum meorum per annos aliqvot ob Salderianum

rianum ſtipendium Inſpector, anno CIↃIↃCLXXX. XXIV. Aprilis demortuus, *Tabulas* compoſuit *Chronologicas*, ab eruditis, diſcendiqve cupidis, multum æſtimatas, ac ob id ſæpicule recuſas, ac deniqve ad an. CIↃIↃCXCII. continuatas. Eædem a Chriſtophoro Arnoldo, Rupertinis in *Hiſtoriæ univerſæ Synopſin* Beſoldianam *Animadverſionibus*, additæ ſunt. *Tabulæ Chronologicæ.*

§. XLIIX. *Petrus Lambecius* Hamburgenſis, anno CIↃIↃCXXVIII. patre Heinone, Arithmetico etiam ſcriptis celebri, genitus, ex Gymnaſio patrio in Academias profectus Belgicas, in iſtis, ac porro itineribus Gallico-Italicis, ſumtibus avunculi, Lucæ Holſtenii, Canonici Romani, ac Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtodis primarii, ſtudia Iurisprudentiæ ac Polymathiæ, magna cum felicitate tractavit, ſed & amorem adverſus religionem Pontificiam contraxit. Enimvero Claudius Sarravius, Senator Pariſienſis jam anno CIↃIↃCXLVII. Salmaſio ſignificavit, Lambecium a Sirmondo & Milleterio perſvaſum, ad Pontificios defeciſſe. (a) Interim *Prodromo Lucubrationum Criticarum in A. Gellii Noctes Atticas*, ac *Diſſertatione de vita & nomine A. Gellii*, Pariſiis jamjam laudato anno editis, ac Holſtenio avunculo inſcriptis, (b) ap- *P. LAMBECII Summa vitæ.*

(a) Habuit hanc epiſtolam Marqvardus Gudius, teſte Ioh. Mollero in *Iſagoge ad Hiſtoriam Slesvico-Holſaticam parte 4. c. 8. p. 539.* ac memini laudatum Gudium anno 1676. ſingularia mihi multa de Lambeciana vita enumeraſſe. (b) Nactus ſum exemplar affabre compactum, cui hæc inſcripta: *Egregiæ indolis & optimarum artium ſtudioſiſſimo Iuveni IOANNI PLOCIO primum hunc ingenii fœtum decimo octavo ætatis anno a ſe editum donavit Petrus Lambecius Hamburgenſis I. V. L.* CIↃIↃCLI.

applausum jam Eruditorum haut vulgarem promeruit, sic ut totius *Gellii* recensio, ac *Macrobianæ in Gellium Exercitationes* avide exspectarentur. Romæ in aula Francisci Barberini, & propria doctrina, & patrocinio doctorum, florentissimi Cardinalis, integro mansit biennio, Tolosæ autem in palatio Archiepiscopali Caroli Montchalii, octo menses exegit. Historiarum in Gymnasio patrio professionem ineunte anno · LII. Rectoratum autem anno · LX. triennio post obitum Ioachimi Iungii, auspicatus est, cum aliqvot ante annis I. V. Doctor in Gallia esset renuntiatus. Qvod autem in solo natali non omnia fluerunt ad nutum, ac suspicionibus de heterodoxia ejus, qvorundam malevolentia accederet, inprimis autem tædium ob contractum infelix matrimonium (a) ipsum urgeret, haut difficulter a Christina, Svecorum Regina, Hamburgum delata, persvaderi sibi passus est, ut vix duabus hebdomadis post nuptias elapsis, patriam & uxorem, die XIV. Aprilis anno LXIV. relinqveret, ac per Magdeburgum, Lipsiam, Dresdam, Pragam, commigraret Viennam. Ibi ab Philippo Mullero, Soc. Iesu sacerdote, qvi a sacris confessionibus erat Leopoldo Imperatori, huic insinuatus,

(a) Videatur Mollerus *d. l. pag.* 538. Ipse *lib. I. Commentar. de Bibliotheca Cæsareæ pag.* 3. sic scribit ad Renatum Franciscum Slusium, Canon. Leodicensem & Electoris Coloniensis Consiliarium: *Si qvæsieris qvæ hæc sint ænigmata, hoc responso velim contentus sis: personas hujus dramatis, qvæ sordidissima avaritia sua & hinc profecta intolerabili iniqvitate, mutandi generis vitæ necessitatem mihi imposuerunt, indignas esse, qvarum memoria ad posteritatem propagetur.*

tus, VI. Maji clementissime admissus, ac brevi post torque aureo donatus est. (b) Exeunte Majo Italicum iter aggressus, Venetias venit XXIII. Iunii, ac inde discessurus, per literas Rectoratui Hamburgensi renuntiavit. Romam delatus, a Barberino Cardinali, Holstenii ex asse hærede, humaniter exceptus, dolorem tamen ob bibliothecam avunculi, ejusqve testamentum, dissimulare postea non potuit. (c) Romæ Alexandri VII. Pontificis pedes Augusto mense osculatus, ac post humanissimum colloqvium dimissus, seqventi die ad Papam rediisset, privatam ejus bibliothecam spectaturus; nisi infausta illa inter præsidiarios milites Corsicanos, & Creqvii legati Gallici ministros pugna, propositum turbasset: Factum tamen id postridie, non qvidem ipso Pontifice, sed Iacobo Ninio, supremo sacri Cubiculi Præfecto, præsente. Roma mox digressus, Florentiæ aliqvamdiu se ob bibliothecam Mediceam continuit, ac post Oenipontem abiit, Ferdinando Carolo Archiduci commendatitias Barberinianas oblaturus. Viennam rediit declinante Septembri, ac tum primum Bibliothecam spectavit Cæsaream: cujus non multo post Bibliothecarius vicarius designatus; sed ex qvo antecessori ejus, Matthæo Mauchtero, Theol. D. & Canonico cathedralis Ecclesiæ, factum satis, *Bibliothecarius*, itemqve *Historicus Cæsareus*, constitutus est. Factum hoc est mense Majo anni CIↃIↃCLXIII. & ex hoc tempore cle-

Fit Bibliothecarius Cæsareus.

(a) Vide ipsum d. l. p. 6. 7. (c) Vide iterum laudatum *Comm. de Bibl. Cæs. l. 1. p. 13.*

§. L. Præsentis etiam seculi anno octogesimo, octogenario major vita excessit *Tobias Wagnerus*, Heidenheimensis, primum Diaconus, post Pastor Eslingensis, mox SS. Theol. D. inde Ecclesiæ Tubingensis Decanus, illustris Stipendii Ephorus, Theologiæ Professor, demum Præpositus ibidem, atqve Academiæ Cancellarius. Conscripsit is *Historicarum Institutionum libros VII.* qvorum I. *de Historia in genere*, II. *de Monarchia in genere*, III. *De Monarchia I. Babylonica*, IV. *de Monarchia II. Persarum*, V. *de Monarchia III. Græcorum*, VI. *de Monarchia IV. Romanorum*, VII. *de Imperatoribus Romanis usqve ad Imp. nostrum Ferdinandum III.* agunt. Editio II. *accurate* (ut habet inscriptio) *recognita, multisqve in locis scitu dignissimis locupletata*, excusa est Vlmæ anno CIƆIƆCLIX. TOB. WAGNERI *Historicæ Institutiones.*

§. LI. *Fridericus Hildebrandus*, Northusanus, primum scholæ patriæ, post Mersburgensis, Rector, in vivis esse desiit XV. Decembris anno CIƆIƆCLXXXVII. ætatis LXXV. (a) Scripsit *Synopsin Historiæ universalis*, qvæ aliqvoties emendata, continuata, & aucta fuit. In historiis potissimum seqvitur Iohannis Cluveri *Epitomen*, in Chronologicis Christophori Schraderi *Tabulas*. Separatim prodiit *Supplementum & continuatio* hujus Synopseos, *continens Historiam præcipue nostri temporis, & res in bellis novissimis ab anno* CIƆIƆCLXXII. *ad annum usqve* XC. *gestis memorabiles*. FRID. HILDEBRANDI *Synopsis Hist. Vniversalis.*

§. LII. Circa annum CIƆIƆCXC. Francofurti vita defunctus est *Philippus Ludovicus Authæus*, P. LUD. AUTHÆI

Dd I.V.

(a) Acta Eruditor. Lips. *an. 1688. m. Ian. p. 48.*

Synopsis Historica. I. V. Doctorandus: cujus habemus *Synopsin Historicam de IV. Monarchiis*, Francofurti CIↃIↃCLXXXIII. editam. Incipit a diluvio, annoqve CIↃIↃCXIX. definit. In vetustioribus potissimum seqvitur Sleidani *Epitomen.*

§. LIII. Hactenus illos præsentis seculi Chronographos, ac universalis Historiæ scriptores enumeravimus, de qvorum anno, plerorumqve etiam die emortuali, nobis constitit: nunc autem illos secundum seriem alphabeticam afferemus, qvi itidem jam demortui, sed qvando id sit factum, nondum satis edocti sumus.

GABR. BUCELINI §. LIV. Ex his primus sit *Gabriel Bucelinus*, Ordinis S. Benedicti Monachus, Theologus Imperialis monasterii Weingartensis, Prior S. Ioh. Baptistæ in oppido Rhætiæ superæ Veldkirchensi. Hujus ΗμερΕνιαυτο-ΓενεαΧρονογραφίας *Nucleus, insigni lectionis variæ fructu locuples, Historiæ cum sacræ, tum profanæ cognitione compendiosissima atqve utilissima præstans, excolendæ juvandaqve memoriæ perqvam accommodus*, excusus est *Nucleus Historiæ.* primum Vlmæ anno CIↃIↃCLIV. post Augustæ anno CIↃIↃCLIX. Et *Sacræ* qvidem *Historiæ Nucleus* in priori editione a principio mundi exordiens, in nato Iohanne Baptista desinit: *Nucleus* autem *Historiæ universalis* e compendio & symbolis Annalium Ecclesiasticorum ipsius Auctoris excerptus, incipit a CHRISTO nato, finit in anno CIↃIↃCLII. Anno CIↃIↃCLIX. Augustæ impressum *Nuclei* hujus *Historiæ Vniversalis ad dies annosqve relata Auctarium, variis utriusqve fructibus fœcundum & locuples, plurimis,*

tam

tam ad Historiam ducentibus, qvam pertinentibus, Geographicis non minus, qvam Genealogicis tabellis instructum atqve adornatum est. Porro Francofurti anno LXIV. prodiit *Auctarii pars II. regnorum qvinqve Europæ celebriorum Chronologia utili compendio redhibita.* Huc etiam referas Ejusdem *Germaniam Topo-Chrono-Stemmatographicam sacram & profanam:* in qva *brevi compendio regnorum & provinciarum ejusdem amplitudo, situs & qualitas designantur, Chronologica dein relatione sacra profana Historiæ utiliter commiscetur, & juxta varios rerum successus propagatum per viros Apostolicos CHRISTI regnum, promota per Eruditos res literaria, aliaqve memoratu digniora describuntur. Recensentur ex ordine cathedralium Ecclesiarum Pontifices, & ab illis præclare gesta obiter memorantur, diversorum Abbatiali maxime titulo illustrium cœnobiorum catalogus texitur, & nonnullorum Præsides enumerantur. Germanæ demum Nobilitatis eminentia commendatur, & variis tabulis Stemmatographicis contra receptissimam multorum opinionem e vetustissimis monimentis familiarum præcipuarum origines docentur, & generationes deducuntur:* Augustæ Vindelicorum anno CIƆIƆCLV. Librum hunc B. Bosius alicubi non parum auxit observationibus mss. Fuisse Bucelinum ultra morem horum hominum non modo admodum humanum, & affabilem; sed & perspectis religionis nostræ principiis, externisqve ceremoniis, eidem haut iniqvum, ab illustri Prüschenckio, qvi non raro cum eo Ratisbonæ conversatus est, accepi.

Germania Topo-Chrono-Stemmatographica.

De Bucelino singularia.

At vero *in historia perqvam audacem illum deprehendit* Conringius, (a) *non certis & antiqvis testimoniis suffultum narrantem qvælibet, sed ex affectu animi huc illuc flexo: nec prout gestæ sunt res, sed ut geri potuerunt:* ubi tamen potissimum de ejus *Rhætia* agit, alibi a nobis adducenda. Hoc video, Bucelinum non semper expendisse scriptores, unde sua hauriret; sed omnia, prout offerebantur, corrasisse atqve convasasse: id qvod non potest non variis erroribus aperire januam.

FRANC. BVSSIERII

§. LV. *Franciscus Bussierius*, Bellijocensis Gallus, Soc. Iesu scriptor ingeniosissimus, Historiæ Vniversalis Compendium concinnavit Lugduni in Galliis editum, anno XLIX. sed postea auctum, ac anno LXI. cum seqventi titulo recusum. *Flosculi Historici delibati, nunc delibatiores redditi: sive Historia Vniversalis, tam sacra, qvam prophana, rerum memorabilium, tam pace, qvam bello gestarum, usqve ad annum* CIƆIƆCLVI. *Accessit huic Editioni Chronologia Principum, id est, series & successio Romanorum Pontificum, Augustiss. Impp. S.R.I. Electorum, Regum, Ducum, Principum, lectu non injucunda. Cui annectuntur de summis Pontificibus S. Malachiæ Prophetia, SS. Ecclesiæ Concilia, Schismata, nec non Symbola Cæsarum Aphorismis Politicis illustrata.* In editione Coloniensi anno LVI. qvæ primam Lugdunensem seqvitur, auctoris nomen non est expressum. Germanice hunc librum vertit *Ferdinandus Albertus*, Dux Brunsvvicensis ac Lunebur-

Flosculi Historici.

Germanice versi.

(a) in *Censura Diplomatis Ludoviciani* cap. 10. p. 177.

burgensis, Augusti, Germaniæ Nestoris, ex posteriori matrimonio filius, ante paucos annos demortuus.

§. LVI. *Georgius Fabricius*, Historicus Saxonicus celebris, scholæqve Misnensis per sex & viginti annos Rector, jam qvidem superioris seculi anno LXXI. vivere desiit: at qvia liber, de qvo mox dicemus, magis filii M. Iacobi Fabricii, qvam Patris diligentiæ (sic eqvidem existimo) debetur, & is præsenti ævo floruit, maluimus in hunc locum recensionem ejus rejicere. Nempe *Rerum Germaniæ Magnæ & Saxoniæ universæ memorabilium mirabiliumqve volumen* (duo sunt) *primum: qvo summa solummodo rerum gestarum, qvæ non tam priscis illis temporibus, antiqvorum Imperatorum invictissimorum, Regum, Ducum, & Principum celsissimorum & præclarissimorum Saxoniæ universæ, qvam recentioribus accidere plurima: Gubernationes itidem, & obitus eorundem, juxta Romanorum & Germanorum Impp. ab Augusto Cæsare, primo Monarcha, ex ordine inseqventium seriem: nec non sessiones Pontificum, Antistitum, ac Præsulum qvorundam, enarratione quadam succincta, secundam annorum numerum, usqve ad hæc præsentia tempora, currentemqve annum, congesta, evolvuntur, libris duobus contenta: altero vero volumine Rerum Misnicarum libris septem comprehensarum acta, brevissima recensione enodantur, & explicantur, una cum iis, qvæ auctarii loco his adjecta, & addita sunt, opera fideli & studio indefesso a* M. Iacobo Fabricio, *Auctoris filio, collecta:* Wittebergæ an. CIↃIↃCIX.

IACOBI FABRICII

Germaniæ magnæ & Saxoniæ memorabilia.

IOH. LVD. GOTHFRIDVS de IV. Monarchiis.

§. LVII. *Iohannes Ludovicus Gothfridus*, etsi Germanice Historiam Vniversalem scripsit, (a) tanta tamen id fecit cum industria, judiciiqve rectitudine, ut multis, qvi id Latiali egerunt lingva, merito eum præferre debeamus. Qvod etiam Bœclerus visus est agnoscere, dum *ad usum communem, epitomicum tamen, uberiorem & freqventiorem hunc scriptorem*, tradit. (b) Prodiit hic liber primum forma qvarta, Francofurti, anno CIƆIƆCXLIV. post ibidem forma majori, annis -LVII. LXXIV ac demum anno -LXXIII. Atqve hæ novæ editiones me faciunt dubitare de certitudine asseverationis, Viro summo *Iohanni Christophoro Wagenseilio*, a nonnullis factæ, ac si Augusta qvondam Sveciæ Regina, *Christina*, capta iconum, qvibus opus est distinctum, pulchritudine, typos emerit, & inaurari curaverit: & ob id librum cum suo ornatu amplius edi non posse. (c) Vbi desinit Gothfridus, sumtuosum illud Opus *Theatri Europæi* incipit: cujus *Tomum I. Iohannes Philippus Abelinus* ab anno CIƆIƆCXVII. ad annum -XXIX. continuavit. Tomus *secundus* ad an. -XXXIII. *tertius*, ad -XXXVIII. *qvartus*, ad -XLIII. *qvintus* ad -XLVII. *sextus* ad -LI. *septimus* ad -LVIII. *octavus* ad

-LXI.

(a) Titulus operis hic est: Historische Chronicka / oder Beschreibung der fürnehmsten Geschichten so sich von Anfang der Welt biß auff das Jahr Christi 1619. zugetragen. Nach Abtheilung der 4. Monarchien; und beygefügter Jahr-Rechnung auffs fleissigste in Ordnung bracht. (b) *de Vtilitate ex Hist. Univ. contextu capienda. p.16.* (c) Vide Wagenseilii *Diss. Epist.* ad Ioh. Fechtium *de Infundibulo suo*, hoc ipso anno 1693. editam.

LXI. *nonus* ad LXVI. *decimus* ad LXXI. *undecimus* ad LXXIX. *duodecimus* ad LXXXVII. pergunt. Licet autem in vasto illo opere plurima reperiantur obelo notanda, transfigendaqve, nec collectores debitam semper industriam adhibuerint, atqve prudentiam; habebit tamen Ecclesiasticæ non minus, qvam civilis Historiæ Studiosus, qvod in usum publicum privatumqve ex eo converterit: modo satis ipsi fuerit ocii singula curatius cognoscere, falsaqve a veris discernere. Atqve idem judicium esto de *Diario*, qvod sic vocari meruit, *Europæo*, vel ob id etiam multum æstimando, qvod integra Acta publica cum fide optima recenseat, ac insuper variæ scriptiunculæ, separatim alioqvin editæ, & brevi se subducentes, aut carius, si postea desiderentur, redimendæ, his voluminibus insertæ sint. Cœpit iste labor cum anno CIↃIↃCLVII. desiit anno CIↃIↃCLXXIX. Nec contemnendæ sunt *Relationes Historicæ memoratu digna rerum præcipuarum toto terrarum orbe gestarum:* studio & opera *Ernesti Bogislai Moscherosehii*, Lib. Reip. Francof. Procuratoris, cœptæ. Neqve enim hæ vulgares illas semper seqvuntur Novellas, sed & alia scripta, momenti ponderisqve majoris. Atqve o utinam clarissimus Auctor in instituto perrexisset, qvod anno LXXXVII. cœpit, nempe peculiari capite *de re Academica & literaria nostri temporis in Germania* agere. Qvid? qvod ipsa etiam freqvens & diligens *Historicarum Novellarum* lectio non parum faciat ad promovenda utriusqve Historiæ studia. Et vero non diffiteor, nun-

De Diario Europæo.

De Relationibus Historicis Latinis Francofurt.

De lectione Novellarum Historicarum.

nunqvam ad excolenda a pueris studia Historica ita me comparavisse, nisi paterna manuductio in legendis istis Novellis fundamentum hac in re jecisset. Qvicunqve autem cum vero studiorum fructu id voluerit facere, diligenter antea, svadeo, legat *Christiani Weisii*, ingeniosissimi æqve ac doctissimi, sed & mihi amicissimi Viri, *Christiani Weisii*, Schediasma curiosum, *de lectione Novellarum, qvantum scilicet illæ usum habeant in Geographicis, Historicis, & Politicis, imo qvovis curiosorum genere.* Cui etiam addidit *Specimen, qvasi Nucleum Novellarum, scilicet ab anno* CIↃIↃCLX. *ad annum usqve* LXXVI. Qvod scriptum Weissenfelsensibus typis exscriptum est dicto anno LXXVI. Non nego qvidem, abuti multos Novellarum ejusmodi lectione: id qvod egregie docuit pientissimus æqve ac eruditissimus, diligentissimusqve Politicus, ac Iureconsultus, *Ahasverus Fritschius*, in discursu, *de Novellarum hodierno usu & abusu*, Ienæ LXXVI. edito: sed, ut in tempore accedat Præceptor bonus, qvi bona a malis discernere, ac istud etiam nimium nova audiendi narrandiqve studium, qvo olim Athenienses flagrabant, pie coercere noverit, moneo, voveoqve. Qvi externa tantum, & ipsas res gestas, ac non item ad illarum origines, rationes, mutationes, circumflexiones, qvam maxime autem ad divinam, qvæ hæc mundana mirifice ad sui gloriam, ac bonorum salutem, moderatur, respexerit providentiam, toto aberrabit cœlo, certe pro nucleo putaminibus delectabitur.

Christ. Weisii Schediasma de lectione Novellarum laudatur.

ut & Ahasveri Fritschii de Novell. usu & abusu.

§. LIIX. *Mai-*

§. LIIX. *Martinus Sylvester Grabe*, SS. Theol. D. & Historiar. in Academia Regiomontana Prof. P. nec non Electoralis Bibliothecarius (a) composuit *Tabulas Synopticas Monarchiarum IV. regnorumque parallelorum quindecim.* Secundis illæ curis Rostochii impressæ anno CIↃIↃCLXXII. Singularem in iis conficiendis non modo industriam adhibuit Auctor; sed & plures rariores libros in illis commendavit lectoribus. *MARTINI SYLVEST. GRABE* *Tabulæ Synopticæ Monarchiarum.*

§. LIX. Qvod *Iohannem Ionstonum* Medicinæ Doctorem, Cibeniaci (b) in Lignicensi Principatu Dominum, huc referam, non alia de causa factum est, qvam qvod, cum jam notitia de eo esset excudenda, haberetqve in manibus schedam meam, typographus, commodum mecum communicaret amicus qvidam Eliæ Thomæ memoriam Ionstonianam, cum elogio *Lampadis Perenni-Lucæ*, Germanice tamen scriptæ, Brigæ Silesiorum excusam: ex qva virum celeberrimum anno CIↃ IↃC LXXV. VIII. die Iunii vita defunctum apparet. Et vero qvoniam huic scripto juncta qvoqve est vitæ Ionstonianæ in vernacula nostra recensio, ex eadem potiora placet repetere. Nimirum ex perantiqva, & generosa Ionstonorum de Crogborn familia Scotica oriundus patrem habuit Simonem, avum Iohannem, genitricem *Annam Beckeriam*, in egenos admodum liberalem, ac ob id *matrem eleemosynarum* dictam; aviam *IOH. IONSTONII Vita.*

Ee

(a) Nuper me mihi detraxit amicus, *Grabium* deniqve in Pomerania munere Ecclesiastico auctum, ante sexennium decessisse.
(b) Siebendorff.

aviam paternam, Marianam, Iohannis Mori, Domini ab Anneston filiam. Natus est anno cIɔIɔcIII. XII. Septembris Sambteræ in majori Polonia: annoqve XI. menſe Martio, Oſtrorogam, ubi tum Eccleſia ac ſchola erant Confeſſionis Bohemicæ, miſſus, Ambroſio Haleſio commendabatur. Ibidem in annum XIV. ſubſiſtens, Iohannem Hypericum, Iohannem Cunradium, Gregorium Zgnielezcium, & Davidem Vrſinum, audivit, multum ſuper commilitones proficiens. Laudati anni menſe Novembri ad Gymnaſium Beuthena-Viadrinum miſſus, in Germanicis ac Græcis, Ambroſium Schneevveisſium, Henricum Reselium, & Davidem Scandeſium; in Ethicis & Hiſtoricis, M. Schœnium; in Muſicis, Abrahamum Bernhardi; in Logicis, Rhetoricis, ac rudimentis Theologicis, M. Adamum Libigium, doctores nactus eſt. Matre anno XVII. ac patre, ſequenti anno, demortuis, a patruo Franciſco Ionſtono, & reliqvis tutoribus domum revocatus eſt: ſed paulo poſt cœpta ſtudia majori continuavit ardore, operam in iis ſentiens adjutabilem Caſparis Dornavii, Danielis Vechneri, Petri Titii, Ieremiæ Coleri, Matth. Polenii, & Balthaſaris Exneri. Anno XIX, qvi ætatis erat ſextusdecimus, ad Gymnaſium ablegabatur Thorunienſe, ubi ſub D. Iohanne Turnovio, in Theologicis; Cunrado Graſero, in univerſali Hiſtoria; Freitagio, in Phyſicis; Baſilio Clobero, in Philoſophia practica; Iohanne Tamnitzio in Metaphyſicis, præclaros hauſit profectus, ſemel etiam in ſplendida Senatus

&

& Eruditorum concione, de *fraudibus contra Lipsium* perorans memoriter. Anno -XXII. Thorunio relicto, cum domi rebus prospexisset privatis, Gedano in Angliam navigavit, ubi mox Cottono, Theol. Licent. Roberti Cottoni, Eqvitis eruditissimi, & antiqvitatum amantissimi, cognato, innotuit. Hinc in Scotiam concedens, Academiæ Andreanæ, Regioqve ibidem Collegio nomen dedit, inqve annum -XXV. studia magno cum fervore illic prosecutus est: impense vero dolens postea, qvod multas bonas horas in rimandis Scholasticorum tricis consumpsisset. In Hebraicis tamen qvæ addidicit, in tantum valuere, ut etiam alios hanc lingvam docere potis esset. Non parum autem sibi gratulabatur, qvod in Historia Ecclesiastica ducem accepisset fidum, Iohannem Gladstonum, Academiæ tum temporis Rectorem, qvi bibliothecæ suæ usum ei non negavit. Archiepiscopus illa tempestate Andreanus erat Iohannes Spotsvvodus, Scotiæ Primas, Regniqve Cancellarius, cui ab Archithesaurario regni, Comite Marria, commendatus, ab eodem inter duodecim alumnos Regios recipiebatur. Cum his qvia ex singulari decreto triga semper Professorum victum capere necessum habet, dici non potest, qvantum horum dissertationes familiares ei fuerint fructuosæ. Et vero in his Professoribus præcipue utebatur D. Hovæo, D. Wedderburio, post Episcopo, & D. Melvinio, Hebr. L. Prof. nec minus etiam singulariter eum diligebant Marchio Argothelanus, & Comes

 Ares-

Areskinius, Comitis Marriæ filii. Præterea Iohannes Gimoldus, Archiepiscopatus Andreani Cancellarius, qvo per vertentem annum usus hospite, ejusqve fratres, Iacobus, Wilhelmus, & Georgius, non parum ei favebant: sic qvidem ut Bibliotheca ipsi multum pateret, ac præscitu etiam Bibliothecarii, domum deferre posset libros. Anno. xxv. domum contendens, in Oceano Norvvagico, ac iterum in Hellesponto Danico, summum vitæ adiit periculum: salvus tamen Gedanum deniqve pervenit, ac per Thorunium, Sambteram perveniens, rebus domi confectis, in Scotiam reverti cogitabat. Erat hoc tempore in Polonia, ob luem pestiferam, calamitas ingens, adeo ut ipse per aliqvot hebdomadas in sylva qvadam se continere cogeretur. Divina attamen providentia fecit, ut studiis moribusqve præficeretur Vladislai, & Andreæ, filiorum Comitis Kurtzbachii & Zavvadæ, qvibuscum Lissæ mansit in annum usqve xxviii. Exin præcipue sese consecrans studiis Medicis, conscribere cœpit *Thaumatographiam*, elegans Historiæ Naturalis enchiridion. Mense Iunio in Germaniam profectus, in Francofurtana Academia, cum Pelargo, Bergio, & Franco, Theologis, cumqve Medico Scarlachio, itemqve Philosophis, Ursino, & Magiris, freqventer conversatus est. Lipsiæ cum fratribus Avianis contraxit amicitiam, ac Wittenbergæ, Franzium, Sennertum, & Iacobum Martini; Zervestæ, Wendelinum, & Becmannum; Magdeburgi Svevum; Berolini, Electorales concionato-

nato-

natores aulicos, Mencelium & Crellium salutavit. Anno XXIX. per Albim Hamburgum, post Groningam, ac porro commendatitiis D. Magdovelli, militaris dicasterii præsidis, olim Andreani Philos. Prof. Scotici, commendatitiis instructus; Franeqveram devenit, ubi per annum studiis medicis operatus est. Ibidem Gomarus, Winsemius, Mauovius, Schotanus, Amesius, Verhelus, & Amama summopere eum dilexerunt, ac nobilis ille Mathematicus, Adrianus Metius mathematica instrumenta sua ipsi commonstravit. Anno ineunte XXX. Lugdunum se contulit, in anatomicis, sub Heurnio & Falckenburgio; in botanicis sub Adolpho Vorstio, sese exercens strenue. Et hic qvidem uti *Thaumatographiam* finivit; ita *Enchiridion* illud *Ethicum* congerere cœpit. Porro a Gerhardo Johanne Vossio, & Matthia Martinio, Archiepiscopo Cantuariensi commendatus, cum in australi Hollandia aliqvot spectasset urbes, & in Zelandia qvoqve Vlissingam & Mittelburgum; inde navigavit in Angliam, Londiniumqve pervenit incolumis. Iam Edmundus ille Wilsonus, etiam per incommodam ob angustias intestinorum valetudinem impense diligens, idemqve summe doctus vir, medicinæ arcana ei aperuit complura: qvod magis etiam fecit Robertus Fluddus a Fluctibus: ac insuper a Iohanne Hunniade, & Thoma Coco, Chemicis nobilissimis, modos in hac arte procedendi varios addidicit. Sæpius invisebat mechanicum celebrem, Cornelium Drebellium, qvi varia ei instru-

menta, ad inveniendum perpetuum mobile, conspicienda dabat, & hæc inter tubum opticum, cujus ope, nocte astris relucente, ad mille passus literas liceret legere. Præterea Iohannis Willioni, Episcopi Lincolniensis, Decani Westmonasteriensis, & sub Iacobo Rege Cancellarii, D. Primerosii, Sacellani regii, Iohannis Pymii, præcipui Assessoris Parlamenti, favorem locupletem est expertus. Hinc ad perantiqvam Cantabrigiensem Academiam profectus, a Wardo, Collinio, & Iosepho Medo, Doctoribus, perhumaniter excipiebatur: scripsitqve, ac edidit ibidem libellum de *Constantia Naturæ*, ut & alium *de qvatuor Monarchiis.* Qvasi vero in salutem Ionstoni concursare videretur fortuna, eodem ferme tempore, Primerosius, Archithesaurario Hybernico, ad certum munus; D. Nicolaus Vedelius, ad Professionem Philosophicam in Gymnasio Daventriensi, ipsum commendarunt; Palatinus autem Belzicensis, Weivvoda Belczkius, ad Ephoriam qvandam evocavit. Et hanc qvidem vocationem, amore soli patrii, præ reliqvis amplexus, jam lingvæ gnarus Anglicanæ, mense Iulio, cum classe Archithalassi Hamiltonii in Daniam navigavit: deinde inter comites Ducis militiæ Leslii receptus, Wolgastum pervenit, ac porro per Stetinum & Landsbergam, ubi tamen lues vehementer grassabatur, anno xxxi. exeunte Augusto, Lisam attigit. Hinc Varsaviam ad Belzicensem Palatinum pergens, negotio de Ephoria composito, in mensem Ianuarium anni seqventis apud eundem commora-

tus est: cum interea temporis ab Evangelica Synodo in minori Polonia ad Rectoratum Gymnasii Belzicensis vocationem necessum haberet declinare. Anno - xxxii. mense Februario, Bogislaum Comitem Leznovium, qvi postea in majori Polonia Imperator militaris, ac regni factus thesaurarius, itemqve Vladislaum Dorostoysckium, Marscalci Lithuaniæ filios, in Belgium ducturus, Stetinum, Gryphsvvaldiam, Stralsundam, Rostochium, Wismariam, Lubecam, Hamburgum, Embdam, Gröningam, Leovvardiam transiens, Franeqveræ in Augustum mansit: unde Lugdunum commigraturus, Enckhusæ celeberrimi illius Paludani rariora naturæ potissimum cimelia, qvæ deinceps in aulam Holsato - Gottorpiensem translata, spectavit. Lugdunum perveniens, cum magnis viris, Heinsio, Golio, Cunæo, Polyandro, Riveto, Vorstio, L'Empereurio, Burgersdicio, Thysio, Dedelio, ac inprimis Claudio Salmasio, amicitiam contraxit: ex qvibus fere nemo fuit, qvi non ad Bibliothecam suam perlibenter eum admiserit. Deinde officinas monetarias cum Comitibus suis invisit Dordraci, & Hardervvici: atqve ex singulari decreto Belzicensis Weivvodæ arcana fabricæ monetariæ, artisqve metalla explorandi (a) curiose rimatus, familiaritate interim Iohannis Beverovicii, Ioh. Isacii Pontani, ac Antonii Matthæi Icti, doctissimisq; eorum colloqviis freqventius usus est. Interim Lugduni in gratiam suorum Comitum, *Sceleton Historiæ Universalis* conscri-

(a) die Probierkunst.

ſcripſit, dieqve xv. Aprilis Doctoris Medici elogium ex merito accepit. Sic menſe Majo trajiciebat in Angliam, ac relicto Londinio, Oxoniam primo, poſt ſeſe contulit Cantabrigiam: ubi in concilio Procerum præſtito juramento, inter Doctores Academicos receptus, omnium privilegiorum factus eſt particeps. Mox eum, & ſua, & fidei ſuæ creditorum Comitum curioſitas deduxit in thermas Bathenſes, Briſtolianas, & Neo-Sarisberienſes: & hic qvidem ab Epiſcopo Iohanne Davenantio honorifice excepti ſunt. Londinium regreſſus Ionſtonus, Bibliothecario regio, Patricio Iunio, ac illuſtri Viro, Iohanni Seldeno ſe inſinuavit. Poſtqvam etiam reverſos, Cantuariam, Emericus Caſaubonus, Iſaaci filius, perhumaniter acceperat, dimiſeratqve, ex Darverno (a) ſolventes, in portum Iccium (b) delati, Gravelingam, Duinkerckam, Oſtendam, Brugas, Gandavum, Bruxellas, Antverpiam, ac Lovanium inviſerunt: ubi Noſter Erycium Puteanum ſingulariter ſibi divinxit. Porro Montibus, Hannoniæ metropoli, Valentinianis, ac Cameraco perluſtratis, per Picardiæ urbem Peronam, ac Sylvanectum (c) Lutetiam Pariſiorum profecti, qvicqvid ibi viſu, auditu, lectu dignum, obſervarunt. Qvod autem Ionſtonus, a Salmaſio Puteanis fratribus erat commendatus, iisdem intercedentibus, tam regia, qvam Thuanea bibliotheca ei patuit freqventius. Agebant tum temporis Pariſiis Samuel Petitus, & Andreas Rivetus, excellentes inter Reformatos Theologi,

(a) Douvres. (b) Cales. (c) Senlis.

gi, religionis suæ negocia ibidem procurantes: in qvibus non minus,ac in aliis viris celeberrimis,præcipue Drelincurtio, Claveo Thevartio Riolano, Morello, patronos ac fautores invenit. Mense Martio anni-xxxv. Stampas (a) Aurelianum, Blesas, Turonas, & per Ligerim, Salmurium profectus, ibidem celebratissimam Philippi Mornæi, Plessiaci Domini bibliothecam pervolutavit: ubi mirifice ipsum affecit qvoqve conversatio cum Mose Amyraldo, Ecclesiaste & Prof. Theologo, Duncano, Medicinæ Prof. Huyssenio, Advocato regio, Patricio Piblæo, Regente Academiæ, suo olim Beuthenæ contubernali. Septembri mense porro per Ligerim ad Oceanum usqve meridionalem contendens, Andegavum, Rupellas, Burdigalam, Agennum, domicilio ac sepulchro Iulii Cæsaris Scaligeri nobilitatum, nec minus etiam Montalbanum, Tolosam, Carcassionem, Lesignanum, Bliteras (b) vidit: hic qvidem a Gubernatore Occitaniæ (c) Schombergio Principe, clementer admodum tractatus. Postea Montem Pessulanum, Collegio & horto medico illustrem, profectus, Francisco Ranchino, Consiliario Regio, & Archiatro innotuit. Nemausi (d) Amphitheatrum Alexandri Severi Imp. prope integrum, ac rudera templi Dianæ non incurioso oculo perlustravit. Ex qvo amicitiam cum Samuele Petito renovaverat, pontem Caji Marii, qvem nunc vocant *Gardium*, inter duos montes ex lapidibus qvadratis constructum, intuitus,

(a) *Estamps.* (b) Beziers (c) *Languedoc.* (d) *Nismes.*

ſus, Arelatum contendit, & Maſſiliam. Exin Lugdunum cogitans, medio Octobri, per Aqvas Sextias, ubi thermæ fere collapſæ, Avenionem, Arauſionem (hic eum, & Comites, Chriſtophorus Comes a Donau liberaliter habuit) Valentiam, Iulii Pacii Icti doctrina clariorem redditam & Viennam abiit. Lugduno ne deſcenderet Genevam, peſtis ibi graſſans prohibuit: unde Auguſtam Taurinorum (a) iter facturus, Camerinum (b) Sabaudiæ metropolin, ac per avia montana, ad nobilem illam Carthuſiam, Generalis hujus ordinis ſedem, perrexit. Vidit etiam pro invincibili tum habitam Montismeliani (c) arcem: ſed inde digreſſus, cum die XXIII. Octobris per Alpes eqvitat, in ſummum vitæ diſcrimen incurrit. Nam dum in crepuſculo eqvus qvidam ductori ſe ſubducit, ac ab Ionſtono, & nonnullis aliis reqviritur; (ceteri jam præceſſerant) is ex præcipitio montis in aqvam delapſus, tamdiu cum undis luctatur, donec agreſtes ex proximo vico cum facibus advolantes, opem ei tulere, ac lacui extractum in viam reduxere. Taurino digreſſus VII. Novembris per Ducatum Salutianum (d) Carmaniolam (e) ac partem Ducatus Montisferrati (f) Savonam, caſtrum Genuenſium pervenit, non ſine periculo, qvod a latronibus, qvos Banditas vocant, ipſi ac comitibus imminebat. Ex portu Genuenſi ſolvens, Segeſtam (g) appulit: unde Sergianum, Maſſam, Pe-

(a) *Turin.* (b) *Chamberi.* (c) *Montmelian.* (d) *Saluzo.* (e) *Carmagnole.* (f) *Monferrato.* (g) *Seſtri.*

Petram ſanctam, Piſas, Florentiam, ac deniqve Senas (a) pervenit. Hic febri qvotidiana, quæ ab extremo anno ſuperiori in Martium anni XXXVI. ipſum exercuerat, defunctus, Romanum iter aggrediebatur: relictisqve Aqvula (b) & monte Phyſconis (c) (hic Erneſtus, Marchio Brandenburgico-Jägerndorfius acceſſit comitatui) Viterbio, & Monte Roſulo (d) Romam aſſeqvitur die XIII. Martii. In urbe ſtatim aſſecutus eſt favores Pozzani, (e) eqvitis S. Stephani; Lucæ Holſtenii Hamburgenſis, & Thomæ Aldini: qvorum alter Barberino Cardinali a ſecretis; alter ejus archiater, ac Chemicus erat. Compendio illo orbis, ejusqve dotibus ſatis pro tempore perluſtratis, accinxit ſe ad iter Neapolitanum, ac Neapolin pervenit die Aprilis tertio, cum Veletras, Anxur (f) Sulmonem (g) Privernum (h) Fundos, (i) Capuam, & Averſam tetigiſſet. Viſis ad Neapolin variis naturæ, ſed & quibusdam humanæ artis miraculis, Romam revertebatur: ac mox Lauretum perrecturus, Ocriculum, Narniam, Interamnam (k) Spoletum, Maceratam pertranſiit: donec Ancona, Senogallia (l) Piſauro (m) Arimino (n) Cæſæna, Foro Livii (o) ac Cornelii (p) relictis, Bononiam, adventaret. Hinc porro itum Ferrariam, (q) ac Pado per Foſſam Claudii transmiſſo, in Adriaticum mare, ipſasqve Venetias delatus eſt. Solennem ibi à

(a) *Siena.* (b) *Aqq. pendente.* (c) *MonteFiaſco.* (d) *Monteroſi.* (e) *Del Pozzo* (f) *Terracina.* (g) *Sermonetta.* (h) *Piperno.* (i) *Fundi.* (k) *Terni.* (l) *Sinigalia.* (m) *Peſaro.* (n) *Riminj.* (o) *Forlivi.* (p) *Imola.* (q) *Ferrara.*

Duce factam maris desponsationem, ut & thesaurum S. Marci vidit. At Patavii dum agit, triste accipit nuntium, de obitu Belzicensis Palatini: unde altera feriarum Pentecostalium, Patavinæ Academiæ valedicens, festinato itinere, per Marchiam Tarvisianam, Carinthiam, Stiriam, Austriam, Moraviam, superiorem Silesiam, rediit cum suis in Poloniam, ac festo S. Iohannis Baptistæ Lublinium accessit. Aula tum regalis erat Vilnæ, ubi postqvam funebribus interfuerat solemnibus, per Lembergam contendebat Lissam, eoqve xv. Novembris Comites curæ suæ commissos salvos reduxit. Etsi autem cum eo agebatur de Bogislao Radzivilio, Principe Lithuanico, ad exteras terras deducendo, tamen jam peregrinationum satur, maluit talento suo, & Deo, & proximo, domi inservire: ac ob id anno xxxvii. uxore ducta Rosina, Samuelis Hortensii filia, eademqve brevi demortua, anno seqventi alteram sibi junxit Annam Rosinam, Matthæi Vechneri, Archiatri Polonici, filiam unicam: cum qva per annos xxxvii. concorditer vixit, ac cum Matthæus, Iohannes, & Anna Maria, liberi decessissent, ex relicta gnata unica, Anna Regina, Patritio Vratislaviensi, Samueli a Schaff, nupta, nepotem cum gaudio vidit Iohannem Samuelem. Anno XLII. ab Electore Brandenburgico ad Professionem Medicam Academiæ Francofurtensis, & alio tempore a Lugdunensis Academiæ Curatoribus, ad hanc vocabatur. Sed & istas, & vocationes illustres alias, præ amore vitæ privatæ, modeste rejecit: ac forte Poloni-

loniam deseruisset nunqvam, nisi Cosacici primum, post Svecici belli flamma latius se diffudisset, ac regnum universum concussisset magnopere. Sic igitur Georgii Rudolphi, Ducis Lignicensis, Bregani ac Wohlaviani, peculiari gratia permotus, Zibendorfium, nobile Ducatus Lignicensis prædium coemit, ac Cibiniacum appellans, literis in illo, ac praxi medicæ summa cum diligentia invigilavit. Qvamvis autem ipsum anno ætatis LVI. familiaris doctorum tortor, morbus ille hypochondriacus, invaderet, ita tamen ei ivit obviam, ut ad annum usqve septuagesimum parum ejus senserit insultus. Annum ætatis attigit LXXII. (is erat, ceu ante dixi, præsentis seculi LXXV.) qvo placide in CHRISTO Servatore obdormivit VIII. Iunii, XXX. Septembris Lissæ in majori Polonia perhonorifice sepultus. Ex libris ab ipso compositis pluribus, ad propositum nostrum facientes jam laudavimus de *Qvatuor Monarchiis*, & *Sceleton Historiæ Universalis*. Et ex his procul dubio nata est *Historia Civilis & Ecclesiastica, ab orbe condito, ad annum* CIↃIↃCXXXII. qvæ sæpius & in Germania, & in Belgio recusa, demum a nonnemine ad annum CIↃIↃCXC. continuata est. Additur *Applicatio gemina historiæ, tum civilis, sub IV. monarchiis, ad Colossum Danieliticum, tum Ecclesiasticæ, ad Prophetiam Apocalypticam.* Ejusdem exstat *Polyhistor, seu rerum ab ortu universi ad nostra usqve tempora, per Asiam, Africam, Europam, & Americam in sacris & profanis gestarum succincta & methodica enarratio*: item, *Polyhistor continuatus*,

 sive

ſive rerum toto orbe a Carolo M. ad Albertum II. Auſtriacum, in Europa, Aſia, Africa, America geſtarum, tam ſacrarum, qvam prophanarum ſuccincta & methodica ſeries, libris ſex abſoluta. Et hoc qvidem ſcriptum geminum cum anno CIↃIↃCLXVII. in hac Academia recuderetur, celeberrimum Noſtrum Boſium multum in eo emaculando deſudaſſe, novimus.

H. KITSCHII Chronologica cum exegeſi Hiſtorica.

§. LX. *Henricus Kitſchius*, Lipſienſis, Anhaltinus in aula Deſſavienſi Bibliothecarius, tum aliis inclaruit ſcriptis, tum *Normis Chronologicis miſcellaneis, una cum earundem exegeſi hiſtorica rerum memorabilium ab anno* CIↃIↃ. *usqve ad annum* CIↃIↃC. Lipſiæ anno CIↃIↃCX.

IOH. LÆTI Compendium Hiſtor.

§. LXI. *Iohannes Lætus*, auctor eſt *Compendii Hiſtoriæ Civilis & Eccleſiaſticæ, tam Romanæ, qvam Proteſtantium*, ab Auguſto Imp. ad annum usqve CHRISTI CIↃIↃCXL. Prodiit Lugduni Bat. anno CIↃIↃCXL. Amſtelodami anno - LIII. Continuavit hunc Lætum *Ioachimus Fellerus*, Prof. Lipſienſis.

a Fellero continuatum.

PAULI PIASECII

§. LXII. *Paulus Piaſecius*, Polonus, circa annum CIↃIↃLXXIX. natus, adoleſcens novendecim annorum (anno CIↃIↃXCVIII.) ſtudia ſua tractavit Romæ, (a) annoqve CIↃIↃXCIX. Clementis VIII. ſolemnia Iubilæa ibidem ſpectavit. (b) Anno CIↃIↃCXXV. Abbas Claræ Tumbæ (c) annoqve - XXVII. Camenecenſis (d) ac deniqve Epiſcopus Præmislienſis factus eſt. Hujus illuſtris viri habemus *Chronica geſtorum*

(a) Ipſe Piaſecius in *Chronicis* pag. 194. (b) Idem p. 207. (c) Idem pag. 440. (d) Idem pag. 469.

storum in Europa singularium, Cracoviæ primum anno CIƆIƆCXLVIII. ac (n si nos fallit inscriptio) eodem anno etiam Amstelodami excusa. Incipit a Stephani Battori, Principis Transsylvani in Regem Polonum electione anno CIƆIƆLXXV. desinit in anno CIƆIƆCXLVIII. Inscripsit elegantissimum opus Iacobo Piasecio, Abbati Claræ Tumbæ, Vladislai IV. Regis Secretario, nepoti suo: ad qvem de instituto suo sic præfatur: *Talis erit ratio hujus instituti, qvod nonnisi mei temporis memorabilia, qvæ diligenti studio ex relationibus non suspectis conqvisivi, & plura, qvibus ipse interfui, singula in suis annis signabuntur. Istorum vero principia, quæ meam memoriam superant, ex commentariis fidei probatæ summatim collecta præcedent, qvo melius totius narrationis cohæreat argumentum. Vnde primum acta antecedentis ætatis in compendium contracta sub Imperio Regis Poloniæ Stephani ponentur, deinde mea coæva ab initiis regni Divi Sigismundi III distinctius in ordine annorum succedent.* Claudit deniqve librum verbis seqventibus: *Vsqve huc, mi Nepos, tibi meum desudavit ingenium, dum adolevit tuum. Exin vero*

Nosce tuapte tuum seclum, memoranda futuro
Scribe, malis ne cede, meosqve imitere labores.

Chronica gestorum in Europa singularium.

§. LXIII. Auctor ille *Synopseos Historiarum*, Moguntiæ anno CIƆIƆCXLIV. editæ, qvi non nisi initiales nominis sui literas, nempe G. P. a S. prodere voluit, a Nimrodo incipiens, inqve capta Constantinopoli anno CIƆCCCCLIII. desinens, utut in præfatione

AVCTOR Synops. Historiar. G. P. a S.

ne ad lectorem opellam extenuet, non tamen laude boni epitomatoris defraudandus est.

STRATEMANNI Theatrum Historicum.

§. LXIV. *Wilhelmus Stratemannus*, Osnabruga-Westphalus, in hac ipsa Academia Ienensi anno CIƆIƆCLVI. concinnavit *Theatrum Historicum, exhibens memoriæ juvandæ causa per decem Exitus, & per omnia secula, omnes Reges, Imperatores, Pontifices Romanos, viros celebres ---- universarumqve Historiarum sacrarum & profanarum seriem, a mundi origine ad dictum annum.* Sæpius postea hic liber est recusus, ac demum ante biennium Francofurti.

§. LXV. Atqve sic etiam illos Historiæ Vniversalis scriptores recensuimus, qvi hoc ipso seculo de vita decesserunt, sic tamen, ut plerorumq; tempus obitus nondum nobis innotuerit. His deniqve subjungemus, ordine alphabetico, qvi, qvantum nobis constat, adhuc dum sunt in vivis.

IOH. BVNONIS

§. LXVI. *Iohannes Buno*, Franckenbergensis, postqvam in Marburgensi, Sorana, ac Regiomontana Academiis cum laude vixit, in Gifhornensi Ducatus Luneburgici, post in Luneburgensi ad S. Michaelem schola Rectorem, itemqve in illustri, qvod ibidem erectum erat, Gymnasio Professorem, cum summo juventutis fructu, egit: nunc etiam a compluribus annis, in æde Michaelitana Pastor, & Inspector optime meritus: magnus & B. Parentis mei, sed & meus singularis amicus: cui porro vividam ac revirescentem senectam ex animo apprecor. Dici non potest, qvanto cum applausu excepta fuerit

sit ejusdem *Universæ Historiæ cum sacræ, tam profanæ Idea a condito ad præsens ævum deducta*: sicut ab illo tempore, qvo primum cœpta edi (factum id, ni fallor, anno LXIV.) pluries recusa, ac semper aucta sit. Præfationem habet duplicem: qvarum una, *Regnum Daniæ ab antiqvis temporibus hæreditarium fuisse ostendit*; altera vero *de Historiæ agit constitutione*. Idem etiam celeberrimus vir in Historia universa per artificiosas imagines instillanda, non modo sollicite, sed & feliciter elaboravit. *Idea Historiæ Universæ.*

§. LXVII. *Gregorius Blech*, Lubenavia-Lusatus, scholæ Michaelitanæ in patria mea Luneburgo per complures annos Conrector, ac demum in ptochotrophio ad S. Nicolaum prope Bardevvicum Pastor, bene meritus, Vir jam grandævus, an. CIƆIƆCLX. Brunsvvici excudi fecit *Nucleum Historiæ & Chronologiæ universalis, qva sacræ, qva profanæ, ad suos genuinos fontes, id est, duces universæ historiæ perpetuos, quam fieri potuit, compendiosissime & evidentissime revocatæ, & ab orbe condito ad diluvium, indeqve per qvatuor summa mundi imperia, ad nostra usqve tempora, serie seculorum & historiarum perpetua & luculenta deductæ, & ad eruditorum fastidium levandum, & ad tironum famem in historiarum cognitione tam ciendam, quam sedandam, apprime utilem: cum Appendicibus compluscúlis, aliis orationibus solutæ, aliis ligatæ, eidem instituto, ipsiqve adeo mnemonicæ deservientibus.* Appendices orationis solutæ sunt. I. & II. *Imperia & Regna alia, alio mundi tempore regi cœpta & desita, subinde* *GREGORII BLECHS* *Nucleus Historiæ & Chronologiæ.* *cum Appendicibus.*

etiam mutata. III. *Symbola Romanorum Impp. ex Reusnero, Goltzio, Lauterbachio, Schoffero, Borbonio, Seumio collecta.* IV. *Historia brevicula Conversionis Gentium per universum orbem ex Historia Eccles. Epitome D. Pappi & aliorum.* V. *Historia Romanorum Pontificum.* VI. *Catalogus brevis Academiarum, inprimis Europæarum, ex Theatro Historico Helvici.* VII. *Totius terrarum orbis faciei præsentis adumbratio.*

CHRISTOPH. CELLARII

§. LXVIII. *Christophorus Cellarius,* Smalcaldiensis, primum Weissenfelsensis Gymnasii Professor, post a mense Iulio anni CIↃIↃC LXXIII. Vinariensis Scholæ Rector, dein anno LXXVI. XIII. Iulii ad Cizensem, anno autem LXXXVIII. III. Maji ad regendam Mersburgensem scholas concessit: nunc deniqve ad Professionem Historiarum in nova Academia Brandenburgico-Hallensi vocatus. Hic vir ad juvandas literas promovendasqve natus, primo *Historiam* composuit *antiqvam*; cujus prior editio meæ parvitati; altera, *multis accessionibus aucta, & emendata, cum Notis perpetuis, & tabulis Synopticis* honoratissimo conjunctissimoqve Collegæ meo, D. Georgio Schubarto, tum Academiæ hujus Salanæ Rectori magnifico, mihiqve est inscripta anno CIↃIↃCLXXXV.

Historia antiqva.

Editione prima ab initio imperiorum ad natum mundi Servatorem progressus; altera ad Constantinum M. seriem perduxit. Id vero inprimis ipsi fuit curæ, ut quæ vulgata historiarum compendia prætermittunt, vel levius attingunt, accuratius persеqveretur, & optimorum auctorum fide, qvi singu-

singula tradiderunt, confirmaret. Nec intactas reliqvit nobiliores controversias, & eruditorum dissensiones, sine tamen ullius læsione, aut judicii acerbitate. Addidit *tabulas synopticas*, qvibus plura, qvam in historia, sectatus, ut illæ hujus complementum esse qveant, & uno intuitu exhibere, qvæ vel strictim enarrata in superioribus fuerant, vel instituti ratione postulante prætermissa. (a) Anno CIↃIↃCLXXXVIII. addidit Auctor clarissimus *Historiam medii ævi a temporibus Constantini Magni ad Constantinopolin a Turcis captam deductam.* Nimirum vniversam Historiam Constantinopolitanam, a dedicatione urbis, usqve ad Turcorum in eadem dominationem, exponit: tum qvæ ubiqve terrarum illis seculis in Oriente & Occidente gesta sunt, singula suis temporibus distributa, breviter qvidem (ita postulante breviarii ratione) at dilucide enarrat. Nec solum Civilis ac Ecclesiasticæ rei, sed literariæ etiam in qvolibet seculo rationem habet, & ea tam in serie contextus, qvam in Notis tractat, qvæ in tam arcte concinnatis Historiarum compendiis non facile reperiuntur. (b) Sudat jam sub prelo Ejusdem *Historia nova*, qvæ ad nostram usqve ætatem compendiarium illud filum egregie pextexet.

Historia media.

Historia nova.

§. LXIX. *Guilielmus Hoelius*, Anglus, LL. D. scripsit *Elementa Historiæ ab orbe condito usqve ad Monarchiam Constantini Magni, Imperiorum res* gestas

GVIL. HOELII.
Elementa Historiæ.

(a) Vide *præfat. ad Lectorem*: & confer *Acta Eruditorum Lipsiensia an.* 1685. *p.* 357. (b) Videntur laudata *Acta Lipsiensia* an. 1688. m. Maji pag. 272. 273.

gestas complexa novo ordine & methodo, simul & Regnorum Rerumpublicarumque illis coexistentium una cum Politiarum Magistratuumque succincta & brevi enarratione. Prodierunt Londini CIↃIↃCLXXI.

IOH. HOFFMANNI

Isagoge Chronologiæ.

§. LXX. *Iohannes Hoffmannus*, ex scholæ Delmenhorstanæ Rectore, Concionator insulæ Wangerogæ, *Isagogen* edidit *Chronologiæ Theologo-Politicam, & Politico-Theologicam qua res quædam raræ, notatu dignæ, Annorum ac Monarchiarum series celebriores; Viri Religiosi literati, atque cujusvis sectæ seu Hæreseos Autores, ex S. Codice, orthodoxa antiquitate, fideque dignorum virorum veritate historica, accurate describuntur*: Hamburgi anno CIↃIↃCLXVIII. Incipit cum orbe creato; finit cum pace inter Reges Angliæ, Galliæ, Daniæ, & Belgii fœderati provincias composita anno - LXVII.

VLRICI HVBERI

Institutiones Historiæ civilis.

§. LXXI. *Vlricus Huberus*, Antecessor Franequeranus, Vir meritis, scriptis, & fama inclytus, nec in forensi modo, sed omni disciplina eximius, (a) molitur *Institutionum Historiæ civilis tomos III.* Iam anno superiori (- XCII.) prodiit *tomus I.* qui est *ab ortu Imperiorum ad præsentem Imperii Romano-Germanici statum anno CHRISTI CIↃCCCLII. stabilitum.* Insertus est tractatus *de temporibus ante Cyrum*, olim editus. In calce hujus tomi adjectum est *Specimen Observationum Iuris Historici.*

PETRI MEGERLINI

§. LXXII. *Petrus Megerlinus*, I.V. & Philos. D. Math.

(a) Elogium hoc est Frid. Spanhemii, *Epist. I. ad Leidecerum de fabula Acceptilationis pag. 50.*

Math. in Acad Basileensi Prof. P. anno CIƆIƆCLXXXIII. Basileæ edidit *Theatrum divini regiminis, a mundo condito usqve ad nostrum seculum, delineatum in Tabula Mathematico-Historica, qva secundum revolutiones conjunctionum & oppositionum magnarum Saturni & Iovis post octo proxime secula redeuntes, Historia Ecclesiastica & Politica per omnes mundi partes, omnesqve provincias Europæ, in suas periodos & secula accurate distributa, uno intuitu conspicienda proponitur: cum Indice Historico-Chronologico locupletissimo, rerum gestarum annos & scriptores, horumqve libros & & capita sive sectiones indicante. Adjectus est Commentarius Chronologicus, qvo ratio distributionis & calculi in Tabula adhibiti redditur, Chronologiæ capita qvædam controversa illustrantur, ejusqve principia & usus in historicis ostenditur, cum cyclis Planetarum & Eclipsium.* Index ille *Historico-Chronologicus* magna cum cura confectus est, ut pœne pro Lexico Historico haberi possit. . . .

Theatrum divini regiminis

cum Indice Historico-Chronologico.

§. LXXIII. *David Ulmannus*, Islebiensis, I. V. C. & Scholæ Ascherslebiensis Rector, anno CIƆIƆCLXXV, edidit *Historiæ tam sacræ, qvam profanæ Synopsin. Accessit in fine tabula Chronologica, & brevis ad Geographiam manuductio.* Fatetur in præfatione, se potissimum Bunonis *Ideam* secutum; sed & in primo libro, *Compendio Hist. Eccles. Gothano*, & X. *Historiæ sacræ* libris a Georgio Fabricio editis, adjutum: & in qvarta monarchia sibi placuisse Hieronymi Kromayeri *Ecclesiam in Politia.*

DAV. ULMANNI

Synopsis Historiæ.

IOH. IUSTI VVINCKELMANNI

§. LXXIV. *Iohannes Iustus Winckelmannus*, Consiliarius Brunsvvico Luneburgensis, Hassiacus, & olim qvoqve Oldenburgicus, varia nobis dedit scripta Chronologica, & ad Historiam universalem facientia. In his, meo qvidem judicio, eminet; *Amphitheatrum Orbis Politico-Historicum, exhibens brevi compendiolo, Historiam utramqve, sacram & prophanam, Cosmographiam, Stemmatographiam, & brevissimam annotationem rerum memorabilium, Imperiorum, Regnorum, & Provinciarum origines, situs, qualitates, instituta, incrementa, decrementa, conjunctiones, divisiones, exitus, & de gente in gentem translationes:* Oldenburgi impressum anno CIƆIƆCLXVIII. In capite præfationis monet, se ante annos septendecim in Academia Giessensi nobilissimis qvibusdam, & Historiarum cupidissimis juventibus universalem Historiarum methodum in arbore perpetuo florida, intercedentibus figuris æneis, repræsentasse: cumqve auditores non exiguum laboris & studii fructum sensissent, tantoqve brevi tempore in Historicis fecissent progressum, ut omnibus admirationi essent, rogasse ipsos, ut Vniversalem Historiarum methodum ceu Locos Communes, typis demandaret. Amicis itaqve contendentibus, specimen qvoddam ejus operis tanqvam prodromum se edere pollicitum, at præcipue per iter ad Frisios & Westphalos fuisse impeditum. Hinc methodum illam Historicam, & qvatuor orbis partes, in Tabulam concatenatam concipere voluisse, qvam postea plenior tractatio cum alléga-

Amphitheatrum Historico-Polit.

legatione auctorum, ex qvibus singula desumta, exciperet. At vero post fata terræ Oldenburgicæ acerbiora, circulos ipsius ita fuisse perturbatos, ut nec hæc potuisset perficere. Demum tamen *Amphitheatrum* illud chartaceum in famæ proscenium produxisse: in qvo *Universæ Historiæ genius, variarum regionum idea, fluminum fontiumqve origines, Serenissimarum & Illustrissimarum familiarum totius fere Christianitatis origo, cujuslibet regni vel ditionis status Ecclesiasticus & Politicus, vetustus & hodiernus, adumbratur; ut ii, qvibus per ætatem prolixa aliorum volumina lectitare ac relegere non liceat, ad Historiam Universalem & Geographiam, item ad juris publici Scriptores compendiariam haberent manuductionem.* Servet Deus Virum de civili æqve ac literaria Rep. summopere meritum, ut reliqva, qvæ sub manibus habet scripta lectissima, & in his *Historiam Hassiæ* magna cum cura elaboratam brevi in lucem dare valeat. *Historia Hassiæ.*

§. LXXV. Deniqve ad calcem hujus capitis monendum, ex *Antoni Itzii*, Wetzflariensis, Chalcographeo Giessensi anno CIↃIↃCLX. *Tabulam* prodiisse *Chronologicam, Imperatorum summorum Pontificum, Regum, Dynastarum, rerum, virorumqve illustrium a CHRISTO nato ad annum* CIↃIↃCLXIV. Senatui Wetzflariensi inscriptam. Sunt penes me & aliæ ejusmodi *Tabulæ Chronologicæ*, & in his una, Cellis anno LV. typis Holvveinianis impressa, *continens res gestas a CHRISTO nato*, nempe *Impp. Romanos, Mutationes Rerump. Doctores Ecclesiæ, & alios pios homines, Propagationem*

Variæ. Tabb. Chronologico-Historicæ.

tionem fidei, Persecutiones & Martyres, Schismata, item Pont. Rom. incrementa & mores, Hæreticos, Concilia. Item correcta *Iohannis Cuspiniani* Tabula *Imperatorum Rom. Imperii omnium, cujusqve seculum, ordinem, nomina, Parentes, patriam, tempus æræ Christianæ, regni, ætatis, symbolum, mortem, locum sepulturæ, uno in conspectu posita exhibens.:* sumtibus Erhardi Bergeri, Bibliopol. Bremensis anno CIↃIↃCLV. edita. Vt & alia Tabula *Synopsin Historico-Chronologico-Genealogicam Imperatorum & Pontificum Romanorum* exhibens: Ienæ an. CIↃIↃCLXXXV. apud Ioh. Iac. Bauhoferum, typographum.

CAPVT XIII.

DE CENTVRIIS MAGDEBVRGENSIBVS, EARVMQVE COLLECTORIBVS: INPRIMIS MATTHIA FLACIO, IOHANNE WIGANDO, MATTHÆO IVDICE, BASILIO FABRO. DE MARCO WAGNERO MVLTA SINGVLARIA. DE ELEEMOSYNIS HVNC IN FINEM COLLECTIS. DE MÆCENATIBVS QVIBVSDAM, SED ET ADVERSARIIS. SVMMA TOTIVS OPERIS. SINGVLARVM CENTVRIARVM TITVLI. LAVDES OPERIS, ET NÆVI. EDITIONES VERSIONES. EPITOME LVCÆ OSIANDRI. CONTINVATIO.

§. I.

ATqve hi fere sunt *Chronographi*, itemqve *Vniversalis Historiæ scriptores*, ad meam qvi cognitionem

tionem venerunt. Nunc tempus exigit, ac instituti ratio, ut de iis speciatim agamus, qvi singulariter in conscribenda, atqve illustranda Historia Ecclesiastica fuerunt occupati. Iam certum utiqve est, hanc studiorum partem, ab illa demum Pontificiæ religionis, facta per Lutherum ejus συνέργυς repurgatione, ac nata inde vehementi dissensione, & ingenti discrimine, sollicitius explicatam, ac innumera, qvæ hactenus in Cimmeriis qvasi delituerant tenebris, in clarissimam lucem fuisse reposita.

§. II. Hac in re autem glaciem fregisse videntur, qvi *Centurias* illas *Magdeburgenses* collegerunt: qvarum præcipuus auctor fuit *Matthias Flacius*, ex Albona, oppido Illyrici oriundus, ac ob id *Illyricus* plerumqve dictus, (a) patre *Andrea*, matre *Iacoba Lucia*, anno CIƆIƆXX. III. die Martii natus. Et hic qvidem Venetiis Iohannem Baptistam Egnatium audivit, post abdicato, qvod conceperat juvenis, monachatus desiderio, in Germaniam venit, omni pene viatico destitutus, ac primum Basileæ an. CIƆIƆXXXIX. a Simone Grynæo amice exceptus, non solum eo hospite, sed etiam in orthodoxias, veræq; pietatis capitibus præceptore usus est. Basilea Tubingam concessit, ubi Matthias Garbicius, popularis ejus, literas Græcas profitebatur, usus qve est hospitio Garbicii, pro facul-

Centuriarum Magdeb. præcipuus auctor Flacius.

Summa vitæ Flacii.

(a) A vulgo *Lirx*: qva de re singulare exemplum affert Christoph. Henr. Löherus in *Historia Eccles. diœceseos Orlamundæ*. Adrianus Beierus in *Nomenclatore. Prof. Ienensium p. 453.* observat, eum qvoqve *Francowitz* dictum: cujus cognominis etiam meminit Königius in *Bibliotheca*.

tatibus illius, non illiberali, Ioachimi etiam Camerarii, qvi eo ante bienium venerat, aliorumqve benevolentiam expertus. Anno CIↃIↃXLI. per Ratisbonam, qva in urbe comitia celebrabantur, Wittebergam contendebat: ubi Lutherum & Melanchthonem, in Theologicis, Winshemium, in Græcis, aliqvamdiu audivit: vixitqve ex didactro discipulorum, qvos privatim illic in Græcis & Hebraicis instituit. Hic acerbas tentationes, qvibus tunc temporis divexabatur, inprimis *de peccatis*, *de ira Dei*, *de prædestinatione*, primum ad Pomeranum Wittebergensium Antistitem, deinde ad ipsum Lutherum detulit: & his tandem, post preces etiam publice pro eo habitas, admissis S. Scripturæ solatiis, liberatus est. Melanchthon autem, præclara omnia de ejus ingenio sperans, studio singulari ipsum fovit, juvit, & ornavit, suis facultatibus qvandoqve etiam sustentans. Post bonarum artium Magistri titulum assecutus, dataqve ei est uxor; ac publicæ in Hebraicis doctrinæ munus, ex decreto Iohannis Friderici Electoris, anno XLIV. ipsi fuit demandatum. Orto bello Smalcaldico, relicta Witteberga, Brunsvvicum, a Nicolao Medlero invitatus, abiit, ibidemqve docendo famam nominis sui late disseminavit. Sub autumnum anni XLVII. bellicis motibus sedatis, ad pristinum munus Wittebergam rediit: ubi, paulo post divulgato codice illo *Interimistico*, cum Melanchthon, & alii, pacandæ Ecclesiæ causa, *de rebus mediis*, & qvæ *adiaphora* vocantur, remittendum aliqvid statuerent;

rent; ipſe cum ὁμοψήφοις Theologis Lubecenſibus, Hamburgenſibus, Luneburgenſibus, & Magdeburgicis, ſeſe oppoſuit: ac per res illas medias Pontificiæ religioni januam denuo aperiri, contendit. Venit eodem tempore, relicta ſtatione ſua Ratisbonenſi, Wittebergam, *Nicolaus Gallus*, periculum fugiens, qvod iis imminebat, qui reclamabant Interimiſticis Auguſtæ decretis. Cum hoc conjunxit ſeſe Flacius, & diſcedentem clandeſtino abitu Magdeburgum ſecutus eſt, nulla publici ſtipendii ſpe oſtenſa, officinæ interim typographicæ præfectus. Ea in urbe, ab Carolo Imp. proſcripta, confidenter Papatum, adiaphora, & qvæcunqve Auguſtanæ repugnare Confeſſioni viderentur, oppugnavit. Prodiit qvoqve tunc *Andreæ Oſiandri*, de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo, ad eſſentialem hujus juſtitiam eandem reſtringentis, dogma. Id Flacius inter primos refutavit, ac inſuper in *Caſparis Schwenckfeldii* deliria calamum ſtrinxit. Interea Academiam in hoc Ienenſi oppido novam, a Patre jam deſignatam, aperuerunt filii, Duces Saxoniæ illuſtriſſimi. Ad eam igitur excolendam evocatus & Flacius, venit huc anno LVII. Sed qvinqvennio ibi vix exacto, cum inter ipſum, & *Victorinum Strigelium*, ſuper libero, qvod Theologi vocant, arbitrio, contentiones eſſent exortæ, ac diu Vinariæ fuiſſet diſceptatum publice; præ nimia, qvam poſtea revocare noluit, lingvæ præcipitantia, ac ſanioris Philoſophiæ ignorantia, peccatum ipſam hominis ſub-

stantiam esse asseruit, & defendit præfracte. Itaqve anno CIƆIƆLXII. IX. Januarii exulatum abiit, disputationibus Mansfeldiæ, Fuldæ, ac alibi de opinione sua circa naturam peccati habitis. Ratisbonæ postqvam se aliqvamdiu continuisset, cum anno LXVII. liberum religionis exercitium civibus Antverpianis esset permissum, vocatus est eo, cum Cyriaco Spangenbergio, & Hermanno Hamelmanno, Flacius, qvi Ecclesias Augustanæ confessioni addictas mutuis operis ibidem constituerent. At cum paulo post omnia interverterentur, dimissis Theologis, ipse Argentoratum commigravit: ubi *Glossas in Novum Testamentum* edidit. Exin Francofurtum ad Mœnum concessit, usus præstantium virorum, multijugam doctrinam, ac diligentiam, sed & zelum ejus æstimantium, patrocinio: cum ceteroqvin, promotis inter Ecclesiæ doctores *de peccati originalis essentia*, contentionibus, a plerisqve desereretur, insimulatus hæreseos Manichææ: paucis ipsum defensantibus, ac Lutherum eadem fuisse in sententia, perperam licet, confirmantibus. Atqve hanc ob causam, credo, imaginem Flacii in bibliotheca nostra Academica, reliqvis Theologicis exemtam, in loco separato fuisse repositam. Fatis concessit Francofurti anno CIƆIƆLXXV. XI. Martii, ætatis LV. præsente Adamo Lonicero, Reip. Francof. Archiatro. Exeqvias funebri sermone decoravit *Caspar Heldelinus*, Cronbergensis, qvi una cum epicediis divulgatus typis. Qvamqvam vero cum aliis, tum inprimis heterodoxo illo,

de.

de peccati substantia, non exiguas Ecclesiæ CHRISTI turbas dedit; talia tamen, ac tanta censeo reliqva viri hujus merita, ut mitius minimum ac moderatius tractandus, nec tam acerbe insectandus fuisset: licet forte in illis talionem aliqvis agnoverit, dum ipse Flacius Melanchthonem præceptorem, ac Mæcenatem, a regia deflectentem, majori moderatione in viam revocare debuisset. Nam certum est Flacianam importunitatem summopere conturbasse bonum senem, ac robur cordis ejus admodum debilitasse.

§. III. Ceterum, ut ad *Centurias* illas *Magdeburgicas* revertamur, hoc nomen inde acceperunt, qvod qvolibet libro centum anni, adeoq; singulis singulorum seculorum res gestæ habeantur. Præterea cognomen illis adhæsit ab inclyta illa Saxoniæ inferioris, olim Thuringiæ borealis urbe, Magdeburgo, ubi *qvatuor priores*, & partim *qvinta*, confectæ sunt Centuriæ. Nam pars *qvintæ*, in Academia Ienensi, *sexta*, in exilio auctorum (Flacii, Wigandi, & Iudicis) *septima*, in Ducatu *Megapolensium Principum* (sic habetur in frontispicio) *octava* in civitate Wismaria, cum seqventibus reliqvis in eodem Ducatu, Wismariæ contextæ sunt. Etsi vero, ceu antea dixi, præcipuus hujus operis auctor ac ἐργοδιώκτης fuit Flacius, eundem tamen adjuverunt Iohannes Wigandus, Matthæus Iudex, Basilius Faber, Andreas Corvinus, & Thomas Holthuter; utpote qvorum nomina dedicationibus subscripta reperimus.

Flacii Adjutores.

 §. IV. Et

De IOH. VVIGANDO

§. IV. Et *Wigandus* qvidem ille ipse est Theologus, qvi postqvam diversis in locis, ac Magdeburgi ab anno LII. ad annum LX Ecclesiasten egisset, in Academia hac Salana Theologiæ Professor constitui meruit: sed brevi post cum Flacio ac Iudice, ob adiaphoristicas, qvas Stösselius cœpit, controversias, solum mutare jussus est. Deinde qvando per aliqvot menses se continuisset Magdeburgi, anno LXII. Wismariam vocatus, inseqventi anno Rostochii Theol. D. renuntiatus est. Septennio Wismariæ exacto, Ienam revocatus, ea demum lege a Duce Mecklenburgico dimittitur, ut post vertentem annum redeat. Verumtamen mansit Ienæ ad annum usqve LXXIII. qvo post obitum Iohannis Wilhelmi Ducis occasione novorum motuum Theologicorum, iterum solum vertere compulsus est. Post illa in Academia Regiomontana per biennium docuit, factus demum Episcopus Pomezanensis: in cujus cathedrali tum sede Liebenmühlana XI. Octobris anno CIƆIƆLXXXVII. decessit, ac IX. Novembris magnifice humatus est. (a)

De MATTHÆO IUDICE.

§. V. *Matthæus Iudex*, Dippolsvvalda-Misnicus, Magdeburgi ad D. Vlrici Ecclesiastes, inde Ienam vocatus anno CIƆIƆLX. colloqvio illi Vinariensi inter Flacium & Strigelium interfuit. Hinc ob synergismi Strigeliani improbationem, cum Flacio & Wigando remotus anno LXII. Rostochii ad promotionis

(a) Vide Hartknochii *Hist. Eccles. Prussicam lib. 2. cap. 6. pag. 501.* ubi & summam vitæ exponit, & *Conradi Schlusselburgii* orat. funebrem in schola VVismariensi habitam laudat.

nis actum Wismaria accitus, vivendi finem ibidem fecit XI. Iunii anno LXIV. in æde D. Iacobi sepultus, relicto filio cognomine, Philos. & Med. D. ex re & vero laudato ab Neandro *parte I. Orbis terrarum.* (a)

§. VI. *Basilius Faber*, Soranus, diu commoratus Magdeburgi, anno CIϽIϽLVII. ibidem capita VII. priora aurei *Commentarii in Genesin* B. Lutheri Germanice vertit: ut ex præfatione ejus apparet laudato anno XXIX. Septembris scripta. (b) Annos XXXVI. juventuti erudiendæ impendit, (c) annoqve CIϽIϽLXXI. jam Collegii Augustiniani Erfurti Rector, (d) *Thesaurum Eruditionis Scholasticæ* primum evulgavit, votivis ob id carminibus a Georgio Fabricio, Adamo Sibero, Iacobo Fabricio, Scholæ Halla-Sax. Rectore, Iohanne Fraxineo Gothano, Michaele Neandro (hunc Faber sobrinum vocat) (e) Iohanne Clajo, laudatus. Augustus Buchnerus, qvi primus *Thesaurum* illum locupletavit, eum vocat *Virum perqvam eruditum, & dum fata Deusqve sinebant, ad informandam bonis literis juventutem prope unicum.* (f) Neqve tamen Faber in omnibus & singulis elaboravit Centuriis, sed tantum in prioribus qvatuor.

§. VII. De *Andrea Corvino*, qvi in XI. XII. ac XIII. Centuriis occupatus fuit, non est, qvod moneam singulariter: uti nec de M. *Thoma Holtzhutero*, cujus nomen in XII. ac ultima comparent Centuriis. Præterea

in

(a) Vide Beieri *Nomenclator. Prof. Ienens.* p. 460. (b) Videatur Seckendorffius *Hist. Lutheranismi* lib. 3. p. 690. n. 26. (c) Ipse in præfatione *Thesauri Eruditionis Scholasticæ.* (d) In dicta *præfat.* (e) *Ibid.* (f) In *præfat. ad lect. ann.* 1625.

in calce inſcriptionis Centuriæ V. ad Ericum Sveciæ Regem monent Flacius, Wigandus, & Iudex, qvod in hac Centuria ipſos adjuverit *M. Pancratius Veltbeck.* His nonnulli annumerant Nicolaum Amsdorfium, Nicolaum Gallum, Martinum Copum, & Ebelingum Almannum, qvorum priores duo ex hiſtoria & ſcriptis ſuperioris ſeculi ſatis ſuperqve ſunt noti. *Copus* autem Medicinæ D. *Almannus,* (Almanniana familia domi pridem nobilis) Conſul Magdeburgenſis fuere. Et hi qvidem cum Flacio, Wigando, & Iudice, illo Paſtore, hoc miniſtro Evangelii apud Magdeburgenſes, Marco Wagnero dederunt teſtimonium *ultima Septembris* anno CIↃIↃLXII. in qvo profitentur, qvod *in arduo ac difficili valde labore conſcribendi Hiſtoriam Eccleſiaſticam paulo pleniorem, qvam vulgo habetur, verſantes, non ſolum in officina ſua Magdeburgæ qvotidie aliqvot induſtrios & pios cooperarios neceſſe fuerit, & ſit, alere: ſed fuerint etiam ipſis qvidam in alia loca mittendi, qvi apud literatos bonos viros, & honeſtarum artium fautores, antiqva monumenta vel inqvirerent, vel qvovis modo impetrarent, vel ſaltem qvædam ad inſtitutum Eccleſiaſticum facientia excerperent, deſcriberent, vel colligerent. Nam omnia, quæ maximis ſumptibus, & duriſſimis ac perículoſiſſimis laboribus ab ipſis, & aliis fiant, ad publicam, & communem totius ubiqve terrarum Eccleſiæ utilitatem ſpectare.* (a) Supra hos in qva-

(a) Vide VVagneri libellum *de Regno Thuringiæ olim in Pagos diſtributo*, lit. K. & L.

qvadam Centuriatorum *Narratione* (b) laudantur Ambrosius Hidfeld, David Cicelerus, Caspar Leunculus, Wilhelmus Radensis, Nicolaus Beumullerus, Bernardus Niger, Petrus Schraderus, Conradus Agrius: sed de qvibus nihil hactenus observavi dignum memoratu.

§. IIX. Inter illos autem, qvi a Centuriarum collectoribus ad alia loca missi sunt, si non praecipuus, non postremus certe fuit *Marcus* ille *Wagnerus*, Frimaria-Thuringus: id qvod ex variis ad eum epistolis apparet, qvas in libello Germanico, de *Regno Thuringiæ olim in Pagos diviso*, anno CIↃIↃXCIII. Ienæ Tobiæ Steinmanni typis imprimi fecit: ex qvibus nonnulla afferam. Et primo qvidem anno CIↃIↃLIII. exeunte Februario, Wagnerus egit Hafniæ, ubi tum etiam commorabatur Hubertus Langvetus, qvi se Wagneri *diligentiam in perqvirendis vetustissimis monumentis abunde cognovisse*, scribit: ac promittit, se illum Seldio, *antiqvitatis amantissimo*, commendaturum. Laudat in hac epistola *Herbipolensem Abbatis a Spangheim bibliothecam*, in qva *talia monumenta exstent, qvalia vix in tota Germania qvenqvam invenire posse*, existimet, *excepta Fuldensi*: item: *Herbipoli in cathedrali Ecclesia Canonicum esse, magni nominis virum, qvi in Bibliotheca sua multos habeat codices mss.* Eodem anno, a Christiano Daniæ Re-

(a) Titulus hic est: *De Ecclesiastica Historia, qvæ Magdeburgi contexitur, Narratio, contra Menium & Scholasticorum Wittebergensium Epistolas, a Gubernatoribus & Operariis ejus Historiæ.*

ge in Scotiam fuit ablegatus, *ut inqvisitionem institueret in libros membranaceos, & codices antiqvissimos, ac se in Edinburgo, in S. Andrea, talia mss. reperisse gloriatur, qvalia vel in Dania, vel in Germania, vel in Italia, neqve viderit, neqve legerit, neq; exstare meminerit.* (a) Anno LV. Ottonis Henrici, Palatini Electoris commendatitiis, & commeatu stipatus, ad Cancellarium Electoralem Moguntinum, perqvirendorum antiqvissimorum monumumentorum ergo, fuit missus; ac porro apud Seldum, *hominem (*ut vocat Wagnerus*) historiarum & sacrarum, & prophanarum, inprimis autem rerum vetustissimarum amantissimum, liber ipsi patuit aditus*: ut adeo multum temporis consumserit *in perlegendis rebus antiqvissimis, & evolvendis codicibus mss. mattis & tineis partim exesis, partim rubigine absumptis; in eum finem, ut colligeret materias utiles ad historiæ conscriptionem, & rerum præclare gestarum investigationem.* Anno LVII. die Purificationis D. Virginis Mariæ, Vrbanus Episcopus Gorcensis, Concionator aulicus Cæsareus, testatur, Marcum Wagnerum, *nomine Maximiliani II. Archiducis Austriæ, Regis Vngariæ & Bojemiæ, ablegatum esse, ut monumenta vetustissima vel inqvirat, vel legat, vel prece vel pretio comparet, vel describi curet, si uspiam ea invenerit, & inprimis eos codices observet mss. in quibus mentio fiat rerum gestarum Germanorum Cæsarum, ut Caroli M. Ludovici Pii, aliorumqve, qvi vitam suam* pro

(a) Ipse VVagnerus in *Epistola ad Henr. Ranzovium*: qvæ exstat in calce *libelli de Regno Thuringiæ.*

pro aris & focis profuderunt, & libertatem aliqvam vendicaverunt, hostes bellis devincendo, & sub juga servilia severiter adigendo. Eodem anno, XVIII. Febr. Flacius ipsi nuntiat Magdeburgo, *functionem ei non esse renuntiatam, sed ratam ipsi mansuram: sed profectionem versus Viennam putare inutiliter sumi, nisi forte* φ (per hunc forte Niedbruckius intelligitur) *diceret, se ibi aliqua plura habere vetustissima, qvæ ad tempora ante Carolum M. prodesse possent.* Porro communi nomine injungit: *ne qvicqvam colligat, qvod faciat ad historiam post millesimum a nato CHRISTO annum. Nam in istis recentioribus, nisi essent admodum rara & eximia, adeo abundare, ut dubitent, ubi incipere aut desinere debeant colligendo. --- Si qvando etiam libros Conciliorum, aut aliqvorum veterum Patrum colligat, videndum semper ipsi esse, ut cum impressis conferat, & an illa impressa sint, qvæ colligat. --- Magnis sumptibus se indigere, qvod forte posthac duo architecti fuerint. --- Summam de Hæresibus, & earum confutationibus inprimis diligenter colligendam, svadet.* Claudit epistolam hoc voto: *Vale, & Deum exora, & ora, ut huic negotio benedicere velit.* V. Martii Marcum monet Illyricus: *ne colligat impressos libros, si impressiones sint communes, qvod rectius ac felicius Magdeburgi colligantur. -- Vitas Sanctorum ne colligeret qvasvis, sed potissimum veterum Episcoporum & Episcopatuum. -- Si amicus svaserit, ut secum Viennam proficiscatur, faciat, si modo ille velit sumptus facere mensæ, sicut dudum*

ctram spem fecerit. Nova & memorabilia, quæ isthic in comitiis acciderunt, præsertim religionem quoquo modo attingentia, diligenter annotet. XXIV. Martii, Paulus Scalichius ad eum Ratisbonæ scribit, Alcuini scriptum *de S. Trinitate impressum & Ms. una cum apologia pro Ludov. IV. & excerpto vetustissimarum præclare gestarum rerum a majoribus longe retro seculis, una cum supplicatione, præsentibus Rev. G. Zasio, Nidpruckio, & Hallero, Rom. Cæs. Maj. se obtulisse. Quæ Maj. ejus non solum maxime fuerint voluptati, sed etiam sibi injunctum sit, ut ipsi commendatitias ad G. P. conficeret, ut in toto Imperio vetustissima monumenta inquirendi occasionem liberrimam habeat: quare ipsi XXV. Martii in ædibus R. præfiniat. - - - Staphylum Marco familiarissimum, in mensa nuper retulisse, eum in Borussia egregiam operam navasse contra Osiandrismum, & Dantisci, & in Regiomonte multa vetustissima monumenta collegisse, & in Polonia vetustissimos codices corrasisse, & inprimis librum quendam membranaceum de Rutenicis missis impetrasse per Nostvicium in Borussiæ Principis Alberti bibliotheca.* XII. Iulii, Caspar a Nidpruck D. inter alia de *Martyrologiis* Wagnero renuntiat Ratisbonæ, *quod Fuldæ aliquot talia sint volumina, & singulis mensibus unus liber deputatus sit.* Die Pentecostes Iohannes Baptista Heinzelius, Augusta Vindelicorum ei nuntiat, Andream Fuggerum *in hæc erupisse verba:* Istum *hominem* (Wagnerum) *libenter viderem. Quare & mea Bibliotheca ei patebit, & ubi opus fuerit, sumptus suppeditabo.* Igitur hortatur,

ut

ut arrepta commoda occasione, & negotiis transactis isthic, Augustam qvam citissime advolet. Scribit etiam, Achillem (Gassarum) *monumenta multa hinc inde collecta habere, qvæ non gravatim sit communicaturus, modo commendatitiis literis Φ instructus sit.* IV. Augusti, Copus, Wigandus, Alemannus, & Iudex, *qvibus gubernatio & inspectio operis historici commissa* erat, testantur Magdeburgi, M. Wagnerum *aliqvando in ipsorum officina collectionem adjuvisse: deinde etiam ab ipsis rogatum, ut qvasdam profectiones in ea loca, & ad eos homines susciperet, ubi vetustos libros inveniri posse putaverint. Fuisse igitur hanc ob causam in Dania, Scotia, Bavaria, Austria, Prussia, aliisqve locis, maximosqve labores & pericula itineris sustinuisse, ac fidem & diligentiam singularem præstitisse. Fatentur igitur, eum de opere historico preclare meritum, & agunt ei his etiam literis gratias. --- Libenter etiam,* pergunt, *hujus Marci opera, perspecta ejus fide atqve industria, usi fuissemus, verum cum in patria sua occupationibus necessariis sit impeditus, noluimus ejus commodis obesse.* Concludunt deniqve: *se Wagnero, amico suo, publicum testimonium dedisse, qvod summa fide historiam Ecclesiasticam adjuverit, & non aliam ob causam peregrinatus sit, nisi, ut libros necessarios piis rationibus, nempe vel prece, vel pretio ipsis conficeret.* Atqve hæc uberius declarantur in novo testimonio, ultimo Septembris a Flacio item subscripto, ex qvo non possum non afferre seqventia: *Testamur nos omnes bona fide, qvibus inspectio & gubernatio Operis historici*

commissa est, Marcum Wagner cum D. Illyrico aliqvot monasteria perlustrasse, & cum ipso nulla alia de causa peregrinatum fuisse, qvam ut pium hunc conatum pro sua tenuitate juvaret. Qvem cum satis idoneum esse ad obeundum istud officium, conqvirendi scilicet vetustissima monumenta, videremus, rogavimus illum, & literis commendatitiis instruximus, qvibus communicationem istorum monumentorum a doctis & bonis viris petivimus; ut profectiones solus susciperet in exteras nationes, præsertim ad ea loca, ubi plurimos libros inveniri posse existimavimus. Hac igitur de causa fuit in Dania, Austria, Bavaria, Palatinatu, aliisqve in locis, maximosque labores & pericula tam in mari, qvam in terra sustinuit, & fidem ac diligentiam suam præstitit in explorandis ac conqvirendis antiqvis codicibus. Testamur etiam, ipsum Wagnerum in nostro opere per aliqvot annos fideliter collectionem adjuvisse. --- Non subiit tot labores & pericula tam dura, ut eruditorum virorum sententiam de motis controversiis audiret, aut ut eos in Illyrici opinionem pertraheret, aut ut Principes, aut alios Dominos, Illyrici literis instructus, adversus Wittembergenses, aut alios qvosdam ejus adversarios incitaret, ut qvidem de ipso & literis & sermone fabulose contestantur, ipsum Wagnerum fuisse vasallum Illyrici, & ad tam multa loca missum fuisse, ut Illyrico aliqvam pecuniam corraderet, ac de statu tam Politico, qvam Ecclesiastico diligenter attenderet, & postea ad Illyricum perscriberet, quo ille sciret, qvid in ista vel illa regione ageretur, & sic haberet

beret occasionem scribendi contra istum vel illum Principem, Episcopum, Aulicum &c. Horum nihil, nos certo scimus vel D. Illyricum cogitasse, vel M. Wagnero somniasse, aut aliis de talibus scripsisse, aut profectionem suam ideo instituisse, ut esset explorator novarum rerum: sed quod Deus inspector omnium cordium novit, hoc unicum ipsum egisse & spectasse in peregrinis & barbaris locis, ut misero CHRISTO, cujus Ecclesiæ quantum in ipso esset, prodesset, ejusque utilitatem promoveret. Item hac quoque in re, ab iis magnam injuriam fieri scimus, qvi scribunt & dicunt, ipsum ex urbe Magdeburgica ex historico negotio se clam subduxisse, & nobiscum non transactis omnibus aufugisse. Verum ad hoc sic dicimus, Wagnerum, postqvam suam profectionem perfecit, nos convenisse, & nobis indicasse, se impediri multis occupationibus necessariis, ita ut a discedendum ipsi sit propter obitum matris suæ, & propter alia qvædam negotia: & simul nobiscum de omnibus ante discessum suum amanter contulisse, & pie transegisse. qvæ vel ad ipsum, vel ad nos pertinebant. nec discessisse ut negotii nostri calumniatorem, sed ut decet pium & ingenuum adolescentem. Luculentum qvoqve ei testimonium impertitus est Caspar ille a Nidpruck, I.V.D. Rom. Cæs. Maj. Consiliarius, Viennæ, die Helisæi scriptum, qvo eum *Antiqvitatum Inqvisitorem* vocans, *sua commendatione instructum, in variis Europæ bibliothecis non sine gravi periculo haut pauca monumenta collegisse, in sua bibliotheca vero per dimidium annum cum laude fuisse versatum*, asserit. Post annos aliqvot nomi-

nomine *Studiosorum Wittebergensium*, acerbum scriptum prodiit, *Narrationi Centuriatorum de Ecclesiastica sua historia editæ* oppositum, qvod Academiæ Salanæ Rector (Iohannem Stigelium fuisse, opinor) qvodammodo confutavit programmate propemptico: in qvo testatur nomine publico, Wagnerum, *Ienæ versatum prope biennium, & cum in aliis Academiis & eruditionem & singularem prudentiam ex longinqvis profectionibus, adjuvandæ Ecclesiæ causa in Europa qvas susceperit, collectam attulisset, pietatis qvoqve studia singulari diligentia & profectione amplexum, ita vixisse in cœtu suo, ut morum gravitate cursum vitæ & studiorum recte ornaverit.* Anno CIↃIↃLXVII. tempore obsidionis illius Gothanæ, multa passum esse Wagnerum; captum, in vincula conjectum, bibliothecam direptam, ac dissipatam, ex Cyriaci Spangenbergii ad eum epistola diu post (XXIV. Iulii an. LXXXIX.) scripta constat. *Facile credo*, inqvit, *in ista proxima obsidione Gothana in Bibliotheca tua per militum furores etiam præclarissimos mss. codices partim dispersos, partim Vulcano traditos, partim vi ablatos, partim ita divenditos esse in peregrinis locis, ut copia eos acqvirendi non amplius dari possit, nedum videndi, præsertim cum catenis constrictus, miserrima custodiæ contraditus fueris ab adversariis tuis, & tandem, utpote innocens Rom. Cæs. Maj. præfati Iacobi a Schulenburg nobilissimi viri, & Historiarum & sacrarum & prophanarum amantissimi, (præsertim earum, qvæ*

Wagnerus tempore obsidionis Gothanæ captus.

Ger-

Germaniæ insignia facta & res gestas pro aris & focis sangvine partas referrent, & heroum vitam aliqvo modo redolentes continerent) consilio & authoritate iterum liber dimissus, in ædibus tuis Germaniæ tua opera in conqvirendis antiqvissimis monumentis inposterum iterum potestatem pristinam haberes. Vbi jacturam præclarissimarum materiarum te insignem fecisse non dubito, qvas magno sudore & labore conqvisitas, redimere quovis pretio homines Antiqvitatum decet. Anno LXXIX. Sebastianus Leonhardus Lipsia ad eum scribit: *captivum Principem* (is procul dubio fuerit Iohannes Fridericus II.) *dudum ipsius librum accepisse, sed nullum se vidisse responsum. Scio* (sic pergit) *te versari in colligendis antiqvissimis monumentis, & opto, ut ad conficiendum laborem tam utilem non solum sumptus habeas necessarios, sed etiam adjumenta doctorum virorum, & fœlices occasiones.* Eodem anno *Apologiam* qvandam Francisco Pfeilio D. Magdeburgum misit, qvi eam typographo Franco tradidit excudendam: sicut id Wagnero renuntiat XXII. Decembris. Anno LXXXII. V. die Nov. ei respondit Georgius Ludovicus Huttenus, ex Nobilitate Franconica, qvod *facile credat, iter illud longum, molestum ei durumqve accidisse, doleatqve periculosissimis, ut scripserit, temporibus, nulla præsertim necessitate, ab ipso esse susceptum.* Anno LXXXIII. die Ascensionis CHRISTI, Erfurti, Iohanni Ernesto a Teutleben, in minori Sommerda (Wenigen Sommern) Iudicii provincialis aulici Ienensis Præsidi, & Consilia-

rio supremo qvæstorio, (Ober Cammerrath) Johanni Melchiori à Witterda, Electorali ac Ducali Consiliario Saxonico, & Gangolpho Tangelio, in Fronstet, Dicasterii provincialis Lipsiæ Assessori, inscripsit Collectanea *de Regno Thuringiæ in pagos distincto.* In his protestatur, qvod *multas in Europa bibliothecas, cum magna sollicitudine, labore & impensa, non sine dispendio & periculo valetudinis & vitæ ultra XLIII. annos, terra mariqve invuserit: se porro in Thuringia natum, in cultura artium liberalium educatum, ab adolescentia studiis incubuisse historicis, potiorem vitæ partem, in antiqvissimis rebus, tam ad Ecclesiasticum, qvam Politicum statum pertinentibus, & libertatem Germaniæ aliqvomodo redolentibus, & illustrium familiarum initia, progressus & fines concelebrantibus consumsisse.* Eodem anno die III. Maji ad Conradum Schinkopfium, & Thomam Bachovium, Coss. Gothanos, scribit: se *majorum donationes, ex antiqvissimis monumentis, epistolis, Chronicis, codicibus Lombardicis minutis fracturis distorte conscriptis, actis variarum rerum, certa methodo voluisse comprehendere:* & jam *per annos tres & qvadraginta in hoc studio fuisse occupatum, ac patrocinio commendatione & sumtibus* Ecclesiasticorum ac Politicorum adjutum, hæc duo præ ceteris observasse, *ut & vetustissima monumenta, codices antiqvos & libros eos qvi de Christiana religione egerint; & qvi de Germanorum libertate & rebus gestis aliqvid solidi consignarint,* conqvireret, colligeretqve: *si insignia*

qvo-

quædam fragmenta & codices membranaceos offenderit, vel per se descripsisse, aut per adjunctos sibi ministros curasse describi: laudatq; in se commendando singulare studium Huberti Langveti, *viri multarum rerum peritissimi, & variarum lingvarum non ignari.* Anno. LXXXV. Henricus Merckelius Senatui Magdeburgensi a secretis, rescribit Wagnero: *quod ipse ad conscriptionem Historiæ Ecclesiasticæ principaliter non adhibitus, nec unus Collectorum fuerit, promoverit tamen ipsum opus pro viribus. Id sibi satis constare, Illyricum piæ memoriæ, ac Wagnerum potissimum in itineribus, colligendisque libris ac testimoniis fuisse occupatum.* Ex literis Christophori Witekindi, I. V. D. & Syndici Bremensis XVIII. Augusti anno. LXXXVII. scriptis, apparet, olim qvoqve Bremæ egisse Wagnerum, in colligendis Antiqvitatibus occupatum. Anno. XCI. Bartholomæus Hubnerus, M. D. epistolam XXVII. Decembris scriptam his finit verbis: *Tibi & ocium magis suppetit, & itinera per universum pene orbem, perqvisitæq; Bibliothecæ qvamplurimæ, omnia pleniora facere puto. Poteris autem, ut lectio & jucundior, & labor calumniis minus expositus sit, præcidere παρέργως hinc inde aspersa, qvæ parum ad historiam faciunt, & sunt alterius fori, ne te concionatorem magis, qvam historicum agere score cavillentur.* Atqve hæc sunt, qvæ ex Epistolis illis, vel ob id, excerpenda esse duxi, ut appareat, & qvantum operæ studii, laboris, Centuriatores Magdeburgenses impenderint in colligendis vetustis ad Hist. Eccl. pertinen-

tinentibus monumentis; & qvam diligenter & feliciter in itineribus partes suas impleverit Marcus Wagnerus: sicut hic vir egregiam insuper universæ rei literariæ navare potuisset operam, si occasionem, ordinem, seriem, ac cetera peregrinationis suæ memorabilia, per annos ac dies disposita annotasset, ac edidisset. Verum sicuti raram viri industriam miror, & exosculor; ita judicium ejus sæpius vacillare deprehendo: qvod vel ex hoc ipso, unde hæc collegi, libello demonstrare possem. Ex variis qvæ, alias edidit, scriptis, ad manus meas venit Germanicum *Selectum Chronicon de gestis Caroli M.* anno CIↃIↃLXXXIX. Magdeburgi cum D. Sigfridi Sacci, cathedralis Eccl. Pastoris præfatione editum: (a) item *Collectanea ejus* Germanico-Latina *de Matrimonio veterum Germanorum*: (b) item: *Narratio, qvomodo per Nicolaum Storckium seditio in Thuringia & vicinia cœperit.* (c) Ex Apologia qvadam Pauli Schalreuteri, Qvæstoris Gothani, anno CIↃIↃLXIII. scripta apparet, qvod Pastor fuerit Buslebianus, ac Flacio in doctrina *de Peccato* addictus: qvippe qvem etiam clanculum apud se habuerit per

(a) Außerlesenes Chronicon von den Herrlichen / Wunderlichen / und grossen Thaten CAROLI MAGNI des großmächtigsten Ersten Deutschen Keysers / durch Marcum Wagnern zu Freymar / alten Historien besondern Liebhabern / mit fleiß zusamen getogen. (b) Der Uhralten Teutschen Ehestand / sampt einer Prophezeyung Eines Graven zu Hohnstein / von Deutschlandt: Erfurt. 1583. Nominat in titulo se *Theologum & Historicum*, alter *monumentorum* besondern Liebhabern. (c) Einfältiger Bericht / wie durch Niclaus Storcken die Auffruhr in Thüringen / und umliegenden Revier sey angefangen worden. 1596.

per duas noctes, ac postea Fuldam devehi curaverit. In hac Apologia scripti cujusdam Wagneriani fit mentio, die Wundergeburt inscripti.

§. IX. Supra hos, qvos hactenus enumeravimus συνέργυς, plures fuisse alios in hoc opere occupatos, paret ex Centuriæ I. ad lectorem præfatione in qva simul etiam formam modumqve auctores graphice repræsentant. Ex illa ut præcipua repetantur, digna utiqve judico. *Totum opus habet quasdam gubernatores, qvinqve numero; quibus hæc cura incumbit, ut regant consilia, partiantur operas in colligendo & scribendo: corrigant tum delineationes primas, seu rudiores rerum, tum ipsas etiam scriptiones: qvædam etiam pro rerum necessitate & ipsi contexunt, operarios conducunt, & stipendiis alunt. Eleemosynæ parvæ, seu spontanea sacrificia, sane modica & tenuia, viro cuidam honestissimo & integerrimo in eo collegio creduntur: is habet accuratam acceptorum & expensorum rationem singulis anni qvadrantibus: præsentibus etiam aliis gubernatoribus seu collegis numerat stipendia operariis, ac subducitur ratio de singulis: idqve ita solicite, ut parati simus cuilibet postulanti, honestam exhibere ejus rei rationem. Alimus autem hactenus operarios decem: estqve laborum ratio distributa in tres ordines. Primum septem eruditi Studiosi tantum collectioni, juxta normam methodi, ex optimis autoribus, vacant, excerpentes qvasi apiculæ qvædam industriæ ex floribus variis, certo judicio, ordine & modo, ea quæ ad historiæ partes facere videntur. Duo alii, reli-*

De Centuriatorum occupationibus in hoc Opere singularibus.

qvis ætate, doctrina, judicio præstantes, oblatam materiarum sylvam, juxta methodi regulam digerunt. Res digestas qvibusdam e Collegio gubernatoribus exhibent, neqve ulla res gravis scribitur, nisi prius delineatione illa dijudicata. Ubi vero res atq; collocatio singulorum membrorum approbata fuerit, tum demum compositioni student. Compositum qvodlibet caput, rursum mox qvibusdam inspectoribus exhibetur: qvi denuo limam, prout exigere necessitas videtur, adhibent. Præter hos unus est, qvi tantum commoda manu, qvæ hoc pacto sunt composita, mundius describat.

§. X. Qvæ cum ita se haberent, ac multæ impensæ essent faciendæ, mirum non est, si homines pleriqve privati, certe opima Sparta non ornati, de aliena liberalitate fuerint solliciti, eandemqve publicis privatisqve literis expetierint. Hinc in dicta præfatione *Centuriæ I.* sic scribunt: *Postremo, quia plures personæ alendæ sunt, & labores immensi faciendi, eaqve historia ad totam Ecclesiam CHRISTI pertinet, nec est possibile absqve sumptibus tot homines ali; rogamus pios Ecclesiæ Dei cives, ut nos etiam sumptibus juvare non dedignentur, si modo cœptum opus continuari debeat. Non quæsivimus, nec quærimus nobis inde thesauros ingentes: sed ut mediocriter pergere, ac necessaria operariis præbere possimus. Ac scimus, non modo pios hoc officii debere CHRISTO, cujus historiam conamur contexere, sed etiam hanc nostram petitionem justam & piam esse. Reddemus autem rationem totius distributionis, non modo collatoribus, sed etiam ipsis,*

ipsis, si velint, nostris calumniatoribus. Et ad Christianum Daniæ, & Maximilianum Bohemiæ Reges, scribunt: (a) *Eam operam, si dicamus Reges ac Principes propter sumptuum & laborum amplitudinem debere adjuvare, quia in commodum Ecclesiæ fit, quicquid fit: existimamus nos id jure, honeste, & pie facere.* Item ad Iohannem Fridericum II. Iohannem Willielmum, & Iohannem Fridericum juniorem fratres, Saxoniæ Duces; Iohannem Albertum, & Vlricum, Mecklenburgenses Duces, & Wolffgangum Principem Anhaltinum: (b) *Decet Principes operam dare, ut propter propagationem veræ doctrinæ, historiæ bonæ & graves dextre connectantur. In eo proposito cum nos jam versemur, & verendum sit, ne inopia fractis, id quod bene cœptum est, deserendum rursus sit; speramus vos quoque vestram opem & auxilium collaturos esse: idque non in nos, sed in CHRISTUM, ejusque Ecclesiam.* Et ad Ericum Regem Sueciæ: (c) *Petimus quanta possumus cum subjectione, ut R. T. M. hunc nostrum laborem, difficilem certe, & maximos sumptus requirentem, ut omnes pii facile judicare possunt, sed (ut speramus) Ecclesiæ CHRISTI salutarem, sereno vultu accipiat, & istos pios conatus adjuvet:* Item ad Anarchum Fridericum, Dominum in Wildenfels & Ronneberg: (d) *Hanc etiam ob causam visum fuit tuæ Clementiæ inscribere hunc nostrum laborem, quia bonam de te spem concepimus, te pium Ecclesiæ veræ Nutritorem futurum, & fidos IESU CHRISTI ministros amanter promoturum esse.*

§. IX.

(a) in dedicat. Cent. 1. (b) in dedic. Cent. 3. (c) in dedicat. Cent. 5. (d) in dedic. Cent. 13.

De Maecenatibus hujus Operis.

§. XI. Neqve etiam defuerunt Mæcenates & Patroni, qvi ad tantum opus continuandum, ac recte excolendum, impensas suffecerunt: ceu qvadamtenus ex illis patet, qvæ ex Wagnerianis epistolis repetivimus; ac elucet præterea ex nonnullarum Centuriarum inscriptionibus. In *Octavæ* hæc habentur, ad Augustanos qvosdam, & Noribergenses: *Altera causa est, qvod agnoscimus, nos eam significationem gratitudinis & publicum honorem vobis debere, cum vestra munificentia etiam ista historia CHRISTI hactenus suos progressus fecerit. Decet igitur vos aliqvam partem honoris istius historiæ, ad posteritatem ferre. Etsi autem non ignoramus, vos id minime desiderare, tamen id nobis non esse negligendum putavimus. Erit autem locus, ubi ista opera longe excellentiorem encomiastem & remuneratorem accipiet.* In *Decima*, ad Hermannum Riedesel, Marschalcum Hassiæ hæreditarium: *Cum significationem quandam benevolentiæ tuæ exhibueris, testimonium hoc qvalecunqve gratitudinis rependere voluimus, ut qvamdiu DOMINUS DEUS hanc Historiam superesse voluerit, lector cognoscat, eqvestres qvoqve viros nostro ævo, eosqve Dei beneficio non paucos, Historiarum fuisse studiosos: teqve unum ex illis non exstitisse postremum, cum viro nobilitate generis, pietatis, sapientiæ, & omnium virtutum clarissimo, totiqve Imperio Romano ex multis nobilissimis de religione actionibus notissimo, Eberardo a Than, patrono ac fautore nostro omni reverentia colendo, qvem honoris gratia nominamus.* In *Undecima* ad Coss.

Coss. & Senatum Lindavienſem : *Neqve illud diſſimulamus, nos gratitudinis etiam ratione motos eſſe, ut hanc vobis Hiſtoriæ noſtræ partem nuncuparemus. Nam liberalitate veſtra eximia, hoſce labores præclare adjuviſtis : qvod ſane beneficium, ad æternam ejus memoriam conſervandam, huc adſcribere volumus, grataqve mentis ſignificatione prædicare, ac publice teſtatum facere, non inutiliter a vobis collocatum eſſe.*

§. XII. Nullum tamen dubium eſt, qvin a pluribus Magnatibus, Rebuspubl. atqve opulentis hominibus privatis magis fuiſſent ſublevati, niſi malevoli obtrectatores obſtitiſſent, & nunc his, nunc iſtis calumniis eos oneraſſent. In I. igitur Centuriæ dedicatione ad Reges ſcribunt : *Speramus pios, bonos, ac prudentes Principes, re perſpecta, in poſterum adulatores aulicos, qvi ſibi potius prædam captantes, ejusmodi bonos conatus vel aſpernantur faſtidioſe, vel calumniis tetris aſpergunt, ac conculcant inſidioſe (qvam ad rem qvidam obtrectatores improbi ac maledici ſcurræ flammas ſuggerunt) nos audituros, ſed rectius & dexterius de hoc noſtro inſtituto opere judicaturos eſſe.* Et in ejusdem Centuriæ præfatione : *De ſumptibus vere profitemur, nos pauciſſimos habere, qvi annuatim aliqvid conferunt : nec pro laborum conditione operarii ſatis ſuſtentantur, ſicut ipſimet optimi teſtes ſunt : imo niſi Deus nobis qvosdam Mecœnates adhuc excitarit (qvod tamen ne fiat, multi invidi ſtrenue laborant) neqve progredi ſatis expedite poterimus : neqve forte totum opus, ut eſt inſtitutum, abſolvere. Impudens igitur, planeqve diabolicum*

   bolicum

bolicum est mendacium, & criminatio tetra istius scurræ, qui nuper in maledico & famoso scripto, (Wittebergense illud intelligunt:) *sine nomine edito (ubi tamen alius saltat fabulam) Sardonio risu, & virulento sarcasmo nostrum opus historicum* Aureum *appellat: eo quod ex multo auro Germanico sit conflatum. Non vidit sceleratus iste scurra opus, & tamen non veretur canino, aut viperino potius dente arrodere. Deinde non habet cognitas rationes nostras iste conviciator ac criminator: & tamen ut Semei, nos falsè irridet, ac mentitur splendide. Nam quam pauci, & quam parce dent, quam frugaliter alantur hujus instituti operarii, poterat iste irrisor explorare, non a profugis, sceleratis, pollutis, mendacibus, quibus gubernationis nostræ ratio ne nota quidem est, sed a nobis ipsis.* In V. dedicatione: *Non ignoramus quidem solere interdum etiam optimorum animos, calumniatorum virulentas linguas perturbare, & a favore ejusmodi piorum necessariorum ac utilium laborum avertere. Verum nos speramus, R. T. M. non ex malevolorum sermonibus, sed ex rebus ipsis, hoc in libro ordine perspicuo expositis, judicium facturam esse.* In dedicatione VIII. *Monemus etiam omnes in Domino IESV CHRISTO confratres, qui hunc laborem Ecclesiæ Dei utilem & necessarium judicant, ut nos suis precibus adjuvent: & inter alia hoc etiam orent, ut calumniatoribus & obtrectatoribus, qui impulsu Diabolorum, hosce salutares conatus impedire manibus pedibusque, quod dici solet, nituntur, ipse Dominus Deus resistat.*

§. XIII. Sicut autem Centuriarum collectores non-

non immerito in Eusebio, Socrate, Sozomeno, Theodoreto, & aliis Historiæ Ecclesiasticæ scriptoribus desiderant, qvod de doctrinæ forma, qvæ qvolibet seculo in Ecclesia CHRISTI exstiterit, pauca consignaverint; ita ipsi eo studiosius hoc caput tractarunt atqve operosius: cumqve ab aliis id vellicari, ac notari intelligerent, propositum non contemnendis rationibus defenderunt. Ceterum Centuriæ singulæ seqventibus absolvuntur capitibus. I. est *Argumentum Centuriæ.* II. *de loco & propagatione Ecclesiæ.* III. *de tranqvillitate, & persecutione, pœnisqve persecutorum.* IV. *de doctrina, ejusqve inclinatione.* V. *de Hæresibus.* VI. *de Ceremoniis diversis in locis.* VII. *de gubernatione Ecclesiæ.* VIII. *de Schismatibus, & certaminibus levioribus.* IX. *de Conciliis.* X. *de Personis illustribus in Ecclesia:* potissimum *de Episcopis & Doctoribus.* XI. *de Hæreticis seu seductoribus.* XII. *de Martyribus.* XIII. *de Miraculis & prodigiis.* XIV. *de rebus Iudaicis externis seu Politicis.* XV. *de Religionibus extra Ecclesiam, ut Iudaismo, Gentilismo.* XVI. *de mutationibus politicis Imperiorum.*

In singulis Centuriis caput de forma doctrinæ copiose tractatur.

Summa capita singularum Centuriarum.

§. XIV. Integer totius operis titulus in editionibus prioribus ita habet: *Ecclesiastica Historia integram Ecclesiæ CHRISTI Ideam, qvantum ad Locum, Propagationem, Tranqvillitatem, Doctrinam, Hæreses, Ceremonias, Gubernationem, Schismata, Synodos, Personas, Miracula, Martyria, Religiones extra Ecclesiam, & statum Imperii Politicum attinet, secundum singulas Centurias perspicuo ordine complectens singulari diligentia*

Titulus totius Operis.

 gentia

gentia & fide, ex vetustissimis, & optimis Historicis, Patribus, & aliis Scriptoribus congesta, per aliqvot studiosos, & pios viros in urbe Magdeburga.

De Centuria prima

Centuria I. in libros duos est divisa: qvorum *primus*, decem; *alter*, reliqva habet capita. Prior *inclytis & potentissimis Regibus ac Dominis*, Christiano, & Friderico, *Christiani filio, Daniæ, Norvegiæ, Gothorum & Henetorum Regibus, Ducibus in Schleswico & Holsatia, Dominis Ditmarschorum &c. Comitibus in Oldenburg & Delmenhorst &c.* & *Inclyto & Potentissimo Regi ac Domino*, D. Maximiliano, *Regi Bohemiæ, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ ac Silesiæ, & Marchioni Moraviæ &c. Comiti in Tyroli* &c. inscriptus est. Liber autem II. *Illustrissimis Principibus ac Dominis*, D. Ottoni Henrico, *S. Rom. Imp. Archidapifero, & Principi Electori &c. Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, &c.* & D. Augusto, *S. Rom. Imperii Archimarschalco & Electori, Duci Saxoniæ, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ & Burggravio Magdeburgensi*, &c.

De Centuria secunda.

Secunda Centuria *Illustrissimis & Pientissimis Principibus ac Dominis*, Dn. Iohanni Friderico II. Dn. Wilhelmo (ita habetur in edit. Basil. omisso *Iohannis* nomine) Dn. Iohanni Friderico Iuniori, *fratribus, Ducibus Saxoniæ, Landgraviis Thuringiæ, Marchionibus Misniæ, & Burggraviis Magdeburgensibus*: Dn. Iohanni Alberto, & Dn. Vlrico, *Ducibus Megapolensium, Principibus Vandalorum, Comitibus in Schwerin, Rostoch ac Stargarden*: D. Wolfgango, *Principi Anhaldino, Comiti in Ascania, & Domino in Bernburg.*

De Centuria tertia.

Tertia Centuria, *Generosis & Inclytis*

clytis Dominis, Dn. Gunthero, *Comiti ac Domino in Schwartzburg &c.* Dn. Gebhardo, Dn. Alberto, & Dn. Iohanni Georgio, & Dn Iohanni Alberto, & Dn. Volrado, *Alberti filio*, & Dn. Christophoro, *Gebhardi filio* &c. *Comitibus Mansfeldensibus, & Dominis in Schrappelaw & Heldrungen, &c.* Dn Ludovico & Dn. Henrico, Dn. Alberto Georgio, & Dn. Wolfgango Ernesto, Dn. Bodoni, Dn. Iohanni, & Dn. Henrico, &c. *Comitibus a Stolberg, Königstein, Rutzefort, & Wernigeroda, Dominis in Epstein, Mintzenberg, Breuberg*, &c. Tertiæ huic Centuriæ in editione Basileensi accesserunt *Castigationes & Additiones locorum aliquot in prima editione depravatorum, vel omissorum.* Quarta Centuria, *continens descriptionem amplissimarum rerum in Regno CHRISTI, quæ quarto post ejus nativitatem seculo acciderunt, cum Imperium Romanum gubernarent, Constantinus Magnus, ejus filii, Iulianus, Iovianus, Valentinianus, Valens, Gratianus, Theodosius major: & multa præclara lumina Doctorum in Ecclesia CHRISTI fulgerent: eodem illustri ordine ac veritate, quo priores Centuriæ, ex vetustissimis & optimis Historicis, Patribus, & aliis scriptoribus contexta:* inscripta est *Serenissimæ ac Potentissimæ Reginæ, ac Dominæ* D. Elizabethæ, *Angliæ, Franciæ, & Hyberniæ Reginæ.* Quinta Centuria *continens descriptionem ---- quæ V. ---seculo acciderunt: cum Imperium Rom. gubernarent, Arcadius, Honorius, Theodosius, Valentinianus, Martianus, Leo, Zeno: & multi præclari Doctores, inter quos sunt Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus, Hesychius,*

De Centuria quarta.

De Centuria quinta.

-ebius, Iunilius, Primasius, Eucherius, Salonius, Prosper Aqvitanicus, Sedulius, Salvianus, & similes in Ecclesia CHRISTI passim fulgerent &c. inscribitur *Serenissimo, Illustrissimo, & Potentissimo Principi ac Domino, Domino* Erico, *Sveciæ, Gottorum & Vandalorum Regi* &c. Sexta Centuria, *continens descriptionem -- quæ VI. -- seculo acciderunt, cum Imp. Rom. gubernarent Anastasius, Iustinus senior, Iustinianus, Iustinus junior, Tiberius & Mauricius: & Doctores in Ecclesia præcipui eminerent, Fulgentius, Ferrandus, Avitus Alcimus, Maxentius, Hormisda, Boetius, Evodius, Iustus Origelitanus, Fortunatus, Cassiodorus, Gregorius Magnus, Olympiodorus, Andreas Hierosolymitanus, Gildas, Rusticus, & alii qvidam, &c.* inscripta est *Illustriss. Principibus ac Dominis*, D. Barnimo seniori, & D. Johanni Friderico, D. Bouslao, D. Ernesto Ludovico, D. Barnimo, D. Casimiro, *Ducibus Stetinensium, Pomeraniæ, Cassubiorum, & Vandalorum, Principibus in Rugia, & Comitibus in Gutzkow, &c.* Septima Centuria *continens descriptionem -- qvæ VII. -- seculo acciderunt: cum Imperium Romanum gubernarent, Phocas, Heraclius, Constantinus ejus filius, Heracleonas, Constans, Constantinus Pogonatus, Iustinianus II. & Leontius: & Doctores in Ecclesia præcipui eminerent, Iohannes Episcopus Constantinopolitanus, Isidorus Iunior Hispalensis, Clemens Arelatensis, Adelhelmus, Iulianus Pomerius Toletanus, & alii qvidam &c.* inscribitur *Nobilissimis viris, pietate, virtute, prudentia, fortitudine & genere præstantis-*

De Centuria sexta.

De Centuria septima.

ſtantiſſimis, Chriſtophoro a Steinberg, Ludolpho & Ioachimo ab Alvensleve fratribus, Hartvvico a Werder, Andreæ a Meiendorff, Henrico ab Allenburg, & Achacio a Velthem. Octava Centuria, *continens deſcriptionem -- quæ VIII. -- ſeculo acciderunt: cum Imperium Romanum gubernarent Abſimarus, Iuſtinianus, Philippicus, Artemius, Theodoſius, Leo Iſaurus, Conſtantinus Copronymus, Leo filius ejus, Conſtantinus & Irene, & Doctores in Eccleſia præcipui excellerent, Beda, Iohannes Damaſcenus, Albinus, Aponius, Bonifacius Moguntinus Epiſcopus, Paulus Aquilejenſis, & alii quidam: &c.* inſcribitur *Ampliſſimis, Ornatiſſimis & honeſtiſſimis viris*, D. Ioanni Bap. Heincelio, *Conſuli Reip. Auguſtanæ*, D. Achilli Gaſſaro, *Med. D. & Aug. Reip. Phyſico*, D. Chriſtophoro Harsdorffer, D. Iohanni Meinſchein, D. Iacobo Peck, D. Thomæ Irtenberger, D. Andreæ Ortel, *Civibus Reip. Nornbergenſis*, & D. Bartholomæo Schober, *exuli CHRISTI.* Nona Centuria *continens deſcriptionem — quæ IX. ſeculo acciderunt: cum Imp. Rom. gubernarent, Carolus-Magnus, Ludovicus Pius, Lotharius, Ludovicus II. Carolus Calvus, Carolus Craſſus, Arnulphus: & Doctores in Eccleſia præcipui excellerent, Hincmarus, Haymo, Angelomus, Rabanus, Remigius, Ionas Aurelianenſis, Paſcaſius, Bertramus, Idiota, & alii quidam &c* inſcripta eſt *Illuſtribus ac Generoſis Baronibus ac Dominis*, D. Hugoni & D Wolffgango de Schonburg, *Dominis in Glaucha & Waldenburg, Domino* Georgio, *Comiti in Gleichen, ac Domino in Tonna: & D.* Heinrico Medio & D. Heinrico

De Centuria octava.

De Centuria nona.

De Centuria decima.

rico Iuniori, *fratribus Rutenis, Dominis de Plauen, Dominis in Grez, Cranichfeld & Gera.* Decima Centuria *continens descriptionem, — quæ X. — seculo acciderunt: cum Imperium Romanum gubernarent Ludovicus III. Cunradus I. Heinricus I. Otto I. dictus Magnus: Otto II. & Otto III. & Doctores in Ecclesia præcipui in Ecclesia excellerent, Gilbertus, Ansbertus, Rodolphus de Pictoris, Rudolphus, Theophylactus, Smaragdus, & alii quidam:* inscribebatur *Nobilitate generis & virtutum magnifico & præstantissimo viro,* D. Adolpho Hermanno Ridesel *in Eisenbach, Marschalco Hassiæ hereditario.*

De Centuria undecima.

Vndecima Centuria, *continens descriptionem, quæ XI. — seculo acciderunt: cum Imp. Rom. gubernarent, Heinricus II. Cunradus II. Heinricus III. & Heinricus IV. & Doctores in Ecclesia præcipui excellerent, Berno Augiensis Abbas, Algerus, Bruno Herbipolensis, Petrus Damianus, Leo IX. Lanfrancus, Anshelmus Cantuariensis, Ivo, Mehinbardus, & alii quidam:* inscripta est *Prudentissimis, Clarissimis, & Ornatissimis viris, Dominis Consulibus, Senatoribus, totique Reip. & Ecclesiæ* Lindaviensi ad lacum Podamicum *sita.*

De Centuria duodecima.

Duodecima Centuria, *continens descriptionem — quæ XII. — seculo acciderunt, cum Imperium gubernarent, Heinricus IV. Heinricus V. Lotharius Saxo, Cunradus III. Fridericus Barbarossa, Heinricus VI. & Doctores in Ecclesiæ præcipui excellerent, Petrus Alfonsius, Honorius Augustodunensis, Hugo S. Victoris, Rupertus Tuitiensis, Bernhardus, Richardus, Petrus Cluniacensis, Petrus Lom-*

bardus

bardus, Hugo Heterianus, Iohannes Salesburiensis, Anselmus Avelbergensis, Potho presbyter, Berengosius, Eckbertus, Hildebertus Cenomanensis, Petrus Blesensis, Petrus Cantor, & alii qvidam: inscripta est *Illustrissimo Principi ac Domino D. Iulio, Duci Brunsvicensi & Lunaburgensi.* Decima tertia Centuria Ecclesiasticæ Historiæ *continens descriptionem amplissimarum rerum in regno CHRISTI, quæ XIII. post ejus nativitatem seculo acciderunt: cum Imp. Romanum gubernarent, Philippus Barbarossæ filius, Otto IV. Fridericus II. Cunradus, Rodolphus, Adolphus: & Doctores in Ecclesia celebres essent, Gulielmus Parisiensis, Ioachim Abbas, Alexander de Ales, Innocentius III. Bonaventura, Thomas de Aqvino, Albertus Magnus, Egidius Romanus, Iohannes Duns Scotus, Hugo, Iacobus de Vitriaco, & alii qvidam: eodem ordine, diligentia, fide, ut superiores Centuriæ, ex Historicis, Patribus & aliis scriptoribus.* Inscripta demum est *Illustri ac Generoso Domino*, D. Anarcko Friderico, *Domino in Wildenfels & Ronneberg.*

De Centuria decima tertia.

§. XV. Iam si respicimus dotes novi hujus tum temporis operis, id in confesso, est, ac manet, qvod Christianus orbis eruditus simile antea non viderit, sive inventionem spectes; sive dispositionem; sive observationum in Historia Ecclesiastica cumulum: ut jure adeo typographus (sub cujus nomine ipsi procul dubio latent collectores) totius corporis frontispico jure inscribere potuerit: *Hoc Opere nullum aliud ab orbe condito, ejusdem qvidem ar-*

Laudes hujus Operis.

gumenti, Reipub. Christianæ & utilius & magis necessarium, in lucem esse editum, aqvus atqve sinceri judicii lector, vel ex præfatione, qva etiam contexendi hujus causæ exponuntur, adjectaq. inprimis historici operis methodo, ac singulorum capitum metis generalibus, facile deprehendes. Iohannes Sturmius jam anno CIↃIↃLIX. tale de hoc Opere tulit judicium: *Magdemburgensium labor in conficienda historia Ecclesiastica & necessarius fuit, & nostra ætate utilissimus. Qvatuor in ea virtutes esse sentio: Veritatem, diligentiam, ordinem, perspicuitatem. Qvas cum Historicus assecutus est, nihil video, qvod ei deesse possit: si accedat sermonis Latini puritas, & conveniens historiæ oratio.* (a) Vltima Sturmii verba aliqvid habere videntur in recessu: &, si qvid video, tacite tangunt, qvod rarius adhibuerint historicum dicendi genus, invicem apte cohærens; sed in suos qvasi communes locos, philosophico prope more, omnia retulerint. Verum propositum hujus collegii vix aliam admittebat methodum, cum præsertim animus esset, pleraqve ipsissimis scriptorum, unde sua hauserant, dictis exprimere. Inter præcones hujus operis forte non postremus est, *Richardus Montacutius*, tum Episcopus Cicestrensis, cujus verba repetit *Degoreus Whear*, in Oxoniensi Academia prælector Cambdenia-

Ioh. Sturmii.

Richardi Montacutii.

(a) Hoc judicium anno 1585. M. VVagnero misit Henricus Merckelius, Secr. Magdeb. & habetur in illius libello *de Regno Tbo-[illegible]*

nianus (a) in *Relectionibus Hyemalibus, de ratione & methodo legendi Historias civiles & Ecclesiasticas, parte 1. sect. XLII.* & nos qvoqve non pigrabimur denuo afferre: *Post tabulas & delineationes Chronologicas seculorum, ab Apostolis decurrentium, in qvibus leviori opera, sed non inutili, lineamentorum qvædam adumbratio, non τὸ σῶμα vel τὸ σύνολον repræsentabatur; post nonnullas hinc inde, prout tulerat occasio, per partes decerptas Historiæ Ecclesiasticæ racemationes, inventi tandem sunt, qvi serio rem aggressi, plenissimam nobis vindemiam expresserunt: Centuriatores nimirum, qvi dicuntur Magdeburgici, facinus aggressi pulcherrimum, opus arduum, Herculeam molitionem: qvi de disjectis hinc inde, & vage varieqve dispersis ruderibus antiqvitatis, collisæ plerumqve dissipatæ & disjectæ, ædificium qvoddam insigne, ac usu eximium, orbi Christiano construxerunt. — Certe qvidem rerum ordo ille splendidus; series & methodus singularis, rerum & temporum dispositio enucleata; qvam per singulas annorum Centurias observant & proponunt, ita ut sigillatim exhibeantur Fidei ἔκθεσις, disciplinæ πρᾶξις, mores hominum, virtutum progressus & incrementa, labes iterum atqve nævi, hæreses, errores, aberrationes a vera & sincera pietate, schismata ex ambitione & factiones concitatæ; viri celebres per ætates singulas, eruditionis fama, & sanctitatis commendatione. Hæc inqvam, & similia Centuriarum ornamenta, qvæ negari nec possunt, nec debent, mentes movent,*

 jucun-

(a) Gvil. Cambdenus in Acad. Oxoniensi historicam professionem instituit. Vide Christoph. Arnoldum in *præfatione libri VVhveariani, Noremb. 1660. recusi.*

jucunda luce perfundunt; non ipsas solummodo res enarrandas, sed vitam quoque Historiæ, veritatem, commendant, & ad se legentium oculos animosque blandissime alliciunt insinuando. Quod nobis ædificium Historicum dum construunt, fundamentum ejus inprimis statuunt ἀκρογωνιαίως super lapidem illum pretiosum angularem: a DEO structorum omnium ἀρχιτεκτονικωτάτῳ excisum de monte, dedolatum, exasciatum, positum & fundatum in Scripturis sacrosanctis quatuor sanctissimorum Evangelistarum: ab Apostolis & illorum demum ministerio, excultum dein, & perpolitum: quum scriptæ epistolæ ad Ecclesias, & actus contexti de Ecclesiis, ad æternitatem propagarunt. Hinc jam provecti ulterius in apertum & immensum pelagus, disciplinæ formam exteriorem: fidei Ecclesiasticæ normam & tenorem: mutationes in moribus, & conversatione: Hæreticorum fraudes, imposturas, impietates, adversariorum ἐπιθέσεις: Militum, Ducum & Pancratiastarum IESV CHRISTI colluctationes, & agonismata, per partes illius operis luculentissimi, cum multiplici aliarum rerum veritate, exhibent & exponunt, indagatores certe solertissimi, enarratores expediti. — Ista quidem omnia sic corrasa undecunque convasata, in unum velut acervum contulerunt, de scriptis dogmaticis, commentariis & explicationibus credendorum: de sermonibus panegyricis, & homiliis: de Actis imprimis synodalibus: de epistolarum tabulis, ad diversos de diversis rebus: Historiis Veterum ad extremum, quæ de clade temporum superiorum nobis

adhuc

adhuc supersunt paucæ, vel integræ, vel redactæ in epitomen, lautam sane supellectilem, & quoad fieri potuit, instructissimam. Idem etiam fatetur, *utilissimum Reip. Christianæ exstitisse illud hominum laboriosissimorum ἐγχείρημα: Opus esse omni laude & acceptatione dignum.* Sic vir magnus, Isaacus Casaubonus, in epistola dedicatoria *Exercitationum Anti-Baronianarum*, ad Iacobum Magnæ Britanniæ Regem, scribit: *Summam hujus instituti laudabilem, & Ecclesiæ nostris temporibus apprime fuisse utilem, nemo alienarum vigiliarum judex æqvus negaverit.* Et Iohannes Hornbeekius eruditissimus Ecclesiæ Reformatæ Theologus, *Miscellaneorum Sacrorum lib. 1. cap. 1. §. XIV: Opus* vocat *arduum, & egregium, ubi non historiam modo habeas Ecclesiæ integram, & perfectiorem quidem, qvam ea ullibi extat; sed & judicium qvoqve de doctrina, & rebus in Ecclesia gestis concinne additum.* Taceo alia aliorum, præsertim ex Nostratibus, elogia. *Isaaci Casauboni.* *Ioh. Hoornbeekii.*

§. XVI. Neqve tamen mirum, in tam pulchro corpore aliqvot nævos, & in tam vasto opere qvædam deprehensa παροράματα. Vnde Casaubonus in laudata Epistola: *Notæ sunt Tuæ Majestati, qvæ dicuntur Centuriæ Magdeburgicæ, a viris quibusdam doctis in eum maxime finem contextæ, ut, qvæ fuerit Ecclesiæ fides per singula secula, qvæ disciplinæ forma exterior, qvæ mutationes illi acciderint, ob oculos hominibus ponerent. Etsi autem in partibus operis illius luculentissimi, desiderari possunt non pauca, vel propter τὴν ἀμελείαν τῆς ἀνθολκῆς, semper inimicam veritati, ut* *Dnævis Centuriarum a Casaubono*

jam olim qverebatur Basilius: vel qvia unus e primariis illius incepti auctoribus, (Flacium intelligit) *magnæ potius, qvam bonæ apud viros pios fuit famæ.* Et Montacutius non verecundatur scribere: *In hoc opere, multa sunt, qvæ laudes, & admireris; nec pauciora, qvæ neqveas comprobare.* Atqve idem etiam, Whéario teste, *in Apparatu* suo, *luculenter ostendit, in qvibus* Centuriatores *peccarint.* Qvamqvam parum abest, qvin suspicer, Episcopum illum in notandis erroribus fuisse nimium, ac nodum qvandoqve in scirpo qvæsivisse. Et bene est, qvod ipse eos excuset his verbis: *Si qvid operi instituto de perfectione defuit vel debita, vel destinata, ex æqvo & bono, more majorum possit excusari, tum qvod principes rem aggressi, aliis intentatam, illibatam: tum, qvod secundas curas non adhibuerint, ut illa, qvod fieri per ἐπανορθώσεις solet, qvæ minus exacte vel enucleate fuerant ab initio delineata, vel delibata, limatius deinceps exaccurare, & majori cura atqve diligentia possent perpolire.*

& Montacutio observatis.

§. XVII. Qvæ cum ita se habeant, & si qvid a Centuriatoribus peccatum, ex imbecillitate humana, neqvaqvam autem dedita id factum opera; facile licet animadvertere, qvis spiritus illos ex Papatu homines dementaverit, qvi, optimos illos Centuriarum collectores, *nebulones scelestissimos, & Erebi ergastulis constricta mancipia,* (a) *impurissimos ganeones,* (b) vocavere: qviqve *plaustra mendaciorum ediderint:*

Pontificiorum convicia in Centuriatores.

(a) Christoph. Gevvoldus *addit.* ad VVigulei Hundii Episcopos Frisingenses *tom. 1. Metropol. Salisburg.* fol. 116. (b) Gretserus *lib. 4. Observat. in Comm. Philippi Ep. Eystetensis* p. 294.

rint: (a) & *qvorum præcipuum studium fuerit, ut tanqvam emortuæ muscæ perderent odorem unguenti.* (b) Interea vel ex his aliisqve conviciis apparet, qvam ægre tulerint Pontificii, qvod falsæ, qvam hactenus creparunt, antiqvitati, larva detegi, & præcipuum fulcrum tam dogmatibus falsis, qvam rituum non necessariorum, partim etiam impiorum congeriei cœperit eripi.

§. XVIII. Qvot Tomi Centuriarum Magdeburgi primum prodierint, nondum mihi certo constat. *De Editionibus.* Ab anno tamen CIↃIↃLIX. usqve ad CIↃIↃLXXIV. Basileæ in officina Oporiniana in iis excudendis elaboratum est. (c) Præsenti autem seculo *M. Ludovicus Lucius*, Basileensis Academiæ Professor, has Centurias fideliter recensuit, ac tribus voluminibus Basileæ fecit excudi anno CIↃIↃCXXIV. (d) Qvam editionem vel ob id æstimos, qvod testimonia Doctorum aliis typis (*cursivos* vocant operæ) sint expressa: id qvod lectorem multum juvare, in propatulo est.

§. XIX. Ipsi qvoqve Centuriarum collectores Germanice vertere cœperunt opus. *De Versionibus.* Sic enim scribunt in capite Centuriæ VII. *Qvod ad Germanicam attinet*

(a) Aubertus Miræus *in Elogiis Belgicis* p. 67. (b) Baronius in *Notis* ad *Martyrolog. Rom. 18. Januar.* pag. 26. a. (c) *Tres priores* qvidem Centuriæ in exemplari, qvod ipse possideo, præferunt annum 1562. sed in *Catal. librorum Biblioth. Francof.* a Becmanno edito pag. 104. item in Georgii Draudii *Bibliotheca*, habetur annus 1559. *Qvarta* 1560. *qvinta & sexta* 1562. *septima & octava* 1564. *nona* 1565. *decima & undecima* 1567. *duodecima* 1569. *decima tertia* 1574 impressæ. (d) Primum volumen, priores IV. centurias, II. centurias V. seqventes, III. qvatuor extremas complectuntur.

net linguam, nos ſicuti ſemel eam curam ſuſcepimus, ita etiam deinceps eam retinebimus, ut noſtra opera Germanica hac hiſtoria prodeat, & extet: ejusqve rei plurimas & potisſimas habemus cauſas. Ideo rogamus, ne qvis vel ambitione, vel temeraria qvadam rapacitate, qva plurimi velut peſte qvadam laborant, Germanicæ translationis & editionis ſtudium nobis, præter noſtram voluntatem evertat, aut abalienet: eaqve in re æqvitatem ſaltem ſpectet, & conſideret. Ibidem qvoqve dolent, qvod verti cœperit opus in Gallia, minime tamen integrum, ſed multimodis decurtatum, atqve mutilum: optantes ſimul, ut aliqvis totum opus integre vertat Gallice. Verba ſic habent loco laudato: *Vidimus, idq. obiter tantum, qvædam in Galliis de noſtra hac Eccleſiaſtica hiſtoria translata eſſe: verum cum multa, & qvidem non poſtrema in hoc opere omiſſa, pleraq. etiam aliter locata ſint, ut de cæteris nihil amplius hic dicamus, optaremus aliqvos in Galliis totum opus, ſicuti a nobis ſcriptum, editum, totiqve Eccleſiæ CHRISTI donatum & exhibitum eſt, interpretari, eaqve in re clarisſimæ Gallicæ nationi operam egregiam præſtare. Idem etiam a cæteris petimus, ſi qvi forte vel jam, vel alio tempore putarent hanc Hiſtoriam in patrias ſuas lingvas eſſe commutandam.*

De Lucæ Oſiandri Epitome.

§. XX. Vaſtum illud Centuriarum opus in Epitomen, mutata tamen methodo, redegit, *Lucas Oſiander*, Andreæ filius, Norimbergæ natus, qvi primum Diaconus fuit Gœppingenſis, biennio poſt Paſtor & Superintendens Blabeurenſis, tum Stutgardianus ad S. Leonhardum, porro Concionator ibidem

dem Aulicus, & Consistorii Ecclesiastici Assessor, hinc Abbas Adelbergensis, & deniqve Pastor Eslingensis, annoqve CIↃIↃCIV. XVII. Septembris mortalitatem explevit. (a) Centuria hujus Epitomes I. II. & III. Tubingæ anno CIↃIↃXCII. *qvarta*, an. - XCV. *qvinta*, an. - XCVII. *sexta*, an. - XCVIII. *septima*, an. XCIX. *octava*, an. - CIↃIↃCII. *nona, decima, undecima, duodecima, & tertia decima*, una cum *Epitome novarum Centuriarum* XIV. & XV. an. - CIↃIↃCIV. prodierunt. His accessit *Epitomes Historiæ Ecclesiasticæ Centuriæ XVI. pars prima*, continens annos qvinqvaginta: & pars altera in Colloqvio Ratisbonensi anno CIↃIↃCI. desinens. Prior pars Tubingæ an. CIↃIↃCII. posterior seqventi anno excusæ sunt. (b) Hanc ipsam autem Centuriam extremam Osiander prius, qvam septem priores confecit: partim qvod annum agens ætatis LXVIII. de longiori vita desperaret; partim qvod ab Apostolorum temporibus nulla Historiæ Ecclesiasticæ pars sit, qvæ piis hominibus cognitu magis sit utilis & necessaria, qvam hæc ipsa seculi superioris: id qvod pluribus in præfatione perseqvitur. (b) Has Osiandri centurias Germanice vertere instituit, nescio an integras absolvit, *M. David Færterus*. Certe aliqvot Centuriæ Francofurti anno CIↃIↃXCVII. & seqventibus typis sunt expressæ. (c)

(a) Summa vitæ hujus Osiandri exstat in *Theatro Freheriano p.* 331. 332. ex concione funebri *M. Ioh. Magiri*, Præpositi Stutgardiani. (b) Centurias igitur nonam cum qvinqve seqventibus non vidit VVhear: qvi *part. 1. sect. 45.* p. 273. scribit: *Osiandrum centurias octo priores in compendium reduxisse.* (c) Id qvod me nuper bibliopola nostras docuit. Nam ipse versionem nondum vidi.

§. XXI. Deniqve lectorem benevolum celare neqveo, qvod jam a compluribus annis, celebris Theologus Helmstadiensis, *D. Gebbardus Theodorus Meierus*, in continuandis *Centuriis Magdeburgensibus* occupatus sit, & ut eo fortius etiam ac felicius in utilissimo opere pergat, insigni Serenissimorum Ducum Brunsvvico-Luneburgensium liberalitate sublevari mereatur. Annuat Deus Opt. Max. cœptis istis, faciatqve, ut tam egregius labor brevi finiatur, magnumqve Ecclesiæ nostræ commodum afferat.

Continuatio Centuriarum Magdeburg.

CAPUT XIV.

DE CÆSARIS BARONII, CARDINALIS ROM. ANNALIBVS, CENTVRIIS MAGDEBVRGENSIBVS OPPOSITIS. DE EORVM PRIMARIO SCOPO. DE CENSORIBVS BARONII PONTIFICIIS. DE FATO TOMI XI. PER HISPANICAS TERRAS ACERBO. DE SINGVLIS ANNALIVM TOMIS. DE EDITIONIBVS, VERSIONIBVS, EPITOMIS. DE CASAVBONI EXERCITATIONIBVS IN BARONIVM. DEQVE HVIVS ADVERSARIIS. ET DEFENSORIBVS. DE ALIIS BARONII CENSORIBVS, DE ABRAHAMO BZOVIO, ET QVIBVSDAM ALIIS EIVS CONTINVATORIBVS.

§. I.

CVm intelligeret Roma, eo pejus res suas habituras inposterum, & immensam, qvam a pluribus retro seculis sibi arrogasset, atqve vendicasset, domina-

tio-

tionem, itemqve nova, qvæ procudisset dogmata, eo citius expugnatum iri; qvo plenius atqve accuratius in antiqvitatem, & universas veteris Ecclesiæ historias inqvireretur; serio de contrariis mediis cœpit dispicere. Hinc igitur Magdeburgensibus illis suas *Centurias*, aliaqve scripta opposuere *Gvilielmus Eisengrinus*, *Petrus Canisius*, *Conradus Brunus*, *Alanus Copus*, & nonnulli alii: de qvorum uno alterove forsan inferius aliqvid afferendum erit.

Pontificii se Magdeburgensibus Centuriis opposuere.

§. II. Sed majori conatu, longeqve majoribus præsidiis id fecit CÆSAR BARONIVS, ex Sora Apuliæ urbe, non procul ab Arpino, patria Ciceronis, oriundus, Congregationis Oratorii a *Philippo Nerio* Florentino, (a) (hic a Gregorio XV in Sanctos est relatus) Romæ instituto, Presbyter: post a Clemente VIII. Protonotarius, ut vocant, Apostolicus, hinc Cardinalis titulo SS. Nerei & Achillei, (b) ac deniqve Bibliothecarius Vaticanæ Pontificius (c) creatus, annoqve ætatis LXVIII. præsentis ævi VII. die xxx. Iunii, tabe ex assiduo studiorum labore concepta (d) vita fun-

inprimis BARONIVS.

Summa vitæ ejus.

(a) Vitam hujus *Nerii* scripserunt *Antonius Gallonius*, & *Iacobus Baccius*: illius scriptum Moguntiæ 1602 hujus Romæ 1635. prodiit. (b) Hoc titulo deinceps insignitur ab *Tomo Annal. 7.* (c) Hujus, uti recentis in se collati beneficii, meminit in dedicatione *Tomi octavi* ad Clementem VIII. (d) Ianus Nicius Erythræus in elogio Baronii qvod est in *Pinacotheca I. p. 87. Obiit tabe ex assiduo studiorum labore concepta: qvæ ita cibos omnes fastidiebat, ut nullum esset tam nitidum, tam delicatum, tam lepide scitequve conditum obsonium, ut posset in ejus, ætate morboqve confecto stomacho edendi appetitum excitare: imo cum ad cœnam vel prandium vocabatur, tanqvam ad supplicium se rapi dicebat.* Freherus in

tis septies repetitam absolvit. Testem ejus rei ipsum habemus Baronium, ad Sixtum V. Pontificem ita scribentem: (a) *Nota est Sanctitati V. vetus consvetudo Oratorii nostri; in qvo singulis diebus, pomeridianis horis, panis verbi Dei sic parvulis frangitur, ut non illo sublimi dicendi genere, qvod in sacris concionibus adhiberi solet, sed aliqvanto submissiore, verum ad permovendos audientium animos (ut diuturno experimento comprobatum est) valde accommodato, res cominus, qvasi ex æqvo loco, cum unoqvoqve agi videatur. Qvam ob causam inter alia ex variis diversisqve Sanctorum Patrum scriptis ad mores optimos instituendos accepta, Sanctorum vitæ & Ecclesiastica gesta narrantur; qvod ad virtutis, & pietatis studium in auditorum animis excitandum, exempla magnam vim habeant. Cum ergo ea de causa res gestas Ecclesiæ, atqve Vitas Sanctorum legerem; cœpi illius auctoritate & hortatu, qvi mihi & cæteris fratribus meis parentis loco est in CHRISTO præfectus* (Nerium intelligit) *in ea lectione paulo accuratius ac diligentius versari, eodemqve svasore, atqve impulsore, ad veteres Ecclesiasticæ historiæ scriptores agnoscendos examinandosqve animum penitus appuli. Cumqve delectatione ipsa jam trahente, longius pergerem, multaqve excerperem, & notarem, suisqve locis seponerem atqve distribuerem: sensim ac paulatim factum est, ut magnam rerum copiam, tanqvam in aliqvam cellam penariam una congesserim, præsertim contra Novatores nostri temporis, pro sacrarum tradi-*

(a) in dedicat. *Tom. I. Annalium.*

tionum antiqvitate, ac S. Romanæ Ecclesiæ potestate. Sicqve cum jam sex lustris ipsa Ecclesiastica historia fuerit a me septies ordine temporum repetita, accidit, ut amicorum cohortatione, & mea sponte de Annalibus Ecclesiasticis pertexendis serio cogitarem. Et in præfatione ad lectorem: *Cum ætate florente hujuscemodi studiis oblectaremur, qvi Christi loco propositus tunc nobis Pater erat, ad hæc impulit, invitos licet, cum plus oneris certe, quam nostræ imbecillæ vires ferre possent, imponeret, sicqve triginta circiter annos in his pro viribus, Dei gratia favente, insudavimus: pene enim imberbes eramus, cum hæc exordiremur, nunc undiqve canis aspersi hæc scribimus: semperqve in Urbe versati, diversas, quæ in ea sunt, bibliothecas nobiles, Vaticanam præcipue, quam ditissimum rerum antiquarum penu, promptuariumq; dicere consvevimus, perlustravimus, ac cum eruditis viris, quorum magna copia hic esse solet, omnia contulimus, modo consulentes, modo differentes, unde magna facta est rebus nostris accessio.* Et in Gratiarum actione ad ipsum Nerium jam demortuum, Tomo VIII. *Illud a nobis symbolum exegisti, qvo res gestas Ecclesiæ in medium afferremus. Qvod tua jussione semel cœptum, ad triginta annorum spatia est feliciter propagatum, ipsa integra rerum gestarum serie, dicendo, jam septies in Oratorio repetita.* Qvo loco parum abest, qvin qveratur de nimis acri in sese concitando in [illegible]andoqve studio. *Adstabas jugiter operi* (sic pergit:) *urgens præsentia, instabas verbis, durus semper (ignoscas si hoc dixero) diurni pensi existens exactor, adeo*

adeo ut piaculum putares, si interdum ad alia enarranda divertissem, dum nec minimum quidem ab instituto deflectere patereris. Sæpe vero & in eo humani aliquid passus sum, fateor, cum nondum intelligens rem ipsam occulte abs te apud Deum precibus confici, meas ipse metiens vires, quererer, mecum ferme agi tyrannice, quod non solum aliquis non jungeretur ex fratribus, qui ad collaborandum eidem subjiceret collum jugo, sed multiplicato labore, nec datis paleis multiplex opera exigeretur: cum inquam & adhuc alii ad susceptum munus negotiorum fasces imponerentur, cura videlicet animarum, publicum de suggestu ministerii verbum Dei, præfectura domestica, præter alia quamplurima, quæ inopinate & importune molestiores quotidie ingererent interventores. Diuturnum illud in fingendo ac formando opere tempus pungens Casaubonus, sic scribit ad Jacobum Magnæ Britanniæ Regem: (a) *Narrat ipse juvenem se a Philippo Nerio, Congregationis Oratorii fundatore, posteaquam Magdeburgensium Centuriæ Romam erant allatæ, fuisse designatum, cujus humeris componendæ Historiæ adversus illas Centurias comparatæ provincia imponeretur. Annos igitur, non decem, quo spatio temporis elephantorum partus eduntur, sed ter decem, ei studio, sub Nerii ductu, operam navasse, priusquam aliquid ederet. Orbem universæ Historiæ, a primordiis Ecclesiæ, ad nostra tempora, in Congregationi illi consuetis exercitationibus septies repetiisse, & absolvisse, dum ad susceptum opus sese accingit.*

§. IV. Ne-

(a) in dedicat. *Exercitat. AntiBaronianarum.*

Baronius adversus Centurias Magdeb. insurrexit.

§. IV. Neqve vero dissimulat Baronius, sese, contra Centurias illas Magdeburgicas in aciem ut prodiret, a Nerio fuisse excitatum, confirmatumqve. Sic enim legas in dicta *Gratiarum Actione*: *Exæstuans tu qvidem — exæstuans, inqvam, zelo Ecclesiæ laborantis: ubi mente illa tua divino perfusa lumine, ac prophetico (dicere liceat) afflata spiritu vidisti e portis inferis in Ecclesiæ detrimentum progressas esse* Centurias Satanæ: *ex adverso consurgens pro domo Israel prœliaturus prœlia Domini, non majori, vel pari saltem numero militum, compensato certamine, decernendum putasti — puerum tuum, fratrum minimum, & hebetioris ingenii delegisti, qvem unum, eundemq; inermem, tot objiceres armatis hostibus.* Ab istis qvoqve Centuriis Baronium fuisse excitatum, agnoscit *Henricus Albi* Iesuita, in *Historia Cardinalium*, Gallice scripta: cujus verba qvædam in Latinum versa repetit Hoornbeekius *Miscellaneorum sacrorum lib. 1. cap. I.* §. *XI.* qvi porro pluribus etiam observationibus ex ipsis Annalibus, hoc comprobat. Huc etiam referas seqventia Stanislai Carncovii, Archiepiscopi Gnesnensis, ex epistola anno CIↃIↃXCII. scripta: (a) *Cum Centuriatores figmentis mendaciisqve suis* (bona verba, qvæso!) *historiis Ecclesiasticis tenebras offudissent; te potissimum elegit Dominus, qvi tenebras istas depelleres, lumenqve clarissimum Orbi universo inferres.*

§. V. Edendorum suorum Annalium auctorem primum, qvi hoc continuo apud eum urserit, &

(a) Qvæ præfixa *Tomo I. Annalium.*

& auctoritate ſua efflagitarit, præ omnibus celebrat *Antonium Carafam*, titulo SS. Iohannis & Pauli Presbyterum Cardinalem, ac Bibliothecarium Pontificium. Sic enim ad Sixtum Papam: *Etſi timide admodum tam erudito ſæculo lucubrationes has meas in lucem emittebam, easque diutius intra domeſticos parietes comprimendas cenſebam, me tamen optimi, & de me optime meriti Cardinalis, Antonii Carafæ Bibliothecarii Apoſtolici auctoritas impulit, ut hoc tanquam æs alienum aliquando diſſolvere inciperem.* Et ad ipſum Carafam Cardinalem: *Tua graviſſima auctoritate permotus, Cardinalis Ampliſſime, tuisque cohortationibus confirmatus, in lucem emitto primum Annalium noſtrorum Eccleſiaſticorum volumen.* Idem Tomo III. ad annum CCCLX. ubi de hujus Cardinalis exceſſu nuntium accepiſſet, in hæc erumpit: *Quo auctore, monitore dicam & impulſore; Annales hi noſtri, qualescunque ſint, intra ipſa tamen ſepta domeſticæ cellulæ, inſtar puellæ, ſeſe verecundius continentes, prodire tandem cœperunt in lucem. —Quanta vero putas illum ſollicitudine pro te* (lector) *laboraſſe, cum nutu, voce, quin & clamore impellebat ad curſum, & addebat currenti calcaria?* Iuvat etiam nonnulla ex laudibus hujus Cardinalis, quæ dicto habentur loco, repetere: *Quis unquam pluribus retro decurſis ſeculis adeo de Chriſtianis literis bene meritus reperitur? cujus induſtria, intermortua Editio Septuaginta duorum rediviva inexſpectata comparuit; & noſtra Vulgata, plurimo excuſſo pulvere, enitescit: cujus & diligentia, Oecume-*

Antonius Carafa Card. præ ceteris urſit editionem Annalium.

Laudes hujus Cardinalis.

observatum, per singula tempora demonstrabimus. Qvibus *porro incrementis Christiana Religio per totum orbem terrarum se diffuderit, ac successione temporum longe lateqve in unius visibilis capitis conjunctione coagmentata, atqve in uno spiritu fuerit propagata, aperiemus.* Bella *insuper, sive externa, sive civilia, qvæ a tyrannis, aliisqve hostibus, qvæve ab hæreticis, vel schismaticis adversus Catholicam Ecclesiam sunt conflata, eademqve Christi veritate, qvomodo profligata, atqve extincta fuerint, adjicimus.* Res *gestas Imperatorum, qvæ tamen ad Ecclesiæ statum spectare videbuntur, una cum cæteris rebus Ecclesiasticis, annis singulis intexemus.* Clades *etiam divinitus immissas ad eos puniendos, qvi contra Dei Ecclesiam superbire, & in ea qvid temere moliri ausi sunt, qvibus divinum qvoddam consilium ac providentia in Ecclesia gubernanda ac protegenda admirabili qvodam modo declaratur, suo qvoqve ordine referemus.* Qvi *item cunctis seculis viri sanctitate conspicui atqve eruditione sublimes claruerint, qvandove ex hac vita decesserint, — subinde adnotabimus.* In his *omnibus percensendis, nec ab instituto alienum; nec ingratum nos facturos putamus, si obscuras Ecclesiasticas voces, & glossemata, qvæ inter legendum occurrunt, loca insuper perplexa & obscura, qvæ in antiqvorum scriptis interdum reperiuntur, pro viribus elucidare conabimur.*

§. VII. Sicut autem, qvod sibi proposuerat Baronius, pro virili conatus est explere; ita potissimum

Baronius potissimum elaborat in stabilienda Monarchia Pontificia.

simum in secundo capite, nempe in stabilienda visibili Ecclesiæ monarchia, a Petro Apostolo (uti sibi imaginatur) ad Pontifices Romanos derivata, ingenti cum sollicitudine, maximoqve cum nisu elaboravit. Vnde non immerito cordatus ille Gallus, *Petrus Pithoeus*, cum primum priores Annalium tomos vidisset, dixisse fertur: *Non Annalium Ecclesiasticorum, sed de potestate Papæ verum nomen ipsis futurum.* Qvi *vir optimus* (ita Casaubonus) (a) *si postremos tomos vidisset, qvid dicturus fuit?* Et Iohannes Launojus, eruditissimus Doctor Sorbonicus, de eodem ejusmodi in *Epistolis* fert judicium: *Nemo nescit, tum sedis Romanæ opportunitatum assertorem esse cupidissimum, & ubicunqve, qvomodocunqve erogare, qvæ illius amplitudini, commodis, honori inserviunt.* Ac alibi: *Baronius nullam prætermittit occasionem amplificandæ dignitatis Romani Pontificis.* Casauboni qvoqve digna sunt, qvæ repetantur, seqventia: (b) *Qvod res arguit manifestissime, Cæsar Baronius qvando ad scribendum animum appulit, non id sibi negotii credidit dari, ut faciem veteris Ecclesiæ, qvalem inveniebat, qva in Scripturis, qva in Patrum, & historiarum antiqvissimis monumentis, & qvalis vere fuit, penicillo suo simpliciter exprimeret: sed potius ut talem ei fingeret σοφίᾳ qvadam κακοσυνθέτῳ* (sapientia male conciliata) *ut est apud Epiphanium,*

(a) in dedicat. *Exercitationum Anti-Baronianarum.* (b) ex eadem dedicat. Confer Ioh. Henr. Heideggeri *Historiam Papatus* pag. 307. 308.

um, & perpetuis, in primo præsertim tomo anachronismis, qualem Romanæ Ecclesiæ susceptum patrocinium postulabat. Omnes hodiernæ de negotio religionis controversiæ ad duo hæc capita, nisi fallor, commode possunt revocari; doctrinam de dogmate ritibusve, & de Rom. Pontificis potestate ac Monarchia. In utroqve horum capitum, eam rationem tenuit Baronius, ut omissa qvæstione, de voluntate Domini, & vera antiqvitate, omnia sine exceptione defenderet, qvæ hodie, & a paucis seculis, Roma sciebat probari: in qvo etsi subdolam artem interdum adhibet, qvam nos appellamus κρύψιν, plerumqve tamen animi sui mentem ita palam præ se fert, ut puerum esse, vel cæcum oporteat, qvi Annales hos legat, & consilium auctoris non intelligat. --- Cujus Annales eo periculosius in manibus juventutis & rudium veritatis lectorum versantur: qvo majore arte scopum suum, in primis præsertim tomis, dissimulat. In Prolegomenis ad lectorem & hæc reperias: *Denique ita se gessit Baronius totis XII. suorum Annalium tomis ut qvi dubitari nollet, præcipuum sibi scopum fuisse, Papalem Monarchiam stabilire, amplificare, & ad cœlum usqve evehere.* Idem in iisdem: *Et spiritualem & temporalem dominationem ita amplam Papis vendicat, ut per ejus doctrinam Imperatoribus, Regibus, & Principibus nihil restet aliud, nisi Romano Pontifici servire, & ad jussa ejus humiliter capessenda, mature sese componere.* Atqve hoc ita esse, mox luculentis documentis ex corpore Annalium sumtis demonstrat. Iohannes Hoornbeekius in aliqvoties jam laudatis *Sacris*

Miſcellaneis (a) ita de Baronio: *Eo excepto, id eſt, niſi tantus Papiſta hic Auctor fuiſſet, & Cardinalis, quique calamum obnoxium habebat iſti ſedi; cui & pileum debebat ſuum, & cujus faſtigium ei ſemper obverſabatur; & quod ſi tam protervo animo, pro ſede atque doctrina Romana non traxiſſet qualibet & confudiſſet, atque in Orthodoxos ſcripſiſſet; ſane opus iſtud Annalium incomparabile dicerem, cui ob Auctoris diligentiam, laborem & eruditionem (religionem ſemper excipio) quantum deberet, vix ſatis ſciret eruditorum orbis.*

Laudes Operis Baroniani.

§.VIII. Et ne putes Caſaubonum, dum vitia perſtringit, & multiplicia errata demonſtrat Baronii, virtutum viri, & quarundam etiam dotium Operis, oblitum plane; ecce hæc ſubjungo ex dedicatione Exercitationum: *Unus Cæſar Baronius, magnis ſuis laboribus poſtea Cardinalatum meritus, omnium priorum luminibus facile obſtruxit, vir ejus eruditionis, tantæ diligentiæ; itaque neceſſariis pleriſque præſidiis ad opus quod parabat, inſtructus; ut mirum videri non debeat, tantam ipſi ſuas in eo genere lucubrationes apud omnes nationes nominis celebritatem peperiſſe.* Et in Prolegomenis: *Hic eſt, qui primus omnium totius orbis Chriſtiani res geſtas, præſertim autem quæ ad Eccleſiam pertinebant, in continuam annorum ſeriem ſic digeſſit, ut ſi unius urbis Faſtos concinnaret: qui neſcio unde ex abdito, tam multa plane*

(a) lib 1, cap. 1.

plane prius ignota, primus prompsit in lucem; qui antiquorum Episcoporum in magnis urbibus successiones, veterum hæreseon originem, progressum & finem; tempora Ecclesiæ, sive tranquilla, sive turbulenta, tam accurata diligentia explicuit: qui denique merita sua in Ecclesiam, si immoderato partium studio non corrupisset, dignus erat sine controversia, cui omnes, & veteres, & recentiores, qui illam eruditionis partem unquam attigerunt, assurgerent, & fasces submitterent. Ac iterum: *Quod ad diligentiam attinet, ea in Baronio tanta fuit, ut vix desiderari major queat. Retulit ille in suos Annales, non solum quæcunque a prioribus omnibus Historiographis, sive Græcis, sive Latinis erant commemorata: sed etiam quæcunque apud Patres, aut alios cujuscunque generis scriptores sparsim leguntur ad res Ecclesiæ pertinentia. Neque fuit ei satis, auctores vulgo notos & publicatos in consilium adhibere: sed celebriorum plerarumque Bibliothecarum forulos, vel ipse, vel per amicos est scrutatus, ut ad plenam rerum Ecclesiasticarum cognitionem nihil, quoad ejus fieri poterat, prætermitteret.* Et sane si tantas ab hoste, sed veritatis patrono, reportavit laudes; non mirum, a suæ sectæ hominibus vocari *consideratissimum scriptorem: virum in tantum laudandum, in quantum virtus & doctrina intelligi possit:* (a) *omnis antiquitatis peritissimum & restituendæ præcipue Ecclesiasticæ Historiæ natum:* (b) *accuratissimum*

(a) M. Velserus *Rer. Boicarum lib. 5. p. 103.* (b) Idem. *in Explicat. Tab. Peutingerianæ. p. 725.*

ſimum rerum Eccleſiaſticarum: (a) *eruditum, pium, ac diligentem, ſcriptorem:* (b) *virum doctrina probitateq; juxta venerabilem & amabilem, & de Hiſtoria Eccleſiaſtica, ejusque ſtudioſis optime meritum:* (c) *magno judicio, magnaque antiquitatis peritia excellentisſimum:* (d) *incomparabilem Catholicæ fidei & hiſtoricæ veritatis propugnatorem:* (e) *verum Hiſtoriæ patrem & Annalium Eccleſiaſticorum conſummatisſimum conditorem.* (f)

Baronius nec ipſis ſatisfecit Pontificiis.

§. IX. Cave tamen putes, omnes & ſingulos religioni Pontificiæ addictos viros tanti æſtimare Baronium, ac pro incomparabili Chronologo ac Hiſtorico habere. Ex quo enim illud antiquitatis, legitimæque criſeos ſtudium etiam nonnullos Pontificiorum occupavit, dici non poteſt, quantam ceſpitationum, erratorumque Baronianorum congeriem conſignaverint. Atque ut taceam Hiſpanum illum, qvi Iacobum Apoſtolum veniſſe in Hiſpaniam, ſingulari libro, qvem *Vindicias Tutelares Hiſpaniarum* inſcripſit, (is ab Erycio Puteano Latine verſus) (a) demonſtrare voluit, in Baronium inſurrexiſſe: quis neſcit, in media nuper Italia, *Henricum de Noris*, Auguſtinianum Theologiæ Profeſſorem, *in Hiſtoria Pelagiana*, gravisſimos errores Baronii luci publicæ expoſuiſſe? Idem jam ante complures annos fecit

(a) Tomaſinus *de Donariis cap.* 43. (b) Pererius *in Geneſin c.* 5. (c) Idem *in Gen. cap.* 25 (d) Serarius *Moguntiacarum Rerum lib.* 4. *p.* 670. (e) Mallinkrot *de Archicancellariis Imperii lib.* 4. *p.* 630. (f) Aub. *Miræus de Scriptoribus ſeculi* 16. (g) Editus eſt Lovanii 1608.

cit *Petrus Halloixius*, in Notis *ad Sanctorum primi secundiq; seculi Vitas & Documenta*. Fecit id quoq; *Natalis Alexander*, novissimus *Historiæ Ecclesiasticæ* scriptor Gallicanus: ac magna itidem id fecit cum industria, judicioque exqvisito, *P. Antonius Pagi*, Ord. Minor. Conventus S. Francisci: cujus *Criticæ Historico-Chronologicæ in Annales Baronii* Tomus I. anno CIↃIↃCLXXXIX. Parisiis excusus, ejusque summa in *Acta Eruditorum* Lipsiensia relata est. (a) Sic Ianus Nicius Erythræus in elogio *Alexandri Tassoni* Mutinensis, observat, (b) hunc *in Ecclesiastica historia sua pluribus in rebus a Baronio dissentire, veritatis, non contentionis, ut ipse ajebat, studio addictum*. Perronius qvoqve Cardinalis non dubitavit Baronium collegam sic perstringere: (c) *Bonus homo multis in locis historiæ suæ deceptus fuit: magni in eo parachronismi, in infinitis locis fallitur, minime est exactus, ne in ipso qvidem stylo. Nonnisi laboriosum est opus.* Qvid, qvod non incerto rumore circumferatur, solum Lucam Holstenium aliqvot millia errorum Baronianorum observasse, ac consignasse? Qvomodo si res processerit, atq; id nonnemo in se susceperit laboris, haut difficulter insigne volumen Anti-Baronianum ex solis Pontificiis colligi posset.

§. X. At commodum nos monet tempus, ut aliqvid hic dicamus de peracerbo *Tomi Annalium XI.*

 fato

(a) *an. 1690. m. Aug. p. 369. seqq.* (b) Pinacoth. I. p. 187. (c) In *Posthumis Perronianis ab* Heideggero laudatis in *Hist. Papatus* p. 310.

fato: cui inseruit Cardinalis Baronius longam de *Monarchia Siciliæ* disputationem, qvam contra usurpationem Hispaniarum Regis, sedi Pontificiæ vindicare voluit. Nam ob id vehementer commotus Rex Philippus III. peculiari edicto (a) III. Octobris anno CIↃIↃCX perscripto hunc XI. Annalium tomum proscripsit, & a subditis suis sub gravi pœna haberi & legi vetuit: ut duo etiam librarii, qvi contra edictum exemplaria habuissent, ad triremes damnarentur. (b) Iam Cæsar Baronius, tomo illo publicato, Ascanii Columnæ Cardinalis super ea re judicium exqvisiverat: qvi ex Hispania reversus, exarata ad ipsum epistola, moderationem in hac dissertatione reqvirebat, & de acerbitate illius conqverebatur, rem ipsam non attingens. (c) Ad qvam prolixo scripto respondit Baronius. (d) Interim Columna Cardinalis gratia Clementis VIII. excidit, adeo ut vix qvisqvam ex aulicis, qvibus hæc Pontifi-

cis

(a) Qvod exstat apud Goldastum *Tom. III. de Rom. Monarchia.* (b) Thomas Maurocenus *lib. 16 Hist. Venetæ*, Thuanus *lib.* 124. Gramondus *lib. 1.* M. Anton. de Dominis *lib. 4. de Rep Eccles. cap. 3. §. 29. & lib. 6. c. 12.* Paulus Sarpius Venetus *in Hist. Inqvisitionis*, ab Andrea Colvio Latine versa *p. 163. seqq.* Gisb. Voetius in *Desperata causa Papatus lib. 2. p. 387.* Conringius *de Finibus Imperii. cap. 22.* & *Animadv. in Bullam Innocentii X. p. 164.* Limnæus *de Jurepubl. l. 8 c. 10.* Hoornbeeck *lib. I. Miscellan. sacror. cap. 1. pag. 21.* Heideggerus in *Hist. Papatus pag. 311.* (c) Hoc judicium habetur qvoqve in Goldasto d. l. (d) Vid. Thuanus d. l. Tractatus Baronii *de Monarchia Siciliæ cum Apologetico adversus Cardinalem Columnam* Paris. 1609. editus. Contra Iohannes Beltranus de Gvevara *Discursum de principio Monarchiæ in Sicilia adversus Card. Baronium* scripsit.

eis voluntas nota erat atqve perſpecta, auderet ſe illi, amicitiæ vel honoris gratia, comitem addere: unde invitatus a Rege Hiſpaniarum, ut regno Tarraconenſi, pro Rege, præeſſet, accepit conditionem illudqve ſumma cum æqvitatis laude, per triennium adminiſtravit: ac deinde reverſus eſt Romam, ubi demum exiit e vita. (e) Ceterum poſtqvam Pro-Reges Neapolis & Siciliæ de Baronii ſcriptis apud Pontificem expoſtularunt, non dubitavit is Siculi Pro-Regis literas etiam his Thraſonicis male ex Scriptura petitis retundere: *Melius eſt, mihi mori, quam ut evacuetur gloria mea. Deus meam laudem ne tacueris, qvoniam os peccatoris, & os doloſi apertum eſt ſuper me: qvippe cum hac accuſatio, non tam in me & meos Annales directa ſit, qvam adverſus ipſum Pontificem, & S. Sedis Majeſtatem, qvi eos vidit, & cunctis Cardinalibus examinandos præbuit. Petrus vidit, Petrus approbavit. Huic petræ atqve adeo rupi infixus minime vereor, ne loco moveri, aut concuti poſſim.* Tum poſtquam hæc cauſa in Leonis XI. conclavi ab Hiſpanis multum agitata, non diu poſt Leonis obitum Paulo V. creato, Baronius ad ipſum Philippum Regem literas exaravit: in qvibus, *ſcriptum ſuum a tribus Cardinalibus examinatum, magno Clementis VIII. plauſu probatum fuiſſe*, aſſeverat. *Et cum multi*, inqvit, *poſt Clementis obitum contra me tanqvam patrocinio deſtitutum inſurrexiſſent, fiduciam a veri-*

(a) Ianus Nicius Erythræus *Pinacotheca altera p. 151.*

tate & causæ justitia majorem sumpsi, qvippe qvod scripsissem, scriptum Petri jussu, confirmatum a Petro, & ex ipsa Petri sede prodiit, deniqve supra petram fundatum est, qvæ confractura eos, qui in eam minus caute offenderint, aut super qvos ipsa ceciderit. (a) Thuanus, qvi hæc excerpta Baronii epistolæ nobis dedit, *hæc tunc liberius scripta, & a Philippo, qvam ob causam incertum, pro tempore dissimulata,* tradit: *satis habuisse,* dicens, *Antverpiæ, ubi Annales eodem fere tempore recudebantur, illius tomi editionem prohibuisse, & Romæ excusa exemplaria in terris suis, atqve adeo in utriusqve Siciliæ Regno venalia proponi vetuisse:* id qvod paulo ante paucis indicavimus. Qvod si tamen in hoc tomo sibi temperare potuisset Baronius, nec pro Pontificia in Siciliam potestate tam acriter adversus Hispanos disputasset, a Clementis VIII. obitu ad solium Papale evectus, ardui laboris mercedem reportasset. (b) Et vero cum iterum post excessum Leonis XI. parum ab hoc abesset apice, nonnemo Cardinalium *restitit, & clara voce, se nunqvam suffragio suo tantum illi honorem delaturum dixit, nec nisi coactum electioni illorum assensionem suam præbiturum: &, qvo testatior esset ejus rei memoria, non recusare, qvominus in* Annales Ecclesiasticos *referretur, se omnium postremum, qvoniam aliter*

Baronius a solio Papali excluditur.

(a) Forte hæc est *Epistola* illa Baronii *ad S. Reg. Maj. Hispaniæ, de Monarchia Siciliæ,* qvam Ioachimus Morsus Lugdun. 1601. edidit. (b) Grimoudus l. 1. *Factione Hispana exc[illegible]ditur a prima sede, ad qvam virtute & suffragiis vocabatur.*

ter fieri non posset, suam cum ceteris Patribus voluntatem conjunxisse: qvæ verba sunt Nicii, *in elogio Baronii:* qvi porro subjungit: *Neqve his vocibus nihil est actum: nam continuo rerum commutatio facta est: illoqve relicto, sua Patres studia in Cardinalem Burghesium contulerunt, cumqve Pont. Max. Pauli V. nomine declararunt. At Baronii objurgationes eo majorem vim habebant, qvod cum procero esset corpore, inerat in ejus vultu illepido, inamœno, tristis severitas, inter cujus qvasi nubes, haud scio, an ullus unqvam risus emicare visus sit.*

§. XI. Nunc ut ad singulos Baronii Tomos accedam; primus, *ab adventu Domini nostri IESV CHRISTI incipiens, perducitur usqve ad Trajani Imp. exordium, annos centum complexus.* Inscriptus est Sixto V. Papæ, ac Antonio Carafæ Cardinali. Secundus, *incipiens ab exordio Trajani Imp. perducitur usqve ad Imperium Constantini: complectitur annos CCV. sextum ex parte tantum attingit.* Inscriptus est iterum Sixto V. & Federico Borromæo Cardinali. Tertius, *incipiens ab Imperio Constantini M. perducitur usqve ad Constantii ejus filii obitum: complectitur annos LV. sextum ex parte tantum attingit.* Inscriptus est Philippo II. Hispan. Regi, & Augustino Cusano, Cardinali. Qvartus, *incipiens a Iuliano Apostata Imperatore, perducitur usqve ad obitum Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.* Inscriptus est Clementi VIII. Pontifici, & Octavio Paravicino Cardinali. Qvintus, *incipiens ab exordio Imperii Arcadii & Honorii Augustorum,*

Qvid singuli Baronii Tomi contineant.

De Tomo I.

De Tomo II.

De Tomo III.

De Tomo IV.

De Tomo V.

ſtorum, anno Domini CCCXCV. *perveniens usque ad* CCCCXL. *continet annos* XLV. *ita diſpoſitus, ut commode ſextus tomus a S. Leone Magno Pontif. Max. inchoetur.* Inſcriptus eſt iterum Clementi VIII. & Gvilielmo, Comiti Palatino Rheni, utriusqve Bavariæ Duci.

De Tomo VI. Sextus, *incipiens ab anno Domini* CCCCXL. *perveniens usque ad* CCCCXVIII. *inchoatur ab Imperio Iuſtini ſenioris, complectitur annos* LXXVIII. Denuo inſcriptus eſt Clementi VIII, & Petro Aldobrandino Cardinali.

De Tomo VII. Septimus, *incipiens ab anno Domini* IↃXVIII. *perducitur usqve ad annum* IↃXC. *nempe ab anno primo Iuſtini Senioris, usqve ad qvintum Mauritii Auguſti. Complectitur annos* LXXIII. *Acceſſerunt ad finem tomi parerga de converſione Ruthenorum ad Chriſtianam religionem, & eorundem ad Romanæ Catholicæ Eccleſiæ communionem reverſione, ſub Clemente VIII. Pont. Max.* Et hic qvoqve inſcriptus eſt Clementi VIII.

De Tom. VIII. Octavus, *incipiens ab anno Domini* IↃXC. *perveniens usque ad* IↃCCXIV. *nempe a Gregorio Magno Rom. Pontifice, usqve ad Gregorium II.* Iſte item Clementi VIII. inſcriptus eſt, & Philippo Nerio, Congregationis Oratorii fundatori, jam demortuo.

De Tomo IX. Nonus, *incipiens ab anno Redemptoris* IↃCCXIV. *perducitur usque ad annum* IↃCCCXLII. *qvo & orta hoc ſæculo in Oriente, debellata eſt penitus Iconoclaſtia, ut plane qvi hunc tomum Panopliam dixerit adverſus impios Iconoclaſtas, veritatis ſcopum attinget. Continet annos* CXXVIII. Henrico IV. Francorum & Navarræ Regi inſcriptus eſt

De Tomo X. Decimus, *exordium ſumens ab anno Domini* IↃCCCXLIII. *perducitur*

tur ad annum M. inclusive: complectitur annos CLVIII. Inscriptus est Rudolpho II. Rom. Imp. Vndecimus, *incipiens ab anno Domini MI. perducitur usque ad annum* MXCIX. *inclusive. Appositus est ad calcem libri tractatus Humberti Silvæ Candidæ Episcopi Cardinalis de azymo & Fermentato.* Inscriptus est Sigismundo, Regi Poloniæ. Duodecimus, *incipiens ab anno Domini* MC. *perducitur usque ad annum* MCXCVIII. *nempe ab anno primo Paschalis Papæ II. ad ultimum Calistini III. continet annos* XCVIII. Inscriptus est Paulo V. Pontifici. Et in hoc tomo ultimo seqventem legas supremam Auctoris contestationem, ex principiis Pontificiæ religionis haustam. *In vita hujus limine constitutus, & futuram morti jam propior recogitans, oro te atque obtestor, Christiane lector, qvicunqve cum Romana Catholica Ecclesia communicas, si qvem unqvam ex his Annalibus nostris ad tuam aliorumqve ædificationem fructum capies, primum ut Deo Opt. Max. bonorum omnium largitori acceptum feras: deinde hanc mihi vigiliarum lucubrationumqve, qvas tua causa tot annos libens pertuli, gratiam reponas, ut anima mea, cum ex hac vita excessero, bene precari, ac opem ferre ne graveris, tum cæteris suffragiis, qvæ defunctis impertiri in Ecclesia mos est, tum maxime sacrosancti & salutaris Missæ sacrificii oblatione. Hanc a te, inqvam, vicem peto. Tibi vero tribuat Deus, ut pie semper vivas, ut supernis benedictionibus repleare.*

De Tomo XI.

De Tomo XII.

Contestatio Baronii in hoc ultimo Tomo.

§. XII. Vbi jam ad edendos Annales accesserat, singulis fere annis tomum dabat: hinc Franciscus

Singulis fere annis novus Tomus prodiit.

ciscusBencius e Soc. Iesu in carmine præfixo tomo V.

Qvis tibi tam validas, Cæsar doctissime, vires
Sufficit, & tantis cumulat pia pectora donis,
Ut qvoties novus annus init, novus exeat a te
Fructus, & in messem pariter nova gramina crescant?

Et Tomo VIII. excusat se ob eum tardius editum, qvam qvo promiserat singulos singulis annis edere.

De Editionibus Annalium Baronii.

§. XIII. Prima editio *Romana* est, in typographia, qvam Sixtus V. instituit, Vaticana exscribi cœpta anno CIↃIↃLXXXVIII. &, ut apparet, sumtibus Pontificiis. Vnde in dedicatione Tomi I. *Iam in tuo nomine primum Annalium nostrorum volumen e tua nobili Vaticana typographia prodit, qvam nuper nullis parcens impensis instituisti.* Et in dedicatione Tomi II. *Hæc Sanctitas tua satis sibi cognita atqve probata, Vaticanis qvoqve excudenda fore prælis, apposito sacro chirographo, sua auctoritate, mandavit.* Romanam hanc exceperunt *Coloniensis* prior, *Antverpiana* prior, ann. CIↃIↃXCVII. *Coloniensis* altera, anni CIↃIↃCXXIV. & seqq. *Moguntina*, an CIↃIↃCI. *Coloniensis* tertia, anni - XLV. & *Antverpiensis* novissima, anni CIↃIↃCLXX. Sæpius autem correxit & adauxit præcedentes Annalium editiones Auctor: ac in Antverpiensi multa accessere, qvæ ante singulos tomos indicantur, præcipue *primum* & *secundum*; varia philologica, de sacris ritibus, numismatibus. Optima autem & plenissima habetur *Moguntina*, utpote ab auctore ipso recognita, qvamqve omnium aliarum postea edendarum prototypum esse voluit. *Tomus IX.* in qva de

de regno Siciliæ adversus Hispanos agit, seorsim Parisiis excusus est anno CIↃIↃCIX. Ad *Tomum X.* appendix accessit addendorum, ubi in variis tomis subjungenda & interserenda indicantur. Corrigit etiam sæpe in Annalium posterioribus editionibus, qvæ in *Notis ad Martyrologium Romanum* temere posuerat, errorem ipse agnoscens suum.

De Versionibus Annalium.

§. XIV. In alias qvoqve linguas conversi sunt Annales. Et in Germanicam qvidem lingvam id facere instituit Marcus Fuggerus, Baro in Kirchberg & Weisenhorn, Rudolpho Cæsari a Consiliis: qvo de ad ipsum Baronium die XVI. Decembris anno CIↃIↃLXXXIX. sic scribit: *Laborem meum in vertendo primo tomo tuorum Annalium in linguam paternam tibi probari, perlibenter ex tua accepi epistola. --- Aggressus sum animo magno primum tomum interpretari, in eoqve hactenus laboravi sedulo.* Contra Baronius ad eundem: *Qvid gratius atqve jucundius, qvidve honorificentius accidere potuisset, qvam ut nostri Annales Ecclesiastici in Germanicam lingvam germane atqve fideliter verterentur, a tali tantoqve potissimum viro. --- Studueram (probe nosti) susceptum laborem aliqva saltem ex parte minuere, cum superioribus meis datis ad te litteris svaderem, ut prætermissis qvibusdam prolixioribus qvæstionibus, licet ad historicam facultatem ac veritatem maxime pertinentibus, aliisqve nonnullis, qvæ rudis lector esset haud facile percepturus, ex eis Epitomen potius Germanica lingva conficeres: sed redditis ad me literis, id facere renuisti, ac plane exhorrui-*

De Germanica.

 sti,

sti, perinde qvasi religio esset ex illis vel apicem unum excidere; sic in omnibus fidelis & accurati munere perfuncturus interpretis. Porro in lingvam Italicam convertere cœpit Annales *F. Franciscus Panagarola*, Episcopus Astensis & Comes: ad qvem idcirco ita Baronius: *Cum Romæ populum pro concione doceres, non satis tibi visum coram freqventissimo cœtu summis laudibus nostros Annales efferre; sed & quo eos in omnium animos penitus insinuares, ut ex illis omnes æqve proficerent, in Italicum idioma reddendi eos consilium iniisti, explorataqve nostra voluntate, & facultate concessa, --- primum Annalium tomum compendiosa translatione lingvæ maternæ, dicto citius reddidisti, cœterisqve idipsum in aliis lingvis præstandi viam aperuisti. Verum urgens necessitas a cœptis te invitum avulsit; ipsa inqvam jussio Pontificia, qvæ Legato a lateri te consultorem adjunxit. ---- Cum jam feliciter confecto negotio, redeuntem te auctis coronis hilaris tua recepit Ecclesia ---- tuis literis significasti, ut cœptas in Annalibus lucubrationes persequereris.* Reperio etiam *Franciscum Mariam Taurusium*, Politianum, ex Congregatione Oratoria Presb. Cardinalem priora volumina Baronii Italice vertisse. (a) In Polonicam, qvoqve lingvam verti curavit *Stanislaus Carncovius*, Archiepiscopus Gnesnensis, Metropolitanus regni Poloniæ. Nam ita scribit ad Baronium, ex arce Lovicicensi v. Augusti anno CIƆIƆXCII. *Si permittes, curabo, ut in Collegio Patrum Societatis Iesu Calissii nuper a me fun-*

De Italica.

De Polonica.

(a) VVittius in *Diario Biograph. an. 1608. 11. Iunii.*

fundato & erecto, in lingvam nostram Annales isti transferantur, ut tu veluti civis Polonus, de universa Rep. Ecclesiastica optime meritus, nostro nobiscum id amate loqvaris. Qvod autem cum ipso Baronio de vertendo ejus opere agerent laudati Viri, ob id potissimum fiebat, qvia Sixtus V. Papa singulari bulla Romæ XXVII. Iunii anno CIↃIↃLXXXVIII. Pontificatus anno IV. data, *sub excommunicationis majoris pœna* caverat, *ne qvis Annalium tomum primum jam editum, & seqventes ab ipso edendos, per proximum ab editione decennium absqve ejus licentia imprimere, aliove titulo vel forma qvovis prætextu mutatos, vel alio qvocunqve idiomate versos edere, vel sic editos vendere, seu venales tenere audeat.*

§. XV. Magnum opus Baronianum in epitomas. sic satis tamen adhuc grandes, redegerunt *Iohannes Gabriel Bisciola*, Mutinensis Italus, ex societate Iesu, & *Henricus Spondanus*, Mauleosolensis Gallus, Episcopus Apamiensis, & Regi a sanctioribus consiliis. *De Epitomis Annalium.* Et ille qvidem *duobus tomis* id fecit, forma IV. *Coloniæ* an. CIↃIↃCII - IV. (a) editis, ad annum usqve CHRISTI millesimum, sive ad *Tomum Baronii X.* supra qvem Cardinalem non progressurum putavit Iesuita: qvem cum accepisset ultra niti, usqve ad sua, vel suis proxima tempora, jamqve XI. apparari Tomum, statuerat qvoqve tertium epitomes dare, si eo usqve præivisset Baronius: verum uterqve in o- *Bisciola.*

 pere

(a) In Catal. Biblioth. Francof. Acad. laudatur editio Colon. anni 1611.

Spondani. pere defecit. (a) Spondanus autem ex Reformato factus Pontificius (b) integros XII. Baronii tomos in epitomen contraxit duobus voluminibus, Moguntiæ anno CIↃIↃCXVIII. Parisiis an. - XXXIX. Coloniæ anno -XI. Lugduni - an. -LX. editis. Ad hos Annales Ecclesiasticos Spondani, Anonymus qvidam *Observationes* scripsit, cujus verum auctorum Iohannes Petrus Iacobus Villanus Senensis, in *Larvæ detractæ continuatione*, Parmæ anno - LXXXIX. edita, nobis indicat *Hieronymum de Marinis*, Eqvitem Genuensem. (c) De hoc Spondani opere, ita Whear, in *Methodo legendi Historias, sect. XLIV.* Voluminosum *illud Cardinalis opus in Epitomen contraxit Spondanus, homo Iesuita, sed maledicus, & convitiator egregius: qvi tamen diligentiæ suæ meritas fortasse posset reportare laudes, nisi Baronianis nimis superstitiose insistens vestigiis, Papalem omnipotentiam astrueret, Regum Principumqve majestatem imminueret; & perniciosissimum Hildebrandinæ doctrinæ venenum lectoribus ebibendum, qvasi aliud agens, propinaret.* Longe autem strictius, sed & elegantius horum Annalium est compendium, *Lud. Aurel.* qvod *Ludovicus Aurelius*, Perusinus Italus concinnavit, ac Vrbano VIII. Pontifici & Francisco Cardinali Bar-

(a) Hoornbeekius *Miscellan. Sacror. lib. 1. cap. 1* Vide porro de Bisciola Petrum Ribadeneiram *in Catal. Scriptorum Soc. Iesu.* (b) De qvo exstat historia Gallice scripta, *de l'apostasie du Sieur de Sponde*, Biturici an. 1595 edita. Casaubonus *in Proleg. Exercitat.* Spondanus *inter Protestantes fuit educatus, qvem, nisi fallor, ego vidi Genevæ cum aliis fratribus literis operam dantem.* (c) Vid *Acta Eruditorum Lips.* mense Iulio an. 1690. p. 365.

Barberino, Eccl. Rom. Vice-Cancellario inſcripſit. Poſtqvam id ſemel atqve iterum in Italia excuſum, primum in Germania publicatum eſt Monaſterii Weſtphalorum anno CIↃIↃCXXXVIII. (a) Præterea ex octo tomis prioribus *Epitomen* confecit *Conradus Schultingius*: ſic tamen ut ordine Alphabetico Antiqvitates Eccleſiaſticas compilaret. (b) *Petrum Scargam*, Nobilem Polonum, Soc. Ieſu Sacerdotem demum Sigismundi III. Regis Concionatorem aulicum, Baronianos Annales lingva Polonica in compendium redegiſſe, Petrus Alegambe auctor eſt in *Bibliotheca Ieſuitica*. *Conr. Schultingii.*

§. XVI. At enim poſtquam in lucem prodiiſſent Annales Baroniani, eosdemqve percurrens *Iſaacus Caſaubonus*, & tam propoſitum in ſtabilienda Papali illa monarchia animadvertiſſet, qvam in hiſtoria Eccleſiaſtica graviſſimas paſſim hallucinationes deprehendiſſet; optare ingenti cupiditate cœpit, ut veritati peſſime interdum a Baronio acceptæ, ſeculo hoc tam erudito ne deeſſet patrocinium: ſed potius, ut e numero prope infinito doctorum hominum, qvos noſtra hæc ætas in omnibus Europæ regionibus tulit, aliqvis exiſteret, qvi veram antiqvitatem adverſus novitates Baronianas generoſo animo ſuſciperet defendendam. Qvam autem is ab aliis exſpectabat operam, eadem cœpta eſt ab ipſo *De Iſaaci Caſauboni Exercitationibus in Baronium.*

(a) Konigius *in Biblioth. p. 7[illegible]. Hoc opus multi commendant.* Calixtus in *Apparatu Theologico* pag. 1[illegible]6. *commodiſſimum compendium taliqve nomenclaturæ reſpondens*, vocat. (b) Ipſe nondum vidi Schultingium. Innotuit autem ex *Biblioth. Acad. Francofurt. Catalogo.*

ipſo Caſaubono exigi: neqve id Gallorum duntaxat ſuorum quotidiano prope convitio, dum erat in patria; ſed etiam præſtantiſſimorum Theologorum, aliorumqve hortatibus, qvi ea ſuper re ex Anglia, ipſa etiam Italia, literas ad eum dederunt creberrimas. Qvorum cohortationes tantum deniqve valuerunt, ut qvi induci non potuerit, qvamdiu fuerit in Galliis, ut operi manum admoveret; inductus ſit tamen ut de Hiſtoria Eccleſiaſtica illuſtranda dies noctesqve cogitaret Verum a cæde Henrici IV. cum Ludovicus XIII. ſucceſſor filius, & Regina Mater feciſſent Caſaubono poteſtatem commorandi in Iacobi Magnæ Britanniæ Regis aula, & Majeſtati ipſius inſerviendi, qvamdiu id ipſe non nolle videretur, novam facultatem adeptus eſt, res veteris Eccleſiæ, omiſſis aliis curis omnibus, illuſtrandi, qvæqve dudum in eo literarum genere erat commentatus, in lucem proferendi, atqve eadem opera Baronianos Annales ad veritatis amuſſim examinandi, & veram Antiqvitatem contra Novitatem aſſerendi: ſicuti hæc fuſius exponit in illa ad Iacobum Regem epiſtola Londini anno CIƆIƆCXIV. perſcripta. Et mêrentur ex eadem ſeqventia qvoqve repeti: *Mihi hoc unicum bona conſcientia profiteri licet, ſummam voti in hac ſcriptione verſantis, hanc fuiſſe; ut Iudæ Apoſtoli præcepto obtemperans, pro fide ſemel tradita decertarem, & falſo creditæ antiqvitatis larvam detraherem. Qvod ſi vitam Dominus JESVS dederit, cæteros qvidem tomos ſtrictim percurrere fert animus; primum vero, ut in qvo legi-*

tima

tima victoriæ certa spes est posita, religio mihi fuit, non quanta maxima poteram diligentia examinare. Nam si probatum semel fuerat, initio nascentis Ecclesiæ omnia illa fuisse incognita, qvæ hodie fidei articulis interseruntur, ac propterea in controversiam vocantur, conclamata est causa Pontificia: cui penitus evertendæ, vel illa sola Filii Dei verba, NON SIC FUIT A PRINCIPIO, aut Judæ illud unicum SEMEL, abunde sint suffectura. Licet autem Casaubonus cum primum ad scribendum serio cœpit animum appellere, illa solummodo Baronii voluerit attingere, qvæ ad jura Principum pertinerent: qvod autem postea ne illa qvidem prætermiserit, qvæ ad alias spectant de religione controversias, *studio*, ait, *factum illustrandæ pro viribus antiqvitatis Ecclesiasticæ; etiam in illa parte.* Baronium igitur præeuntem κατὰ πόδας seqvens, occasionem habuit multa in eo genere sibi observata in lucem proferendi. Qvædam breviter attigit: qvædam paulo uberius tractavit, ut doctrinam *de SS. Eucharistia:* de qva dum vestigia Baronii premit, tres scripsit disputationes: unam, *de variis ejus Sacramenti apud veteres appellationibus:* alteram, *de Transsubstantiatione:* tertiam, *de genere Sacrificii Christianorum:* conatus primorum seculorum doctrinam, non minus candide, & ἀφελῶς (*simpliciter*) qvam accurate exponere. Prima disputatio habetur *Exercitatione XVI.* reliqvæ duæ propter typographi festinationem, qvia fuerunt longiusculæ, in Exercitationibus non sunt editæ. Qvoniam

autem

autem Cardinalis in primo operis sui tomo, capita hodiernarum controversiarum pleraqve omnia putavit sibi tractanda; ideo & Casaubono imitandi ejus exemplum necessitas incubuit. Inde illa tam luculenta rerum copia, de qvibus aut jam egit in priori parte; aut restabat deinceps agendum in posteriore. Ita enim visum commodius dividere, qvæ rescripsit ad I. tomum. In priore multa ex Evangelica historia occurrerunt tractanda: posterior, nascentis Ecclesiæ formam, qva internam, qva externam, accurate descriptam complecti debuit.

Casaubonus immortuus huic Operi.

§. XVII. Verum tamdiu non superavit Casaubonus, donec alteram illam ad tomum I. Baronii *Excitationum* partem potuerit absolvere: sed eo ipso adhuc anno hujus seculi XIV. qvo partem I. edidit, rebus humanis est exemptus: ut adeo in his Exercitationibus XVI. nonnisi annos Baronii XXXIV. magna tamen cum sollicitudine ac dexteritate excussos habeamus. Postqvam autem semel in Anglia excusum illud Opus Casaubonianum est, complures deinceps editiones sunt secutæ: in qvibus enumerandis non est, qvi nunc nostra occupetur industria.

De adversariis & defensoribus Casauboni.

§. XVIII. Ceterum in has ipsas *Exercitationes* Baronii magno impetu insurrexerunt Andreas Eudæmon Iohannes, Heribertus Rosvveydus, Iulius Cæsar Bulengerus, & Petrus Lansselius: contra eum defenderunt Iacobus Cappellus, & Richardus Montacutius. *Andreas* ille *Eudæmon Iohannes* ex Creta oriundus, Societati Jesuiticæ addictus, cum jam vivum Casau-

Casaubonum, ob epistolam ad Frontonem Ducæum, fuisset aggressus, nunc mortuo etiam leoni *Refutatione Exercitationum* libris II. insultare cœpit. Porro *Rosweydus* Antverpiæ an. -XIV. libellum edidit, cui titulus: *Lex Talionis XII. Tabb. Card. Baronio ab Isaaco Casaubono dicta, retaliante Heriberto Rosweydo.* De his duobus, ita Adamus Tribbechovius: (a) *Vterque neqvam & indoctus, siqvidem in vitam moresqve Casauboni invehendo defungi se optime posse crediderunt; ceterum argumentorum colori cum pares opponere lacertos non possent, lingvas tantum affricuerunt.* (b) Præterea Bulengerus *Diatribas* suas adversus illas ipsas *Exercitationes* Lugduni in Galliis anno CIƆIƆCXVII. in lucem dedit. De qvo iterum Tribbechovius: *Bulengerus sociennos suos & fide & doctrina multum antecelluit, ac ingenuum adeo se præstitit, ut sæpius contra Casaubonum, nonnunqvam etiam pro illo sentiret; qua libertate alias qvoqve usus, vix suis se probare potuit; ceu videre est ex Bibliotheca scriptorum societatis IESV, qvam edidit Alegambe.* His autem triumviris se objecit *Iacobus Capellus*, Theologus & Ecclesiastes Sedanensis, editis Sedani anno -XIX. ac Francofurti eodem anno recusis *Vindiciis pro Casaubono, continentibus examen præcipuarum controversiarum, qvas adversus illum moverunt, Heribertus Rosweydus, Andreas Eudæmon* Iohan-

Rr

(a) in Prolegom. *Exercitat. ad Baronii Annales.* pag. 2. (b) Hornbeckius qvoqve in *Misc. Sacris l. 1 c. 1. p. 1.* scribit: Andream Eudæmonem *scurriliter Casauboni Exercitationes excepisse.* Etiam Ioh. *Prideaux* Castigationem pro Casaubono contra *Eudæmonem* scripsit.

Iohannes, Iulius Cæsar Bulengerus. Tribbechovius de eo sic scribit: *Nec Casaubono defuere patronatæ, ac primum quidem Iacobus Capellus antagonistarum trigam Vindiciis suis excepit confecitque, causæ bonitate & ingenio multum hostibus superior, etsi lectione Casaubono inferior aliquantum, cui Rosweydus histrionico more suo rursum respondit.* Nimirum hic *Anticapellum* fabricavit, sive *Explosionem Neniarum Iacobi Capelli, quas funeri Isaaci Casauboni ad legem XII. Tabularum in Vindiciis suis accinuit:* Antverpiæ an. XIX. cumque etiam Capellus *Assertionem bonæ fidei* edidisset, Rosvveydus *Syllabum malæ fidei Capellianæ ex mendaci Assertione ejus excerptum*, in proscenium attulit. Pro Casauboni etiam *Exercitationibus*, adversus Bulengeri *Diatribas* singulariter *Antidiatribis* suis anno CIↃIↃCXXV. insurrexit *Richardus Montacutius*, primum Cicestrensis, deinde Norvicensis in Anglia Episcopus: qui tamen non adeo bene audit apud Tribbechovium, hæc de eo scribentem: *Præter Capellum Richardus Montacutius, Presbyter primum, dein Episcopus in Anglia, majori cum apparatu, nec sine fastu, contra Bulengerum præcipue in arenam descendit: qui majori in pretio apud omnes fuisset, nisi doctrinæ laudes impotentis ac parum constantis animi fervore decoxisset. Omnium siquidem hypercriticus, nemini ferme se probavit, jam perstringens, jam quoque defendens Casaubonum, & Baronium pari modo nunc in astra laudibus evehens, nunc projecta viliorem alga exigens atque conculcans. Unde*

de & bilem suis movit, postqvam Papismi suspicionem antea, nec popularium tantum odia, sed & calamos Riveti, Blondelli & Molinæi in se concitavit. Qvod ad Petrum Lansselium attinet, is Grevelinganus Flander patria, ex societate item Iesuitica (a) in *Disjunctione* elaboravit *calumniarum, qvæ Iustino Martyri ab Casaubono* (ut putat) *inusta*: cui an qvædam sint opposita, nondum mihi perspectum satis. Præterea I. A. C. in Senatu Franciæ Advocatus, *Animadversiones in Annales Ecclesiasticos Cæsaris Baronii S. R. E. Cardinalis, & Isaaci Casauboni Exercitationes* Parisiis evulgavit: *in qvibus Baronius qvidem tanqvam ab Aristarcho arguitur, sed a Casauboni, tanqvam Phalaridis sagittis liberatur.* Insuper *Iohannes Darles*, nobilis Ictus, & Professor Parisiensis in Baronium æqve ac Casaubonum animadvertit *parte III. Operum Canonicorum* anno CIↃIↃCLVI. editorum. Atqve ex his aliisqve scriptis adversariis omnibus, si ea, qvæ ad plenius confutandum Baronium, ac defendendum, illustrandum, atqve excusandum facerent Casaubonum, bona cum fide excerpta in ordinem redigerentur, ac cum nova Casaubonianarum Exercitationum editione luci exponerentur, fortassis & ex totius Philologici studii, & sigillatim ex Historiæ Ecclesiasticæ id foret commodo.

§. XIX. Adhæc *Abrahamus Scultetus*, Heidelbergensis Academiæ Professor, ac demum Pastor Ecclesiæ Embdanæ, Disputationes in Baronium pollicitus est: qvæ tamen in prima velut herba videntur

De Abrah. Sculteti in Baronium Disp.

 tur

Iohannes, Iulius Cæsar Bulengerus. Tribbechovius de eo sic scribit: *Nec Casaubono defuere parastatæ, ac primum quidem Iacobus Capellus antagonistarum trigam Vindiciis suis excepit confecitque, causæ bonitate & ingenio multum hostibus superior, etsi lectione Casaubono inferior aliquantum, cui Rosweydus histrionico more suo rursum respondit.* Nimirum hic *Anticapellum* fabricavit, sive *Explosionem Neniarum Iacobi Capelli, quas funeri Isaaci Casauboni ad legem XII. Tabularum in Vindiciis suis accinuit:* Antverpiæ an. XIX. cumqve etiam Capellus *Assertionem bonæ fidei* edidisset, Rosvveydus *Syllabum malæ fidei Capellianæ ex mendaci Assertione ejus excerptum,* in proscenium attulit. Pro Casauboni etiam *Exercitationibus*, adversus Bulengeri *Diatribas* singulariter *Antidiatribis* suis anno CIↃIↃCXXV. insurrexit *Richardus Montacutius*, primum Cicestrensis, deinde Norvicensis in Anglia Episcopus: qvi tamen non adeo bene audit apud Tribbechovium, hæc de eo scribentem: *Præter Capellum Richardus Montacutius, Presbyter primum, dein Episcopus in Anglia, majori cum apparatu, nec sine fastu, contra Bulengerum præcipue in arenam descendit: qvi majori in pretio apud omnes fuisset, nisi doctrinæ laudes impotentis ac parum constantis animi fervore decoxisset. Omnium siqvidem hypercriticus, nemini ferme se probavit, jam perstringens, jam qvoqve defendens Casaubonum, & Baronium pari modo nunc in astra laudibus evehens, nunc projecta viliorem alga exigens atqve conculcans. Unde*

de & bilem suis movit, postqvam Papismi suspicionem antea, nec popularium tantum odia, sed & calamos Riveti, Blondelli & Molinæi in se concitavit. Qvod ad Petrum Lansselium attinet, is Grevelinganus Flander patria, ex societate item Iesuitica (a) in *Dispunctione* elaboravit *calumniarum, qvæ Iustino Martyri ab Casaubono* (ut putat) *inusta*: cui an qvædam sint opposita, nondum mihi perspectum satis. Præterea I. A. C. in Senatu Franciæ Advocatus, *Animadversiones in Annales Ecclesiasticos Cæsaris Baronii S. R. E. Cardinalis, & Isaaci Casauboni Exercitationes* Parisiis evulgavit: *in qvibus Baronius qvidem tanqvam ab Aristarcho arguitur, sed a Casauboni, tanqvam Phalaridis sagittis liberatur.* Insuper *Iohannes Darles*, nobilis Ictus, & Professor Parisiensis in Baronium æqve ac Casaubonum animadvertit *parte III. Operum Canonicorum* anno CIↃIↃCLVI. editorum. Atqve ex his aliisqve scriptis adversariis omnibus, si ea, qvæ ad plenius confutandum Baronium, ac defendendum, illustrandum, atqve excusandum facerent Casaubonum, bona cum fide excerpta in ordinem redigerentur, ac cum nova Casaubonianarum Exercitationum editione luci exponerentur, fortassis & ex totius Philologici studii, & sigillatim ex Historiæ Ecclesiasticæ id foret commodo.

§. XIX. Adhæc *Abrahamus Scultetus*, Heidelbergensis Academiæ Professor, ac demum Pastor Ecclesiæ Embdanæ, Disputationes in Baronium pollicitus est: qvæ tamen in prima velut herba videntur *De Abrah. Sculteti in Baronium Dispp.*

tur suppressæ. Sic autem legas in *Synthesi* ejus *Theologica Eusebii Cæsareensis cap. VI. Dignissima Historiographo vox est Cæsaris illa Baronii* (Annal. tom. III, an CCCXXIV. n. XIII.) Annales nostros omni suspicione mendacii carere volumus. *Quod si qvam animose, hoc scripsit, tam fortiter id præstitisset, esset profecto cur de Annalibus istis orbi Christiano gratularemur. Verum enim vero tantum abest, ut a mendaciorum suspicione sibi temperarit Baronius, ut mendacia ipsa magno numero in Annales suos congesserit. Quæ si qvis melioris judicii falce resecuerit, non jam amplius solidum Historiæ corpus, sed exsangve, & vix ossibus suis hærens sceleton est habiturus. Vera me scribere, docebunt Disputationes in Baronium meæ, qvas suo tempore, (volet modo Deus) cum veræ antiqvitatis & veritatis studiosis communicabo.* Qvæ verba cum repetiisset Tribbechovius, subjicit: *Potuisset hic, si qvisqvam alius, contra Baronium experiri, & fortassis etiam Casaubono palmam facere dubiam, si qvantum in lectione Patrum, tantum qvoqve in profanæ literaturæ κρίσει profecisset: ne autem cœpta pertexeret, fata manum injecere.* Idem qvoqve Tribbechovius ex Posthumis Scaligeranis a Fratribus Puteanis collectis, repetit liberiorem illam Iosephi Scaligeri vocem: *præter se ac Casaubonum sua ætate idoneum reperiri neminem, qvi Baronium confutare possit.*

De Adami Tribbechovii.

§ XX. At ipse nostra ætate id ausus est *Adamus* ille *Tribbechovius*, Lubecensis, primum in Kiloniensi Holsatorum Academia Sacræ & Civilis Historiæ Professor.

fessor celeberrimus, post Consiliarius Ernesti Pii Ecclesiasticus, ac deniqve Superintendens Generalis, qvi anno CIƆIƆCLXXXVII. cum magno bonorum omnium, sed & meo singulari dolore, ante diem obiit. Is enim, cum adhuc in Holsatica ageret Academia, *Exercitationes ad Baronii Annales* scribere cœpit, ubi desiit Casaubonus, & ad disputandum proposuit.(a) Sunt autem *Exercitationes V.* in certas sectiones divisæ: qvarum *prima* ab anni CHRISTI XXXIV. numero CCXXII. (in hujus anni numero CCXXI. substiterat Casaubonus) incipit, *qvinta* in ejusdem anni numero CCLXXXVII. desinit. Qvanta autem variæ, rariorisqve doctrinæ seges in his Exercitationibus collecta sit, deprehendent omnes illi, qvibus volupe est easdem cum cura legere: sic ut non immerito doleamus, auctorem tum per occupationes alias tum nova illa in Thuringia munera, ab tam utili labore fuisse abstractum.

Exercitationibus ad Baronium.

§. XXI. Neqve indictæ nobis abeant summi inter Nostrates, & tam exasciata doctrina, qvam singulari pietate florentissimi Theologi, Christiani Kortholtii *Disqvisitiones Anti-Baronianæ:* qvarum I. agit *de Domo Nazarethico-Lauretana:* II. *de suffragiis pro defunctis:* III. *de Purgatorio:* IV. *de Confirmationis Sacramento:* V. *de Ordinis Sacramento:* VI. *de extrema Unctione:* VII *de Traditionibus non scriptis.* Servet Deus vitam Viro celeberrimo, ut tam in aliis ad Historiam Ecclesiasticam pertinentibus argumentis, qvam in his qvoqve Anti-Baronianis dissertationibus, porro feliciter elaborare valeat.

Christiani Kortholti Disqvisitiones Anti-Baronianæ.

(a) Qvo anno id sit factum, ex inscriptione non apparet.

Blondelli qvædam in Baronium edidit Andr. Magendeus.

§. XXII. Alioqvin *Davidi Blondello* etiam in animo fuisse Baronianos Annales excutere, testantur ejus Animadversiones ipso Annalium Operi adscriptæ: qvarum avtographum, ab obitu Blondelli, Amstelodamensi publicæ Bibliothecæ cessit. Ex his anno CIϽIϽCLXXIX. Lugduni Batavorum qvædam edidit *Andreas Magendeus,* una cum *Epitome Lucubrationum Criticarum Casauboni*, suisqve in *Baronii Annales Animadversionibus*, qvibus titulum fecit: *Anti-Baronius Magenelis.* Neqve tamen in iis, qvæ ad nos a bibliopolis allata, ultra Tomi I. annum XXXIV. in qvo & Casaubonus, itemqve Tribbechovius substitere, progreditur Auctor: sed qvem jam longius processisse, seqventia dedicatoriæ docent verba: *Peculiariter trium seculorum Annales libelis Patrum appendimus: qvia potissimum Baronius in iis sudavit, & anhelavit, ut erroribus Ecclesiæ suæ pro virili patrocinaretur.*

Ioh. Henrici Ottii Examen Annal. Baronii.

§. XXIII. Adhæc *Iohannes Henricus Ottius,* Histor. Eccles. Prof. in Gymnasio Tigurino anno CIϽIϽCLXXIX. *Examinis perpetui in Annales Baronii, Centuriam I. II. & III.* separatis libris Tiguri emisit: qvarum prima continentur *Vita & triumphus CHRISTI, cursus & certamen Apostolorum, virorumqve Apostolicorum, Evangelii plantatio & propagatio, Ecclesiarum præcipuarum fundatio & successio, persecutiones, hæreses. Concilia, Doctorum monumenta, & si qvæ alia.* II. & III. *Viri Apostolici* (III. *Viri illustres*) *Evangelii cursus, Ecclesiarum vel fundatio, vel successio, persecutiones*

dus &c. Contra primam autem Centuriam cum *Augustinus Reding*, Abbas Einsidlensis, *Vindicem* (uti appellavit) *Veritatis* spisso volumine scripsisset anno ...LXXX. seqventi statim anno Ottius *Vindicias* huic *Vindici*, una cum succincta tractatione de schismatis Paparum Romanorum, opposuit.

I. Frid. Krebsii conatus Anti-Baroniani.

§. XXIV. Deniqve *Iohannem Fridericum Krebsium*, olim Philosophico Ordini in hac Academia Adjunctum, post per complures annos illustris Gymnasiii Heilsbrunnensis Rectorem, nunc autem Pastorem ibidem, ac SS. Theol. Professorem, Virum reconditæ doctrinæ, contra Baronii Annales egregia qvædam moliri, apprime novi: jamqve ejus operis specimina qvædam, prodromi instar, edidit, in aliqvot dissertationibus contra Baronium, qvibus inprimis Translationem illam Imperii Romani ex Oriente in Occidentem discussit.

De Continuatoribus Baronii.

§. XXV. A Censoribus venio demum ad Continuatores Baronii. In his non incelebre nomen habet *Abraham Bzovius*, (a) Polonus, Dominicani Ordinis Professus: qvi annales Baronianos tomis novis sex auxit, sive illos duodecim ad octodecim perduxit: qvi ab anno CIↃIↃCXVI. usqve ad CIↃIↃCXXX. Coloniæ Agrippinæ prodierunt. Verum hic non modo in eundem, qvem Baronius, impegit lapidem; verum eum etiam superavit, scilicet in turpi, & nefanda Papæ ac Romanæ sedis adulatione: in reliqvis ingenio, judicio, rerum usu, ac eloqvio multum

tum

(a) Vide de eo Nicium *Pinacotheca I. num 115. pag. 199.*

ſtum inferior Baronio: id qvod ex ipſis Pontificiis clariſſime demonſtravit *Iohannes Georgius Herwartus* ab Hohenburg, Maximiliano Bavariæ Duci, poſt Electori, ab intimis conſiliis, Præſes Svabæ, & Bavariæ Ordinum Cancellarius. Cum enim in *altero Annalium tomo*, Ludovicum IV. Imp. totius familiæ Bavaricæ Progenitorem, præter meritum, æqvum & verum, acerbe tractaſſet; idqve in totius Domus opprobrium ac contumeliam vergere videretur, Maximilianus Dux, laudato Hervvarto, cujus in veterum hiſtoriis peritiam compertam habebat, ſingulari decreto IX. Martii anno CIↃIↃCXVIII. Monachii perſcripto, mandavit, & ſerio injunxit, ut Progenitorem ipſius Cæſarem Ludovicum a Bzovianis injuriis vindicaret, veritatemqve propugnaret. Qvod qvidem a viro nobiliſſimo æqve ac eruditiſſimo peregregie factum eſt, libro, cui ſeqventem præfixit titulum: *Ludovicus IV. Imperator defenſus; Bzovius injuriarum poſtulatus, Qvod eundem Divæ memoriæ Imperatorem, Sereniſſimorum Bavariæ Ducum Progenitorem, contra jus, fas, æqvum, verum, in mendoſiſſimis Annalibus ſuis inſectatus, graviſſimis calumniis oneravit. Acceſſit Mantiſſa aliorum Bzovii errorum.* Monachii apud Nicolaum Henricum CIↃIↃCXVIII. Etſi autem Bzovius de propoſito Hervvartiano edoctus, ad eundem dicto anno ſcripſit Roma XXIX. Decembris, totamq; peccati ſui noxam, non incallido conſilio, in alios derivavit; nihil tamen id valuit apud Hervvartum, ſed potius literis Monachii XXVI. Ianuarii anno

contra quem ſcripſit I. G. Herwartus.

-XIX.

-xix. datis, mascule respondens, ad rescribendum eum invitat, *ea* tamen *lege, ut pracipua capita lubrico pede ne prætereat, aut dissimulando transiliat; firmet gressum in potissimis; qvæqve non satis mature profudit, idoneis testibus corroboret.* Ac claudit deniqve epistolam his verbis: *In his R.T. vires suas exerat, qvæqve scripsit, propugnet, sed clare. Certe & hæc, & alia omnia, qvæ silentio involverit, deploratáqve reliqverit, inter data concessaqve numerabo, & numerabo plurima.* Antea monui, Bzovium dotibus Baronio longe fuisse inferiorem. Atqve id est, qvod in præfatione ad Maximilianum Ducem aliqvoties inculcat Hervvartus, cujus aliqva placet repetere: *Subiit Bzovio spacia gloriæ Baronianæ nondum perfecta ingredi, & plane pleneqve paribus casibus decurrere, visusqve est nonnemini probare scitos, & veloces pedes. Atqve etiam invenit, velut in Olympiaco pulvere vincenti, acclamantes spectatores. Verumenimvero antiqvæ historiæ peritorum judicium longe alio tendit, Bzoviumqve non ignarum solum rerum, sed omnibus Historici partibus destitutum, non modo deprehendunt, verum etiam palam complures censent: qvippe cui solertia verum indagandi nulla; memoria dictorum in progressu nulla; diligentia scribendi parva; fides exigua; affectus partium plurimus: & tamen audet non universi orbis solum, sed etiam multarum ætatum historias aggredi, omnesqve mortales docere, docendus ipse. Debuerat certe meminisse, cui viro succedere conaretur, nempe Baronio, non Italiæ solum, sed totius Ecclesiæ lumini,*

Bzovium Baronio longe inferiorem, docet Hervvartus.

Spondani. pere defecit. (a) Spondanus autem ex Reformato factus Pontificius (b) integros XII. Baronii tomos in epitomen contraxit duobus voluminibus, Moguntiæ anno CIƆIƆCXVIII. Parisiis an. - XXXIX. Coloniæ anno -XI. Lugduni - an. -LX. editis. Ad hos Annales Ecclesiasticos Spondani, Anonymus qvidam *Observationes* scripsit, cujus verum auctorum Iohannes Petrus Iacobus Villanus Senensis, in *Larvæ detractæ continuatione*, Parmæ anno - LXXXIX. edita, nobis indicat *Hieronymum de Marinis*, Eqvitem Genuensem. (c) De hoc Spondani opere, ita Whear, in *Methodo legendi Historias, sect. XLIV.* Voluminosum *illud Cardinalis opus in Epitomen contraxit Spondanus, homo Iesuita, sed maledicus, & convitiator egregius: qvi tamen diligentiæ suæ meritas fortasse posset reportare laudes, nisi Baronianis nimis superstitiose insistens vestigiis, Papalem omnipotentiam astrueret, Regum Principumqve majestatem imminueret; & perniciosissimum Hildebrandinæ doctrinæ venenum lectoribus ebibendum, qvasi aliud agens, propinaret.* Longe autem strictius, sed & elegantius horum Annalium est compendium, Lud. Aurel. i. qvod *Ludovicus Aurelius*, Perusinus Italus concinnavit, ac Vrbano VIII. Pontifici & Francisco Cardinali Bar-

(a) Hoornbeekius *Miscellan. Sacror. lib. 1. cap. 1.* Vide porro de Bilsiola Petrum Ribadeneiram *in Catal. Scriptorum Soc. Iesu.* (b) De qvo exstat historia Gallice scripta, *de l'apostasie du Sieur de Sponde*, Biturici an. 1595. edita. Casaubonus *in Proleg. Exercitat.* Spondanus *inter Protestantes fuit educatus, qvem, nisi fallor, ego vidi Genevæ cum aliis fratribus literis operam dantem.* (c) Vid *Acta Eruditorum Lips.* mense Iulio an. 1690. p. 365.

Barberino, Eccl. Rom. Vice-Cancellario inſcripſit. Poſtqvam id ſemel atqve iterum in Italia excuſum, primum in Germania publicatum eſt Monaſterii Weſtphalorum anno CIƆIƆCXXVIII. (a) Præterea ex octo tomis prioribus *Epitomen* confecit *Conradus Schultingius:* ſic tamen ut ordine Alphabetico Antiqvitates Eccleſiaſticas compilaret. (b) *Petrum Scargam,* Nobilem Polonum, Soc Ieſu Sacerdotem demum Sigismundi III. Regis Concionatorem aulicum, Baronianos Annales lingva Polonica in compendium redegiſſe, Petrus Alegambe auctor eſt in *Bibliotheca Ieſuitica.* — *Conr. Schultingii.*

§. XVI. At enim poſtquam in lucem prodiiſſent Annales Baroniani, eosdemqve percurrens *Iſaacus Caſaubonus*, & tam propoſitum in ſtabilienda Papali illa monarchia animadvertiſſet, qvam in hiſtoria Eccleſiaſtica graviſſimas paſſim hallucinationes deprehendiſſet; optare ingenti cupiditate cœpit, ut veritati peſſime interdum a Baronio acceptæ, ſeculo hoc tam erudito ne deeſſet patrocinium: ſed potius, ut e numero prope infinito doctorum hominum, qvos noſtra hæc ætas in omnibus Europæ regionibus tulit, aliqvis exiſteret, qvi veram antiqvitatem adverſus novitates Baronianas generoſo animo ſuſciperet defendendam. Qvam autem is ab aliis exſpectabat operam, eadem cœpta eſt ab — *De Iſaaci Caſauboni Exercitationibus in Baronium.*

 ipſo

(a) Konigius *in Biblioth. p. 74. Hoc opus multi commendant.* Calixtus in *Apparatu Theologico* pag. 196. *commodiſſimum compendium taliqve nomine laturæ reſpondens,* vocat (b) Ipſe nondum vidi Schultingium, Innotuit autem ex *Bibliothec. Acad. Francofurt. Catalogo.*

ipso Casaubono exigi: neqve id Gallorum duntaxat suorum quotidiano prope convicio, dum erat in patria; sed etiam præstantissimorum Theologorum, aliorumqve hortatibus, qvi ea super re ex Anglia, ipsa etiam Italia, literas ad eum dederunt creberrimas. Qvorum cohortationes tantum deniqve valuerunt, ut qvi induci non potuerit, qvamdiu fuerit in Galliis, ut operi manum admoveret; inductus sit tamen ut de Historia Ecclesiastica illustranda dies noctesqve cogitaret. Verum a cæde Henrici IV. cum Ludovicus XIII. successor filius, & Regina Mater fecissent Casaubono potestatem commorandi in Iacobi Magnæ Britanniæ Regis aula, & Majestati ipsius inserviendi, qvamdiu id ipse non nolle videretur, novam facultatem adeptus est, res veteris Ecclesiæ, omissis aliis curis omnibus, illustrandi, qvæqve dudum in eo literarum genere erat commentatus, in lucem proferendi, atqve eadem opera Baronianos Annales ad veritatis amussim examinandi, & veram Antiqvitatem contra Novitatem asserendi: sicuti hæc fusius exponit in illa ad Iacobum Regem epistola Londini anno CIↃIↃCXIV. perscripta. Et merentur ex eadem seqventia qvoqve repeti: *Mihi hoc unicum bona conscientia profiteri licet, summam voti in hac scriptione versantis, hanc fuisse; ut Iudæ Apostoli præcepto obtemperans, pro fide semel tradita decertarem, & falso creditæ antiqvitati larvam detraherem. Qvod si vitam Dominus JESVS dederit, cæteros qvidem tomos strictim percurrere fert animus; primum vero, ut in qvo legitima*

tima victoria certa spes est posita, religio mihi fuit; non quanta maxima poteram diligentia examinare. Nam si probatum semel fuerat, initio nascentis Ecclesiæ omnia illa fuisse incognita, qvæ hodie fidei articulis interseruntur, ac propterea in controversiam vocantur, conclamata est causa Pontificia: cui penitus evertendæ, vel illa sola Filii Dei verba, NON SIC FUIT A PRINCIPIO, aut Judæ illud unicum SEMEL, abunde sint suffectura. Licet autem Casaubonus cum primum ad scribendum serio cœpit animum appellere, illa solummodo Baronii voluerit attingere, qvæ ad jura Principum pertinerent: qvod autem postea ne illa qvidem prætermiserit, qvæ ad alias spectant de religione controversias, *studio*, ait, *factum illustrandæ pro viribus antiqvitatis Ecclesiasticæ; etiam in illa parte.* Baronium igitur præeuntem κατὰ πόδας seqvens, occasionem habuit multa in eo genere sibi observata in lucem proferendi. Qvædam breviter attigit: qvædam paulo uberius tractavit, ut doctrinam *de SS. Eucharistia:* de qva dum vestigia Baronii premit, tres scripsit disputationes: unam, *de variis ejus Sacramenti apud veteres appellationibus:* alteram, *de Transsubstantiatione:* tertiam, *de genere Sacrificii Christianorum:* conatus primorum seculorum doctrinam, non minus candide, & ἀφελῶς (*simpliciter*) qvam accurate exponere. Prima disputatio habetur *Exercitatione XVI.* reliqvæ duæ propter typographi festinationem, qvia fuerunt longiusculæ, in Exercitationibus non sunt editæ. Qvoniam

autem

autem Cardinalis in primo operis sui tomo, capita hodiernarum controversiarum pleraqve omnia putavit sibi tractanda; ideo & Casaubono imitandi ejus exemplum necessitas incubuit. Inde illa tam luculenta rerum copia, de qvibus aut jam egit in priori parte; aut restabat deinceps agendum in posteriore. Ita enim visum commodius dividere, qvæ rescripsit ad I. tomum. In priore multa ex Evangelica historia occurrerunt tractanda: posterior, nascentis Ecclesiæ formam, qva internam, qva externam, accurate descriptam complecti debuit.

Casaubonus immortuus huic Operi.

§. XVII. Verum tamdiu non superavit Casaubonus, donec alteram illam ad tomum I. Baronii *Excitationum* partem potuerit absolvere: sed eo ipso adhuc anno hujus seculi XIV. qvo partem I. edidit, rebus humanis est exemptus: ut adeo in his Exercitationibus XVI. nonnisi annos Baronii XXXIV. magna tamen cum sollicitudine ac dexteritate excussos habeamus. Postqvam autem semel in Anglia excusum illud Opus Casaubonianum est, complures deinceps editiones sunt secutæ: in qvibus enumerandis non est, qvi nunc nostra occupetur industria.

De adversariis & defensoribus Casauboni.

§. XVIII. Ceterum in has ipsas *Exercitationes* Baronii magno impetu insurrexerunt Andreas Eudæmon Iohannes, Heribertus Rosvveydus, Iulius Cæsar Bulengerus, & Petrus Lansselius: contra eum defenderunt Iacobus Cappellus, & Richardus Montacutius. *Andreas* ille *Eudæmon Iohannes* ex Creta oriundus, Societati Jesuiticæ addictus, cum jam vivum Casau-

Casaubonum, ob epistolam ad Frontonem Ducæum, fuisset aggressus, nunc mortuo etiam leoni *Refutatione Exercitationum* libris II. insultare cœpit. Porro *Rosweydus* Antverpiæ an. XIV. libellum edidit, cui titulus: *Lex Talionis XII. Tabb. Card. Baronio ab Isaaco Casaubono dicta, retaliante Heriberto Rosweydo.* De his duobus, ita Adamus Tribbechovius: (a) *Vterque neqvam & indoctus, siqvidem in vitam moresqve Casauboni invehendo defungi se optime posse crediderunt; ceterum argumentorum colori cum pares opponere lacertos non possent, lingvas tantum affricuerunt.* (b) Præterea Bulengerus *Diatribas* suas adversus illas ipsas *Exercitationes* Lugduni in Galliis anno CIƆIƆCXVII. in lucem dedit. De qvo iterum Tribbechovius: *Bulengerus sociennos suos & fide & doctrina multum antecelluit, ac ingenuum adeo se præstitit, ut sæpius contra Casaubonum, nonnunqvam etiam pro illo sentiret; qua libertate alias qvoqve usus, vix suis se probare potuit; ceu videre est ex Bibliotheca scriptorum societatis IESV, qvam edidit Alegambe.* His autem triumviris se objecit *Iacobus Capellus*, Theologus & Ecclesiastes Sedanensis, editis Sedani anno XIX. ac Francofurti eodem anno recusis *Vindiciis pro Casaubono, continentibus examen præcipuarum controversiarum, qvas adversus illum moverunt, Heribertus Rosweydus, Andreas Evdæmon*

(a) in Prolegom. *Exercitat. ad Baronii Annales.* pag. 2. (b) Hoornbeckius qvoqve in *Misc. Sacris l. 1 c. 1. p. 1.* scribit: Andream Eudæmonem *scurriliter Casauboni Exercitationes excepiss.* Etiam Ioh. *Prideaux* Castigationem pro Casaubono contra *Evdæmonem* scripsit.

Iohannes, Iulius Cæsar Bulengerus. Tribbechovius de eo sic scribit: *Nec Casaubono defuere parastatæ, ac primum qvidem Iacobus Capellus antagonistarum trigam Vindiciis suis excepit confecitqve, causæ bonitate & ingenio multum hostibus superior, etsi lectione Casaubono inferior aliqvantum, cui Rosweydus histrionico more suo rursum respondit.* Nimirum hic *Anticapellum* fabricavit, sive *Explosionem Næniarum Iacobi Capelli, qvas funeri Isaaci Casauboni ad legem XII. Tabularum in Vindiciis suis accinuit:* Antverpiæ an. XIX. cumqve etiam Capellus *Assertionem bonæ fidei* edidisset, Rosvveydus *Syllabum malæ fidei Capellianæ ex mendaci Assertione ejus excerptum,* in proscenium attulit. Pro Casauboni etiam *Exercitationibus,* adversus Bulengeri *Diatribas* singulariter *Antidiatribis* suis anno CIϽIϽCXXV. insurrexit *Richardus Montacutius*, primum Cicestrensis, deinde Norvicensis in Anglia Episcopus: qvi tamen non adeo bene audit apud Tribbechovium, hæc de eo scribentem: *Præter Capellum Richardus Montacutius, Presbyter primum, dein Episcopus in Anglia, majori cum apparatu, nec sine fastu, contra Bulengerum præcipue in arenam descendit: qvi majori in pretio apud omnes fuisset, nisi doctrinæ laudes impotentis ac parum constantis animi fervore decoxisset. Omnium siqvidem hypercriticus, nemini ferme se probavit, jam perstringens, jam qvoqve defendens Casaubonum, & Baronium pari modo nunc in astra laudibus evehens, nunc projectâ viliorem algâ exigens atqve conculcans. Unde*

de & bilem suis movit, postquam Papismi suspicionem antea, nec popularium tantum odia, sed & calamos Riveti, Blondelli & Molinæi in se concitavit. Quod ad Petrum Lansselium attinet, is Grevelinganus Flander patria, ex societate item Iesuitica (a) in *Dispunctione* elaboravit *calumniarum, quæ Iustino Martyri ab Casaubono* (ut putat) *iniusta*: cui an quædam sint opposita, nondum mihi perspectum satis. Præterea I. A. C. in Senatu Franciæ Advocatus, *Animadversiones in Annales Ecclesiasticos Cæsaris Baronii S. R. E. Cardinalis, & Isaaci Casauboni Exercitationes* Parisiis evulgavit: *in quibus Baronius quidem tanquam ab Aristarcho arguitur, sed a Casauboni, tanquam Phalaridis sagittis liberatur.* Insuper *Iohannes Darles*, nobilis Ictus, & Professor Parisiensis in Baronium æque ac Casaubonum animadvertit *parte III. Operum Canonicorum* anno CIↃIↃCLVI. editorum. Atque ex his aliisque scriptis adversariis omnibus, si ea, quæ ad plenius confutandum Baronium, ac defendendum, illustrandum, atque excusandum facerent Casaubonum, bona cum fide excerpta in ordinem redigerentur, ac cum nova Casaubonianarum Exercitationum editione luci exponerentur, fortassis & ex totius Philologici studii, & sigillatim ex Historiæ Ecclesiasticæ id foret commodo.

§. XIX. Adhæc *Abrahamus Scultetus*, Heidelbergensis Academiæ Professor, ac demum Pastor Ecclesiæ Embdanæ, Disputationes in Baronium pollicitus est: quæ tamen in prima velut herba videntur *De Abrah. Sculteti in Baronium Disp.*

 tur

tur suppressæ. Sic autem legas in *Synthesi* ejus *Theologica Eusebii Cæsarcensis cap. VI.* Dignissima *Historiographo vox est Cæsaris illa Baronii* (Annal. tom. III. an. CCCXXIV. n. XIII.) Annales nostros omni suspicione mendacii carere volumus. *Quod si qvam animose, hoc scripsit, tam fortiter id præstitisset, esset, profecto cur de Annalibus istis orbi Christiano gratularemur. Verum enim vero tantum abest, ut a mendaciorum suspicione sibi temperarit Baronius, ut mendacia ipsa magno numero in Annales suos congesserit. Quæ si qvis melioris judicii falce resecuerit, non jam amplius solidum Historiæ corpus, sed exsangve, & vix ossibus suis hærens sceleton est habiturus. Vera me scribere, docebunt Disputationes in Baronium meæ, qvas suo tempore, (volet modo Deus) cum veræ antiqvitatis & veritatis studiosis communicabo.* Qvæ verba cum repetiisset Tribbechovius, subjicit: *Potuisset hic, si qvisqvam alius, contra Baronium experiri, & fortassis etiam Casaubono palmam facere dubiam, si qvantum in lectione Patrum, tantum qvoqve in profanæ literaturæ χώρα profecisset: ne autem cœpta pertexeret, fata manum injecere.* Idem qvoqve Tribbechovius ex Posthumis Scaligeranis a Fratribus Puteanis collectis, repetit liberiorem illam Iosephi Scaligeri vocem: *præter se ac Casaubonum sua ætate idoneum reperiri neminem, qui Baronium confutare possit.*

De Adami Tribbechovii —

§ XX. At ipse nostra ætate id ausus est *Adamus* ille *Tribbechovius*, Lubecensis, primum in Kiloniensi Holsatorum Academia Sacræ & Civilis Historiæ Professor

fessor celeberrimus, post Consiliarius Ernesti Pii Ecclesiasticus, ac deniqve Superintendens Generalis, qvi anno CIↃIↃCLXXXVII. cum magno bonorum omnium, sed & meo singulari dolore, ante diem obiit. Is enim, cum adhuc in Holsatica ageret Academia, *Exercitationes ad Baronii Annales* scribere cœpit, ubi desiit Casaubonus, & ad disputandum proposuit.(a) Sunt autem *Exercitationes V.* in certas sectiones divisæ: qvarum *prima* ab anni CHRISTI XXXIV. numero CCXXII. (in hujus anni numero CCXXI. subsliterat Casaubonus) incipit, *qvinta* in ejusdem anni numero CCLXXXVII. desinit. Qvanta autem variæ, rariorisqve doctrinæ seges in his Exercitationibus collecta sit, deprehendent omnes illi, qvibus volupe est easdem cum cura legere: sic ut non immerito doleamus, auctorem tum per occupationes alias tum nova illa in Thuringia munera, ab tam utili labore fuisse abstractum.

Exercitationibus ad Baronium.

§. XXI. Neqve indictæ nobis abeant summi inter Nostrates, & tam exasciata doctrina, qvam singulari pietate florentissimi Theologi, Christiani Kortholtii *Disqvisitiones Anti-Baronianæ:* qvarum I. agit *de Domo Nazarethico-Lauretana:* II. *de suffragiis pro defunctis:* III. *de Purgatorio:* IV. *de Confirmationis Sacramento:* V. *de Ordinis Sacramento:* VI. *de extrema Unctione:* VII. *de Traditionibus non scriptis.* Servet Deus vitam Viro celeberrimo, ut tam in aliis ad Historiam Ecclesiasticam pertinentibus argumentis, qvam in his qvoqve Anti-Baronianis dissertationibus, porro feliciter elaborare valeat.

Christiani Kortholtii Disqvisitiones Anti-Baronianæ.

(a) Qvo anno id sit factum, ex inscriptione non apparet.

Blondelli qvædam in Baronium edidit Andr. Magendeus.

§. XXII. Alioqvin *Davidi Blondello* etiam in animo fuisse Baronianos Annales excutere, testantur ejus Animadversiones ipso Annalium Operi adscriptæ: qvarum avtographum, ab obitu Blondelli, Amstelodamensi publicæ Bibliothecæ cessit. Ex his anno CIↃIↃCLXXIX. Lugduni Batavorum qvædam edidit *Andreas Magendeus*, una cum *Epitome Lucubrationum Criticarum Casauboni*, suisqve in *Baronii Annales Animadversionibus*, qvibus titulum fecit: *Anti-Baronius Magenelis.* Neqve tamen in iis, qvæ ad nos a bibliopolis allata, ultra Tomi I. annum XXXIV. in qvo & Casaubonus, itemqve Tribbechovius substitere, progreditur Auctor: sed qvem jam longius processisse, seqventia dedicatoriæ docent verba: *Peculiariter trium seculorum Annales libellæ Patrum appendimus: qvia potissimum Baronius in iis sudavit, & anhelavit, ut erroribus Ecclesiæ suæ pro virili patrocinaretur.*

Joh. Henrici Ottii Examen Annal. Baronii.

§. XXIII. Adhæc *Johannes Henricus Ottius*, Histor. Eccles. Prof. in Gymnasio Tigurino anno CIↃIↃCLXXIX. *Examinis perpetui in Annales Baronii, Centuriam I. II. & III.* separatis libris Tiguri emisit: qvarum prima continentur *Vita & triumphus CHRISTI, cursus & certamen Apostolorum, virorumqve Apostolicorum, Evangelii plantatio & propagatio, Ecclesiarum præcipuarum fundatio & successio, persecutiones, hæreses, Concilia, Doctorum monumenta, & si qvæ alia.* II. & III. *Viri Apostolici* (III. *Viri illustres*) *Evangelii cursus, Ecclesiarum vel fundatio, vel successio, persecutiones*

ctus &c. Contra primam autem Centuriam cum *Augustinus Reding*, Abbas Einsidlensis, *Vindicem* (uti appellavit) *Veritatis* spisso volumine scripsisset anno ↄɪↄcLxxx. seqventi statim anno Ottius *Vindicias* huic *Vindici*, una cum succincta tractatione de schismatis Paparum Romanorum, opposuit.

I. Frid. Krebsii conatus Anti-Baroniani.

§. XXIV. Deniqve *Iohannem Fridericum Krebsium*, olim Philosophico Ordini in hac Academia Adjunctum, post per complures annos illustris Gymnasiii Heilsbrunnensis Rectorem, nunc autem Pastorem ibidem, ac SS. Theol. Professorem, Virum reconditæ doctrinæ, contra Baronii Annales egregia qvædam moliri, apprime novi: jamqve ejus operis specimina qvædam, prodromi instar, edidit, in aliqvot dissertationibus contra Baronium, qvibus inprimis Translationem illam Imperii Romani ex Oriente in Occidentem discussit.

De Continuatoribus Baronii.

§. XXV. A Censoribus venio demum ad Continuatores Baronii. In his non incelebre nomen habet *Abraham Bzovius*, (a) Polonus, Dominicani Ordinis Professus: qvi annales Baronianos tomis novis sex auxit, sive illos duodecim ad octodecim perduxit: qvi ab anno ↄɪↄɪↄcxvɪ. usqve ad ↄɪↄɪↄcxxx. Coloniæ Agrippinæ prodierunt. Verum hic non modo in eundem, qvem Baronius, impegit lapidem; verum eum etiam superavit, scilicet in turpi, & nefanda Papæ ac Romanæ sedis adulatione: in reliqvis ingenio, judicio, rerum usu, ac eloqvio mul-

tum

(a) Vide de eo Nicium *Pinacotheca I. num 115. pag. 199.*

-xix. datis, mascule respondens, ad rescribendum eum invitat, *ea* tamen *lege, ut præcipua capita lubrico pede ne prætereat, aut dissimulando transiliat; firmet gressum in potissimis; qvæqve non satis mature profudit, idoneis testibus corroboret.* Ac claudit deniqve epistolam his verbis: *In his R.T. vires suas exerat, qvæqve scripsit, propugnet, sed clare. Certe & hæc, & alia omnia, qvæ silentio involverit, deploratаqve reliqverit, inter data concessaqve numerabo, & numerabo plurima.* Antea monui, Bzovium dotibus Baronio longe fuisse inferiorem. Atqve id est, qvod in præfatione ad Maximilianum Ducem aliqvoties inculcat Hervvartus, cujus aliqva placet repetere: *Subiit Bzovio spacia gloriæ Baronianæ nondum perfecta ingredi, & plane pleneqve paribus cursibus decurrere, visusqve est nonnemini probare scitos, & veloces pedes. Atqve etiam invenit, velut in Olympiaco pulvere vincenti, acclamantes spectatores. Verumenimvero antiqvæ historiæ peritorum judicium longe alio tendit, Bzoviumqve non ignarum solum rerum, sed omnibus Historici partibus destitutum, non modo deprehendunt, verum etiam palam complures censent: qvippe cui solertia verum indagandi nulla; memoria dictorum in progressu nulla; diligentia scribendi parva; fides exigua; affectus partium plurimus: & tamen audet non universi orbis solum, sed etiam multarum ætatum historias aggredi, omnesqve mortales docere, docendus ipse. Debuerat certe meminisse, cui viro succedere conaretur, nempe Baronio, non Italiæ solum, sed totius Ecclesiæ lumini,*

Bzovium Baronio longe inferiorem, docet Hervvartus.

 mini,

mini, cui omnis prope vita fuit legere, examinare, scribere, inducere, emendare, in senecta demum edere. ---- Qvid Bzovius? quæ legat, nescio, qvæ scribat, scio. Ipsene triginta annos parturientem uterum contineret, ante qvam primum fœtum effunderet? semestri spacio prægrandis illi Tomus nascitur, & tametsi Bzovius id non dicat, apparet tamen esse properatum, & informem, confusis adhuc membris, ursæ massam. Iam judicet lector benevolus, qvid ex Bzovii annalibus habeat exspectare, & qvanta illi cum cura & industria sint scripti. Rectius sane is fecisset, si, qvod primum animo conceperat, Compendium ex Baronio concinnasset, nec ad illam se accinxisset continuationem: qva non modo omnibus adversariis sacrorum Romanorum, sed & multis cordatis inter Pontificios, magno se exposuit ludibrio. Scio qvidem Hervvarti librum alicubi inter Pontificios Superiorum decreto vetitum: eo ipso tamen ab *hominum manibus statim fuisse depulsum*; Iano Nicio licet affirmanti (a) vix crediderim.

De Henr. Spondano.

§. XXVI. De *Henrico Spondano* antea diximus, qvod in compendium redegerit Baronium. Verum non acqvievit is in hoc labore, sed porro etiam duobus tomis eundem continuavit ad annum usqve CIↃIↃCXL. in qvorum posteriori sæpius Nostratium scriptis usus est: sie tamen, ut qvomodocunqve id fieri posset, scenæ suæ Romanensi diligenter inserviret. Prodierunt hi tomi Parisiis an. CIↃIↃCLIX.

Con-

(a) *Pinac, I.* pag. 199.

§. XXVII. At enim qvoniam ipſe Baronius Congregationis Oratorii Presbyteris continuandi operis ſui curam præcipue reliqvit, memoriasqve ſuas omnes, ac qvicqvid ad propoſitum foret uſui, illis conceſſit: hoc adminiculo adjutus *P. Odoricus Raynaldus* Annales Baronianos ad annum usqve CIↃIↃXXXIV. continuavit, & ſecundum Baronii exemplum, ac conſilium, fundamentum operis ſui poſuit archiva Vaticani, eorumqve præcipua tomis octo inſeruit, CCCXXXVI. annorum hiſtoriam complexis. Ex his porro octo tomis ipſe elegans fecit compendium, uno tomo abſolutum, annoqve - LXVII. Romæ fecit excudi. Qvid hoc in opere præſtiterit, *Ephemerides Eruditorum Gallicanæ*, a Friderico Nitzſchio Latine verſæ nos docent *Tomo III.* (a) *De Odorico Raynaldo.*

(a) pag. 188. ſeqq.

CAPVT XV.

DE SCRIPTORIBVS VNIVERSALIS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ EX LVTHERANIS.

DE CVNMANNO FLINSBACHIO, IOH. PAPPO, CONR. HORNEIO, ELIA EHINGERO, GEORGIO CALIXTO, IOH. MICRÆLIO, COMPENDIO HISTOR. ECCLES. GOTHANO, IOHANNE CONR. DANNHAWERO, HIERON. KROMAYERO, IOH. HENICHIO, BALTH. BEBELIO, PHIL. LVDOV. AVTHÆO, MARTINO NESSELIO, IOH. GEORGIO LAYRITZIO, IVSTO SÖFFINGIO, IOH. STVBNERO, AVCTORE ANON. BREVIARII HISTOR. ECCLES. CHRONOLOGICO, IOH. WOLFG. IAGERO.

§. I.

POstqvam per Centuriatores illos Magdeburgicos Historiæ Ecclesiasticæ studium magna cum cura fuit excultum, reperti postea sunt inter Nostræ, ut & Ecclesiæ Reformatæ Doctores haud pauci, qvi in eodem studio, sed methodo paulo concisiori, ac stylo etiam Historiæ convenienti magis elaborarunt.

CUNMANNI FLINSBACHII *Summa Vitæ.*

§. II. Et ex illis qvidem primum nobis succurrit *Cunmannus Flinsbachius*, Tabernæmontanus, Iacobi filius, Petri nepos, anno CIↃIↃXXVII. natus, Argentorati ac Wittebergæ, (huc eum Melanchthonis traxit affinitas) bonis literis, & Philosophico studio, sed & Theologicis doctrinis eruditus, postqvam illic anno XLIX. magisterii titulo ornatus per biennium privatim docuisset, Academia ob pestem dissipata, Argentoratum rediit: ubi totum, se Theologiæ addixit. Hinc vocante Wolfgango Palatino, cujus munificentia aliqvot annos vixerat, anno CIↃIↃLII. Ecclesiæ Bipontinæ Diaconatus, & reliqvarum illius Ducatus Ecclesiarum gubernatio ei fuit demandata. Mompelgardensem & Hanoviensem Ecclesiam reformavit, & cum Argentorati graves dissensiones inter Theologos exarsissent, eas cum aliis doctis viris restinxit. Ex tractu demum Mosellano, ubi in Ecclesiis componendis desudaverat, domum reversus, subito graviter ægrotare cœpit, ex toxico, ut suspicio fuit, a qvodam Pastore Pontificio clam propinato, qvartoqve post die placide obdormivit Biponti XI. Septembris anno CIↃIↃLXXI. In monasterio Virginum

ginum tale ejus exstat Epitaphium: D. O. M. S. CVNMANNO FLINSBACHIO TABERNÆMONTANO, DIACONO ET SVPERINTENDENTI VIGILANTISSIMO, CVM EVANGELIVM PER ANNOS XIX. HIC POSTREMIS ETIAM PASTOREM AGENS, PVRE DOCVISSET: ALIBI REFORMATIONI ECCLESIARVM INTERFVISSET, VTILIA SCRIPTA EDIDISSET, DIE XI. SEPT. A. MDLXXI. ÆTATIS XLIII. CVM LACRYMIS BONORVM DEFVNCTO, MEMORIÆ ERGO HEREDES POSVERVNT. (a) Inter *utilia* illa *scripta* referri meretur *Chronologia Ecclesiastica*, ab orbe condito incipiens, & ad annum CIↃIↃLII. pergens. (b)

Chronologia Ecclesiastica.

§. III. *Iohannes Pappus*, anno CIↃIↃXLIX. XVI. Ianuarii, patre *Hieronymo*, Consule Lindaviensi, viro toga sagoque claro, & de Republ. optime merito, matre *Barvara*, Balthasaris Funckii, Cos. Memmingensis filia, natus est. Hic postquam in schola patria a Martino Bremio Isnensi, rudimenta lingvarum, sed & principia Dialectica ac Rhetorica percepisset, anno CIↃIↃLXII. a parentibus ad Argentoratense Lyceum missus est: ubi ad classem primam promotus, eam adhibuit industriam, ut anno proximo ad publicas auscultationes ab Ephoris Academiæ admitteretur. Anno LXIV. Tubingam profectus, ibidem anno ætatis XV. primum in Philosophia gradum est adeptus. Inde anno LXVI. in aulam Falcken-

IOH. PAPPI Vita.

(a) Vide Melch. Adamum in *Vitis Theologorum* pag 455. qvem contraxit Freherus, in *Theatro* pag. 226. (b) Draudius in *Bibliotheca* pag. 1082.

ckensteiniam vocatus, Wolfgangi, & Friderici Melchioris, Comitum juvenum, privatam institutio-onem suscepit. At non multo post pater filium ex aula ad continuandum studium Theologicum revocat: unde anno -LXVII. Argentoratum reversus, totum huic studio se dedidit, præceptore potissimum usus *Iohanne Marbachio*, Prof. Theologo, & Ecclesiæ Antistite. Et vero tantos per divinam gratiam fecit progressus, ut biennio post Reichovveileram missus sit, ubi tanta cum fide sacrum munus obiit, ut Nicolao Carcerino Superindenti charus acceptusque esset. Inde anno -LXX. ætatis XXI. ad Argentoratensem Academiam vocato, lectio primum linguæ Hebraicæ, mox propter singulares ingenii dotes, etiam Professio Theologica, & docendi munus in Ecclesia demandabatur: annoqve -LXXI. a Professoribus Basileensibus Magisterii gradu ornabatur. Anno -LXXIII. honorifico Facult. Theolog. Argentoratensis testimonio instructus, Tubingæ, post consveta specimina, S. Theologiæ D. renuntiatus est. Sic igitur Argentorati Theologica magna cum dexteritate professus, Historica qvoqve aliqvamdiu docuit, ad id vocatus anno -LXXXVII. Anno seqventi Pastor summi templi factus, anno -XCIII. ob multas alias Academicas & ecclesiasticas occupationes, Spartam hanc deposuit. Conventui Ecclesiastico ab anno -LXXXI. per seqventes XXIX. præfuit, in eoqve magnam circumspectionem ac prudentiam adhibuit. Sed & exteris ob nominis celebritatem innotuit, annoqve

-XC.

-xc. Ementingam, ad habendum cum Pontificiis colloqvium, annoqve proximo Auguſtam, una cum Nicolào Selneccero, ad componenda inteſtina, qvæ ibidem exorta erant, diſſidia evocatus eſt. Cum autem annos XLII. Eccleſiæ & Academiæ pro virili inſerviiſſet, corpore curis atqve moleſtiis enervato, nihil niſi placidum anhelavit obitum: qvi eidem XIII. Iulii, anno CIↃIↃCX. obtigit: qvem annum ipſe hoc verſu ſibi in inſcriptionibus familiari expreſſit:

AD ſIneM sI qVIs ſe parat ILLe ſapIt.(a)

Scripſit Pappus *Epitomen Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, de Converſionibus Gentium, Perſecutionibus Eccleſiæ, Hæreſibus, & Conciliis Oecumenicis, ex præcipuis ſcriptoribus Eccleſiaſticis collectam*: eandemqve anno CIↃIↃLXXXIV. Georgio Guſtavo, Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Comiti Veldentiæ, inſcripſit. In illa autem epiſtola memorat, qvomodo, cum Hiſtoriam Actorum Apoſtolicorum in ſcholis Academicis explicaſſet, aliqvi auditorum petierint, ut, qvoniam S. Pauli, potiſſimum geſta hoc libro continerentur, brevem qvoqve σύνοψιν rerum a ceteris Apoſtolis geſtarum, ex probatis auctoribus collectam publice proponeret. Qva in re dum ipſis gratificari ſtudet, progreſſum longius, cetera qvoqve adjeciſſe, qvæ in inſcriptione libri memoraverit: qvorum ſummam deinde ulterius exponit. In ipſo opuſculi initio bene inter SACRAM, & ECCLESIASTICAM Hiſtoriam diſtingvit,

Epitome Hiſtor. Eccleſiaſticæ

(a) Hæc contraximus ex *Melchiore Adami*, qvi ſua debet *Programmati*, & *Concioni funebri*.

gvit, ac illam vocat, *quæ ipso Scripturæ Sacræ canone contineatur:* hanc vero, *quæ post Evangelistas & Apostolos, ab aliis viris Ecclesiasticis conscripta sit.* Non inelegantem illam Pappi epitomen primum continuavit *Eusebius Bohemus*, Eusebii, Archidiaconi Cycneani filius, Diaconus primum Wittebergensis, post SS. Theol. Lic. & in patria Superintendens: qvi tamen eo ipso, qvo novum munus suscepit, anno CIↃIↃCXXXIII. demortuus est. (a) Libellus *Bohemi* primum Wittebergæ excusus est anno - XXVI. Postea Pappi Epitomen recognovit, auctariis & Notis variis illustravit *Henricus Kippingius.* Accesserunt *Supplementa* ejusdem, ab Hussi martyrio incipientia, & deducta ad annum CIↃIↃCLXI. qvo Francofurti liber ille prodiit.

ab Eusebio Bohemo continuata,

item a Kippingio auctariis & Notis illustrata.

§. IV. *Conradus Hornejus*, anno CIↃIↃXC. XXV. Novembris natus, patrem habuit *Iohannem*, Ecclesiasten Brunsvvicensium Olperanum & Wattenbüttelanum; matrem *Sophiam Niclandiam.* Ab ipso patre ad annum ætatis XI. institutus, post in schola patriæ Cathariniana per integrum octennium, a *Iohanne Becmanno*, Rectore, & *Iohanne Redekenio*, Conrectore, in Græcis & Latinis optime fuit exercitus. Vtroqve jam Parente orbatus, a Becmanno, *Iohanni Caselio*, Viro vere incomparabili, commendatus, in domum ejus & familiam receptus, ac ob raram illam in pangendis carminibus Græcis solertiam, prope instar filii fuit habitus. Sed & in Philosophicis, præcipue

CONR. HORNEII

Summa Vitæ.

(a) Videatur Tobiæ Schmidii *Chronicon Cycneanum parte 2. cap. 2. pag. 398.*

pue ſub Cornelio Martini, & Nicolao Granio, tantos fecit progreſſus, ut anno CIↃIↃCXII. Philoſophico pileo ab ipſo Martino ornaretur. Ex qvo autem aliqvamdiu ſingulas Philoſophiæ partes privatim docuiſſet, editis etiam libellis perſpicuitatis laude florentibus, anno XIX. Ethices, annoqve XXII. a morte Corn. Martini, Logices Profeſſionem adeptus, ſed anno XXVIII. in Theologorum ordinem cooptatus eſt. Vir ipſe ex animo pius probusqve non minus, qvam exqviſite doctus, cum bonorum operum neceſſitatem vehementer urgeret, ob phraſin *Concordiæ Formulæ* adverſam, multorum contradictionem excitavit: qvo cum per reliqvam vitam conflictari neceſſum habuit. Obiit anno CIↃIↃCXLIX. XXVI Septembris, poſtqvam decem tantum diebus ex ventris torminibus decubuiſſet. (a) Defunctum oratione parentali laudavit *Chriſtophorus Schraderus*, Oratoriæ Prof. P. Hornei hujus *Hiſtoria Eccleſiaſtica priorum trium ſeculorum* (b) Brunsvvici anno CIↃIↃCLXIX. edita, omne meretur punctum. *Hiſtoria Eccl. priorum trium ſeculorum.*

§. V. *Elias Ebingerus*, anno CIↃIↃLXXIII. VII. Septembris, patre cognomine, tunc in Ottingenſi Carthuſia, *Chriſtgarten* dicta, poſt Auguſtæ ad S. Spiritum Paſtore, natus, ac anno LXXXIV. Auguſtam a *ELIÆ EHINGERI Summa Vita.*

Tt paren-

(a) Vide D. Gebhardi Theodori Meieri *Memoriam Theologorum Helmſtadienſium, num. 18. pag. 54.* & Henningem VVittium in *Memoriis Theologorum noſtri ſeculi dec. 6 num. 6.*
(b Integer titulus hic eſt *Compendii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ liber I. II & III. qvæ a Chriſto nato usqve ad initium Imperii Conſtantini M. in Eccleſia geſta ſunt, complexi.*

parentibus deductus, in schola ad S. Annam præceptorem habuit *Hieronymum Bavarum*. Anno LXXXIV. ibidem inter alumnos Evangelici Lycei receptus, per sexennium sub disciplina Georgii Saltzhaberi, & Davidis Schrami, tantos fecit in studiis progressus, ut anno XCIII. Wittebergam cum fructu adierit, biennio post Magisterii honoribus auctus. Anno XCVII. Tubingam concedens, mox ab Matthia Hafenreffero, ministerio Ecclesiastico inauguratus, & a *Davide*, Barone *Enenckelio*, in Austriam inferiorem accitus, sexenni spatio concionatoris aulici ministerio defunctus est. Hoc Barone demortuo, ab alio Barone, *Iohanne Wilhelmo a Zelcking*, in Austriam Superiorem vocatus, Kefermarckii Pastorem egit. Sed mox suborta per Austriam reformatione Pontificia, cum uxore & liberis exul in patriam rediit, annoque CIƆIƆCV. Rotenburgi ad Tubarim scholæ Rector constitutus est. Anno CIƆIƆCXVIII. Professor & Gymnasiarcha Augustæ renuntiatus, hanc Spartam ad annum XXIX. egregie ornavit: qvo denuo factus exul, paulo post Electoralis Scholæ Portensis Rectoratum accepit. Anno XXII. pace qvadam Augustanis reddita eo reversus, turbis bellicis brevi ingruentibus, iterum migrare compulsus est. Ab anno XXXV. Ratisbonæ Gymnasii Poetici Rectoratum fideliter administravit, donec senio ingruente, & viribus deficientibus, rude donaretur. Tandem morbis exhaustus, morte beata sublatus est die XXVIII. Novembris,

anno

anno CIↃIↃCLIII. ætatis octogesimo. (a) Habemus opus ejus posthumum, qvo *Seculi XV. Historiam Ecclesiasticam, in gratiam purioris Antiquitatis* (ut habet inscriptio) *Studiosorum proposuit*, Francofurti anno - LIX. editam. De quo scripto ita Theophilus Spizelius in *Templo Honoris*, in elogio Ehingeri: *Pro singulari eo, qvo in Patrum (qvos sibi jugi revolutione per longioris vitæ suæ spatium familiarissimos & notissimos reddiderat) lectionem ferebatur amore, veræ doctrinæ consensum in antiqviori Ecclesia observatum, & ab Apostolorum ævo ad nostra usque tempora derivatum, legitimo modo omnium oculis objecit, & hoc armorum aptissimo genere instructus, contra nominis Evangelici hostes sæpius felicissime pugnavit, cumprimis in memorabili Historiæ Ecclesiasticæ opere, qvod in purioris Antiqvitatis studiosorum gratiam qvidem concinnatum, attamen ultima parentis sui cura destitutum in lucem prodiit.* Eqvidem si qvid video, id egit Ehingerus, ut partem aliqvam *Centurias Magdeburgicas* continuaret: qvæ tamen spes, qvod forte sero cœperit laborem, & senecta morbiqve affligerent virum optimum, decollavit. *Historia Eccles. seculi XV.*

§. VI. *Georgii Calixti*, Holsati, magni nominis Theologi Helmstadiensis, anno CIↃIↃLXXXVI. XIV. Decembris nati, annoqve CIↃIↃCLVI. XIX. Martii denati, (b) *Fragmentum* habemus *Historiæ Ecclesiasticæ Occi-* GEORGII CALIXTI

(a) Videatur Spizelii *Templum Honoris* pag. 364. seqq. & Freheri *Theatrum*, qvi sua contraxit ex concione funebri ab Andrea Steinero, Seniore Concionatore Ratisb. habita. (b) Vitam D. Calixti vide in *Memoriis Theologorum Helmstadiensium*

Fragmentum Historiæ Eccl. Occidentalis.

dentalis, seculis VIII. IX. X. & XI. quando Pontificius dominatus & corruptelæ invaluerint: qvod in calce *Apparatus Theologici,* seu *Introductionis ad studium Theologicum,* edidit filius, *Fridericus Vlricus Calixtus,* Helmstadiensis itidem Theologus, jam Facultatis suæ Senior. Editio altera e B. Auctoris ms. aucta prodiit Helmstadii anno CIↃIↃCLXI. in cujus præfatione editor monet, qvod hæc Patris Historia *insigniter nos docere possit, qvales jam ab antiqvo Romanorum Pontificum & curiæ ipsorum artes, qvæ studia fuerint, & qvibus adminiculis sacra illa, & humano generi inusitata, non visa certe, nec audita tyrannis, in illud, qvod cernimus, Regibus ipsis, & terrarum Dominis timendum excreverit fastigium.*

IOH. MICRÆLII Syntagma Historiarum Eccl.

§. VII. *Iohannes Micrælius,* (de qvo supra egimus cap. XII. §. XXXIII.) singulari opera conscripsit *Syntagma Historiarum Ecclesiæ omnium:* qvo ab Adamo Iudaicæ, & Salvatore nostro Christianæ Ecclesiæ Politiæ, Ritus, Persecutiones, Transplantationes, Halcyonia, Doctores, Synodi, Hæreses & Schismata, perspicue & eo ordine proponuntur, ut beneficio Indicis locupletissimi, Tabularumqve Chronologicarum, instar Lexici esse possit. Tertia illud editione Stetinensi posthuma, ad annum, qvo impressum, CIↃIↃCLX. post etiam a *Daniele Hartnaccio* ulterius continuatum, ac Lipsiæ editum est anno CIↃIↃCLXXIX.

ab Hartnaccio, continuatum.

§. VIII.

Gerh. Theod. Meieri num. 15 p. 52. & in *Theatro Freheri pag. 586. seq.* Programma funebre repetiit Henninges Wittius in *Memoriis Theologorum dec. 9. num. 1. pag. 1132.* Panegyricis eum orationibus Helmstadii celebrarunt *Gerhardus Titius, & Christoph. Schraderus,* Collegæ.

§. VIII. Anno CIƆIƆCLX. *Compendium Historiæ Ecclesiasticæ*, qvod ab urbe, in qva typis est excusum, *Gothanum* appellari solet, primum prodiit, *ex sacris literis, & optimis, qvi extant, auctoribus, libris duobus compositum, & ab orbe condito ad nostra usqve tempora deductum: ea* qvidem *cum cura, atqve distinctione, ut tam incipientibus, qvam provectioribus commodum esse possit.* Qvi hoc Compendium concinnarunt, id ex Serenissimi Saxoniæ Ducis ERNESTI decreto, cujus & id propter in ipso libri titulo fit mentio, fecerunt. Auctores autem hujus scripti censentur Illustris *Seckendorfius*, & celeberrimus *Bœclerus.* (a) Et qvod ad Seckendorfium attinet, non amplius de eo habemus dubitare, vel propter seqventia verba, qvæ in Præloqvio Historiæ Lutheranismi reperimus: *Cum affinitatem non exiguam cum hoc studio habeat notitia Historiæ Ecclesiasticæ, recordatus sum operæ, quam olim, dum Gothæ in Ducis (qvem debiti honoris causa nominavi) Ernesti aula viverem, impendere illi cæperam. Qvid tunc præstiterim, non ignotum est (qvanqvam pauci superstites sint) amicis. Sed plura præstare vel potuissem, vel tentassem, si multitudo, qvibus cumulabar, negotiorum bene cogitata non elisisset.* Et vero illam ipsam negotiorum multitudinem etiam in ipsius *Historiæ Ecclesiasticæ prolegomenis* tangit, ex qvibus nonnulla adscribemus: *Id dum inter multos variosqve labores scribebamus, semper tamen in oculis auribusqve fuit propositi ratio: consulere nimirum voluimus potissimum*

De Compendio Historiæ Eccl. GOTHANO.

Cujus præcipuus auctor Seckendorfius.

(a) Severinus VValtherus Sluterus in *Propylæo Historiæ Christianæ* pag. 12.

ſimum atque primario juventuti, & incipientibus, deinde etiam illis, qvibus datum non eſt, ut Bibliothecis hiſtoricis fruantur, aut alia deſint adminicula, qvæ neceſſaria ſunt illis, qvi majori cum profectu hiſce ſtudiis operam dare valent. Ex hoc inſtituto noſtro ſecutum eſt illud haud difficulter, ut uteremur ſtylo plano, ordine naturali facillimo, remotis Erotematum aliisqve methodi involucris. Segreganda etiam putavimus, certiora ab incertis, generalia a ſpecialibus, utilia ab inutilibus; vulgata & protrita brevius, abſtruſiora, & qvæ ex autoribus minus vulgaribus petenda fuere, plenius exhibere ſtatuimus. In iisdem prolegomenis fatetur Auctor, qvod in *Chronologicis plerumqve calculum Sethi Calviſii ſecutus ſit,* ſic qvidem, *ut vexatiſſimos Chronologorum ſcrupulos haud facile præterierit; ſed potius in diſcentium gratiam, ea qvæ par fuerit brevitate, probabilem qvandam ſententiam, aut plures etiam paſſim indicaverit.* Atqve o utinam extrema verba, qvibus obſignatur hoc Compendium, in omnium animis radices agerent firmiſſimas! *Ex hoc etiam, qvod huc usqve perduximus, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Compendio, exempla obſervemus, per qvæ ad ſinceræ religionis & vitæ Chriſtianæ profeſſione dignæ ſtudium animemur, a corruptelis immenſum in modum ingruentibus intacti, Deoqve Servatori noſtro ad extremum usqve ſpiritum patienter & fideliter in caſtris militantis hujus Eccleſiæ ſervientes; donec ad beatam illam & triumphalem Hierarchiam, tempore, qvod ſupremus Imperator noſter deſtinaverit, felici per ipſam mortem, vel ſupremam etiam*

etiam, qvæ seculo instat, consummationem. transitu perrumpamus. In utilissimum hunc librum copiosum indicem confecit *M.Henricus Ernestus Treiberus*, Poeta laureatus, & tunc temporis Alumnorum Ducalium Inspector Gothanus; qvi primum editus anno CIↃIↃCLXXIII.

§. IX. *Iohannes Conradus Danhawerus*, Orator, Philosophus, & Theologus excellens, qvi patre *Conrado*, Ecclesiaste Kundringano in Brisgovia, matre Magdalena, *Augustini Brunnii*, Pastoris Iesingensis prope Tubingam, Historici non incelebris, filia, anno CIↃIↃCIII. XXIV. Martii natus, per complures annos in Academia Argentoratensi magna cum gloria docuit, annoqve CIↃIↃCLXVI. VII. Novembris decessit; (a) inter multos, qvos conscripsit, libros, etiam consignavit *Christeiden*, sive *Drama sacrum, in qvo Christiana militia primum ænigmatice, post averto Commentario est exposita.* Continet autem hic liber Argentorati editus an. -XLVI. priorum trium seculorum Historiam Ecclesiasticam: de qvo *Balthasar Bebelius* in *Antiqvitatibus Ecclesiasticis seculo I.* ita scripsit: *Sufficiat vel eruditissimis labor incomparabilis nostri Dannhaweri, qvem vocavit* Christeidem. *Nam in hoc novissimas Papistarum, qvoad tria priora secula, fraudes & effugia felicissime advertit, detexit, confutavit.* *IOH. CONR. DANHAWERI* *Christeis.*

§. X. *Hieronymus Kromayerus*, SS.Th D.& Lipsiæ Prof primarius, Theol. ibidem Facultatis, ut & Præsula- *HIER. KROMAYERI.*

(a). Vide Spizelii *Templum Honoris* pag. 184. & Itcheri *Theatrum* pag. 664. *seqq.*

ſulatus Ingenui Miſnenſis, nec non Miſnicæ Nationis Senior, Conſiſtorii Electoralis & Ducalis Saxonici Aſſeſſor, Collegii minoris Principum Collegiatus, Alumnorum Electoralium Ephorus, & Academiæ Lipſienſis Decemvir, anno hujus ſeculi decimo, XVIII. Januarii Cizæ natus eſt. Patrem habuit *Hieronymum*, primum Eccleſiæ primariæ Cizenſis ad D. Michaelis Paſtorem, poſtea Superintendentem Plavienſem in Voigtlandia, qvi ex antiqva & nobili ſtirpe Sileſiæ oriundus fuit: matrem, *Mariam Magdalenam*, M. Iacobi *Lindneri*, Coſ. Numburgenſis filiam, qvæ maternum genus ad bigam Theologorum celeberrimorum, Nicolai Selnecceri, & Danielis Greſeri referebat. Vix qvadrimus cum Patrem, cujus filius fuerat unicus, amiſiſſet, paternam naturam induit vitricus, *Erhardus Lauterbachius*, Superintendens Præſulatus Numburgo-Cizenſis, & Conſiſtorii Epiſcopalis Aſſeſſor, qvi privignum in vera pietate, optimisqve artibus & moribus, tam in Epiſcopali ſchola, qvam per domeſticos Præceptores, fideliſſime curavit inſtitui. Octodecennis anno CIϽIϽCXXVIII. Lipſiam ablegatus, inqve numerum Alumnorum Electoralium cooptatus, Profeſſoribus Philoſophiæ indivulſo nexu adhæſit. Anno ſeqvente poſtqvam primum in Philoſophicis gradum aſcenderat, in VVittebergenſem Academiam, annoque XXX. in Ienenſem noſtram ſe contulit. Sed qvando Lipſienſi potiſſimum ſtudia ſua conſecraſſet, redux factus, ſummos in Philoſophia honores impetravit anno

Summa vitæ.

anno . XXXII. cum interim *de Eclipsi Solis ac Lunæ*, de *Anno*, de *Lingvis*, ut Præses; *de tribus causarum generibus*, ut Respondens, publice disputasset; per ferias autem caniculares (ut fert mos Lipsiensis) Lectorem egisset, auditoribus eruditas theses *de Sirio* proponentem. Cum ob bellicos motus, luemqve pestiferam aliqvamdiu abfuisset Academia, anno . XXXIII. reversus, *de conspectis in cœlo stellis*, disputans, locum inter Magistros accepit. Exin vero habendis privatis scholis, & se, & alios exercens gnaviter, in omnibus Philosophiæ ac artium bonarum partibus sollicite elaboravit, ac facultatem qvoqve, qva pollebat, poeticam aliqvoties comprobavit. Anno . XXXVIII. habitis pro loco, de *anno magno*, deqve *origine animæ humanæ*, disputationibus, in Philosophicum Collegium receptus, biennio post Nationis Misnicæ Senior factus est. Anno . XLIII. Cunrado Bavaro, in Historiarum, ac qvinto post anno, Andreæ Corvino, in Oratoriæ Professione successit: cumqve anno . L. Tobias Heidenreichius, ICtus, Annalium Lipsiensium scriptor diligentissimus, obiisset, in minori Principum Collegio sedem accepit. Cum anno . XL. Theolog Facultatis Baccalaureus, ann. . XLV. Licentiatus esset renuntiatus, extraordinaria Theolog Professio seqventi anno ei credita, ac anno . LI. Theologiæ Doctoris titulo ornatus est. Ordinariam Theol. Professionem adiit an. . LVII. anno proximo Electoralium alumnorum Ephoriam, ut & Cizensem Canonicatum adeptus, qvem ab excessu Hulsemanni Theologi,

Vu anno

anno LXI. Misnensi mutavit. Academici deniqve Decemviratus initium anno LXII. debuit. Placide admodum obiit anno CIƆIƆCLXX. III. die Iunii, cum vixisset annos LX. mensesqve qvatuor cum dimidio. (a) Atqve hic qvidem Kromayerus, cum anno CIƆIƆCXXXVIII. *Historiæ Ecclesiasticæ*, ab Apostolorum usqve temporibus repetitæ, inqve præsens seculum deductæ, *Epitomen* Lipsiæ numeroso auditorio prælegisset, subinde postea eandem expolivit, donec anno LXVI. cum seqventi titulo ederet Lipsiæ: *Ecclesia in Politia*, (a) sive *Historiæ Ecclesiasticæ Centuriæ XVI. cum præsente dimidiata, qvibus propter Synchronismos Imperatorum res gestæ præcipuæ præmissæ.* Recusus postea hic liber est anno LXVIII. & LXXIII. Patruus ipsius *Iohannes Kromayerus*, Ducatus Saxo-Vinariensis Ephorus generalis itidem in Historia Ecclesiastica aliqvid ediderat: sed hanc operam ipse Hieronymus in præfatione *nimis succinctam* vocat.

Ejus Ecclesia in Politia.

§. XI. *Johannis Henichii*, Theologi Hasso-Rhintelensis vitæ summam, vel ex seqventi epitaphio, qvod Gerhardus Wolterus Molanus, nunc summe Reverendus Abbas Loccumensis, ei posuit, cognoscemus. M. S. HAC VRNA CLAVDITVR QVICQVID HVMARI POTVIT IOHAN. HENICHII, VIRI IN TANTVM LAVDANDI, IN QVANTVM PIETAS, DOCTRINA ET VIRTVS INTEL-

IOH. HENICHII

Epitaphium summam vitæ exhibens.

(a) Vitæ Kromayeri summam contraximus ex *Programmate funebri*: qvod & in VVittii *Memoria Theologorum* comparet D. c. 13. p. 1686. *seqq.* Videatur et iam Spizelii *Templum Honoris* pag. 304. *seqq.* (b) Hunc titulum præfixit qvoniam, ut in præfat. loqvitur: *Ecclesia versatur in politia, & in Imperiis suos habet nidulos.*

TELLIGI POSSVNT. ERAT IS VETERIS PRIMVM BARDOVICI, MOX SCHAVMBVRGENSIVM SVPERINTENDENS, SACROS. THEOLOGIÆ D. EIVSDEMQVE IN ACADEMIA RINTHEL. PROFESSOR PRIMARIVS, AC SERENISSIMÆ CATTORVM PRINCIPI A CONSILIIS ECCLESIASTICIS. DIEM SVVM OBIIT V. CAL. IVL. CIↃIↃCLXXI. ANNOS NATVS LVI. LONGIORE VITA DIGNVS IMMORTALITATE DIGNIOR, QVAM TAMEN ET IPSAM DIVINARVM HVMANARVMQVE RERVM SCIENTIA SINGVLARI EDITISQVE IN PVBLICVM DOCTIS VOLVMINIBVS DVDVM PARTAM FAMA SVPERSTES HENICHIANO NOMINI CERTO PRÆSTABIT. PLVRA LAPIS NON CAPIT, VIATOR. VALE IGITVR VIROQVE PACEM DVM VIVERET, NON MINVS QVAM VERITATEM SECTANTI SEDVLO ILLVD MITISSIMI SERVATORIS ACCLAMA, BEATI PACIFICI, FILII ENIM DEI VOCABVNTVR. EXIGVVM HOC MAGNI AFFECTVS MONVMENTVM BENE DE ECCLESIA, DE SE MERITO PRO MVNERE SVPREMO D. S. P. PONI CVRAVIT GERHARD WALTER MOLANVS. (a) Et hic qvidem in Veterum lectione verſatiſſimus Theologus, *Hiſtoria Eccleſiaſtica* (b) priora qvinqve ſecula tribus partibus expoſuit: qvarum *prima* Rhintelii an CIↃIↃCLXIX. *ſecunda* an. - LXX. *tertia* an. LXXIV. prodierunt. Pars I. tria ſecula priora, altera *qvar-* *Hiſtoria Eccleſ. part. III.*

 tum,

(a) Programma funebre exhibet VVittius in *Memoria Theologorum Dec. 13. pag. 1710. ſeqq.* (b) Titulus qvidem etiam *Civilem* Hiſtoriam memorat: ſed qvam maxime ſe diffundit Auctor in Eccleſiaſticis.

tum, tertia *qvintum* complectitur. B. qvidem Noster Bosius *sex* seculorum meminerat in *Schediasmate de comparanda Notitia Scriptorum Ecclesiasticorum:* sed postea aberrationem agnovit, ac manu sua in exemplari privato correxit: ut adeo acrem illam Clarissimi *Sluteri* censuram (a) non videatur meruisse. Et qvam facilis in his talibus sit lapsus, unusqvisqve intelligit. Ceterum Henichianum opus vel eo etiam nomine meretur commendari, qvod integra auctorum veterum testimonia adscribat, qvorum summam prius attulerat.

BALTH. BEBELII

§. XII. *Balthasar Bebelius*, Argentoratensis, SS. Theol. D. ejusdemqve in Academia patria per complures annos, ac demum in Academia Wittebergensi Professor, & Circuli Saxonici Superintendens, qvi anno CIƆIƆCLXXXVI. II. Octobris Wittebergæ decessit, postqvam *Antiqvitates Evangelicas & Iudaicas ex quatuor Evangelistis* magna cum cura eruerat, *Antiqvitates Ecclesiæ in qvatuor prioribus post natum CHRISTUM seculis, Evangelicæ, & hodiernæ ὁμοψήφου. qvibusvis heterodoxiis, modernis præsertim oppositas* conscripsit: cujus operis primus tomus tria secula complectens Argentorati lucem vidit an. CIƆIƆCLXIX.

Antiqvitates Ecclesiæ.

PHIL. LUD. AUTHÆI Index Historicus rerum in Religione sup. sec. gestarum.

§. XIII. *Philippus Ludovicus Authæus*, Ictus Francofurtensis *Indicem* conscripsit *Historicum rerum potissimarum in negocio Religionis gestarum ab anno CIƆIƆXXVII. ex scriptis & actis variis excerptum:* qvi lucem vidit Francofurti anno CIƆIƆCLXXV. Usus est potissimum

(a) in *Propylæo Historiæ Christianæ* pag. 26.

mium (uti in dedicatoria fatetur) *Sleidano, Thuano, Chytræo, variisqve Commentariis, itemqve Actis Hortlederi & Goldasti*: qvorum *dicta nude & candide, omni affectu vacuus, qvasi in tabella annotavit*. Finit opusculum, studiosæ inprimis juventuti ad cognoscenda per compendium superioris ævi gesta fructuosum, in Iubilæo Evangelicorum anno CIƆIƆCXVII.

MART. NESSELII Compend. Hist. Eccles.

§. XIV. *Martinus Nesselius*, Poeta coronatus qvi aliqvamdiu Verdæ vixit, (a) ex *Epitoma* Iohannis Cluveri, *Compendium Historiæ Ecclesiasticæ* composuit: qvod Rhintelii excusum anno CIƆIƆCXLV.

IOH. GEORG. LAYRITZ Synopsis Hist. Eccles.

§. XV. *Iohannes Georgius Layritz*, cum adhuc in Gymnasio Baruthino Historiæ Sacræ & Civilis Professorem ageret, *Synopsin Historiæ Ecclesiasticæ, præcipuo Iuventutis studiosæ bono, dextro & congruo ordine* concinnavit, idqve typis exscribi fecit Baruthi anno CIƆIƆCLXXVIII. Vnumqvodqve seculum in qvatuor membra dispescuit: qvorum *primum* potissimum complectitur Ecclesiæ incrementum; *alterum* duplex ejus decrementum, tum per persecutiones intrinsecus; tum interius per hæreses, ac schismata: *tertium*, Concilia, Synodosqve potiores, & Patres ac Doctores Ecclesiæ: qvibus Historicos Ecclesiasticos, item ICtos, Medicos, Philosophos & Philologos adnexuit: *qvartum*, Historiæ Iudaicæ, litterariæ maxime, breviculam concinnationem ex Hottingero.

Vu 3 Huic

(a) Nam an. 1646. in dedic. *Commentationis Mortalitatis*, prædicat. Senatus Verdensis *beneficium non contemnendum qvo ipsum affecerint, dum apud eos hospitalitios lares incoluerit*.

Huic ultimo subjunxit partim scriptorum gentilium celebriorum nomina, partim vero Mahumetanorum historiam, gesta, & si qvi inter eos claruerunt, viros eruditos. Annorum calculum ex Calvisii, & Helvici *Chronologia*, & qvandoqve ex Gvalteri (*Gruteri*) *Chronico Chronicorum* lateri apposuit. Finit elegans libellus, qvi & in Germanicam conversus lingvam, in anno præsentis seculi LXIX.

IVSTI SOFFINGII *Historia sup. seculi*

§. XVI. *Iustus Soffingius*, SS. Theol. D. & Superintendens Rudolstadio-Schvvartzburgicus, *Res in Ecclesia & Politia Christiana ab anno* CIƆIƆ. *usqve ad annum* CIƆIƆC. qvas in schola provinciali Rudolstadio-Schvvartzburgica proposuerat, anno CIƆIƆCLXX. in lucem emisit. Hunc libellum postea excepit anno CIƆIƆCLXXIV. *Historia Qvinqvesecularis, seu res in Ecclesia & Politia Christiana gestæ per secula a CHRISTO nato I. II. III. IV. & V.* Ienæ impressa anno CIƆIƆCLXXIV. Sed & reliqva postea secula accesserunt.

& Hist. Qvinqve secularis.

IOH. STVBNERI *Introductio ad Hist. Eccles.*

§. XVII. *Iohannes Stübner*, Gymnasii Heilsbrunnensis Conrector, anno CIƆIƆCLXXXIV. Norimbergæ emisit *Ad Historiam Ecclesiasticam N. Test. Introductionem, memoriæ juvandæ ergo, per tabulas Synopticas adornatam, qvibus Ecclesiæ Christianæ faciem sub Imperatoribus, præcipuis Doctoribus, Pontificibus Romanis, Tyrannis, Heterodoxis, una cum Scriptorum Historiæ Ecclesiasticæ, Conversarum gentium, Eruditorum pariter & potissimorum Conciliorum, Colloqviorum, Academiarum syllabo, repræsentatur.*

§. XVIII.

§. XVIII. Anno CIↃIↃCLXXXIX Francofurti prodiit Anonymi *Breviarium Historiæ Ecclesiasticæ Chronologicum, ex sacris literis, & optimis autoribus compositum, & ad nostra usqve secula deductum.* Cui præfigitur *Introductio in Historiam Ecclesiasticam N.T.* Sed hæc *Introductio* nihil aliud continet, qvam laudati Stubneri *Catalogum Scriptorum Historiæ Ecclesiasticæ*, Tabulis ipsius præmissum. An autem id volente, an nescio Stubnero, factum, affirmare neqveo. *ANONYMI Breviar. Hist. Eccl.*

§ XIX. Deniqve anno CIↃIↃCXCI *Iohannes Wolfgangus Iägerus*, SS. Theol. Lic. & Mor. Phil. P. P. Tubingæ emisit *Historiam Ecclesiasticam* præsentis seculi XVII. *in qva fata Ecclesiæ Protestantium sic dicantur, Conclavia Pontificum Romanorum referantur: diversi motus & schismata in Ecclesia CHRISTI, & inprimis Syncretismus, Naturalismus, Bohemismus, Borrismus, Qvietismus; Arminianismus, Amyraldismus, Iansenianismus, Cartesianismus, Coccejanismus, recentesqve in Gallia & Anglia controversiæ ob oculos dilucide exponuntur: cum parallelismo profanæ, decennium primum.* (a) *IOHANNIS WOLFG. IAGERI Hist. Eccles. hujus seculi.*

(a) Vide *Acta Erud. Lips.* in *Majo* 1692 *pag.* 218.

CAPUT XVI.

DE SCRIPTORIBUS UNIVERSALIS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ EX REFORMATIS.

DE IACOBO CAPPELLO ABRAH. SCULTETO, DAN. PAREO TILMANNO GESSELIO IOH. HENR. HOTTINGERO GEORGIO HORNIO, FRID. SPANHEMIO.

§. I.

§. I.

IAC. CAPPELLI

Iacobus Cappellus, Sedanensis, Iacobi, Senatoris in suprema curia Parisiensi filius, an. CIↃIↃLXX. natus, Ecclesiæ Sedanensis Minister, ibidemqve tum Hebr. L. tum Theol. Prof. qvi anno CIↃIↃCXXIV. VII. Septembris, (a) vitam cum morte commutavit, Sedani anno CIↃIↃCXXII. publicavit *Historiæ Ecclesiasticæ Centurias qvinq; ab Augusti nativitate, ad Imperatorem Valentinianum III.* Accessit *Historiæ Synopsis, ab orbe condito usq; ad annum Domini* CIↃIↃCXXII. *partim ex Scriptura, partim ex aliis scriptoribus collecta.* In illa Synopsi continentur; *Series Historicorum, pro ratione temporum, qvorum historiam describunt*: in præfatione. *Poetarum illustres epochæ.* Ex Scriptura: *Patriarcharum ad Mosen usqve series. Iudices Israelitarum. Reges tam decem, qvam duarum tribuum Israelis.* Ex Canonibus Cl Ptolomæi: *Reges Babyloniorum, Persarum, Græcorum, Romanorum, ad M. Aurelium usqve.* Continuatio Canonum Ptolemæi, continens I. *Imperatores Orientis.* II. *Imperatores Occidentis.* III. *Reges Francorum.* IV. *Episcopos Romanos.* V. *Episcopos Constantinopolitanos.* VI. *Doctores Iudæorum.* Ejusdem Cappelli habemus *Historiam sacram & exoticam, accurata diligentia ad temporum rationem concinnatam*: qvæ Sedani prodiit anno CIↃIↃCXIII.

Histor. Eccles. Centuriæ V.

ABRAHAMI SCULTETI

§. II. *Abrahamus Scultetus*, Grunbergæ in Silesia XXIV. Augusti anno CIↃIↃLVI. natus, patrem habuit Geor-

(a) Videantur *Acta Erudit. Lips. an. 1689. m. Aug. pag. 381.* ex Ludovici Cappelli *Commentario de Cappellorum gente.*

Georgium, tribunum plebis, matrem *Catharinam*, viri consularis filiam. Fundamentis literarum in patria schola, sub Petro Titio, Iacobo Eberto, & Paulo Bernavo positis, anno LXXXII. Vratislaviam concessit: ubi commilitones inter alios nactus est Bartholomæum Pitiscum, Amandum Polanum, & Christophorum Pelargum. Inde Freistadium abiit, ad audiendos Nicolaum Ludovicum Glogaviensem, & Abrahamum Bucholtzerum; ac porro Gorlicium contendit: qvo eum Laurentii Ludovici, & Martini Mylii, ibidem docentium celebritas traxit. Hinc Eqvitis Silesii, Ioachimi a Bergen, liberalitate adjutus, Wittebergam salutavit, Philosophicis inprimis studiis operam navans. Ante Saxoniam qvam relinqveret, Dessaviæ invisit Casparem Peucerum, ex diuturno carcere dimissum. Anno XC. Heidelbergæ a Danielis Tossani, & Francisci Iunii ore pependit. Ex qvo anno seqventi honore Magisterii auctus, docendi facultatem impetraverat, ac in habendis sermonibus sacris sese exercuerat, ab Electore Palatino Concionator Aulicus constituitur, annoqve CIↃIↃCXII. cum Friderico V. in Angliam abiit: ac postea ad docendam in Heidelbergensi Academia Theologiam vocatus, Doctoralem titulum a promotore Davide Paræo accepit anno XVIII. Qvo ipso anno etiam Synodo Dordracenæ, cum Paulo Tossano, & Henrico Altingo interfuit. Anno XIX. jam Consiliarius Ecclesiasticus, comitiis Francofurtensibus, in qvibus Ferdinandus II. Cæsar electus, interfuit. Exin cum Domino in Regem electo pro- *Vitæ summa*

fectus in Bohemiam, post miserabilem in Albo ad Pragam monte cladem, variis casibus jactatus, sedem tandem reperit Embdæ in Orientali Frisia: ubi anno CIƆIƆCXXV. XXIV. Octobris vitam cum morte commutavit. (a) Magno hic cum studio composuit *Annalium Evangelii passim per Europam XVI. salutis partæ seculo renovati Decades.* qvarum tamen non nisi duæ (prior incipit an. CIƆIƆXVI. posterior ad annum CIƆIƆXXXVI. pergit) prodierunt Heidelbergæ anno XIIX. & XX. cum reliqvæ in direptione Pragensi periissent. Germanice eas vertit *Reinhardus Wolfius.* Ob has Decades Scultetus Illustri Seckendorfio audit, *insignis ex Reformatis*, (b) itemqve *accuratus scriptor.* (c)

DAN. PAREI Medulla Hist. Eccles.

§. III. *Daniel Pareus*, Davidis filius, scripsit *Historiæ Ecclesiasticæ Medullam*, Francofurti anno CIƆIƆCXXXIII. & Amstelodami anno CIƆIƆCXLI. editam: *Opusculum* (verba sunt Sluteri in *Propylæo Historiæ Christianæ*) (d) *propter perspicuitatem cum brevitate conjunctam, primitias Historiæ degustaturo non inutile futurum.*

TIMANNI GESSELII Historia sacra & Eccles.

§. IV. *Timannus Gesselius*, Vltrajectinus, Medicinæ Doctor, consignavit *Historiam sacram & Ecclesiasticam, ordine Chronologico ex optimis scriptoribus compendiose digestam, ab orbe condito, ad annum CHRISTI* CIƆCXXV. *in qva ad pacem Ecclesiæ Christianæ*

(a) Extat de ejus curriculo vitæ, inprimis vero de Actionibus Pragensibus Narratio, Embdæ excusa ann. 1625. (b) Histor. Lutheranismi lib. 2. sect. 5. §. 5. p. 17. a. (c) lib. 2. sect. 6. §. 20. pag. 30. a. (d) pag. 16.

na viam aperire pio conatur affectu. In fine addita sunt scripta qvædam *Irenica*, potissimum *Iohannis Duræi*, & *Consilium* Auctoris *de universali Concilio Amstelodami convocando.* Prodiit liber Trajecti ad Rhenum (Vltrajecti) anno CIↃIↃCLIX. Sluterus in *Propyleo* (a) notat, hunc librum *Boineburgio, accurato qvondam librorum censori, fuisse adamatum: uti a viro fide digno Norimbergæ acceperit.*

a Boineburgio æstimata.

§. V. *Iohannes Henricus Hottingerus*, anno CIↃIↃCXX. x. Martii natus, patriam Tigurum, patrem habuit *Iohannem Gasparem*, nautis præfectum, matrem *Annam Thumiseniam*, matronam summe religiosam, & in precibus devotam. Puer præclaræ indolis memoriæqve felicis, in scholam ductus patriam, qvinqve illius classes brevi tempore emensus est. At cum feriatis horis delectaretur piscium captura, grave aliqvando periculum vitæ incurrit. Ex schola in Gymnasium receptus, ad studia lingvarum præcipue animum applicuit; in qvibus *Ioh. Iacobo VVolfio*, Lingvarum Prof. multum se debere non semel est professus. Anno XXXVIII. publicorum sumtuum impensa Genevam cum Ioh Henrico Ottio profectus, præter ceteros viros egregios, Fridericum Spanhemium ibidem audivit. Mox peragrata Gallia, Flandria, Zeelandia & Hollandia, Groningam Frisiorum, sedem delegit studiis Academicis, ubi in ceteris Orientalibus lingvis Iudæo, inqve Arabicæ literaturæ principiis Matthia Pasore præceptore usus est. Et hujus qvidem lingvæ amor eum Lugdunum, inqve familiam

IOH. HENR. HOTTINGERI Vita.

 traxit

(a) pag. 23.

essit *Iacobi Golii*: cujus liberis informandis simul dedit operam, sed & ab homine Turca majores in Arabica, nec contemnendos in Turcica lingvis profectus hausit. Ibidem etiam ex Goliana, qvam in Oriente is collegerat, bibliotheca non paucos Arabicos codices descripsit: sic ut ipse Golius Cornelio Hagæ, legato fœderati Belgii per triginta annos Constantinopolitano, fassus sit, *Hottingerum plures manu sua exiguo temporis spatio descripsisse libros, qvam alii per totam vitam sint lecturi: nec in orbe Christiano hac ætate qvempiam se scire, qvi in his studiis paria cum eo possit facere.* Cum igitur anno XLI. *Gvilielmus Bosvellus*, Hagæ succedens, Constantinopolin iter paraturus, Hottingerum a concionibus sacris adsciscere sibi vellet comitem, hic Patrum Tigurinorum consensum impetrare non potuit. Ab iis igitur in patriam revocatus, prius in Angliam transfretavit, eadem cum Carolo Ludovico Palatino navi vectus. Londini Iacobo Vsserio, & Iohanni Seldeno; Oxoniæ Edoardo Pocockio; Cantabrigiæ Abrahamo Wheloco, familiarius innotuit. Ex Anglia se contulit in Galliam, & Parisiis Hugonem Grotium compellavit: nec minus Drelincurtium, Dallæum, Mestrezatium, Theologos & Pastores Reformatos, vidit & coluit. Gabrielem etiam Sionitam, Syrum, & Marinum Mersennum, monachum Hebraice doctissimum convenit, ut cum illis de Orientali literatura sermones conferret. In patriam reduci *Historiæ Ecclesiasticæ* Professio publica in superiori.

riori Collegio anno XLII fuit demandata: eiqve sequenti anno accessit *Theologiæ Catecheticæ*, in Collegio Humanitatis, & Lingvarum Orientalium in Collegio supremo: tantamqve in lingvis illis facultatem adeptus est, ut non Hebraice modo, sed & Chaldaice, Syriace, Arabice, Coptice, Turcice, & Persice loqveretur. Anno LIII. *Oratoriæ ac Logicæ* ordinarius, & *Theologiæ Vet. Test.* ac *Controversiarum* extra ordinem Professor designatus, Historiæ Eccl. & LL. Professionem retinuit. Anno LV. ad V. Test. & LL. Orientalium professionem Heidelbergam vocatus, Carolo Ludovico, Electori Palatino, qvi ob id ad Senatum Tigurinum scripserat, ad triennium permissus est, relictaqve die III. Iulii patria, Basileæ ad recipiendum Doctoris elogium paulisper substitit. Ineunte Augusto venit Heidelbergam, habitaqve oratione inaugurali, *de Scripturæ & Lingvarum Orientalium ante Reformationem contemtu*, Genesin & Psalmos interpretari aggressus est. Eodem anno Ephoria & Oeconomia *Collegii Sapientiæ* ipsi commissa est: cui paulo post accessit provincia Senatoris Ecclesiastici. Anno LVI. Rector Academiæ invitus propemodum & reluctans renuntiabatur. Anno LVIII. cum Electore ad comitia Francofurtensia profectus, ibidem cum *D. Iacobo Wellero*, de Pace Ecclesiastica sermones miscuit, & cum *Iobo Ludolpho*, Æthiopicæ lingvæ & Historiæ callentissimo, intimam familiaritatem contraxit. Heidelbergam reversus, finito jam triennio, de reditu in patriam sollicitus erat; sed Ele-

ctor, scriptis ad Senatum Tigurinum literis, mansionem ipsi longiorem impetravit. Anno LIX. ad Eberhardum Ducem Wurtembergicum a Republ. Tigurina magna de publica re legatus mittebatur. Anno LXI. cum a Senatu Daventriensi, ad successionem emeriti Theologi, Henrici a Diest; a Landgravio Hassiae, ad Theologicam Professionem Marburgi; & ad eandem a Bremensi Senatu vocaretur, irrita omnium fuere studia. Nam Patriae Patres enixe jam ab Electore repetebant Hottingerum: qvem & hic dimisit gratiose, honoraria Consiliarii Ecclesiastici provincia ornatum. Sic itaqve Novembri mense Tigurum rediit, publico omnium gaudio exceptus. Anno LXIII. iter suscepit in vicinam Sveviam, ut cum D. Valentino Heidero, Reip. Lindaviensis Syndico, de subsidiis adversus Turcos, infesta tunc per Vngariam arma circumferentes, consilia communicaret. Anno LXIV. in Germaniam & Belgium gravis negotii curandi causa, profectionem instituit. Anno LXVII. a Proceribus foederati Belgii in Academiam Lugdunensem per literas ad Senatum Tigurinum scriptas bis vocatus, his tandem aegre, & nonnisi ad certum tempus, annuentibus, v. Iunii in viam sese dedit, cum uxore *Anna*, Ioh. Henrici Huldrici, Ecclesiastae ad S. Spiritum filia, tribus liberis, ancilla, affine Gvilielmo Freigio & Georgio Schneebergero cohortis eqvestris praefecto, committens se Limago fluvio, ad praedium suum duabus a civitate milliaribus distans, cui *Pacimontii* (Friedberg) nomen dederat, descen-

De flebili morte Hottingeri.

ſcenſurus, & nobili Toparchæ certa conditione illud utendum fruendumqve elocaturus. Cum vix unius teli jactu navis a civitate abeſſet, ad ſcopulum, qvem intumeſcentes aqvæ texerunt, impacta, repente ſubmerſa, navigantes omnes excuſſit. Ipſe Hottingerus, nec non Nobilis, & Affinis, natando ad vadum eluctati, jam videbantur extra diſcriminis aleam poſiti: ſed cum & conjugem & liberos in ſummo vitæ periculo verſari cernerent, denuo fluvium iis ſuppetias laturi petierunt. Dum id agunt, Hottingerus & Nobilis comes, incertum an apprehenſi a liberis, an vorticibus abrepti, ſubmerſi ſunt: & cum aliqvamdiu ſive inter inſultantes fluctus jactati natarent, ſive ad obſtantes ſcopulos alliderentur; tandem exhauſti viribus, ab accurrentibus ſpiritum extremum ducentes ex aqvis extracti ſunt. Conjux, affinis, & ancilla, poſtqvam diu fluctuanti cymbæ adhærentes certarunt, & noviſſima jam inſtabant, mire liberati ſunt. Filia natu maxima, *Margareta*, & minima *Eliſabetha*, nec non filius *Iohannes*, eodem fluvio hauſti, & poſt aliqvot horas procul abrepti ſunt. Mortuorum corpora collecta in vicinis ædibus Nobilis Oeconomi Edilbachii nocte concubia feretris recondita, in urbem delata, & die VII. Iunii, qva nix decidens magno damno ſegetes affecerat, tumulo illata ſunt. Octiduo ante triſtiſſimum hunc caſum, in cathedra publica, qvam prælecturus conſcenderat, penſili tabulæ inſcriptum reperit verſum hunc: *Carmina jam moriens canit exeqvialia cygnus.* Cujus ſcriptor nunqvam exin cognoſci po-

potuit. (a) Sollicite autem tantus Vir, pro muneris sui apud Tigurinos ratione, in Historia Ecclesiastica fuit occupatus, ac deniqve nobis dedit Operis Historici *Tomos IX.* qvorum summam, prout eandem in Inscriptionibus (excepto tomo ultimo posthumo) ipse expressit Auctor, repetemus. *Historiæ Ecclesiasticæ Novi Testamenti Enneas, seu pars I. qva res Christianorum, Judæorum, Gentilium, Muhammedanorum*, juxta novem post natum CHRISTUM primorum seculorum seriem, *breviter, succincte, & aphoristice primo proponuntur, fusius deinde explicantur, capita etiam doctrinæ, tum veræ, per commodam & luculentam uniuscujusq; seculi συμβίβασιν, tum falsæ, per ἔλεγχον subjiciuntur, sicqve ad multiplicem usum necessariamqve rerum Ecclesiasticarum notitiam applicantur:* Tiguri CIↃIↃCLI. *Historiæ Ecclesiasticæ N. T. Dyas, seu* pars II. *juxta* duorum X. & XI. post CHRISTUM natum seculorum *seriem:* Ibidem eodem anno. *Hist. Eccles. Trias, seu* pars III. *juxta trium, XII. XIII. & XIV. seculorum seriem.* Ibid. an. -LIII. *Hist. N. T. seculum XVI. seu* pars V. *qva res Christianorum, potissimum Orientalium & Occidentalium, breviter, succincte, & aphoristice primo proponuntur; deinde fusius ita explicantur, ut Reformationis Ecclesiasticæ superiori seculo institutæ necessitas haut obscure evincatur:* Ibid. an. -LV. Seculi XVI. pars II. *in qva de Reformationis necessitate, prodromis,*

Historiæ Eccles. Tomi IX.

(a) Contraximus hæc ex Joh. Henr. Heideggeri *Historia Vitæ & obitus Hottingeri*: qvem & Freherus in *Theatro* secutus est. De flebili etiam obitu Hottingeri agit Thomas Svicerus *in Thesauro Ecclesiastico*, *voce* Ἑορτ.

mis, gradibus, ſcandalo Infidelium, Iudæorum & Turcarum, qui de corrupto Chriſtianiſmi ſtatu non modo ab aliqvot ſeculis graviſſimas, ſed & juſtiſſimas moverunt qverelas: de cauſis Reformationis, tam principali, qvam inſtrumentalibus, Zvinglio præſertim, Luthero, & Calvino &c. agitur. Ejusdem accedunt Prolegomena, Hypotyposis Operis, Epiſtola de ratione conſcribendæ Hiſtoriæ Reformationis. Ibid. CIↃIↃCLXV. Tomo II. Seculi XVI. parte III. *de cauſis impulſivis Reformationis, tam internis, qvam externis prolixius agitur: Indulgentiarum deinde claſſes diſtinctæ proponuntur, variisq; exemplis illuſtrantur. Elenchus porro modeſtus ſubjicitur, rationes inſuper, cur merito Majores noſtri apparatum Indulgentiarum, Confeſſionalium, Taxæ Pœnitentiariæ, Diſpenſationum, rejecerint, breviter indicatur. Plenior etiam acceſſit Demonſtratio doctrinæ de Satisfactionibus, tum Iudæorum, tum etiam Muhammedanorum: Catalogus deniqve Colloqviorum de religione ſuperioris potiſſimum ſeculi primariorum, Wormatienſis cumprimis, Poſſiaceni, & Weſtmonaſterienſis, ex ſcriptis fere ἀνεκδότοις primum jam collecta:* Ibidem an. - LXV. Tomus VIII. Seculi XVI. pars IV. *qvæ continentur* I. *Vocatio Reformatorum, tam ordinaria, generalis, ſpecialis & ſpecialiſſima, qvam extraordinaria.* II. *Comparatio Reformationis Ioſiæ, & Majorum noſtrorum.* III. *Conſenſus Eccleſiarum Reformatarum in fundamentalibus, tum aliunde, tum ex Colloqvio Marpurgenſi erutus.* IV. ἐξοχὴ *Eccleſiarum illarum, qvæ nec Imagines in Templis, nec oralem corporis &*

sangvinis CHRISTI in cœna Dominica manducationem retinuerunt. V. *Apologia pro Zvinglio, ejusqve doctrina de causa salutis, peccato Originali, Providentia Dei, Sacramentis, Morte.* VI. *de Prædestinatione, ejusqve inde a Reformatione in Ecclesia Helvetica consensu.* VII. *Antiqvitates Ecclesiæ Tigurinæ.* VIII. *Florenicus, Glareanus de Legione Thebæa.* Ibidem an. LXVII. Tomus IX. Seculi XVI. pars V. *qvæ Reformationis causas tum adjuvantes, tum impedientes tradit. Accedit Oratio Inauguralis in inclyta Lugduno-Batavorum Academia, si ita supremo Numini visum fuisset, dicenda. Præfigitur Historia Vitæ & obitus ejusdem, auctore Ioh. Henr Heideggero, D.* Tiguri anno CIↃIↃCLXVII.

Sluteri judicium. De hoc Opere Hottingeriano sic scribit Sluterus in *Propylæo Historiæ Christianæ:* (a) *Vir πολυμαθέστατος scripsit non sine paratu variorum autorum, nec sine ordine sic satis commodo Historiæ Ecclesiasticæ IX. Tomos. --- In his multa alibi non exstantia, maxime qvod Historiam Orientalem attinet, qvam tamen etiam peculiari libro an.* CIↃIↃCLI. *Tiguri in IV. emisso, nobis dedit. Ubi ad nostros accessus fit, vehementia, ut solent religionis adversarii, non destituitur. Stylus paulo horridior: sed hoc pensatur rerum raritate.*

GEORGII HORNII Hist. Eccles. & Polit. §. VI. Præter illa, qvæ cap XII. §. XLII. *Georgii Hornii*, Prof Lugdunensis, commendavimus, scripta, ejusdem habemus *Historiam Ecclesiasticam & Politicam*, aliqvoties recusam. De qva sic scribit Sluterus: (b) *Bellus libellus, maxime pro incipientibus, si qvædam in nostros, partim jam tum vita functos, partim*

(a) *pag.* 15. (b) *d. l. pag.* 13.

tim etiamnunc superstites, in præfatione & alibi inclementius dicta demas. Habet enim etsi haut adeo magnus sit, quæ alibi frustra quæsieris. Inprimis notatu digna, quæ de sectis Angliæ disseruit, & ipsa tamen comparentia, ac fusius quidem, in ejusdem libro commentario de Ecclesiæ Britannicæ statu hodierno, sub nomine Honorii Reggii Kemnatensis emisso. Præterea Hornius separatim scripsit *Historiam Ecclesiasticam:* qvam Lugd. Bat. anno ·LXXXVIII *Melchior Leydeckerus* noviter edidit, *Notis* suis, & *Observationibus, qvibus fontes historiæ & antiqvitatis aperiuntur*, illustratam. Accedit Ludovici Cappelli *Historiæ Judaicæ compendium, & continuatio* ab an. ·LXVI. ubi desiit Hornius, *usqve ad ·LXXXVII.* Hæc continuatio sex articulis comprehenditur, qvorum primus res Belgicas, secundus Gallicas, tertius Romanas, qvartus Britannicas, qvintus Hungaricas, & sextus Pedemontanas complectitur. (a) *Histor. Eccles.*

§. VII. Anno CIϽIϽCLXXIV. Lugduni Batavorum prodiit *Friderici Spanhemii Introductio ad Historiam & Antiqvitates sacras*, sed edita ex discipuli cujusdam apographo, atqve inscio ipso recusa. Qvam cum non pluribus tantum mendis, sed & magnis hinc inde hiatibus defœdatam deprehendisset, castigatiorem & auctiorem repræsentare illam induxit in animum. Sic itaque anno ·LXXXIII. Lugduni Bat. edidit *Introductionem ad Chronologiam & Historiam Sacram, ac præcipue Christianam, ad tempora proxima Reformationi, cum necessariis castigationibus Cæ-* *saris*

FRID. SPANHEMII

Introductio ad Chronol. & Historiam sacram, præcipue Christianam.

(a) Vid. *Acta Erudit. Lips. 1688. m. Aug. p. 408.*

ſtris Baronii. Præmiſſa nimirum *Introductione ad Chronologiam*, in qva de principio temporis, de diverſis annis, menſibus, ſeptimanis, diebus, diverſis etiam epochis, aliisqve huc ſpectantibus, diſſeruit, *Brevem*, ut vocat, ſubjungit *Introductionem ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Vet. Teſtamenti*, & hac abſoluta, *Brevem Introductionem ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam N. Teſtamenti*. Sed hæc ad VI. tantummodo poſt CHRISTVM natum ſeculi finem perducta in hoc opere eſt. *Cum enim operæ typographicæ* (utimur verbis *Actorum Eruditorum Lipſienſium*) (a) *ad res Chriſtianas jam aliqvo usqve proceſſiſſent, & vero prolixiorem ſibi tractationem, inceptæ in Baronium, ejusqve exſcriptores, nec non Valeſium, Allatium ac Maimburgium animadverſiones reqvirerent, Autor in duos tomos, neceſſitate qvadam compulſus, diviſit hunc laborem, atqve adeo priorem tantum, qvamvis & alterius pars aliqva jam prælo evaſiſſet, præmittere hoc anno voluit. Introductionem autem hanc non eo, qvo Baronius loco finiſſe, & tempore, ſed telam hiſtoricam produxiſſe paulo longius, & qvidem ad tempora usqve Reformationis proxima, profitetur. Qvod priorem tomum hunc attinet,* (ſic pergunt Lipſienſes) *percenſentur in eo Eccleſiaſticæ Antiqvitatis archiva; Iudaicæ & Chriſtianæ origines; doctrinæ cœleſtis propagatio, eiqve immixti identidem errores; Eccleſiarum Orientalium & Occidentalium diverſæ veluti phaſes, ſeu incrementa ac decrementa; res Chriſtianorum,*

(a) Menſis Octobr. anni 1683. pag. 422.

rum, modo afflicta, oppressa, extincta, mox ex cineribus velut renascentes; veteres disciplinæ ac publicorum rituum constitutiones, mutationes; aliorumqve ex aliis propullulans multitudo; hæreses, hæresiumqve oppugnatores; res item gentilium contemporaneæ, aliaqve plura tam ad Iudaicam, quam Christianam historiam intimius pernoscendam facientia. Ceterum Tomus pulcherrimi hujus Operis secundus Lugduni Batavorum anno CIϽIϽCLXXXVII. prodiit: qvo IV. seculorum res, nempe VII. VIII. IX. & X. copiosa & perutili expositione complectitur. (a) Ejusdem Spanhemii *Summa Historiæ Ecclesiasticæ a* CHRISTO *nato ad seculum XVI. inchoatum*, Lugduni impressa est anno - LXXXIX. *Tomus Introd. II.* *Summa Hist. Eccles.*

(a) Videantur *Acta Eruditorum Lips. an. 1688. m. Majo, p. 271.*

CAPUT XVII.

DE SCRIPTORIBUS UNIVERSALIS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ. EX PONTIFICIIS.

DE ONUPHRIO PANVINIO, GUIL. EISENGREINO, ALANO COPO, SIVE NICOLAO HARPSFELDO, ARNOLDO MERMANNO, IOHAN. RIOCHE, AUG. MANNO, IOH. MARIO AVANTIO, IAC. GAULTERIO, AUBERTO MIRÆO, MATTHIA CHEFNEUX, AUGUST. RIBOTTO, IACOBO GRANDAMICO, IOH. HORATIO SCOGLIO, NATALI ALEXANDRO, FRANC. MACEDO, GUIL. MARCELLO.

§. I.

SUperſunt univerſalis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores Pontificii, qvos qvotqvot nobis innotuerunt, hoc capite enumerabimus.

ONUPH. PANVINII Chron. Eccleſiaſticum.

§. II. *Onuphrius Panvinius* (de qvo cap. XI. §. XV. actum) *Chronicon Eccleſiaſticum* ſcripſit: in qvo cum Judaicæ, tum Chriſtianæ Eccleſiæ res, ad Romanorum, & Conſulum, & Imperatorum anno accommodatas, recenſet. Poſt Indicem V. T. Patres, Pontifices, Reges complexum, qvem ab Adamo exorditur, incipit a C. Julii Cæſaris ſecundo & P. Servilii Vatiæ conſulatu, qvo Julius perpetuus Dictator creatus, imperium ſuſcepit, anno V. C. IↃCCVI. ante CHRISTUM natum XLVI. deſinit in Pii V. Pontificis Rom. coronatione, anno CHRISTI CIↃIↃLXVI. Prodiit Coloniæ an. CIↃIↃLXVIII & Lovanii an. CIↃIↃLXXIII. (a) Ejusdem Auctoris *Hiſtoria Eccleſiaſtica* Ms. in Vaticana aſſervatur.

GVIL. EISENGREIN Centenarii contra Magdeburg.

§. III. *Gvilielmus Eiſengrein*, de Nemeto Spirenſis, anno CIↃIↃLXVI. Ingolſtadii edi fecit *Centenarios XVI. continentes deſcriptionem rerum memorabilium in Eccleſia, contra Matthiam Flacium Illyricum.* Qvo autem fine illud fecerit, unicuiqve, ex odio, qvo adverſus religionem Evangelicam flagrabat, facile licebit judicare.

ALANI COPI Dialogi Centur. Magdeb. oppoſiti.

§. IV. Inter eos, qvi ſe Centuriatoribus Magdeburgenſibus oppoſuere, ſupra (cap. XIV. §. I.) *Alanum* qvoqve *Copum* retulimus. Nimirum ſub hu-

j 5

(a) Vide Mart. Hanckium *de Scriptor. Rer. Romanarum lib. 2. part. 2. cap. 59. pag. 361.*

jus nomine circumferuntur *Dialogi VI. de Historia Magdeburgica, contra summi Pontificatus, monasticæ vitæ, Sanctorum, & sacrarum imaginum oppugnatores & Pseudo-Martyres*, Antverpiæ apud Plantinum excusi anno CIↃIↃLXVI. At enim verum hujus libri auctorem esse *Nicolaum Harpsfeldum* Anglum, qvi ob periculum, qvod temporibus Elisabethæ Reginæ, ex sui nominis confessione metuebat, amico suo Alano, tum in exilio agenti, eum commiserit edendum, ex Iohanne Pitseo *de Illustribus Angliæ scriptoribus*, docuit Iacobus Thomasius *de Plagio literario* §. CLXXXVI. qvi porro in hanc rem laudat Miræum *parte II. Bibliothecæ Ecclesiasticæ*, & Raynaudum *Erotematum num. CLXXIV.* ac confer Vincentium Placcium *in Pseudonymorum librorum Catalogo num. XVI.* (a) *Eorum auctor est NICOL. HARPSFELDUS.*

§. V. *Arnoldus Mermannus*, Alostanus, Ord. Minorum Theologus, variis apud suos muneribus, cum Provincialis, tum Definitoris, ac Lectoris, aliisqve defunctus, Lovanii vita excessit an. CIↃIↃLXXVIII. v. Septembris, epidemia lue tunc passim grassante. (b) Inter alia reliqvit *Theatrum Conversionis Gentium*, sive *Chronologicam de vocatione omnium populorum, & propagatæ per universum orbem fidei Christianæqve religionis descriptionem:* qvi liber aliqvoties editus, (c) postea in *Chronicon Chronicorum Ecclesiastico-Politicum* Iani Gruteri relatus est. Hic tamen in dedicatoria ad Andream Schottum monet, *id ipsum scriptum* *ARN. MERMANNI* *Theatrum Conversionis Gentium.*

(a) pag. 137. Laudatur alias Alani Copi *Syntaxis Historiæ Ecclesiasticæ*, Lovanii 1572. edita. (b) Valerius Andreæ in *Bibl. Belgica p.* 83. 84. (c) Antverp. 1563. & 1572.

ptum pro hujus ætatis eruditione accurata videri posse commatis protritioris.

JOH. RIOCHE Comp. Histor. Eccles.

§. VI. *Iohannes Rioche*, (a) Minorita composuit *Compendium temporum Historiæ Ecclesiasticæ*, ab ascensione CHRISTI, ad sua usqve tempora, Parisiis editum anno CIↃIↃLXXV. Vossius *de Historicis Latinis lib. III. cap. VII.* (b) eum *non tam inter scriptores, qvam exscriptores, qvalemcunqve mereri locum*, censuit.

AVG. MANNI Selecta Hist. Eccles.

§. VII. *Augustinus Mannus*, scripsit *Selectas Historias rerum in Ecclesia Dei*, Romæ editas anno CIↃIↃCXII. (c)

JOH. MARII AVANTII Hist. Eccles.

§. VIII. *Iohannes Marius Avantius*, Italus, Patricius Rhodiginus, Orator Poeta & Ictus, ac in patria aliqvamdiu fisci Patronus, qvi anno CIↃIↃCXXII. die II. Martii Patavii vivere desiit, *Historiam Ecclesiasticam* scripsisse memoratur. (d) Verum ex Iacobi Philippi Tomasini *Elogiis Virorum literis & sapientia illustrium* (e) apparet, *Historiam* illam *Ecclesiasticam a Lutheri* (ut vocat) *apostasi, ad sua usqve tempora*, ms. apud filios exstare: ut adeo nondum forte prodierit in lucem.

IAC. GAVLTERII

§. IX. *Iacobus Gaulterius*, Annonæensis, e Soc. Iesu, qvi Philosophiam Turnoni, Theologiam autem & Hebræam lingvam Lugduni docuit, ac aliqvam-

(a) *Ioh. Riocke*, vocat Konigius in *Bibliotheca* p. 693. (b) pag. 177. (c) Laudatur in *Thomæ Hyde* Protobibliothecarii Oxoniensis *Catalogo impressorum librorum Biblioth. Bodlejanæ* pag. 427. & Konigii *Bibliotheca pag.* 403. (d) Konigius in *Bibliotheca, pag* 70. VVittius in *Diarii Biograph. Tomo* 2. *pag.* 28. (e) *Volum. altero an. 1644. edito pag.* 157.

qvamdiu in Collegio Gratianopolitano Rectorem egit, vita functus anno ætatis LXXIV. CHRISTI CIↃIↃCXXXVI. XIV. Octobris, (a) *Tabulam* composuit *Chronographicam Status Ecclesiæ Catholicæ*, a CHRISTO nato, ad annum CIↃIↃCXIV. deductam: qvæ Parisiis dicto anno, & Lugduni anno XXI. excusa. (b) Sluterus in *Propylæo* notat (c) *qvod, qvia* Gaulterius *Calvinismo inibi se maxime infensum præbeat, Maresium nactus sit adversarium.* *Tab. Chronograph. Status Eccl. Cath.*

§. X. *Aubertus Miræus*, Bruxellæ, anno CIↃIↃLXXIII. XXX. Novembris, patre *Gvilielmo*, Qvæstore, natus, patruum habuit *Ioh. Miræum*, Episcopum Antverpiensem. Literis politioribus Duaci in Collegio Regio imbutus, Philosophiam qvoqve ibi discere cœpit, ac Lovanii in Pædagogio Falconis absolvit: ubi & humaniores ipse literas professus est, Lipsii interim continuus fere auditor, atqve ex interioris admissionis discipulis, & amicis. Studiis porro sacris dans operam, in Collegium Theologicum migravit: cui tum præerat *Iohannes Clarius*, Theol. D. qvo agente beneficium Canonicum in Ecclesia cathedrali Antverpiensi accepit an. CIↃIↃCXVIII. Antverpiam ubi venit, varias functiones obivit, *Scholarchæ, Sigilliferi, Bibliothecarii:* qvibus licet occupatus nimium, semper tamen aliqvid legit, observavit, ac scripsit. Anno CIↃIↃCX. a patruo Episcopo Antverpiensi primo in *AVB. MIRÆI Summa Vitæ.*

Zz Bata-

(a) Vid. Alegambe *Bibl. Iesuitica p.* 196. (b) Hic liber in *Catalogo Bibl. Francof.* p. 214. per errorem (ut puto) librarii, adscribitur *Ioh. Gvaltero*, (Iano Grutero) *Chronici Chronicorum* collectori. (c) *pag.* 14.

Bataviam, deinde in Galliam, promovendæ Pontificiæ religionis ergo, missus est. An. xı Duaci elogio Doctoris Theologiæ a *Gvilielmo Estio* ornatus; non diu post a sacris oratorii Sereniss. Principum Alberti, Austriæ Archiducis, & Isabellæ Claræ Eugeniæ, Pastor ac Bibliothecarius Aulæ, Protonotarius Apostolicus; ac demum a morte Iohannis Delrionis, anno xxıv. Decanus renuntiatus est Antverpiensis, atqve Episcopatus ejusdem Vicarius Generalis. Mortuus est Antverpiæ an. CIƆIƆCXL. xix. Octobris. *Vir fuit*, teste Valerio Andrea, in *Bibliotheca Belgica*, (a) *de Ecclesiasticis in Belgio præsertim antiqvitatibus optime meritus: qvi hoc unum agebat maxime, ut ἀνέκδοτα hactenus, & cum blattis tineisqve luctantia, in lucem aspectumqve publicum proferret: ut Ecclesiæ statum ac regimen ob oculos poneret, ut sacrorum Ordinum initia progressusqve erueret, ut Principatuum Belgii origines hactenus obscuras illustraret, ac pleraqve alia Belgicæ antiqvitatis arcana hactenus abdita recluderet, idqve non ex conjecturis aut fabellis popularibus, sed ex probatæ notæ Historicis ac Chronographis, qvin imo ex ipsis Principum diplomatibus, qvæ in eam rem ex publicis privatisqve bibliothecis atqve archivis plurima ingenti labore ac sumptu collegit, & publici juris fecit.* Etsi autem varia scripsit Miræus ad Historiam Ecclesiasticam pertinentia, ad universalem tamen potissimum

(a) pag. 89. 90. unde & cetera de *Miræo* hausimus. Summam vitæ brevibus complexus est Vossius de *Scientiis Mathem.* cap. 68. p. 407. & Freherus in *Theatro* pag. 1533. ex Swertii *Athenis Belgicis*.

mum spectant: *De statu religionis Christianæ per Europam, Asiam, Africam, & Orbem novum libri IV.* (a) *Ad Chronica rerum toto orbe gestarum a CHRISTO nato, auctoribus Eusebio, Hieronymo, Sigeberto, Anselmo aliisque, Auctarium ab anno* CIↃCC. *ad annum* CIↃIↃCVIII. (b) An plagii reus sit Miræus, disquirunt Bosius noster *de Notitia Scriptorum Ecclesiasticorum cap. III.* §. *XXX.* & Iacobus Thomasius *de Plagio literario* §. *IↃVIII. & seq.*

De statu relig. Christiana.

Auctarium ad Chronica universalia.

§. XI. *Matthias Chesneux*, Leodiensis, Augustinianus, *Ecclesiæ Catholicæ ab origine mundi ad CHRISTUM, & a CHRISTO ad nos usque Speculum* formavit *Chronographicum, Tomis II. expositum: quorum alter libros V. continet, juxta numerum totidem ætatum, quibus universus seculorum ortum CHRISTI præcedentium ordo digeritur: alter vero libros XVII. juxta totidem seculorum a CHRISTO ad nos ferme elapsorum numerum complectitur.* Tomus ille I. Leodii prodiit anno CIↃIↃCLXI. Tomi vero II. *pars I. continens libros IX. ac proinde secula novem*, ibidem anno LXVI. (c)

MATTH. CHESNEUX Speculum Chronographicum.

§. XII. *Augustini Ribotti* Epitome *totius Historiæ Ecclesiasticæ* Parisiis prodiit anno CIↃIↃCLXVI. (d)

A. RIBOTTI Ep. Hist. Eccl.

§. XIII. *Iacobus Grandamicus*, e Soc. Iesu, anno CIↃIↃCLXIX. Parisiis emisit *Chronologiam Christianam de CHRISTO nato, & rebus gestis ante & post ejus incarnationem.* Hujus libri summam referunt Au-

I. GRANDAMICI Chronol. Christiana.

(a) Coloniæ ed. 1619. & Lugduni 1620. (b) Antverpiæ 1608. excus. (c) Pars hujus tomi *secunda* nondum ad conspectum meum pervenit. (d) Konigius in *Biblioth.* p. 689.

ctores Gallicani *Ephemeridum Eruditorum*, a Friderico Nitzschio Latine versarum, *Tomo V.* (a) scribuntqve *tertiam* ejus *partem continere exactam Chronologiam illorum omnium, qvæ ab Incarnationis tempore ad seculum usqve XVI. evenere:* ac *occurrere ibi inter alia Dissertationes peculiares, de tempore martyrii D. Polycarpi, mortis D. Martini, & D. Benedicti, aliasqve qvæstiones difficiles.*

JOH. HOR. SCOGLII Hist. Eccles.

§. XIV. *Iohannes Horatius Scoglius*, Cathacensis, scripsit *Historiam a primordio Ecclesiæ, cum Chronologia ab Orbe condito, ad annum* CIↃIↃCXL. Romæ editam anno CIↃIↃCXLII. Huic libro seqventes præfixi sunt versiculi:

Qvæ Baronius Cardinalis, & ultra
Mille bis centum alii conscripsere annis
Voluminibus diffusa innumeris
Historia auctor digerit breviloqva
Integer, verax, clarus in historia.

Ipse autem auctor ad calcem operis ita: *Baronium accuratissimum antiqvitatis indagatorem in hoc nostro Historiæ decursu Ducem & Antesignanum elegimus: sed non adeo ejus elucubrationibus addicti, ut non alia plurima ab aliis etiam auctoribus mutuaremur.*

FRANC. MACEDI Medulla Hist. Eccles.

§. XV. *Franciscus Macedo*, a S. Augustino, Lusitanus, Ord. Minorum, Professor Patavinus, Vir πολύγραφος *Medullam* scripsit *Historiæ Ecclesiasticæ.* (b)

NAT. ALEXANDRI

§. XVI. *Natalis Alexander*, Ord. Fratrum Prædicatorum, in Facult. Parisiensi D. Theologus, & in

(a) pag. 7. seqq. (b) Opera hujus viri recenset Gregorius Leti in *Italia regnante.*

in majori Conventu & Collegio Parisiensi ejusdem ordinis S. Theol. Prof. & Studii Regens, *Universam Historiam Ecclesiasticam*, continuata Tomorum serie, in publicam lucem emisit. Qvo in opere ea Auctori placuit methodus, ut succinctam seculi cujusqve Synopsin in certa capita divisam, Historicis, Chronologicis, Criticis & Theologicis Dissertationibus illustraret, & Panopliam, ut vocat, adversus veterum, & recentiorum, qvos existimat, hæreticorum errores, e Scriptura, Traditione & Patrum doctrina subministraret. (a) Ex hujus autem Viri *Selectis Historiæ Ecclesiasticæ capitibus, & in loca ejusdem insignia Dissertationibus Historicis, Chronologicis, Criticis, Dogmaticis*, afferemus syllabum singularum Dissertationum. Nimirum seculi I. pars I. Parisiis anno CIↃIↃCLIX. edita, seqventes continet Dissertationes: I. *de libris Sybillinis*: II. *de annis Nativitatis, Baptismi mortisqve CHRISTI*: III. *de Epistola Iesu ad Abgarum*: IV. *de S. Petri & Rom. Pontificum primatu*: V. *de Christianæ religionis origine*: VI. *de usu sortium in sacris electionibus. Vtrum liceat sortes adhibere in electionibus Ministrorum Ecclesiæ; idqve ex facto Apostolorum in electione S. Matthiæ probari possit?* VII. *de VII. Diaconorum electione. Vtrum electi fuerint ad sacræ, communisve mensæ ministerium?* VIII. *de jure Christianæ plebis in sacrorum Ministrorum electione. Vtrum jure divino electiones illæ ad plebem pertineant, idqve ex septem Diaconorum electione probari possit?* IX. *de*

Selecta Hist. Eccl. capita & in ea Dissertationes.

Sect. I. part. I. Dissertationes.

(a) Videantur Acta Eruditor. Lips. an. 1682. m. Iun. p. 209.

IX. *de abstinentia a sangvine & suffocatis, Apostolico præcepto. Vtrum esus animalium suffocatorum, & sangvinis, etiamnum sit Apostolica lege prohibitus?* X. *de reprehensione S. Petri a Paulo. Vtrum vere, & ex animo, an ex simulatione S. Paulus Apostolorum Principem reprehenderit?* XI. *de Symbolo Apostolorum. Vtrum illud Apostoli condiderint?* XII. *De sessione S. Petri Romæ.* XIII. *de proximis S. Petri successoribus in Antiochena sede, & Romana.* XIV. *de fidei propagatione in Hispaniis. Vtrum Hispaniensis Ecclesia a SS. Apostolis Paulo & Iacobo fratre Iohannis fundata sit?* Seculi I. pars II. eodem anno Parisiis edita seqventes habet Dissertationes: XV. *de prædicationis Evangelicæ in Galliis exordio.* XVI. *de B. Mariæ Magdalenæ, Lazari, & Marthæ in Galliis appulsu: deqve illorum Reliqviis Provinciæ vindicatis.* Observ. Historica: *de fictitio miraculo liberationis Caroli II. Salernæ Principis e Barcinonensi carcere, B. Magdalenæ virtute.* Ad præcedentem Diss. Mantissa: *Vtrum una sit, vel multiplex mulier Evangelica, qva Dominum ungvento perfudit?* XVII. *de Canonibus Apostolicis.* XVIII. *de Constitutionibus Apostolicis.* XIX. *de novem Canonibus Concilii Antiocheni Apostolorum.* XX. *de Epistolis Decretalibus veterum Pontificum Romanorum, usqve ad Siricium.* Appendix: *de variis Iuris Canonici Collectionibus.* XXI. *de scriptis S. Dionysii.* XXII. *de S. Ignatii Epistolis.* XXIII. *contra Simonem Magum.* XXIV. *adversus Saturnini haresim.* XXV. *adversus Basilidem.* XXVI. *adversus Cerinthum.*

Dissertationes Seculi I. partis II.

thum. XXVII. *adversus Ebionem.* XXVIII. *adversus Nicolaitas.* Seculi II pars I. Paris. CIↃIↃCLXXX. excusa complectitur has Dissertationes: I. *de liberatione commentitia Trajani Imp. ab inferis.* II. *de Marcionis ætate, errore, & confugio ad Ecclesiam Romanam.* III. *de Montani fide circa mysterium sanctissimæ Trinitatis.* IV. *de Iejuniis Montanistarum, & Catholicorum: Adversus librum Ioh. Dallæi de Iejuniis & Quadragesima.* V. *de Controversia, quæ II. seculo emersit circa celebrationem Paschatis.* VI. *de nævis doctrinæ S. Iustino affictis.* VII. *de nævis S. Irenæi, & ejus vindiciæ adversus Magdeb. Centuriatores.* VIII. *de doctrina Clementis Alexandrini, & de nævis ipsi vere, aut perperam, affictis.* IX. *de doctrina Tertulliani.* Seculi II. pars II. eodem anno impressa, affert istas: X. *de Sacramento Confirmationis.* XI. *de Scripturæ S. Translationibus, qvibus IV. primis nominis Christiani seculis usa est Ecclesia.* XII. *adversus Helcesaitas.* XIII. *contra Gnosticos.* XIV *adversus hæresim Marcionis.* XV. *contra Valentinianos.* XVI. *adversus Valentinianos, Gnosticos, & Marcionitas.* XVII. *adversus Tatianum & Encratitas.* XVIII *adversus Montanistas.* XIX. *contra Theodotum, & Melchisedechianos.* XX. *adversus Hermogenem.* Seculi III. pars I. itidem anno LXXX. impressa istas sistit Dissertationes. I. *de fide Zephirini Rom. Pontificis.* II. *de statu controversiæ inter Lapsos in persecutione Decii, & Clerum Romanum S. Cypriano, ejusqve Collegis consentientem.* III. *de Libellis Indulgentiæ, qvos Martyres Lapsis concedebant.* *Qvis eorum*

Dissertationes Seculi II. part. I.

Seculi II. part. II.

Seculi III. part. I.

rum modus, qvæ vis esset? IV. *de potestate Diaconorum, qvi in carceres mittebantur, ut Martyrum desideria exciperent, & consiliis suis dirigerent.* V. *de Libellaticorum facinore, & variis eorum generibus.* VI. *de Peccatis, publicæ Pœnitentiæ legibus, tertio seculo & deinceps obnoxiis.* VII. *de Absolutionis denegatione, in supremo vitæ discrimine, qvorundam criminum reis.* VIII. *de variis Pœnitentiæ publicæ gradibus.* IX. *de tempore, qvo Sacramentalis Absolutio primis Ecclesiæ seculis concedebatur.* X. *de unitate Pœnitentiæ* XI. *de Pœnitentia Clericorum.* XII. *de progressu Controversiæ, qvæ S. Cyprianum & Africanos Episcopos, Firmilianumqve & Orientales cum Stephano Rom. Pontifice commisit.* XIII. *de Stephani Pont. M. decreto circa Baptismi collationem in nomine CHRISTI.* XIV. *de fide S. Stephani Rom. Pont. circa Baptismum Hæreticorum.*

Seculi III. pars. II.

Seculi III. pars II. dicto item anno excusa, has complectitur: XV. *de moribus Origenis.* XVI. *de fide ejus.* XVII. *de Origenis defensoribus.* XVIII. *de Canone XI. Epist. Canonicæ S. Gregorii Neocæsariensis.* XIX. *de sententia S. Dionysii Alexandrini circa mysterium SS. Trinitatis.* XX. *de lapsu Marcellini Rom. Pontificis, & de Sinuessana Synodo.* XXI. *de Concilio Illiberitano.* XXII. *adversus Novatianos.* XXIII. & XXIV. *adversus Rebaptizantium errorem.* XXV. *contra Praxeanos, Noetianos, & Sabellianos.* XXVI. *adversus Manichæos.* XXVII. *contra Origenistas.* Seculi IV. pars I. an. CIƆIƆCLXXIX. impressa. (a) nullas singu-

(a) Qvod hi libri serius impressi, inde est, qvod priorum jam habeamus editionem secundam. Forte enim tam cito divendita sunt exempla, ut typographus necessum habuerit recudere.

singulares habet Dissertationes, sed capitibus ordinariis absolvitur: at pars II. eodem anno edita istas affert: I. *de Donato a Casis-Nigris, Schismatis Donatistarum Auctore.* II. *de Concilii Ciriensis epocha.* III. *de Concilio Rom. sub Melchiade contra Donatistas celebrato.* IV. *de Concilio Arelatensi.* V. *de Iure Constantini Imp. in causis Caeciliani, & Felicis Aptungitani, nec non in Schismatis Donatistarum negotio.* VI. *de absolutione Caeciliani.* VII. *de collatione Carthaginensi.* VIII. *de Meletii Schismate.* IX. *de visione S. Petri Alexandrini circa Arium, & de Actis ejusdem S. Patriarchae & Martyris.* X. *de II. Concilio Alexandrino contra Arium.* XI. *de Nicaeni Concilii convocatione.* XII. *de ejus Praeside.* XIII. *de ejusdem Epocha.* XIV. & XV. *de voce* ὁμοούσιον. XVI. *de Conc. Nicaeni subscriptionibus.* XVII. *de fide Eusebii Caesariensis.* XVIII. *de numero Nicaenorum Canorum.* XIX. *de sensu VI. Canonis Nicaeni.* XX. *de Synodo Tyria.* XXI. *de S. Athanasii ad Iulium Rom. Pontificem confugio.* XXII. *de Baptismo Constantini.* XXIII. *De fide, in qua Constantinus Imp. mortuus est.* XXIV. *de Constantini Donatione.* XXV. *de Synodi Antiochenae Canonibus.* XXVI. *de Synodi Sardicensis convocatione, praesidibus & auctoritate.* XXVII. *de jure Appellationum Episcopalium ad sedem Rom. quod Sardicense Concilium suis Canonibus asseruit.* XXVIII. *de Fidei professione adscripta Concilio Sardicensi.* XXIX. *de Fide Marcelli Ancyrani.* Seqvuntur Dissertationes partis III. seculi IV. XXX. *de Concilio Sirmiensi.* XXXI. *de Liberii Osiiqve lapsu, nec non de Pontificatu Felicis.*

Seculi IV. part. II.

Seculi IV. part. III.

XXXII. *de Patrum Ariminensium orthodoxia.* XXXIII. *de Magni Meletii orthodoxia.* XXXIV. *de controversia, quæ circa nomen hypostaseos in Ecclesia orta est.* XXXV. *de convocatione & præsidentia II. Synodi Oecumenicæ, Constantinopolitanæ I.* XXXVI. *de Symbolo Constantinopolitano.* XXXVII. *de Concilii Constantinop. I. canonibus.* XXXVIII. *adversus Donatistas.* XXXIX. *adversus Arianos.* XL. *adversus hæresim Macedonianorum.* XLI. *adversus Aerianam hæresim.* XLII. *adversus hæresim Apollinaris.* XLIII. *adversus Priscillianistas.* XLIV. *de perpetua virginitate S. Deiparæ Mariæ, adversus Helvidium, Iovinianum, & Bonosum.* XLV. *de sanctæ virginitatis merito contra Iovinianum.* Appendix: *De Canone XLVIII. Concilii III. Carthaginensis.* Seculi V. pars I. nullis iterum gaudet Dissertationibus: contra pars II. post duo capita postrema, illas promit: I. *de Synodo Palæstina adversus Pelagium.* II. *de appellatione Celestii ad Sedem Apostolicam.* III. *de Zosimi judicio in causa Celestii.* IV. *de Semipelagianorum Hæresi.* V. *de Prædestinatiana Hæresi.* VI. *de Hæresi Nestorii.* VII. *de Concilii Ephesini, quod est III Oecumenicum, convocatione.* VIII. *de S. Cyrilli Alexandrini Epistolis, & XII. anathematismis adversus Nestorium.* IX. *de fide Iohannis Antiocheni.* X. *de Eutychetis errore.* XI. *de Synodi Chalcedonensis convocatione, & Præside.* XII. *de Epistola S. Leonis dogmatica ad Flavianum, in Concilio Chalcedonensi approbata.* XIII. *de Dioscori damnatione.* XIV. *de disciplina erga Theodoretum observata actione VIII. Concilii Chalcedonen-*

Seculi V. part. II.

donensis. XV. *de Concilii Chalcedonensis Canonibus.* XVI. *de causa Iuvenalis Ierosolymitani, & Maximi Antiocheni in Synodo Chalcedonensi composita.* XVII. *de causa Domni Antiocheni.* XVIII. *de Zenonis Imp. Henotico.* XIX. *de causa Acacii.* XX. *de causa Euphemii & Macedonii.* Et in Panoplia adversus Hæreses V. seculi hæ habentur eodem volumine Dissertationes: I. *de peccato Originali contra Pelagianos.* II. *de necessitate Gratiæ CHRISTI, contra Pelagianos & Semipelagianos.* III. *adversus Hæresim Nestorii.* IV. *adversus H. Vigilantii.* In Historiam Ecclesiasticam seculi VI. anno-LXXX perinde ac duo seqventia secula, impressi, has Alexander scripsit Dissertationes: I. *de Synodi Romanæ palmaris judicio in causa Symmachi Pont. Max.* II. *Utrum Scythæ monachi Eutychiani fuerint?* III. *de V. Synodi Oecumenicæ convocatione, Præside, auctoritate.* IV. *de trium Capitulorum damnatione.* V. *de sensu anathematismorum V. Synodi.* VI. *adversus Aphthartodocetas; qua probatur, CHRISTI corpus ante Resurrectionem corruptibile fuisse.* VII. *contra Agnoetas.* In seculo VII, hæ sunt Dissertationes: I. *de convocatione & præsidentia VI. Concilii Oecumenici.* II. *de Honorii damnatione in VI. Synodo Oecumenica.* III. *de Concilii Trullani epocha, & canonibus.* IV. *de Wambæ Regis abdicatione.* V. *adversus Hæresim Monothelitarum.* VI. *adversus Mahometanam sectam.* VII. *de cultu religioso Dominicæ Crucis, adversus Paulicianos.* In Seculo VIII. istas reperimus: I. *de Gregorii II. Rom. Pont. erga Leonem Isaurum Imp. moderatione.*

Seculi VI.

Seculi VII.

Seculi VIII.

tione. II. *de Translatione Regni Francorum a Childerico Rege, ad Pippinum Majorem Domus* III. *de convocatione & præsidentia VII. Synodi.* IV. *de fide Iconomachorum circa Eucharistiam.* V. *de Felicis & Elipandi errore.* VI, *adversus Hæreses VIII. seculi, veteres novosqve Iconomachos: ac præsertim contra libros IV. Ioh. Dallæi.* VII. *contra Felicis & Elipandi hæresim.*

Seculi IX. & X. part. II. Seculi IX. & X. pars I. an. LXXXI. excusa nullas commonstrat Dissertationes: sed pars II. eodem anno impressa, illas: I. *de Translatione Imperii a Græcis ad Carolum Magnum.* II. *de Ludovici Pii Imp. exauctoratione & restitutione.* III. *de Papissæ fabulæ.* IV. *de Photiano schismate, & VIII. Synodo Oecumenica.* V. *de causa Gotteschalci, ejusqve erroribus, ac damnatione, impugnatoribus, ac Patronis?* VI. *de causa Rothadi Svessionensis Episcopi, cum Hincmaro Remensi Archiepiscopo.* VII. *de causa Wulfadi, aliorumqve Clericorum ab Ebbone Remensi Archiepiscopo ordinatorum, cum Hincmaro ejus successore, & de Synodis Svessionensibus II & III. & Trecensi.* VIII. *de causa Hincmari Laudunensis Episcopi, cum Hincmaro avunculo Remensi Archiepiscopo, deqve Conciliis in ea celebratis.* IX. *de divortio Lotharii Regis, & Teutbergæ Reginæ.* X. *de Paschasio Radberto, ejus scriptis & doctrina.* XI. *de Rabano Mauro, ejus scriptis, ac nævis.* XII. *de Amalario, ejusqve Operibus, ac nævis, in re præsertim Eucharistica.* XIII. *de Ratramno, & ejus Operibus, ac præcipue de libro sub nomine Bertrami vulgato,* De corpore & Sangvine Domini. XIV, *de Iohanne Scoto Erigena, ejusqve*

qve

que Operibus, & erroribus. XV. *de fide Christianorum X. seculi circa Eucharistiam.* XVI. *de exauctoratione Iohannis XII. a Romana Synodo.* XVII. *de Septem Electorum Imperii institutione.* XVIII. *adversus Photium, aliosque Græcos Schismaticos. De Processione Spiritus S. a Patre & Filio.* A Seculi XI. & XII. parte I. anno -LXXXIII. excusa iterum absunt Dissertationes: verum pars II. & III. eodem anno editæ plures continent. Et illa quidem, I. *de causa Berengarii.* II. *de dissidio, quod Gregorium VII. Pont. Max. cum Henrico III. Imp. commisit.* III. *de Gregorii VII. dictatu.* IV. *de Investituris Episcopatuum & Abbatiarum: & de Synodo Oecumenica Lateranensi prima.* V. *de Goffridi Vindocinensis Abbatis, & Marbodi Redonensis Episcopi Epistolis, Roberto de Arbrisello inscriptis.* VI. *de Concilio Lateranensi II. Oecumenico X.* Hæc autem: VII. *de varia Petri Abelardi fortuna, erroribus, damnatione & pœnitentia.* VIII. *de Concilio Lateranensi III. Oecumenico XI.* IX. *de contentione inter S. Rom. Ecclesiæ Cardinales, & Gallicanos præsules exorta in Concilio Remensi anno* CIↃCLXVIII. *occasione Symboli contra Gilberti Porretani errores ab istis editi.* X. *de causa S. Thomæ Centuariensis Episcopi & Martyris.* XI *de Azymorum usu in confectione Eucharistiæ adversus Græcos Schismaticos.* XII *de præsentia reali corporis & Sanguinis CHRISTI in Eucharistia: & de Transsubstantiatione Panis & Vini, in Corpus CHRISTI, & Sanguinem: adversus errores Berengarii, Sacramentorum Parentis, a Petrobusianis, Henricianis, Waldensibus, Albigen-*

Seculi XI & XII. part. II.

part. III.

 bigen-

bigensibus, Wiclefistis propagatos, & in Calvinistis redivivos: in qua præcipua Aubertini Calviniani Ministri argumenta solvuntur. XIII. *de Baptismo Infantium, contra Petrobusianos, in Waldensibus, Albigensibus & Anabaptistis redivivos.* Seculi XIII. & XIV. pars I. II. & III. anno LXXXIV. impressa sunt. Pars II. repræsentat seqventes Dissertationes: I. *de Concilio Lateranensi IV. Oecumenico XII.* II. *de Orthodoxia Ioachimi Abbatis.* III. *in Canonem III. Concilii Lateranensis quarti.* IV. *de Sensu Canonis:* Omnis utriusqve sexus fidelis, postqvam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti &c. V. *de ceteris Lugdunensis Concilii Actis & Decretis.* VI. *de Summa, scriptisqve ceteris S. Thomæ Aqvinatis.* Pars III. autem has: VII. *de Concilio Lugdunensi II.* VIII. *de jure Regaliæ ad can. XII. Concilii II. Lugdun.* IX. *de dissidio Bonifacii VIII. Rom. Pont. & Philippi Pulchri, Regis Christianissimi.* X. *de Concilio Viennensi Oecumenico,* XI. *de causa Templariorum.* XII. *de sententia S. Facultatis Parisiensis, circa propositionem illam F. Ioh. de Montesono:* Solius sedis Apostolicæ est declarare, damnare, & probare: Et eorum qvæ tangunt fidem, ad solum Pontificem pertinet Examinatio, & Decisio. XIII. *de Sacrificio Missæ adversus Albigenses & Wicklefistas, in Lutheranis & Calvinistis redivivos.* Seculum XV. & XVI. in qvatuor partes divisa, anno LXXXVII. excusa sunt. Pars II. istas habet Dissertationes: I. *De Schismate, qvod Pisano & Constanticusi* Con-

Seculi XIII & XIV. part. II.

Sec. XIII. & XIV. part. III.

Seculi XV. & XVI. part. II.

Concilio occasionem dedit. II. *de Concilio Pisano Oecumenico.* III. *de Concil. Constantiensi Oecumenico, rerum in eo gestarum summam exponens.* IV. *de Auctoritate & sensu Decretorum sessionum IV. & V. Synodi Constantiensis, Concilii Generalis auctoritatem spectantium.* Pars III. illas: V. *de mente Concilii Constantiensis circa potestatem Ecclesiæ in temporalia Regum.* VI. *Apologetica* Fr. Natalis Alexandri, *adversus libellum F. Francisci de Engbien Dominicani, Lic. Lovaniensis*, de Auctoritate Sedis Apostolicæ in Reges. (a) VII. *de Literis liberi commeatus, sive Salvi-Conductus Iohanni Hus & Hieronymo Pragensi datis.* VIII. *de Conciliis Senensi & Basileensi.* IX. *de Annatis ad Decreta Conc. Basil. sessionibus XII. & XXI.* X. *de Synodo Florentina.* Deniqve Seculi XV. & XVI. pars qvarta & ultima has: XI. *de Synodo Lateranensi V. deqve pragmatica Sanctione & Concordatis.* XII. *de S. Synodo Tridentina.* Qvibus annectitur *Trophæum adversus Hæreses XV. & XVI. seculi, potissimum in encomiis Ludovici XIV. Galliæ Regis, ob exstirpatum in Regno religionem Reformatam, occupatum.* Atqve hæc paulo operosius ex Operibus *Natalis Alexandri* volui excerpere: non, ut vel meo, vel lectoris otio abuterer; sed, qvoniam hic Auctor hodie præcipuus fere est inter Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ Pontificios, & paucorum tamen Studiosorum fortuna doctrinæqve ratio permittit, familiarem illum sibi reddere, hi indicinam habeant, in qvibus materiis majori cum cura

Seculi XV. & XVI. part. III.

Part. IV.

(a) De hoc libro *Angbienii* vide *Acta Eruditor. Lips. an 1685. mense Decembr. pag. 590.*

ra atqve apparatu is elaboraverit. Ita enim occasione ferente, unum atqve alterum tomum evolvere, qvæqve ex re videbuntur, in usus suos poterunt convertere: modo insimul consideraverint, a qvo hæc talia sint conscripta: nempe ab homine sacris Pontificiis imbuto, atqve innutrito, qviqve, utut in nonnullis in gratiam Regis & Regni Galliæ omnimodæ Monarchiæ Papali adversetur, in reliqvis tamen eadem, qva ceteri, lyra oberret, hoc est, dogmata ac ritus Pontificios S. Scripturæ etiam ac puriori Antiqvitati adversos defenderit. Ceterum a Seculo IX. & X. ad finem usqve Operis summam nobis dederunt nunqvam satis laudandi Lipsienses *Actorum Eruditorum* Collectores: qvorum opera sicuti in aliis omnibus vere est egregia; ita in hoc qvoqve Natali Alexandro merito æstimari ac commendari debet. (a) Qvod diximus, Alexandrum Monarchiæ Papali adversari, id ex variis totius operis apparet locis. Etsi enim qvavis occasione Rom. Pontificis benevolentiam captat, ejusqve primatum & cetera privilegia tuetur, aliisqve modis suum erga Romanam sedem obseqvium approbat; non pauca tamen inter has blanditias occurrunt, qvæ Pontifici possessionem dignitatis suæ omnibus modis sartam tectam conserva-

re

(a) Nimirum *Seculum IX. & X.* habetur an. 1683. m. Iulio, p. 209. -214. *Sec. XI. & XII. pars I.* 1684. m. Majo, p. 221. -225. *pars II.* m. Iulio, p. 315. -319. *pars III.* m. Septembr. p. 406. -410. *Seculum XIII. & XIV.* 1686. m. Iulio, p. 329. -333. *Sec. XV. & XVI. pars I.* 1687. m. Aug. p. 434. -440. *pars II.* 1688. m. Febr. p. 110. -115. *pars III. & IV.* m. April. eod. anno, p. 184. -193.

re cupienti non possunt esse non ingrata. (a) Vnde etiam Innocentius XI. Pontifex Rom. tomos omnes XII. priorum seculorum historiam complexos, una cum ceteris Auctoris operibus, de Cardinalium qvorundam consilio, & ex ea, qva se pollere putat, Apostolicæ potestatis plenitudine, proscribendos & damnandos censuit, eorumqve omnium & singulorum impressionem, descriptionem, lectionem, & usum omnibus & singulis Christianis, sub pœna excommunicationis, a qva nemo, nisi in mortis articulo constitutus, a qvoqvam, præterqvam a Pontifice Rom. absolutionis beneficium obtinere valeat, severe interdixit. Id quod factum anno CIↃIↃCLXXXIV. x. Iulii. (b) Neqve tamen fulmen hoc deterruit Natalem, qvo minus in cœpto opere pergeret, & ad finem tandem deduceret.

§. XVII. Hoc ipso anno CIↃIↃCXCIII. Hamburgi ex officina libraria Schultziana prodiit *Gvilielmi Marcelli* Conspectus *Chronologiæ, methodo inprimis curiosa, compendiosa, ac facili, ita digestæ, ut Status Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis; Concilia item Generalia & Particularia; ut & Scriptores Eccclesiastici; nec non Schismata, Hereses, & Opiniones ab Ecclesia damnatæ, ordine ac planissime oculis exhibeantur: Opus* (uti refert titulus) *non minus jucundum atqve utile, qvam omnino necessarium omnibus illis, qvi Historiam Sacram in promtu habere cupiunt.* Qvæ in Admonitio-

G. MARCELLI Conspectus Chronologiæ Ecclesiast.

Bbb ne

(a) Ita eleganter *Lipsienses Eruditi*, m. Iul. 1685. pag. 330. (b) Acta Lipsf. d. l. ut & an. 1687. m. Aug. p. 434.

ne ad lectorem afferuntur, utiqve digna sunt, qvæ repetantur: *Qvamvis Author libelli hujus Marcellus minime sua sit defraudandus laude, utpote qvi res in Ecclesia gestas nova, eademqve non injucunda methodo tradidit, proptereaqve dignus habitus, qvi civitate Latina donaretur :: non in omnibus tamen bona fide egit. Qvo addictior enim est Pontificiorum partibus, eo inimiciorem se præbet Evangelicæ Religionis Parastatis, Luthero, nimirum & Melanchthoni: de qvibus diversis in locis male sentit: dum more sacrificulorum eos perperam variarum hæresium superiori seculo exortarum authores fingit; cujus generis calumnias ab aliis nominatæ Sectæ sparsas Evangelici vel centies ante diluerunt: id qvod ne forte lector orthodoxus hæc inspiciens offenderetur, monendum duxi.* Celeberrimi Lipsienses in *Actis Eruditorum* fatentur, (a) Auctorem hunc, *Tabellis chronologicis, tum civilibus, tum, qvæ latius se diffundunt,* Ecclesiasticis, *applausum doctorum promeruisse.*

(a) *in April. 1688. p. 207.*

CAPUT XVIII.

DE CHRISTOPHORO SANDIO ARIANO, EIUSQVE NUCLEO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

§ I.

HActenus Vniversalis Historiæ Ecclesiasticæ scriptores ex Lutheranis, Reformatis, atqve Pontificiis enarravimus: sed restat aliqvis, qvem piaculum foret uni harum classium inserere. Est autem is *Christophorus Sandius*, Arianismo nimium quantum infe-

infectus: quod venenum a Patre suo Christophoro haustum scriptis etiam historicis studuit diffundere. Jam qvod ad dictum Patrem ejus attinet, is patria Cruciburgensis, Philippo natus, in Ducatu Prussiæ, ejusque metropoli Regiomontana inter Secretarios aulicos principem habuit locum. (a) Hic cum jam per complures annos dogmata fovisset Ariana, publice id profiteri non est ausus: gravi tamen heterodoxias suspicione laboravit, qvod a sacris publicis, ac Eucharistiæ sacramento abstineret. Domi interim suæ consedit, diurna nocturnaq; manu pervolutans antiqvissimos Græcæ Latinæqve Ecclesiæ Doctores, ac qvicqvid in illis cum præconceptis sententiis Arianis qvomodocunque putaret convenire, magno cum studio annotans. Tandem re ad Ducale Regimen delata, in jus vocatus, male sanum propositum relinqvere jussus est. Qvod cum facere detrectaret, primo qvidem Theologi Academiæ cum eo sunt commissi: qvos inter *D. Melchior Zeidlerus*, ex trium priorum seculorum Patribus æternam IESV CHRISTI divinitatem singulari ms. demonstravit: nec minus etiam alii admodum sollicite operam navarunt, ut Sandium tam enormiter aberrantem in viam reducerent. Verum quando laterem (qvod est in proverbio) lavarent, ac ipse comminationes qvoqve Regiminis insuper haberet, anno CIϽIϽCLVII. Sparta ei fuit ademta. Ab isto tempore domi fere se continuit, ita tamen ut plerumqve in nundinis bibliopolia invise-

De CHRISTOPH. SANDIO Patre.

(a) Ober-Secretarius.

rius suum non dissimulat. De editione autem ipsa scribit: *qvod ex filii literis perceperit, ita auctam esse ac correctam, ut nisi antiqvum ferret titulum, non immerito novum opus crederetur.* Qvæ verba, ad literas filii provocantia, docent, a Patre nondum visum fuisse scriptum gnati, cum præfationem illam contexeret.

§. III. Ceterum qvando unice id ageret Sandius, ut Arii dogma de CHRISTO fidei Catholicæ contrarium in Ecclesia semper obtinuisse, comprobaret; ab hac blasphemi dogmatis infamia ut Patres, qvi ante Nicænum Concilium floruerunt, liberaret, *D. Samuel Gardinerus*, S. Th. P. & Regi Britanniæ a Sacris, ὑποτυπώσει suæ, sive *Catholicæ circa SS. Trinitatem fidei, Delineationi, ex scriptis Patrum Ante-Nicænorum desumptæ*, anno insequenti annexuit *Responsionem brevem*, qua laudatos modo Patres contra ἐγκλήματα Sandii defendit. Qvo facto Sandius anno LXXVIII. *Appendici addendorum, confirmandorum & emendandorum, ad Nucleum Historiæ Ecclesiasticæ*, editæ, subjunxit tres epistolas: qvarum *prima* ipsius est ad Gardinerum apologetica: *altera*, Gardineri ad Sandium, in eadem causa Patrum, qui ante Concilium Nicænum vixerant: *tertia* iterum Sandii, qva contra Gardinerum thesin Arianam pergit defendere. Sed hanc ultimam Sandii epistolam Gardinerus *Valedictoria responsione* Londini anno CIↃIↃCLXXXI. refutavit, luculenter ostendens, Patres Anti-Nicænos dogmati Ariano minime favisse. Sub calcem Responsionis *Cingallum* (sub qvo nomine Sandium latere arguit) tangit, qvi Gou- *Sandio se opposuit Samuel Gardinerus.*

dæ anno ·LXXVIII. vulgaverat libellum, cui titulus *Scriptura S. Trinitatis Revelatrix:* in qvo, ut laudatus Gardinerus obſervat, ipſe multos Scripturæ locos, qvi SS. Trinitatis ὁμουσίαν, coæternitatem, & coæqvalitatem validiſſime probant, unius vel alterius, recentis nonnunqvam interpretis, auctoritate nixus, enervat, & dum contra Socinianos animoſe diſputare videtur, Arianorum argumentis prolixe ſatis propoſitis, breviſſime, qvaſi aliud agens, & negligentius ſatisfacit. Atqve hæc, qvæ de *Gardineri* atqve *Sandii* controverſis epiſtolis dixi, celeberrimis *Actorum Lipſienſium* collectoribus me debere, lubens meritoqve fateor. (a) Qvod idem Sandius *Notas & Animadverſiones in Gerhardi Ioh. Voſſii libros tres de Hiſtoricis Latinis* ediderit, (b) non eſt ignotum eruditis. Qvæ alia ſcripſit, ex *Bibliotheca* ejus *Antitrinitariorum* poſthuma, anno CIↃIↃCLXXXIV. evulgata (c) addiſcimus. Deceſſit Sandius Amſtelodami anno CIↃIↃCLXXX. XXX. Novembris. (d)

(a) Vide *Acta Eruditorum an. 1682. menſe Septemb. pag. 281.* (b) Amſtelod. 1677. (c) Vide *Acta Lipſienſ.* an. 1684 *menſe Iunio.* p. 283. (d) Hartnochius pag. 647. VVittius *in Diario Biographico.*

Capvt XIX.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PARTICVLARIS IN SINGVLARIBVS REGNIS, REBVSPVBLICIS, PROVINCIIS, ETC.

NEMPE

NEMPE ÆGYPTI, ÆTHIOPIÆ, AFRICÆ, ALEXANDRIÆ, ANGLIÆ, ANHALTINATVS, ARMENIÆ, BAVARIÆ, BELGII, BOHEMIÆ, CATALAVNIÆ, CHINÆ, CVRLANDIÆ, DANIÆ, FRISIÆ, GAELLIÆ, GERMANIÆ, GRÆCIÆ, HASSIÆ, HELVETIÆ, HIBERNIÆ, HISPANIÆ, HOIÆ, ET DIEPHOLTI, IAPONIÆ, LAPPONIÆ, INDIÆ, LVSITANIÆ, MANSFELDENSIS COMITATVS, MARONITARVM, MOSCOVIÆ, NAMVRCI, NORMANNIÆ, PALATINATVS, PARAQVARIÆ, PEDEMONTII, PERVVIÆ, POLONIÆ, POMERANIÆ, PRVSSIÆ, RHÆTIÆ, SAXONIÆ, SICILIÆ, SILESIÆ, SLAVONIÆ, SLESVVICI, STIRIÆ, SVECIÆ, THVRINGIÆ, VENETIARVM, VNGARIÆ, WALDENSIVM, WESTPHALIÆ.

§. I.

SIcut hi, qvos hactenus longa ſerie enumeravimus, Scriptores Hiſtoriam Eccleſiaſticam Univerſalem, vel certorum ſeculorum, aut unius demum ſeculi, tradidere; ita multi occupati fuere in conſcribenda ſingularium Regnorum, Rerumpubl. aut Provinciarum Hiſtoriis Eccleſiaſticis: qvos qvidem, qvotqvot ad noſtram pervenerunt notitiam, in medium afferemus.

§. II. Qvod ad ÆGYPTIACAM attinet Eccleſiam, huc ſpectat *Iohannis Erneſti Gerhardi*, Theologi Noſtratis celeberrimi, *Exercitatio Theologica Eccleſiæ Copticæ, hoc eſt, Chriſtianorum Ægyptiacæ ortum, progresſum, præcipuaqve capita repræſentans.* (a) Sic in Leonis Allatii *Symmictis, lib. I.* (b) reperimus *Rituale Eccleſiæ Ægyptiacæ, ſive Cophtitarum, qvod juſſu Cardinalium*

Hiſtor. Eccleſia ÆGYPTIACÆ Ioh. Ern. Gerhardi.

(a) Ienæ, an. 1666. (b) Num. 11. p. 139. ſeqq.

dinalium S. Congregationis de propaganda fide ex lingua Coptica, & Arabica in Latinum transtulit Athanasius Kircherus, *e Soc. Iesu Presbyter, anno* CIↃIↃCXLVII.

ÆTHIOPICÆ. §. III. Ægyptiacam excipiat Ecclesia ÆTHIOPICA, sive HABESSINICA: de cujus scriptoribus, potissimum ad ductum Viri magni, Iobi Ludolfi, *in Commentariis ad Prooemium Historiæ Æthiopicæ*, agemus. Primas autem cum ipso dabimus exiguo libello, cujus hic est titulus: *Legatio magni Indorum Imperatoris, Presbyteri Iohannis, ad Emanuelem Lusitaniæ Regem, anno Domini* CIↃIↃXIII. *in qva de Indorum* (a) *fide, cerimoniis, religione &c. per Matthæum illius legatum pluribus agitur.* Epistola est *Damiani a Goes*, Eqvitis Lusitani, *ad Iohannem Magnum Archiepiscopum Vpsaliensem*, tunc temporis Dantisci exulem, Kl. Decembr. CIↃIↃXXX. scripta (b). Capita libelli recenset Ludolfus: ex qva ad nostrum propositum faciunt Matthæi relatio I. continens: *Confessionem Fidei Indorum, deqve cerimoniarum & religionis cultu*: II. *de eorum Patriarcha, ejusqve officio.* Multa in iis de rebus Ecclesiasticis esse falsa, Ludolfus *Comm. lib. III. cap. I.* docuit. Deinceps idem *Goesius* libellum conscripsit *de Religione ac moribus Æthiopum sub imperio Presbyteri Iohannis degentium*, aliqvoties editum. (c) De eo judicium Balthasaris Tellezii, a Ludolfo laudatum, repe-

Dam. a Goes.

(a) Notat Ludolfus, in ipso libello non *Indos*, sed *Ebessinos* passim vocari. (b) *Antverpiæ*, primum excusa an 1532. *Dordraci*, recusa an. 1618. (c) Paris & Lovanii 1534. Habetur qvoqve Tomo II. *Hispania Illustrata* ab Andrea Schotto collectæ, & Francof. editæ. 1603.

repetemus: *Qvandoqvidem ab Æthiopia tam procul abfuit, ut neminem contradicentem habuerit, multa scripsit sine fundamento, & non locutus est veritatem.* (a) Prodiit post hæc *Itinerarium Francisci Alvarezii*, Sacerdotis Lusitani, qvi acta legationis *Roderici Limæi* per sexennium in Habessinia detenti narrat. *Itinerarium* hoc in varias lingvas, & in vernaculam qvoqve nostram relatum est. (b) Sed observat Ludolfus, *Itinerarium illud*, non verum esse opus Alvarezii, sed tantum ejus epitomen ab imperitiore qvodam homine concinnatam. Etenim *Joh. Baptista Ramusius*, cujus *Italica editio* Alvarezii optima est, *in Navigationibus & Itineribus* suis (c) dixerat: *Damianum a Goes descriptionem habuisse Itinerarii Alvarezii, ejusq; copiam amicis Italicis fecisse: qvi cum id imprimere vellent, intellexerint, illud jam Vlyssipone jussu Regis in lucem editum, idqve e Lusitania afferri curavisse, atqve cum suo exemplari contulisse, sed notabiles in eo defectus reperisse. Defuisse enim Alvarezii proœmium, multa loca scitu dignissima omissa, præter errores plurimos in nominibus locorum & personarum commissos.* Idcirco Ramusius in præfatione & dissertatione super isto *Itinerario*, graviter dolet, qvod hæc Epitome manca & mutila sit, addito: *Labor iste breviandi tam luculentum volumen committendus erat hominibus peritis & doctis.* Qvibus hæc subjicit Ludolfus: *Ex*

Franc. Alvarez.

Ccc qvi-

(a) *Damiani a Goes* vita habetur *Tomo II. Hispaniæ Illustratæ num.* 6. & in Freheri *Theatro pag.* 1451. (b) Islebiæ excusum 1567. fol. per *M. Ioachimum Hellerum*, Astronomum Mansfeldensem. (c) Italice Venetiis edita sunt an. 1588.

sus fuerit, alii judicent. Post Itinerarium illud Alvarezii, anno LXV. prodiit libellus *Iohannes Bermudis*, qvi ex Æthiopia redux, Alexandriæ & Æthiopiæ Patriarcha a Paulo III. nominatus, in Habessinam reversus fuit. Libellum hunc Lusitanice Ludolfus nondum vidit: monet tamen, *Purcham Anglum eum in itineribus suis Anglice versum habere*; ac post censuram de simplicitate hominis, addit: *Alioqvin lectu non injucundus est, qvia ingenua simplicitate fatetur ea omnia, qvæcunqve a se & Lusitanis suis in causa religionis contra Regem Claudium importune & imprudenter admodum acta fuerunt.* Ex paucis istis libris, & ex Pauli Iovii *Historiarum libro XVIII.* profluxerunt, qvæ superiori seculo a nostris scriptoribus de rebus Habessinorum sparsim relata fuerunt. Posthæc omni commercio cum Lusitanis interrupto, nihil qvidqvam amplius de Habessinis apud Europæos in lucem prodit, donec hoc seculo Patres Soc. Iesu in Æthiopia invalescerent, atqve magnam de reductione Habessinorum ad Latinam religionem spem Romanis facerent. Gliscebat enim fama in Europa, de prona Æthiopum erga sedem Romanam voluntate, qvam unus & alter Habessinus Papæ beneficiarius, Romæ ultro augebat. Inde occasionem sumsit *Ludovicus Vrreta*, Dominicanorum Ord. Monachus Valentianus, in sua *Historia Ecclesiastica, Politica, Naturali & Morali grandis & remoti Regni Æthiopis*, Æthiopiam, tanqvam monarchiam qvandam omnibus numeris absolutam nobis repræsentandi, simulqve

Ioh. Bermudes.

Lud. Vrreta fabulosus Scriptor.

audacter mentiendi, qvod Æthiopia a ſede Romana nunquam defecerit. Liber Hiſpanice ſcriptus, editus eſt Valentiæ anno CIↃIↃCX. cum licentia, approbatione, & laude omnium Cenſorum. Cum vero non tantum claros Scriptores, Ioh. Petrum Maffejum, Petrum Ribadeneiram, & alios Hiſtoricos Luſitanicos, imperitiæ & falſitatis argueret; ſed etiam de Patribus Soc. Ieſu, qvi Spartam hanc exornandam in ſe receperant, imo de tota Luſitanorum natione admodum indigna traderet, ipſosqve ſummos Pontifices, & Luſitaniæ Reges obliqve carperet, qvaſi obreptitiis relationibus fidem habuiſſent; ideo neceſſum duxerunt Patres Societatis, impudentiæ hujus Viri obviam ire. Etenim illo ipſo tempore, dum veræ *Patrum relationes ex India de annis* CIↃIↃCVII. *&* - VIII. Vlysſipone ſub prælo fervebant, ſupervenit hæc fabuloſa hiſtoria. Igitur *Additionem de rebus Æthiopicis* ſubjungere neceſſum habuerunt, qva falſitas *Vrretæ* detegeretur: qvæ *libro V.* dictarum *Relationum* anno CIↃIↃCXI. impreſſarum reperitur. Eas cum *P. Nicolaus Godignus* (a) adeptus eſſet, pro conſervanda Societatis ſuæ exiſtimatione, & veritate tuenda, *Vrretam* dedita opera refutandum ſuſcepit in libro *de Rebus Abasſinorum, ut & de rebus ſub Patriarchis, Nonio Barreto, & Andrea Oviedo in Abasſia geſtis:* qvi Lugduni editus eſt anno CIↃIↃCXV. Nomini tamen illius pepercit, & tantum *Novum Auctorem* vocavit. At multo prolixior eſt in illo referendo, qvam refellendo

Vrreta a Ieſuitis merito refutatus

præſertim a Nic. Godigno.

(a) Hic an. 1616. obiit. Vid. Alegambe in *Bibl. Ieſ.* p. 352.

lendo: qvia fere integra capita ex eo describit, eaqve uno verbo vana atqve falsa esse dicit: mox vera, qvatenus ex ipsis epistolis Patrum habere potuit, subjungit. Ceterum infamia *Urretæ* minime territus, illius vestigia gnaviter premere, & nomine *Itinerarii* figmentis Habessinicis orbi literato denuo imponere ausus fuit *Iacobus Baratti*, Italus, eo magis culpandus, qvod Nicolao Godigno & Balthasare Tellezio jam extantibus, ipsam lucem tenebris suis obfuscare voluerit. Pluribus de eo agit Ludolfus, aitqve, *sibi videri militem fuisse, bonarum artium rudem, bellicæ rei stolide solertem.* Et tamen liber ille in lingvam a *G.D. Anglo* versus, & Londini impressus est anno CIↃIↃCLXX.

Iac. Baratti fabulosus item scriptor.

(a) Post fabulosos illos auctores, tandem prodiit *P. Balthasaris Tellezii* vera Historia Æthiopica, stylo florido & jucundo Lusitanice conscripta, secutus inprimis *P. Emanuelem Almeydam*, cujus Epitomator fuit. Sic enim in libri titulo ait: *Historia Generalis Æthiopiæ superioris, sive Presbyteri Iohannis, & de iis, qvæ Patres Societatis Iesu in ea gesserunt, in ipsa Æthiopia composita a P. Emanuele Almeyda, Provinciali & Visitatore Indiæ, sed in compendium redacta, revisa, & nova metho-*

Balth. Tellezius.

(a) Vide Ludolfum in *Comm. ad Proœm. n. 4. pag. 25.* De Baratto idem in ipso Proœmio *Hist. Baratti Italus, confictarum narrationum exscriptor vel repertor, pleraque Habessinorum in Itinerario suo ita refert, non prout revera se habere, sed prout ille ex ingenio suo se habere, vel ab aliis fieri voluit.* Ad fabulosos illos scriptores etiam referas *Adami Conzenii.* Jes. itæ, *Methodum Doctrinæ Civilis, sive Abyssini Regis Historiam* Colon. editam an. 1628. de qva vide judicium Ludolfi *Comm. ad Proœm. Hist. pag. 24.*

do composita a P. Balthasare Tellezio. *Provinciæ Lusitanicæ Provinciali.* Qvandoqvidem ergo ex Actis scriptisqve Patrum opus suum composuit, qvi omnes Regni illius regiones qvaqvaversum peragrarunt, & triginta fere annos in eo floruerunt, utiqve verissima de rebus Habessinorum tradere potuit, & certe, si facta, & res gestas spectes, tradidit. Eam ob rem Ludolfus jure merito illi fisus, & in toto opere freqventius secutus est, monens tamen, haud æqve bonum esse Criticum & Philologum, qvam Historicum: cum Græcæ lingvæ modice, Hebraicæ & Æthiopicæ plane non fuerit peritus. Et hi qvidem sunt primarii rerum Æthiopicarum scriptores editi: nam *Emanuelis Almeydæ, Petri Pays, Alphonsi Mendezii,* & *Hieronymi Lupi,* Provincialis Goani, Patrum Soc. Iesu, scripta inedita prætereo. Pergit deinde Ludolfus ad alios scriptores minus principales, & primum qvidem ad eos, qvos Antonius de Leon, in *Epitome Bibliothecæ Orientalis & Occidentalis* Hispanice conscripta laudaverit: ex qvibus tamen præter *Andream Corsali,* & *Franciscum Titelmannum,* neminem reperio, qvem hic commendem singulariter: cum pleriqve lingva scripta sint Lusitanica. Corsali *Epistolæ de itinere Eduardi Galvani, Lusitani, anno* CIↃIↃXIV. *ad Magnum Hetruriæ Ducem* datæ, qvas Ioh. Baptista Ramusius *Tomo I. Navigationum & Itinerum* habet, exstant in *Alvarezii* tam Gallica, qvam Germanica versione *Itinerarii,* ac memorabilia multa continent. Titelmanni autem Hasseletani, Ord. Minorum apud Lovanienses

Tellezium secutus Ludolfus.

Andreas Corsali.

Franc. Titelmannus.

ſes Philoſophi & Theologi, Romanæ demum Provinciæ Vicarii ſeu Prælati, (a) *de religione, moribus & cerimoniis Æthiopum*, Latine prodiit Antverpiæ anno CIↃIↃXXXIV. una cum Chronico *Amandi Zierixienſis* a Titelmanno edito. (b) Iam meum non eſt, ex iis, qvi obiter rerum Æthiopicarum in ſcriptis ſuis mentionem fecerunt, aut ex ſcriptoribus Religionum totius orbis, aut res Eccleſiaſticas, vel Chronologias, vel Orbis terræ, ejusqve partium, vel etiam Imperiorum & Regnorum Hiſtorias univerſales ſcripſerunt, (de qvibus omnibus ſollicitus fuit Ludolfus) qvosdam excerpere, cum non niſi de iis dicere propoſuerimus, qvi ſingulari opera in rebus Æthiopicis, præcipue autem ſacris, elaborarunt. Ex his autem ſuperſunt: Matthæi Dreſſeri *Oratio de ſtatu Religionis & Eccleſiæ Æthiopicæ ſub Pretioſo Iohanne:* (c) de qvo in *Catalogo Auctorum* Commentario præfixo, notat Ludolfus, *qvod vetera & falſa retulerit*. M. Iohannis Vlrici Wildtii Argentoratenſis, *Eccleſia Æthiopica breviter adumbrata, & præſide D. Ioh. Conrado Dannhawero diſputationi ſolenni ſubmiſſa* Argentorati anno CIↃIↃCLXIV. M. Dieterici Lüders, *Diſputationes V. de Hiſtoria Imperii Abyſſini*, vel ipſo Ludolfo teſte, *diligentiſſime congeſtæ*, ac Wittebergæ habitæ CIↃIↃCLXXI. Præterea *Tomo II. Hiſpa-*

Matth. Dreſſerus.

Iohan. Vlr. VVildtius.

Diet. Luders.

(a) Obiit Anticoli in agro Romano 1553. 12. Sept. Vide de eo Val. Andream in *Bibl. Belg. p. 244. ſeqq.* & Ioh. Mantelii Ord. Eremitarum S. Aug. *Haſſeleti oppidi deſcriptionem cap. 16. p. 103. ſeqq.* (b) Ita Andreæ *in Bibl. Belg. pag. 245.* At Ludolfus, p. 13. *Latine cum libellis Damiani a Goes anno 1544. editus eſt. ſed peculiare nihil habet.* (c) Lipſiæ habita 1584. & cum aliis orationibus recuſa an. 1606.

Hispaniæ illustratæ habentur: *De legatione Imp. potentissimi Æthiopiæ, ad Clementem VII. Pontificem*: item; *Epistolæ aliqvot Preciosi Iohannis Æthiopum Regis, Damiano & Paulo Iovio interpretibus*: ut &; *Davidis Regis binæ literæ ad Clementem VII. Pontificem.* Sic Romæ anno CIƆIƆXLIX. prodiit, *Modus baptizandi, & Preces Ecclesiæ Æthiopum, cum Orationibus in Sacramentis Baptismi & Confirmationis*, ex Æthiopico Latine versa. Et *Magnæ Bibliothecæ Patrum*, anno præsentis seculi LXX. editæ, *Tomo XXVII.* comparet, *Missa, qva Æthiopes communiter utuntur; qvæ etiam* Canon universalis *appellatur*: item: *Ordo Benedictionis Puerperæ: Ordo Baptismi & Confirmationis secundum usum Æthiopum.* Porro Lucæ Holstenii *Dissertatio de Abissinorum Communione sub una specie*, habetur in *Symmictis* Leonis Allatii *lib. II.* (a) Rem tamen cum hac Communione se habere aliter, Dominus Ludolfus aliqvoties demonstravit. (b) Ceterum ut ad ipsum *Jobum Ludolfum*, Erfurtensem, Consiliarium Cæsareum, ut & Saxonicum Ducalem intimum, accedamus, is cum jam *Grammaticam* & *Lexicon* edidisset *Æthiopicum*, eoqve in Eruditorum corona magnum applausum meruisset, tantam sibi rerum Æthiopicarum sacrarum atqve civilium cognitionem comparavit, tum ex scriptis variis; tum ex familiari ac diuturna cum Abba Gregorio Æthiope Amharensi, tam Romæ, qvam Gothæ in aula Ernesti

Alia scripta in Æth. Hist.

De JOBI LUDOLFI Scriptis in Historia Æthiopica.

(a) Num. 8. pag 435. (b) In *Comment. ad Proœmium p. 2.* & *addit ad lib. 3. cap. 6. num. 58. pag. 378. seq.*

nesti Pii, conversatione; nec minus cum hoc, & aliis gestorum Æthiopicorum gnaris, commercio literario; ut serio tandem de scribenda Historia Æthiopica cogitaret. Sic itaqve anno CIƆIƆCLXXVI. *Sciagraphiam* nobis dedit *Historiæ Æthiopicæ, sive Regni Abessinorum, qvod vulgo perperam Presbyteri Iohannis vocatur*, in hac Academia impressam: qvam plenum deinceps Opus secutum est Francofurti excusum anno LXXXI. nempe *Historia Æthiopica, sive Brevis & succincta Descriptio Regni Habessinorum, qvod vulgo male Presbyteri Iohannis vocatur:* in qva libris qvatuor agitur I. *de natura & indole regionis & incolarum:* II. *de Regimine politico, Regum successione, &c.* III. *de statu Ecclesiastico, initio & progressu Religionis Christianæ &c.* IV. *de rebus privatis, literatura, Oeconomia.* Hujus libri summam seqventi anno mense Martio in *Actis Eruditorum* recensuerunt Lipsienses. (a) Qvanti hæc Historia etiam ab exteris sit æstimata, indicio est, qvod non modo in Anglicam, Gallicam, ac Belgicam, lingvas conversa sit; sed, ut in lingvam qvoqve Moscoviticam converteretur, ipse Avtocrator Russorum jusserit. (b) Qvod autem celeberrimi Lipsienses, & de Rep. literaria meritissimi optarunt, *publicoqve adeo* Nobilissimum Auctorem *rogarunt nomine, ne uberibus, qvos pollicitus est, Commentariis carere diutius literarum orbem patiatur;* id ipsum impletum est anno CIƆIƆCXCI. qvo Franco-

Sciagraphia Hist. Æthiop.

Hist. Æthiopica.

 fur-

(a) pag. 64. seqq. (b) Vide quæ hac de re affert Ludolfus in *Additione Commentarii ad Proœmium pag 41. 48.*

furti prodiit *Ad Historiam Æthiopicam Commentarius* in qvo *multa breviter dicta fusius narrantur: contraria refelluntur, atqve hac occasione præter res Æthiopicas multa Autorum, qvædam etiam S. Scripturæ loca declarantur: aliaqve plurima Geographica, Historica, & Critica; inprimis vero Antiqvitatem Ecclesiasticam illustrantia, alibi haud facile obvia, exponuntur: ut variarum Observationum loco haberi possit.* Continet igitur hoc Opus (ut Doctores Lipsienses in *Actis Eruditorum* loqvuntur) (a) *non solum uberiorem expositionem rerum ad Historiam Æthiopicam, ac descriptionem Æthiopiæ pertinentium, & refutationem contrariorum; cum documentis, epistolis, & actis publicis, in primo opere promissis: sed etiam multa singularia: & qvædam plane nova, ad varias eruditionis partes spectantia, qvæ occasione data, prolixe & luculenter tradit; ut multa ad hunc diem obscura, vel ignota inde declarentur & illustrentur.* Et vero qvia tertius liber Historiæ Ludolfinæ res Ecclesiasticas complectitur, idcirco & in Commentario de iisdem cum cura agit: sic tamen, ut non solum Habessinorum, sed aliorum qvoqve Christianorum, præsertim primitivæ Ecclesiæ gesta mirifice illustret. Ad hanc *Historiam Æthiopicam* ejusqve *Commentarium* hoc ipso anno XCIII. *Appendix* accessit, ex *Nova Relatione de hodierno Habassiniæ statu* concinnata: de qva Lipsienses in *Actis* mense Iunio prolixe egerunt. (b) In hac Appendice multa qvoqve habentur ad notitiam præsentis status Ecclesiastici

De Comment. ejus in Histor. Æthiopicam.

Appendix ad Hist. Æthiop.

(a) *an.* 1691. *m. Augusto p.* 361. (b) pag. 280. seqq.

ſtici in Æthiopia facientia; adeoqve non minus ac reliqva ſummi Viri, accuratiori lectione digna ſunt. Inter alia autem ex ea apparet, adhuc dum Habesſinos acerrimos Eccleſiæ Romanæ hoſtes eſſe, illiqve addictos in perpetuum ex regno ſuo proſcripſiſſe, tanta ſævitia, ut ſi qvisqvam eorum intraverit, ab incolis proximi pagi lapidandus veniat. Et tantum qvidem de ſcriptoribus ſacræ Hiſtoriæ Æthiopicæ: qvibus coronidis loco adjiciemus, ac Eruditis conſiderandum offeremus locum ex Chronico Ottonis Epiſcopi Friſingenſis, de Iohanne Rege Presbytero: Sic enim legas lib. VIII. cap. XXXIII. *Narrabat etiam* (de Syria Gabulenſis Epiſcopus) *qvod ante non multos annos qvidam (qvi ultra Perſidem & Armeniam, in extremo Oriente habitans, Rex & ſacerdos cum gente ſua Chriſtianus eſt, ſed Neſtorianus) Perſarum & Medorum Regis fratres, Samiardos dictos, bello petierit, atqve Ecbatani, ... ſedem Regni eorum expugnaverit. Cui dum præfati Reges cum Perſarum, Medorum & Aſſyriorum copiis occurrerent, triduo usqve mori magis, qvum fugere volentibus, dimicatum eſt: PRESBYTER IOHANNES (ſic enim eum nominare ſolent) tandem verſis in fugam Perſis, cruentiſſima cæde victor exſtitit, ... Fertur iſte de antiqva progenie illorum, quorum in Evangelio mentio fit, eſſe Magorum, eisdemqve, qvibus & iſti gentibus imperans, tanta gloria & abundantia frui, ut nonniſi ſceptro Smaragdino uti dicatur.* *Otto Friſing. Presbyteri Iohannis meminit.*

§. IV. AFRICANÆ Veteris Eccleſiæ Hiſtoriam illuſtrandam ſibi ſumſit *Emanuel a Schelſtrate,* *AFRICANÆ Em. a Schelſtrate.*

Theol. D. & Ecclesiæ cathedralis Antverpiensis Canonicus ac Cantor, ac deniqve Custos Bibliothecæ Vaticanæ, in libro, cui titulum fecit, *Ecclesia Africana sub Primate Carthaginensi.* Opus continet IV. Dissertationes: qvarum I. agitur *de exordio Africanæ Ecclesiæ, ejusq; notitia, & regimine sub Primate Carthaginensi non avtocephalo: II. de fide & ritibus Africanæ Ecclesiæ, uti a Romana mutuatis, ita & eidem consonis: III. de Conciliis Africæ, cum variis eorum editionibus, notis ac scholiis: IV. de successione Episcoporum Carthaginensium, & variis Ecclesiæ Africanæ incrementis & decrementis, usqve ad ejus interitum seculo VIII. per irruptiones Saracenorum introductum, & huc usqve continuatum.* Prodiit Parisiis anno CIϽIϽCLXXIX. Qvod autem & in hoc, & in reliqvis libris suis, *Schelstratius* Romanæ sedi nimium qvantum velificetur, nemini inter Nostrates est ignotum. *M. Antonii Capelli* Dissertatio *de Appellationibus Ecclesiæ Africanæ ad Romanam Sedem*, Parisiis excusa est anno CIϽIϽCXXII. Egregius autem liber est, statumqve veteris Ecclesiæ Africanæ perspicue ob oculos ponit, qvem anno CIϽIϽCXC *Melchior Leydeckerus*, SS. Theol D. & Prof. Vtrajecti publicavit, ac *Historiam Ecclesiæ Africanæ illustratam* inscripsit.(a)

Ant. Capellus.

Melch. Leydeckerus.

ALEXANDRINÆ

Eutychius.

§. V. De Originibus Ecclesiæ ALEXANDRINÆ monumentum Arabicum *Eutychii Alexandrini*, cum Notis *Iohannis Seldeni*, Londini prodiit anno

(a) Hujus summam nobis dederunt Lipsienses in *Actis Erudit.* 90. m. *Octobr. pag.* 487. *seqq.*

anno CIϽIϽCXIV. Sed postea Annales Eutychii integri lucem adspexerunt Oxoniæ, cum interpretatione Latina *Edoardi Pocockii* anno CIϽIϽCLVIII. *Eutychius ille*, alias *Said Ibn Batrik*, hoc est, *Said*, *filius Batrici*, sive *Patricii*, aut *Batricides*, dictus (*Said* Arabibus idem est, qvod Græcis *Eutychius*) Fustati in Ægypto anno Juliano IϽCCCLXXVI. natus Carolo Calvo imperante, Medicus celebris, seculi seqventis anno XXXIII. Orthodoxorum Patriarcha factus fuit, cum Macarius esset Iacobitarum, seu Eutychianorum, obiitqve anno IϽCCCCXL. Complectitur autem ille liber a Seldeno & Pocokio editus, plurima ad Historiam, tum sacram, tum externam attinentia, qvæ nullibi apud scriptores, sive Latinos, sive Hebraicos, sive Arabicos, leguntur. (a) Historiam *Saidi Batricidæ* subinde allegat *Georgius Elmacinus*, Arabs Christianus, in *Historia Saracenica*, Arabice scripta, sed a Thoma Erpenio Latine versa, ac obitum ejus tangit *lib. III. cap. I.* Wilhelmus Tyrius in præfatione *Historiæ Hierosolymitanæ* scribit, se *rogatu Amalrici Regis, ipso Arabica exemplaria subministrante, historiam a tempore seductoris Mahumeth, usqve in annum ab incarnatione Domini* CIϽCLXXXIII, *per annos qvingentos septuaginta decurrentem conscripsisse, & auctorem maxime secutum virum venerabilem Seich (Said) filium Patricii, Alexandrinum Patriarcham.*

§. VI. Ad ANGLICANAM nunc accedimus Ec- *ANGLICANÆ*

(b) Confer Rupertum in *Epp. ad Reinesium num. 40. pag. 321.*

clesiam, cujus historiam jam seculo octavo libris V. scripsit BEDA ille venerabilis, gente Anglo-Saxo, patria Girvvicensis, auctore inprimis ac adjutore Albino Abbate: qvem una cum aliis operam ipsi suam conferentibus, prædicat in præfatione ad *Ceolwulphum* Regem Northumbriæ: cui id opus dicavit, & apud qvem in magno honore fuit. Incipit a Iulii Cæsaris in Britanniam adventu, ac pertingit usqve ad annum Domini IↃCCXXXI. qvi ab adventu Anglo-Saxonum in Britanniam fuit CCLXXXV. ut extremo hoc opere ipse ait Beda. (a) Exstat non modo in operibus Bedæ, sed & aliqvoties separatim prodiit, (b) item cum *Galfredo*, aliisqve *rerum Britannicarum scriptoribus* Heidelbergæ editis an. CIↃIↃLXXXVII. ubi & continuationem ejus ab incerto auctore Britanno libris tribus factam reperies. Desinit is initio Henrici Regis, qvi Gvilielmo patri anno CIↃLXXXVII. successit. (c) Et cum hoc continuatore editus qvoqve est Beda Coloniæ Agrippinæ anno CIↃI. Adhæc historia Bedæ cum paraphrasi Saxonica *Alvredi* Regis, cumqve Notis *Abrahami Wheloci*, Arabice Ling. in Academia Cantabrigensi Professoris, ac Bibliothecarii, addita etiam *Chronologia Saxonica & Latina*, prodiit Cantabrigiæ anno CIↃIↃCXLIII. Qvæ editio seqventi anno repetita, additis insuper legibus Anglo-Saxonicis, Saxonice & Latine, & legibus

Beda.

De Edd. Bedæ.

(a) Vide Vossium *De Histor. Lat. lib. 2. cap. 27. pag. 267.* (b) Haganoæ 1506. Argentor. 1514. Antverp. 1550. (c) Vide Voss. *d. l. c. 47. p. 356.*

bus *Edwardi*, & *Gvilielmi Bastardi*, Latine, & *Wilhelmi Conqvæstoris*, Gallice ac Latine, & *Henrici I.* Latine tantum. Etiam *Rogerius Hovedenus*, qvi inter domesticos Henrici II. Anglorum Regis fuit, ubi Beda desiit, *libros duos Anglicanorum Annalium* composuit, perductos ad Iohannem Regem, qvi regnare cœpit anno CIↃCXCIX. Exstant inter Auctores rerum Anglicanarum ab *Henrico Savilio* Londini anno CIↃIↃXCVI. & Francofurti an. CIↃIↃCI. editos. (a) Elogia Bedæ supersedemus congerere, contenti unico hoc Auctorum præfationis ad vitam Ælfredi Regis; *Qvæ Reges nostri antiqviores præstiterint, ex unico Beda cognoscimus, scriptore tum fideli, tum erudito: sed qvi provincia sua fere contentus, pauca admodum de secularibus, plurima de negotiis Ecclesiasticis tradidit.* Reliqvos *Historiæ Ecclesiasticæ Anglicanæ* scriptores, tam domesticos, qvam externos, eosqve partim Reformatæ religioni, partim Pontificiæ addictos, secundum seriem alphabeticam recensebimus, eisdemqve anonymos qvosdam subjungemus. *MICHAEL ALFORDVS*, Londinensis, Soc. Iesu, Philosophiæ in Hispania, & post Theolog. interpres Lovaniensis Romæ Pœnitentiarius Pontificius, Collegii immaculatæ Conceptionis Rector, anno CIↃIↃCLI. XI. August. mortuus (b) scripsit *Annales Ecclesiasticos Britannorum, Saxonum, & Anglorum a nato CHRISTO ad annum*

Mich. Alfordus.

(a) De hoc Rogerio Hovedeno vid. Vossius *l. 2. de Hist. Lat. c. 56 p. 449.* Labbæus *ad Bellarminum de Script. Eccl. s. Tom. 2 p 301.* Olearius in *Abaco p. 415.* (b) Vid. Alegambe *Bibl. Ies. pag. 342.*

annum CIƆCLXXXIX. tomis IV. (a) Ejusdem *Britannia illustrata* ac essit Appendix *de Pascbate Britannorum, de Clericorum nuptiis, & num olim Britannia coluerit Romanam Ecclesiam.*

Gvil. Amesius. GVILIELMI AMESII, Angli, in Acad. Frisiorum Franeqverana Prof. Theologi, anno CIƆIƆCXXXIX. vita defuncti, exstat *Puritanismus Anglicanus*, sive *pracipua dogmata eorum, qvi inter vulgo dictos Puritanos in Anglia rigidiores habentur.*

Gvil. Apollonius. (b) GVILIEMI APOLLONII *Consideratio qvarundam controversiarum ad regimen Ecclesia Dei spectantium, qva in Angliæ Regno hodie agitantur.* (c) Apollonio se opposuit *Iohannes Nortonus*, Responsione ad *Apollonii Syllogen ad componendas controversias in Anglia.*

Dan. Bartolus. (d) DANIELIS BARTOLI, e Soc. Iesu, *Historia de Societate Iesu in Anglia*, Gallice scriptæ, summam nobis tradiderunt *Ephemerides Gallicana* a Nitschio Latine versæ, *Tomo V.* (e)

Gvil. Burnetus. GVILIELMI BVRNETI (hic deniqve Episcopus Salisburiensis in Anglia, & primarius Wilhelmi Regis Eleemosynarius factus) *Historia Reformationis Ecclesiastica in Anglia*, Anglice primum scripta, post a *Domino de Roscmond* Gallice versa est. Hujus prior pars anno CIƆIƆCLXXXIII. posterior an. - LXXXV. Londini prodierunt. Summam utriusqve partis celeberrimis *Actorum Eruditorum* Lipsiensium auctoribus debemus (f) PETRI

(a) Leodii ed. 1663. (b) Francof. ad M. 1610. (c) Lond. 1644 (d) ib. 1648. (e) pag. 19. seqq. (f) Prior habetur *m. Aug. 1684. p. 351. seqq.* posterior *an. 1685. m. Ian. p. 27. seqq.* Iidem agunt de Abbate Gallo, *Ioachimo le Grand*, qvi Burneto se opposuit: item de Censuris *Burneti in Antonii Varillasii* Historiarum libros, 1687. *m. Febr. p. 65. an. 1688. m. Sept. p. 461. seqq.*

PETRI CASSIODORI, Eqvitis Angli, *Epistola de tyrannide Pontificis Romani in jura Regni & Ecclesiæ Anglicanæ*, a Melchiore Goldasto *Tomo I. Monarchiæ S. Rom. Imperii* inserta est. *Ecclesiæ Anglicanæ Politiam* in Tabulas digessit RICHARDUS COSIN, LL. D. Decanus de Arcubus, & Cancellarius seu Vicarius Generalis Archiepiscopi Cantuariensis: qvas, postqvam Auctor anno CIƆXCVIII. obiit (a) Londini anno præsentis seculi IV. edidit *Thomas Crompton* ac Hagæ recusæ sunt anno CIƆIƆCLXI. & Oxonii LXXXIV. (b) *Defensionem Ecclesiæ Anglicanæ contra M. Antonium de Dominis*, suscepit RICHARDUS CRAKANTHORP. (c) GUILIELMUS DUGDALE, Anglus elucubravit *Monasticum Anglicanum*, sive Pandectas Cœnobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistereiensium & Carthusianorum, a primordiis usqve ad dissolutionem, ex archivis & vetustis monumentis, adjuvante *Rogero Dodsworth*. (d) IOHANNES DURELLUS, Presbyter Anglicus, Regia sacris (e) Historiam scripsit *Rituum Ecclesiæ Anglicanæ, nec non de jure Episcopatus, de secta Presbyteriana, & Independentium.* Ejusdemqve habemus *Vindicias Sanctæ Ecclesiæ Anglicanæ adversus iniquas atqve inverecundas Schismaticorum criminationes.* (f) Hujus operis recensionem instituit *Matthias Zimmermannus* Analectorum

Rich. Cosin.

Rich Crakanthorp.

Guil Dugdale

Ioh. Durellus.

 men-

(a) Vitam & obitum *Cosini* scripsit *Guil. Barlow*, Londin. 1598. (b) Vide *Acta Erudit. Lips. m. Martio 1685. p. 160.* (c) Londini 1625. (d) Ibid. 1655. (e) Hic Durellus vocatur alicubi *Cœtus Gallici in Sacello Sabaudico Anglicano Pastor.* (f) Londini 1669.

menstruorum *Eruditionis sacræ & profanæ mense X.* (a) NICOLAI FITZERBERTI (seu FIERBERTI) *de antiqvitate & continuatione Catholicæ Religionis in Anglia* liber, Romæ lucem vidit anno CIↃIↃCVIII. *De Veterum Anglorum conversione adChristianam veritatem a Paganismo, tempore Gregorii I. Papæ Romani facta*, egit GVILIELMVS FORBESIVS, Aberdonensis, Episcopus Edinburgensis in Scotia, in *Instructionibus Historico-Theolog. lib: III. cap. XXX.* IOHANNIS FOXI, Theologi Oxoniensis, anno CIↃIↃCLXXXVII. mortui, operosum *Ecclesiæ Anglicanæ Martyrologium*, Anglice scriptum (b) duobus constans voluminibus, in compendium contraxit *Clemens Cottonus.* (c) Ejusdem *Foxi* habemus *Rerum in Ecclesia gestarum Commentarios a tempore Wiclevi.* (d) FRANCISVS GODWIN, Hanningtona-Northamptoniensis, Episcopus primum Landavensis, post Herefordiensis, anno CIↃIↃCXXXIII. XXX. Aprilis vita functus contexuit *Annales rerum Anglicarum, regnantibus Henrico VIII. & Eduardo VI.* aliqvoties editos: (e) qvos filius *Morganus Godwin*, in vernaculam Angiicanam transfudit: ac porro Fr. Godvvin Anglice scripsit *de Conversione Britanniæ ad religionem Christianam.* NICOLAI HARPSFELDII Archidiaconi Cantuariensis, *Historia Ecclesiastica Anglicana*, una cum *Historia Wiclefiana* Duaci an. CIↃIↃCXXII. edita, a *Richardo Gibbon*, Wintonien-

Nicol. Fitzerbert.

Gvil. Forbesius.

Ioh. Foxus.

Franc. Godwin.

Nicol. Harpsfeldius.

(a) pag. 493. seqq. (b) Londini ed. 1583. (c) Martinus Kempius *in Bibliotheca Anglorum Theolog. cap. 20 p. 539.* (d) Pars 1. sex libris constans, Basileæ impressa 1559. cum antea primus horum librorum Argentorati prodiisset 1554. (e) Londini 1616. 1628. 1630. Hagæ C. 1652. (f) Londini 1616. 1628. 1630. Hagæ Com. 1653.

tonienſi Anglo: item cum *Narratione divortii Henrici VIII. Regis Angliæ*, ab *Edmundo Campiano ſcripta*. In calce libri habetur *Catalogus religioſarum ædium, qvas Henricus VIII. ſubvertit, integras reliqvit, vel alii erexerunt.* GEORGII HORNII (nam is eſt, qvi ſub HONORII REGGII nomine voluit latere (a) Prof. Lugdunenſis liber *de Statu Eccleſiæ Anglicanæ* multa habet recentiorem Eccleſiæ illius faciem, & ſchiſmata, qvæ ſunt in ea varia, ſingulariter illuſtrantia. (b) IOHANNIS IVELLI, ſeu IEVVELLI, Devonienſis, Epiſcopi Sarisberienſis, *Apologia Eccleſiæ Anglicanæ* aliqvoties *impreſſa eſt*. (c) WILHELMI LLOYDII, Epiſcopi Aſaphopolitani, *Hiſtoricam relationem de Regimine Eccleſiaſtico Magnæ Britanniæ & Hyberniæ* opuſculum varia eruditione refertum, eleganter compendifecerunt Eruditi Lipſienſes. (d) CHRISTOPHORVM LOVIVM, *de Liturgia Anglorum*, laudat Mart. Kempius in *Bibliotheca Anglorum Theologica*. (e). FRANCISCVS MASONVS, Archidiaconus Norfolcienſis, qvi anno CIↃIↃCXXI. deceſſit, condidit *Vindicias Eccleſiæ Anglicanæ*, ſeu *de legitimo ejusdem miniſterio, & Epiſcoporum ſucceſſione, conſecratione, electione, nec non de Presbyterorum & Diaconorum ordina-*

Georg. Hornius.

Ioh Iuellus.

VVilh. Lloydius.

Chriſtoph. Lovius.

Franc. Maſonus.

(a) Vid. Placcius in *Catal. Scriptorum Pſeudonymorum pag. 211.* Hoornbeckius *Summæ Controv. lib. 10 pag. 812.* (b) Primum (ut habet inſcriptio) *Dantiſci* an 1648. ac poſt aliqvoties prodiit. (c) Londini ἀνωνύμως 1584. poſt. 1591 1606. Vitam *Iuelli* ſcripſit *Laurentius Humphredus*. Pleraque *Iuelli* opera ex Anglico in Latinum vertit *Gvilielmus VVhitakerus*, Genevæ 1585. Heidelb. 1600. Vide qvæ mox dicemus in *Macketo*. (d) *in Actis m. Martii an. 1685. pag. 120. ſeqq.* Libri Anglice ſcripti ſecunda editio prodiit Londini 1684. (e) cap. 20. pag. 524.

Historiam missionis Anglicanæ Soc. Iesu ab an. CIϽIϽLXXX. *usqve ad* CIϽIϽCXXXV. MATTHÆVS PARKERVS, Archiepiscopus Cantuariensis, *de antiqvitate Ecclesiæ Britannicæ*, & nominatim *de Privilegiis Ecclesiæ Cantuariensis, atqve de septuaginta ejus Episcopis* egit: Hanoviæ ed. an. CIϽIϽCV. ROBERTVS PARSONS (PERSONIVS) Somersetensis Anglus, Soc. Iesu Sacerdos, Collegii Anglicani Romæ Rector anno CIϽIϽCX. XX. Aprilis demortuus. (a) plura suppresso nomine in publicum emisit, pleraqve tamen Anglice. In his sunt: *de tribus Angliæ Conversionibus: Causa adventus sui in messem Anglicanam: de mitigatione erga Catholicos in Anglia.* ADAMVS REVTERVS edidit *Libertatis Anglicanæ defensionem, seu demonstrationem, Regnum Angliæ non esse feudum Pontificis, oppositam Martino Becano.* (b) GEORGII RITSCHELII, *de Ceremoniis Ecclesiæ, cumprimis Anglicanæ Dissertatio, in qva usus earum licitus ostenditur, & a Superstitionis ac Idololatriæ crimine vindicatur*, ex museo Magni Hesenthaleri, juxta exemplar Londinense recusa est Stutgardiæ anno LXXII. IOH. ROBERTI, Arduennas, Soc. Ies. Theol. D. & Duaci, Treveris, Herbipoli, ac Moguntiæ Prof. Rector qvoqve Collegii Paderbornensis, qvi anno præsentis seculi LI. XIV. Febr. obiit, (c) *Ecclesiæ Anglicanæ Reformatæ basin & imposturam adversus duas Synodos Anglicanas edidit.* (d)

Matth. Parkerus.

Rob. Parsons.

Adamus Reuterus.

Georgius Ritschelius.

Ioh. Roberti.

(a) Vide Alegambe in *Bibl. Ies.* pag. 412. ac inprimis *Eduardum Gee, in Actis Erudit.* *Lips.* 1691. p. 2. 3. (b) Londin. 1619. (c) Val. Andreæ *in Bibl. Belg.* p 553 Alegambe in *Bibl. Ies.* p. 270. (p) Luxemb. 1619.

Nic. Sanderus NICOLAVS SANDERVS, Anglus, Theolog. Doct. Pontificius, qvi cum ex Hispaniis in Hiberniam ad Romano-Catholicos, (hi tum arma pro religione sumpserant) erigendos concessisset, non multo post, continuis laboribus, rerumqve necessariarum inopia, ceterisqve difficultatibus pressus, anno CIↃIↃLXXXI. vita excessit; (a) reliqvit *Historiam Schismatis Anglicani, de ejus origine ac progressu,* tribus libris comprehensam, primum per *Eduardum Rishtonum*, ac demum Appendice ex *Petri Ribadeneiræ* libris auctam, & castigatius editam, Coloniæ an. CIↃIↃCXXVIII. (b) Habemus contra Anonymi cujusdam *Anti-Sanderum,* duobus Dialogis, *in qvibus Sanderi & aliorum calumniæ in Elizabetham Reginam refelluntur.* (c)

Rich. Smitheo. RICHARDI SMITHEI, Episcopi Chalcedonensis, & titulo Lincolniensis, exstant *Florum Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Anglorum libri VII. ex qvibus* (uti præfert inscriptio) *dulcissimum mel Catholicæ religionis, ejusqve admirabiles fructus in ea gente copiosissime colliguntur.* His adjuncta est *Epistola ejusdem ad Iacobum Angliæ Regem, de mutuis officiis inter summos Pontifices, & M. Britanniæ Reges:* Parisiis CIↃIↃCLIV.

Ed. Stilling-fleet. EDVARDI STILLINGFLEETII, SS. Theol. D. Decani ad D. Pauli, & Regiæ Majestatis Sacellani ordinarii, *Antiqvitates Britannicarum Ecclesiarum.*

(a) Rishtonus in præfat. libri *Sanderi.* (b) Antea prodiit Ingolstadii 1586. & Colon 1610. In posteriori illa Colon. editione *Appendix, sive liber quartus ex Ribadeneiræ libris excerptus est, in qvo de nonnullorum martyriis ac de iis rebus agitur qvæ a prima Sanderi partis publicatione in Angliæ Regno contigerunt.* (c) Cantabrigiæ ed. 1593.

rum Londini anno CIƆIƆCLXXXV. Anglice prodierunt. Hujus summam singulari cum cura confectam in *Actis Eruditorum* nobis tradiderunt Lipsienses. (a) IACOBI VSSERII, Dublinieniis, anno CIƆIƆLXXX. nati, Archiepiscopi Armachani, & Hiberniæ Primatis, anno CIƆIƆCLV. XXI. Martii vita defuncti, *Britannicarum Ecclesiarum Antiqvitates*, hujus ævi anno XXXIX. Dublini evulgatæ, anno - LXXXVII. Londini recusæ sunt. (b) IOHANNES VTENHOVII *Narratio, de instituta, ac demum dissipata Belgarum aliorumqve peregrinorum in Anglia Ecclesia*, lucem vidit anno CIƆIƆLX. THOMAS WORTINGTONVS, Anglus, Blinscovia-Lancastriensis, qvi ad Pontificios transiens, demum Doctor ac Sacerdos Rhemensis fuit, annoqve CHRISTI CIƆIƆCXXVI. vitæ valedixit (c) publici juris fecit *Catalogum Martyrum in Anglia ab anno* CIƆIƆLXX. *usqve ad* CIƆIƆCXII. *cum Narratione de origine Seminariorum Anglorum.* Seqvuntur nunc scripta qvædam anonyma ad Historiam Ecclesiasticam Anglicanam pertinentia. Anglorum *Epistolæ ad Germanos de primordiis Reformationis suæ, & mirabilibus qvarundam Imaginum historiis.* (d) *Reformatio Legum Ecclesiasticarum Angliæ per Henricum VIII. & Eduardum VI.* Londini CIƆIƆLXXI. Auctor judicatur *Gvalterus Haddonus.* (e) *Ecclesiasticæ Disciplinæ & Ecclesiæ Anglicanæ ab illa aberrationis Explicatio* : Rupellæ CIƆIƆLXXIV. *Con-*

Iac. Vsserius

Ioh. Vtenhovius.

Th. VVortingtonus.

Scripta anonyma.

(a) *an. 1688. m. Ian. p. 24. seqq.* (b) Vide Acta Erud. Lipſ. an. 1688. m. Aug. pag. 431. (c) Alegambe *in Bibl. Ies. p. 438.* (d) Memoratur in *Catal. Bibl. Acad. Francof. p. 20.* (e) Ita Thomas Hyde in *Catal. librorum impressorum Bibl. Oxoniensis Bodlejanæ pag. 222.*

delbergensis, anno CIↃIↃCXIII. XVII. Julii Heidelbergæ demortuus. (a)

§. VIII. Ad Ecclesiam ARMENAM pergentibus nobis occurrit, *Theoriani* Græci, ab Emanuele Comneno Imp. ad Armenos ab erroribus revocandos anno CIↃCLXX. missi, *Dialogus Orthodoxi cum Catholico, hoc est, Archiepiscopo seu Primate Armenorum, & Gesta legationis illius*: Græce & Latine prodierunt Basileæ. *Iohanne Leunclavio* interprete anno CIↃIↃLXXIII. Latine saltem *Tomo IV. Bibliothecæ Patrum* editionis Parisiensis, & *Tomo XII.* Coloniensis. (b) Anno hujus seculi qvinqvagesimo, Romæ typis *Congregationis de propaganda fide*, Operis *de Conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Romana* Tomus prior, & alter anno LXI. prodiit: in qvo prolixæ habentur Disputationes Theologicæ, de Controversiis, qvæ Latinos inter & Armenos per plura secula fuerunt agitatæ. Comparet vero in ejusdem operis Tomo I. *Clementis Galani*, Surrentini, Clerici Regularis Theologi, & Pontificiæ sedis ad Armenos Missionarii, *Historia Armena*, rebus memorabilibus distincta pluribus. Nam singularis momenti esse videntur, qvæ Auctor affert de *Synodis Manaschiercensi, Thevensi & Tharsensi*, in qvibus decreta decretis contraria fixa & refixa sunt: ut-

ARMENA Theorianus.

Clem. Galani

Historia Armena.

Fff pote

(a) Vita ejus habetur in Adami *Theologis Germanis*: qvam contraxit Freherus *in Theatro pag. 370.* (b Vide Labbeum *in Bellarmin Tom. 2. p. 453.* Olearium *in Abacop. 453.* Mallincrotium in *Paralipomenis de Historicis Græcis* p 63. qvi tamen ipsum *Theorianum* non vidit, sed ex *Meursio*, & *Allatio* laudat.

pote qvarum Synodorum nulla fit in *Tomis Conciliorum* mentio: qvemadmodum nec in ipsa *Collectione Conciliorum Maxima* mentio fit *Concilii Charnen[illegible], Sisensis, & Adanensis.* Vt adeo non immerito dignus hic liber fuerit habitus, qvi in Germania anno CIↃIↃCLXXXVI. cum titulo, *Historiæ Armenæ Ecclesiastica & Politicæ,* Coloniæ recuderetur, cujusqve summam in *Acta Eruditorum* referrent Lipsienses. (a)

Til. Bredenbachius. Tilemanni Bredenbachii *liber de Armeniorum moribus, ritibus & erroribus,* Basileæ anno CIↃIↃLXXVII. excusus est. *Mart. Kempius.* Nec indigna lectu est Martini Kempii *Dissertatio de Armeniæ Statu Ecclesiastico & Politico, tam pristino, qvam hodierno,* in hac Academia, præside *Ioh. Ernesto Gerhardo* anno LXV. publice proposita. *Matth. Bembus.* De *ritibus Armenorum* scripsit *Matthæus Bembus,* Posnaniensis Polonus, e Soc. Iesu, Collegii Posnaniensis, & Domus Professæ Cracoviensis Rector, Sigismundi III. Regis Poloniæ Concionator aulicus.

ARAGONIÆ *Vinc. Blascus.* §. IX. Historias Ecclesiæ ARAGONVM literis consignavit *Vincentius Blascus.* (b) Fundationes *omnium monasteriorum Ordinis Cisterciensis per regnum Aragoniæ,* Cæsaraugustæ anno CIↃIↃXCV. edidit *Ioh. Alvarus.* *Iohannes Alvarus,* Cisterciensis monachus, & Abbas, ac deniqve Celsonensis in Catalaunia Episcopus, qvi anno CIↃIↃCXXI. decessit.

BAVARIA *Sancti Matth. Raderi.* §. X. De BAVARIÆ *Sanctis* tria volumina edidit *Matthæus Raderus,* Soc Iesu Presbyter, Mona-chii

(a) Mense Iulio 1686. pag. 336. f. (b) Ita Matth. Konigius in *Biblioth.* pag. 114.

chii annis CIↃIↃCXV. - XXIV. & XXVII. Idem etiam *Bavariam Piam* in lucem emisit anno - XXVIII. Incerti Auctoris fragmentum de *Conversione Bajoariorum & Carenthanorum ad fidem Christianam*, habetur in *Rerum Bohemicarum Scriptoribus*, a Marqvardo Frehero editis. *Ej. Bavaria Pia.*

§. XI. In Historia Ecclesiastica BELGII plures elaborarunt. Ex his succurrunt *Ægidius Bucherius*, Atrebas, e Soc. Iesu, (a) cujus habemus *Belgium Romanum Ecclesiasticum & Civile*: in qvo *Historia Occidentalis universa, celebres de anno Nativitatis & Passionis CHRISTI qvæstiones, Constantini ad CHRISTI fidem in Belgica conversio, Romani in Occidente Imperii casus ac ruina, Francici in Gallia regni successio continentur, tabulis Chronologicis & indicibus necessariis illustrantur, a fine commentariorum Cæsaris ad annum CHRISTI vulgarem* IↃXI. Leodii an. CIↃIↃCLV. *BELGII Ægid. Bucherius.*

Ægidius Gazæus, Artesius, Canonicus Aeriensis, Pastor ad S. Mariam Magdalenam Atrebati in patria, anno CIↃIↃCII. ibidem mortuus; qvi *Historiam Ecclesiasticam Belgicam*, Belgice tamen, scripsit: qvam a morte ejus hæredes ediderunt Valencenis impressam anno CIↃIↃCXIV. *Æg. Gazæus.*

Nicolaus Vernulæus, de *propagatione fidei Christianæ in Belgio per sanctos Hiberniæ viros*; Coloniæ CIↃIↃCXXXIX. *Nicol. Vernulæus.*

Arnoldus Rausius, Duacensis, in D. Petri æde Canonicus: *Hierogazophylacium Bel-* *Arn. Rausius.*

 gicum

(a) Val. Andr. in *Bibl. Belgica* pag. 23 vocat *multæ virum lectionis, in annorum temporumqve calculis subducendis versatissimum.*

gicum, five *de Reliqviis sacris in Belgio:* (a) item *Origines Carthusiarum Belgii* (b) scripsit. *Iohannes Molani*, civis & Theologi Lovaniensis, *Natales Sanctorum Belgii* a morte ejus editi sunt, *Petri Louwii* cura, cum *Chronica Sanctorum Belgii recapitulatione.* (c) Ad hos *Natales Sanctorum Belgii Auctarium* edidit laudatus *Raissius.* (d) *De Sanctis Belgii ex Ordine Prædicatorum*, librum singularem composuit *Hyacinthus Choqvetius*, Insulensis, Ord. Præd Theol. D. (e) *Auberti Miræi, Notitia Ecclesiarum Belgii* exstat: (f) Ejusdem Donationum *Belgicarum libri II. in qvibus Ecclesiarum & Principatuum Belgii origines, incrementa, mutationes, & alia cum sacræ, tum politicæ antiqvitatis monumenta ex ipsis tabularum publicarum fontibus hausta proponuntur, Notisqve illustrantur:* (g) Ejusdem, *Codex Regularium & Constitutionum Clericalium*, cum Notis. (h) Item: *Origines Cœnobiorum Benedictinorum in Belgio.* (i) *Iacobi Baselii*, Ecclesiastæ Kerckvverviensis, *Sulpitius Belgicus*, five *Historia Religionis instauratæ, corruptæ, & reformatæ*, Lugduni Bat. prodiit CIↃIↃCLVI. *Martini Schoockii* Historia *Reformationis Ecclesiarum Belgicarum:* in qva & *de antiqva Belgarum fide* agitur. *Ludovicus a Castro*, Leodicensis, Ord. Seraphici, (k) de *divisione pratensa religionis provinciarum Belgicarum, qvæ se Fœderatas nuncupant*, seu

Ioh. Molanus. *Hyac. Choqvetius.* *Aub. Miræus.* *Iac. Baselius.* *Mart. Schoockius.* *Lud. a Castro*

(a) Duaci 1628. (b) Ibid. 1632. (c) Antverp. 1595. & Duaci 1616. Vid. Val. Andreæ *Bibl. Belg.* pag 540. (d) Duaci 162 . (e) Ibidem 1616. (f) Antverp. 1620. (g) Bruxellis 1624. Antverp. 1629. (h) Ibid. 1638. (i) Ibid. 1606. (k) Vide de eo Valer. Andream *in Biblioth. Belg.* pag. 634.

seu *de dissectis Calvini sectis*. Festi *Hommii*, Frisii, *Naratio Historica ortus & progressus controversiarum Belgicarum*. Friderici de Vry *Initium & progressus turbarum Ecclesiasticarum in Hollandia*. (a) Iusti *Reisenbergii* Historia *pacatæ Religionis in Belgio*. (b) *Festus Hommius.* *Frid. de Vry.*

§. XII. BOHEMICÆ Ecclesiæ *Adumbrationem Chronologicam* debemus *Zachariæ Theobaldo*: (c) Narrationem *Historicam de Fratrum Orthodoxorum Ecclesiis in Bohemia, Moravia & Polonia*, Ioachimo *Camerario*. (d) De eorundem *Fratrum Bohemorum origine, & rebus gestis, libris octo* agit *Iohannes Lassitius*. Ex qvibus tamen non nisi octavus liber integre editus est. Nam priorum septem tantum exigua habemus excerpta, qvæqve ex ms. *Iohannes Lætus*, & *Andreas Wengerscius* attulere. Huc etiam pertinet libellus, ab *Ioh. Amoso Comenio* editus, cujus hæc est inscriptio: *Ratio disciplinæ ordinisqve Ecclesiastici in unitate fratrum Bohemorum*, notisqve illustrata, cum præfatione, *de Ecclesiæ Bohemicæ ortu & progressu*: Amstelod. CIↃIↃCLX. Dissertationem *Historicam de Ecclesia Bohemica*, scripsit Georgius Greenius, Histor. Prof. Wittebergensis. (e) *Historia Persecutionum Ecclesiæ Bohemicæ ab anno* IↃCCCCXCIV. *usqve ad* CIↃIↃCXXXII. in Belgio anno . XLVIII. omisso Auctoris nomine, fuit divulgata. Sub nomine Collegii Pragensis, *Iulius Solimannus*, Italus, Firmianus, Soc. Iesu Rhetor, emisit *BOHEMIÆ* *Zach. Theobaldus.* *Ioach. Camerarius.* *Ioh. Lassitius.* *Am. Comenius.* *Georg. Greenius.* *Iul. Solimannus.*

 Bohe-

(a) Hunc librum Amstelodami 1621. editum e Belgico Gallice vertit *Ioh. Crucius*: teste Theodoro Schrevelio *in Harlemo*, p. 257. (b) Herbornæ 1620. (c) VVitteb. 1611. (d) Lipſ. 1605. (e) VVitteb. 1673.

Bohemiam exorientem, Gentilem, Christianam, piam, bellicosam, regnantem, imperantem, Austriacam. Sic G.B.Pontanus. *Georgius Bertholdus Pontanus* composuit *Bohemiam Piam*, hoc est, *Historiam brevem, pietatem avitam Bohemiæ e miraculis, Ducibus & Regibus, sanctis qvoqve Episcopis, Archiepiscopis, & aliis ostendentem*, libris tribus comprehensam. (a) Boh.Balbinus. In *Bohuslai Balbini*, e Soc. Iesu, *Miscellaneis Historicis Regni Bohemiæ* Decadis I. liber qvartus *Hagiographicus* est. seu *Bohemia Sancta*, continens *Sanctos & Beatos Bohemiæ, Moravie, Silesiæ Lusatiæ, tam eos, qvi publicis fastis, aut ipso immemorabilis temporis decursu in censum Divorum venerunt; qvam eos, qvi licet hoc titulo careant, aut morte ob CHRISTI fidem fortiter tolerata, aut a scriptoribus idoneis virtutum & sanctimoniæ merito commendantur.* (b) Ejusdem Decadis liber V. est *Parochialis & Sacerdotalis*, in duas divisus partes: qvarum prior *Parochias omnes Veteris Bohemiæ, per X. Archidiaconatus recitat:* pars altera, *Sacerdotia, vulgo Capellanias, earumqve fundationes, ex authenticis XIII. Voluminibus Erectionum - - exscriptas, adducit, & Notis Historicis illustrat: Opus* (uti habet Inscriptio) *ad universalem Ecclesiarum Veteris Bohemiæ Notitiam pernecessarium, & erudita curiositate dignissimum: in honorem avitæ Bohemorum Pietatis adornatum.* (c) Liber VI. *Archiepiscopalis* est, in duas partes distributus, qvarum prior, *Literas publicas Summorum Pontificum, Cæsa-*

(a) Francof 1608. (b) Pragæ 1681. Vide *Acta Eruditor. Lips. 1682. m. Dec. p. 400.* (c) Pragæ 1683. Vide *Acta Erudit. Lips. 1685. m. Ian pag. 19.*

Cæsarum, Regum ac Principum, ad Archi-Episcopatum Pragensem, vel ad diœcesin spectantes recitat: posterior *Titulos eorundem Præsulum hæreditarios (S. R. Imp. Principis, Primatis Regni, Legati Nati) tum prærogativas, & privilegia adducit, & explicat: dein successionem singulorum, præcipuas res gestas, at sede per centum & amplius annos vacante, Administratores enumerat, deniqve Humationes & Sepulturas Præsulum consignat.* (a) Non parum qvoqve ad cognoscendam Historiam Ecclesiasticam Bohemicam faciunt scriptores actorum belliqve Hussitici, & hos inter, Iohannis Cochlæi *Historia Hussitica* (b) Ioh. Agricolæ Islebiensis *Historia Hussitica* qvam ex Latino scriptore, qvi omnia præsens intuitus erat, Germanice transtulit. M. Zachariæ Theobaldi junioris *Bellum Hussiticum*, Bohemice. Germanice, & Latine editum. (c) D. Christophori Walpurgeri *Hussus combustus, non convictus.* (d) Ioh. Laurentii Langermanni, πολεμογραφία *Hussitica.* (e) Adami Rechenbergii, *Iohannes Hus Martyr, Historice descriptus.* (f) Samuelis Martini Horzovini *De vita & gestis Hussi & Lutheri*, liber, Pragæ lucem vidit an. CIↃIↃCXVIII. Galli Zalanskii Conciones *de vita Hussi* aliqvoties laudat Bohuslaus Balbinus in *Epitome Rerum Bohemiæ:* uti & Bilejovium *de mutatione religionis in Bohemia.* Doctrina Hussi duobus voluminibus descripta, medio superiori seculo Norimbergæ pro-

Scriptores Actorum & Belli Hussitici.

(a) Pragæ 1684. V. Acta Lips. Erud. d. l. (b) Moguntiæ 1549. (c) Latina versio Francofurti excusa 1621. (d) Geræ 1614. (e) Giessæ 1667. (f) Lips. 1672.

prodiit. (a) *Epistolæ qvæ iam piissimæ & eruditissimæ Iohannis Hus, qvæ solæ satis declarant Papistarum pietates esse Satanæ furias:* (his verbis conceptus est titulus) Wittebergæ sunt excusæ anno CIƆIƆXXX cum præfatione *D. Martini Lutheri*, in qva Theologos monet *ut exemplo Hussi proficiant, nec ad Papistarum Concilia veniant.*

CATALAVNIÆ
Anton. Domenec

XIII. *Antonius Domenec*, Gerundensis Catalaunus, Ord. Dominicani ad D. Catharinæ Barcinonensis, Philosophiæ & Theol. ibidem lector anno CIƆIƆCVI. XXX. Octobris demortuus, reliqvit *Historiam Vniversalem Sanctorum CATALAVNIÆ.* (b)

CHINÆ
Nic. Longobardus.

§. XIV. In Historia sacra CHINÆ, sive SINÆ, legenda: Nicolai Longobardi *de statu rei Chinensis ad Claudium Aqvavivam, Iesuitarum Generalem, Epistola*, anno CIƆIƆXCVIII. scripta: *Nicolai Trigautii*, Duacensis Belgæ, e Soc. Iesu, qvi apud Chinenses obiit anno CIƆIƆCXXVIII. XIV. Novembris (c) *Literæ e regno Sinarum, annorum CIƆIƆCX. - XI.* item *annorum XX. & XXI.* (d) item: *De Christiana apud Sinas suscepta expeditione libri V.*, ex P. Matthæi Riccii memoriis adornati, ad Paulum V. Pont Rom. (e) *Alvari Semedi* Portalegrensis Lusitani, S. I. Philos. Prælectoris, dein Missionarii in Indiam, *Literæ e Sinis an.* CIƆIƆCXXII. - XXIII. Item *Relatio de propagatione Ecclesiæ*

Nic. Trigautius.

Alv. Semedus.

(a) an. 1558 in officina Ioh. Montani, & Vlrici Neuberi: qvo in Opere qvoqve Historica de Ioh. Husso & Hieronymo Pragensi comparent. b) V Vittius in *Diario Biographico.* (c) Val. Andreas in *Bibl. Belg.* p. 697 Alegambe in *Bibl. Ies.* p. 35?. (d) Antverp. 1615 (e Aug. Vind. 1615. Lugd. 1616. & auctiores Colon. 1617. item *Gallice* Paris. 1618.

sia in Regno Sinarum: (a) *Martini Martinii*, Tridentini, Soc. Iesu Missionarii ad Chinenses, anno hujus seculi LXI. VI. Iunii demortui, *Relatio de numero & qualitate Christianorum apud Sinas:* (b) Ejusdem *Sinicæ Historiæ Decades:* (c) Item: *Historica Relatio de ortu & progressu fidei orthodoxæ* [Pontificiæ] *in Regno Chinensi, per Missionarios Societ. Iesu, ab anno* CIϽIϽ. LXXXI. *usque ad annum præsentis ævi* LXIX. *novissime collecta, ex literis eorundem Patrum Soc. Iesu, præcipue* R. P. Ioannis Adami Schall, Coloniensis. (d) Quadamtenus etiam huc facit *Athanasii Kircheri*, Fuldensis, S. I. Herbipolensis, Avenionensis, ac deniqve Mathematum in Collegio Romano Professoris, *China, monumentis qva sacris, qva profanis, nec non variis naturæ & artis spectaculis, aliarumqve rerum memorabilium argumentis illustrata:* Amstelodami an. LXVII. item: *Historia fœminæ cujusdam Chinensis Christianæ:* cujus occasione etiam *de moribus gentis, de stabilimento religionis, de institutis Missionariorum, & de exercitiis pietatis novitiorum ejus regionis Christianorum tractatur.* Liber hic Gallice scriptus, absqve nomine prodiit anno LXXXVIII. Sed

Mart. Martinius.

Ioh. Adam. Schall.

Ath. Kircherus.

(a) Madriti 1641. Vid. Alegambe p. 24. Mortuus est anno 1659. (b) Colon. 1655. (c) Harum prima Monachii prodiit 1658. (d) Primæ editionis hic est *Ioh. Ad. Schall Narratio de initio & progressu missionis S. I. apud Chinenses, ac præsertim in Regia Peqvinensi.* Viennæ 1665. Editio altera Ratisb. excusa 1672. *Schallius* ille, Missionarius ad Sinas, Peqvini, supremi ac Regii Tribunalis Mathematum Præses an. 1666. 15. Aug. obiit. (e) De Kircheri *China* vide *Ephem. Gallic.* Niceschii Tom. 4. p. 95.

auctorem esse *Philippum Coupletium*, e. Soc. I. Basnagius in Novis *Eruditorum Ephemeridibus*, Gallicana lingva scriptis affirmavit: ejusqve summam retulerunt Lipsienses *in Actis Eruditorum, mense Iulio, anni jam* jam laudati.

CVRLANDIÆ
Paul. Einhorn.

§. XV. Ad CVRLANDIÆ Historiam Ecclesiasticam referri meretur, *Pauli Einhorn*, Livoni, Pastoris Mitaviensis, & Superintendentis Curlandiæ, liber Germanicus *de Reformatione Gentis Lettica in Ducatu Curlandia*: item *Historia* ejus *Lettica, de populi hujus origine, moribus, religione, Republica, & aliis.*

DANIÆ
Ioh. Olai Slangendorfius.

§. XVI. *De initiis doctrina, Religionis propagatione, & incrementis in DANIA* scripsit [a] *Iohannes Olai Slangendorfius*, SS. Theol. D. & Prof. in Acad. Hafniensi anno CIↃIↃXCVI. XXVII. Decembris demortuus. [b] *Orationem Theologico-Historicam, de religionis per Lutherum reformata origine & progressu in Germania, & ejusdem in regnis Dania & Norvegia ab anno* CIↃIↃXVII. *ad annum hujus seculi* XVII. *plantatione, irrigatione, propagatione, & conservatione*, edidit [c] *Cunradus Aslacus*, Berga Norvvegus, SS. Theol. in Acad. Hafniensi Prof. primarius an. CIↃIↃCXXIV. VII. Febr. denatus. [d] Huc etiam qvodammodo referas *Laurentii Nicolai*, Norvvegi, Theol. D. Sacerdotis Soc. Iesu in Belgio, Austria, Moravia, Bohemia, anno CIↃIↃCXXII. V. Maji vita functi, *Confessionem Christianam de via Domini, qvam populus Christianus in regnis Dania, Norwegia & Svecia plus annis*

Cunr. Aslacus.

Laur. Nicolai.

(a) Hafn. 1591. (b) Vide Erasmi Vindingii *Academiam Hafniensem* p. 138. (c) Hafniæ 1621. (d) Vindingius d. l. p. 198.

annis IↃC. *confessus est.* Qvod scriptum refutavit *Hermannus Samsonius*, Riga Livonus, Gymnasii patrii Prof. Pastor, & Superintendens per Livoniam Regius. (a) Eidem *Nicolai* tribuitur a nonnullis, qvæ sine auctoris nomine prodiit, *De Reformatione Religionis Christianæ per Ministros Evangelicos introducta Deliberatio, a Studiosis Norvegis proposita Professoribus Academiæ Havniensis die I. Octobris anno* CIↃIↃCII. [b] Nec deniqve hic prætermittendus est *Ælnothus*, monachus Cantuariensis, *de vita & passione S. Canuti, Regis Daniæ*: qvem cum Anonymo *de passione S. Caroli, Comitis Flandriæ ejus filii*, ex codice Bibliothecæ Hafniensis descripsit, edidit, & notas addidit *Iohannes Meursius*. [c]

qvem Herm. Samsonius refutavit.

Ælnothus.

§ XVII. *De primis veteris FRISIÆ Apostolis Diatribam* composuit *Willebrordus Boschaertius*, Bergizomius, Canonicus Regularis Norbertini Ordinis in Tongerloensi cœnobio apud Brabantos, & S. Theol. Professor, (d) Mechliniæ anno CIↃIↃCL. excusam. De iisdem *Syntagma biographicum* pollicitus est *Iohannes Lydius*, Theologus Batavus, in Epistola ad Iohannem Meursium anno CIↃIↃCXV. scripta. (e)

FRISIÆ Willebr. Boschaertius.

§. XVIII. De GALLICANA Historia Ecclesiastica bene meritus est *Franciscus Bosqvetus*, Prætor primum

GALLIÆ Fr. Bosqvetus.

(a) Giessæ ed. 1615. (b) Alegambe *in Bibl. Ies.* p. 299. qvem. seqvitur Placcius *de Anonymis detectis cap. 2. pag. 26.* & procul dubio VVittius in *Biogr. Diario 5. Maji 1622.* (c) Hafniæ 1631. (d Valer. Andreas *in Bibl. Belg.* p 850 ubi eum vocat, *virum accurate doctum & in sacra profanaqve historia justa versatum.* (e Qvam ms allegat Ioh. Mollerus, *Isagog. ad Hist. Chersonesi Cimbr. parte 2. cap. 2. pag. 20.*

mum Narbonensis, post Episcopus Lutevensis, ac demum Monspeliensis, qvi anno CIƆIƆCLXXVI. XXIV. Iunii exstinctus, aliqvot tomis *Historiam Ecclesiasticam Galliæ* edidit Parisiis CIƆIƆCXXXVI. Item: *Carolus le Cointe*, Trecensis, Congregationis Oratorii Presbyter, in *Annalibus Ecclesiasticis Francorum*: qvorum *primus Tomus*, præmisso Apparatu Chronologico, ab anno CCXXXV. incipit; finit anno IƆLXI. *Tomus II.* pertingit ad annum IƆCXXXIII. *Tomus III.* pergit ad annum IƆCLXXX. *Tomus IV.* ad ann. IƆCCXXXVII. *Tomus V.* ad ann. IƆCCLXXI. *Tomus VI.* desinit anno IƆCCCIV. *Tomus VII.* ad annum IƆCCCXXVIII. historiam contexit. *Tomus VIII.* anno IƆCCCXLV. subsistit. Et *Cointius* qvidem, cum ad qvadringentesimam paginam tomum hunc perduxisset, vivis exemtus est Parisiis anno CIƆIƆCLXXXI. Reliqva ex schedis auctoris *Gerbardus Du Bois*, Congregationis item Oratorii Presbyter adjecit, qvi & in præfatione ultimi hujus tomi *Cointii* vitæ curriculum descripsit. (a) Præterea *Casparem a Mornieu*, Consiliarium Regium in curia præsidiali, & præfectura Lugdunensi, *Historiam Ecclesiasticam rerum in tota Gallia præclare gestarum*, meditatum, ex Antonii Grenu, Socii sui, literis intellexit *Petrus Halloix*: qvi id *in Notationibus ad caput XII. vitæ Irenai* memorat. *Veteris Ecclesiæ Gallicanæ Qverelam* epri-

Carolus Cointius.

(a) *Tomus I.* Paris. editus an 1665. *Tom. II.* ann. 1666. *T. III.* an. 1668. *T. IV.* an. 1670. *T. V.* an. 1673. *T. VI.* an. 1676. *T. VII.* an. 1678. *T. VIII.* an. 1683. De *prioribus tribus Tomis* agunt Ephem. Gallicanæ *Nitzschii Tom.* 2. p. 13. & 433. *Tom.* 4. p. 148. de toto autem opere, Lipsienses in *Actis Erudit. m. Iull.* 1685. p. 3 8. *seqq.*

e priscis monumentis Parisiis anno CIↃIↃCIII. edidit
Ioh. Filesacus Theologus Parisiensis. Ludovici Servi- *Ioh. Filesacus.*
ni, Icti Galli anno CIↃIↃCXXVI. demortui, *Vindiciæ se-*
cundum libertatem Ecclesiæ Gallicanæ & Regii Status Gal- *Lud. Servinus.*
lo-Francorum exstant apud Goldastum *Tomo III. Mo-*
narchiæ S. Rom. Imperii. *De Ecclesiæ Gallicanæ juribus*
librum scripsit *Vidus Coqvillius Romanejus*, Noviodu- *Vidus Co-*
no-Gallus, Ictus, & Generalis Provinciæ Procurator, *qvillius.*
qvi octogenario major anno CIↃIↃCIII. v. Maji obiit.
De *libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ* commentatus est
Petrus Pithœus: De *libertate* antiqva & canonica Ec- *Petr. Pithœus.*
clesiæ Gallicanæ *Jacobus Leschasserus*. (a) Sed vere *I. Leschasserus.*
incomparabile opus est *Petri de Marca*, Nobilis Galli
Barensis, Præsidis primum Parlamenti Navarresien- *Petrus de Marca.*
sis, dein Episcopi Cosserani & Tholosani, demum Ar-
chiepiscopi Parisiensis, anno CIↃIↃCLXII. XXIX. Iunii vi-
ta defuncti, (b) qvod *de Concordia Sacerdotii &*
Imperii, sive *de Libertate Ecclesiæ Gallicanæ* inscri-
psit, cujus alteram editionem Parisiensem anni LXIX.
Stephanus Baluzius, Tutelensis, insignibus Addita-
mentis auxit. Iam qvidem prior editio anni LXIII.
seqventi anno die XVII. Novembris in Catalogum da-
mnatorum prohibitorumqve librorum relata erat
Romæ: sed bene observant Auctores Ephemeridum
Gallicanarum anno LXV. (c) *hoc Decretum impedire*

 non

(a) Francofurti 1613. 1621. (b) Vitam ejus scripsit *Baluzius* huic operi præmissam. Et hic in dedicat. *Agobardi* eum vocat *virum magnum, omniumqve seculorum memoria dignum*: item: *Ecclesiæ Gallicanæ jurium ac libertatis propugnatorem & studiosissimum ac fortissimum.* (b) Tom. I. p. 12.

non posse, qvo minus in magno semper, ut antea pretio hic liber habeatur: cum nihil aliud contineat, nisi regulas certissimas, qvæqve optime stare possint, salvis Monarchiæ hujus legibus fundamentalibus. Idem *Marca* Epistolam ad Henricum Valesium scripsit anno LVIII. *de tempore, qvo primum in Galliis suscepta est CHRISTI fides:* qvæ cum Valesii *Euseb.* oedita, adversarium nacta est

Ioh. Launoy. *Iohannem Launoyum*, Constantiensem, Theologum Parisiensem, (a) cujus exstat *Dispunctio* illius *Epistolæ.* Nec minus hic idem scriptor *Lazari & Maximini, Magdalenæ & Marthæ in Provinciam appulsum commentitium esse*, ostendit peculiari tractatu, Parisiis anno LX. edito. (b) Summam ejus affert Zimmermannus in *Analectis miscell. mense ultimo.* Atqve huc etiam pertinent ejusdem Launoyi *Dissertationes III.* qvarum una *Gregorii Turonensis locus de septem Episcoporum adventu in Galliam;* altera, *Sulpitii Severi de primis Galliæ martyribus locus defenditur:* tertia, *qvid de primi Cenomanorum Antistitis epocha sentiendum*, demonstratur. (c) *Gallicanum Martyrologium* Parisiis anno CIϽIϽCXXXVII. editum est cum supple-

And. Sausse. mento *Andreæ Saussagii* (du Saussay) Parisini, ex Ecclesiæ SS. Ægidii & Lupi Pastore, Officialis Parisiensis, Episcopi & Principis Tullensis. Idem libro *de mysticis Galliæ Scriptoribus, qvi prima Ecclesiæ centuria floruе-*

(a) Martinus Schoockius *Fabulæ Hamensis parte 2. cap. 20. pag. 158.* Launoyum vocat, *serium & eruditum veritatis antistitem & vindicem;* ac pag. 155. ait, ejus *scripta uni veritati eruendæ dicata esse.* Elogium Launoyo an. 1678. 10. Martii demortuo scripsit Anonymus: qvo de vide *Acta Eruditorum Lips. anno 1686. mense Iulio* (b) *pag. 342.* (c) Paris. 1651.

ruerunt, adjecit tractatum polemicum de *Apostolatu Gallico S. Dionysii Areopagitæ*. (a) Sic *Vindicatam Ecclesiæ Gallicanæ gloriam de suo Areopagita Dionysio*, Parisiis publicavit anno CIↃIↃCXXXVIII. *Germanus Milletus*. Verum qvid de hujus *Dionysii Areopagitæ* adventu in Galliam, & post Athenienſem, Parisienſi Episcopatu, ſentiendum, pridem oſtendimus *libro de Martyrum Cruciatibus* cap. VII. (b) Sed ut ad *Libertatem Ecclesiæ Gallicanæ* revertamur, anno CIↃIↃCLXXXIV. Leodii prodiit ſcriptum, cujus hic eſt titulus: *Tractatus de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, continens amplam discussionem declarationis factæ ab Illustrissimis Archiepiscopis & Episcopis Parisiis mandato regio congregatis anno* LXXXII. auctore M C.S. Th D. cujus ſummam exhibent *Lipsienses Eruditi* an. LXXXVI. (c). Ceterum ſuperioris ſeculi an. LXX. editi ſunt *Rerum in Gallia ob religionem geſtarum libri tres*, Regibus Henrico II. Franciſco II. & Carolo IX. hiſtoriam ab anno CIↃIↃLVII ad LXI. pertexentes. His anno ſeqventi ſucceſſerunt *Secundæ partis Commentariorum de statu Religionis & Reip. in Regno Galliæ libri tres*, Carolo IX. Rege: qvibus continuatur præcedens hiſtoria libro IV. V. & VI. nec non *Tertiæ partis Commentariorum libri VII. VIII. & IX* ad tertii usqve belli Civilis Gallici finem, poſtremo Pacis edicto concluſum, Carolo IX. Rege: eodem anno LXXI. editi: ac demum, *Quartæ partis Commentariorum libri X. XI. XII.* Carolo IX. Rege, usqve ad illius obitum: impreſſi anno LXXV.

Anon. de rebus in Gallia ob relig. gestis.

(a) Pariſ. 1639. (b) c. 6 *ſeqq. pag* 64 *ſeqq.* Confer *Acta Eruditorum Lipſ. an.* 1682. *pag.* 330. & *Supplementor. Tom. I. sect.* 7. p. 383. (c) *in Actis m. Majo an.* 1686. *pag* 231. *ſeqq.*

LXXV. Ejusdem libri alia editio prodiit anno LXXVII. qvæ *priorum trium qvarta*; *posterioris* autem, sive *qvartæ*, *secunda* dicitur: addita *parte V.* qvæ libris tribus, annorum LXXIV. & duorum seqventium Historiam sub Henrico III. Rege complectitur, impressa an. CIↃIↃLXXX. Hos libros qvidam *Francisco Hotomanno* Icto tribuunt: sed Andreas du Chesne in *Bibliotheca Gallica Scriptorum ad Historiam & Topographiam Galliæ pertinentium parte I. cap. X.* eos *Iohanni Serrano* adscribit: qvem seqvitur Vincentius Placcius *de Anonymis detectis cap. V.* cui & hanc de gemina horum librorum editione notitiam debemus. Porro Francofurti anno CIↃIↃLXXXVI. excusa sunt *de postremis motibus Galliæ utriusqve partis scripta scitu dignissima*, ex Gallico Latine versa: in qvibus ad res Ecclesiasticas inprimis pertinent: I. *Summa secreti cujusdam consilii habiti inter Papam & viros qvosdam, qvibus maxime fidebat, reperta inter schedas Advocati Davidis ann.* CIↃIↃLXXVI. V. *Declaratio Regis Navarræ, qva crimen hæresis & schismatis a Confœderatis sibi objectum diluit.* VII. *Edictum Henrici III. Regis de revocatione Edictorum Pacificationis, & reunione subditorum suorum in sinum Ecclesiæ Romanæ.* X. *Declaratio Regis Galliæ ad edictum promulgatum de revocandis subditis suis ad unitatem Ecclesiæ Romanæ.* XI. *Sixti V. Papæ excommunicatio contra Regem Navarræ, & Principem Condæum, cum ejusdem excommunicationis censura.* XII. *Responsio Regis Navarræ & Principis Condæi ad eam, Romæ publice affixa.* XVII. *Consilium Regibus Galliæ*

De Auctore horum librorum.

Auctor de motibus Galliæ.

Galliæ & Navarræ datum ad sopienda schismata, per *Ananiam de Jetancourt*. Qvi huic collectioni præfationem præscripsit, sub initialibus literis T. B. A. latere voluit. Sic anno XCI. itidem Francofurti est impressum *Pium Consilium super Papæ Sfondrati, dicti Gregorii XIV. monitorialibus, ut vocant, Bullis, & Excommunicationis, atqve Interdicti in Galliæ Regem, Ecclesiam & Regnum minis, e Francorum majorum nostrorum exemplis in rebus iisdem repetitum a Tussano Bercheto, Lingonensi e Gallico in Latinum sermonem converso*. Qvod autem religio Reformata in Galliæ regno sæpe gravibus persecutionibus obnoxia, multiqve adeo supplicio fuere affecti, aut alias misere afflicti, id movit nonneminem *Martyrologium Gallicum* componere, qvod ab anno CIƆIƆXXIII. incipit, & continuatur ad annum CIƆIƆLXIX. Hoc scriptum in compendium est redactum, ac anno præsentis seculi LXXXIV. Amstelodami Gallice editum, *cum considerationibus & rationibus necessariis; qvibus demonstratur, qvomodo illorum exempla imitari debeant, qvi nunc persecutionem patiuntur*. Licet autem *Jacobus Severtus*, Theologus Sorbonicus Operi illi Martyrologico *Anti-Martyrologium* opposuerit, Lugduni anno CIƆIƆCXXII editum, admonitusqve de eo fuerit Compendii hujus auctor; tam miserum tamen & ineptum id scriptum esse statuit, ut refutationem neutiqvam mereatur. (a) Partem etiam historiæ Ecclesiasticæ Gallicanæ recentioris non contemnendam

De Martyrologio Gallico

in compendium redacto.

(a) Vide *Acta Erudit. Lips. 1684. m. Martio p. 109.*

facit nobilis illa inter Regem & Pontifices Romanos de REGALIIS controversia. *Regalia* autem olim erant *jura Principis in terras Ecclesiasticorum, qvorum vigore poterant ipsarum nomine eadem omnia exigere, qvæ antea debebantur, cum seculari adhuc potestati subessent.* Successu temporis commutatum adjectivum plurale in substantivum singulare, & coarctata vox est ad significandum jus illud, *qvo vacante sede Princeps* utitur. Atqve id hodie duabus partibus constat: *Nominatione novi Episcopi, qvæ in locum electionis successit*: & *Collatione beneficiorum simplicium*, ut vulgo audiunt, *sine cura, redituumqve Episcopalium perceptione, qvamdiu vacaverit sedes.* Iam contendit Rex Galliæ, Regaliam sibi jure majestatico competere, nec exspectandam eo nomine esse Romanæ Sedis indulgentiam: contra Pontifex disputat, Regibus aliisqve Principibus hoc jus ex munificentia Ecclesiæ deberi, omnesqve adeo Ecclesias, in qvibus nominatim nihil istorum jurium Regi cessum sit, ab ejusmodi onere liberas intelligi. De hac igitur controversia, magno cum fervore a partibus Regis, cujus in hac causa *Declaratio* an. LXXIII. emissa, nec sine persecutione adversantium, agitata, legenda: *Hieronymi a Costa* (fictitium nomen est) Iur. D. & Protonot. Apostolici *Historia de origine & progressu Redituum Ecclesiasticorum: in qva ex veteri & novo jure tractatur, qvidqvid pertinet ad materiam Beneficiorum, Regalium, Investiturarum, Nominationum, & aliorum jurium, qvæ Principibus attribuuntur*: Francof. anno

Controversia de Regaliis.

Scriptores de Regaliis.

Hier: a Costa.

anno CIↃIↃCLXXXIV. cujus potiora capita nobis repræsentarunt Lipsienses in *Actis Eruditorum anno* LXXXIV. *mense Novembri.* Anonymi *Tractatus de Regalia*, qvo Regium jus oppugnat: Colon. an. LXXX. Anonymus. Gvilielmi Burneti *Historia Iurium Principis*, *circa beneficia Ecclesiastica*, & *territoria Ecclesiæ*, Anglice qvidem scripta, ac Londini edita an. LXXXII. sed in compendium redacta in *Actis Lipsiensibus.* (a) 66. Burnetus. Matthæi Larroqvii *Tractatus novus de Regalia*, post obitum Auctoris, Roterodami editus an. LXXXV. cujus summam itidem exhibent Lipsienses. (b) Matth. Larroqvius. Francisci Pictonis *Tractatus de Afflictione Ecclesiæ*, & *rigore, qvo Episcopi, Presbyteri, Religiosi & Religiosæ, aliiqve pii in hoc regno, qui aulica consilia, & doctrinam Iesuitarum non probant, tractantur.* Coloniæ anno LXXXV II. qvo de libro iterum agunt laudatissimi Lipsienses. (c) Franc. Picton. *Cælestini Sfondrati*, Mediolanensis, S. Rom. Imp. Principis, & Abbatis S. Galli, *Gallia Vindicata, in qua testimoniis exemplisqve Gallicanæ præsertim Ecclesiæ, quæ pro Regalia & quatuor propositionibus a Ludovico Maimburgo aliisqve producta sunt, refutantur*, edita anno CIↃIↃCLXXXVIII. qvem librum in *Supplementis* excusserunt Lipsienses *Tom. I. Sect. III.* (d) Cæl. Sfondratus. Atqve idem *Sfondratus* Auctor est *Regalis Sacerdotii Romano Pontifici asserti sub Eugenii Lombardi* nomine editi. (e) Francisci Pinssonii, veterani in Fr. Pinssonius.

Hhh 2 Par-

(a) *An.* 1683. *m. Decembr. p.* 548.-555. (b) *dicto anno & mense p.* 556. *seqq.* (c) *an.* 1689. *m. Maio p.* 264.-269. (d) pag. 118. seqq (e) anno 1684. Vide *Acta Erud. Lips. m. Aug.* 1685. pag. 376.-384.

Parlamento Parisiensi Advocati, *Tractatus singularis de Regalibus, sive de juribus Regis circa beneficia Ecclesiastica.* Item: *Collatio super Edictis Regiis Contrasignaturæ* (Contrôle) *& Insinuationum Ecclesiasticarum causa ante hac publicatis. Accesserunt plurimæ aliæ Instructiones de materia beneficiaria:* Paris. an. -LXXXVIII. cujus libri Gallicani summam itidem *Actis Lipsiensibus* debemus *Supplem. Tom. I. Sect. XI.*

Ioh. Adam. Osiander. (a) *Ioh. Adami Osiandri*, Theologi Tubingensis, *Dissertatio de Iure Regaliæ*: *M. Ioh. Ernesti Gerhardi*, *Ioh. Ern. Gerhardus.* Ioh. Ernesti filii, Iohannis nepotis, *Ius Tertii in causa Regaliæ inter Galliæ Regem & Pontificem Romanum disceptatæ, Dissertatione Ecclesiastica evolutum:* Jenæ an. -XCI. At enim uti hæc de *Regaliis* antiqvior est controversia, ita nova *de Iure Asyli*, (b) qvo Regis Galliæ legati (perinde at aliorum Magnatum) palatium Romæ fruebatur, ab Innocentio XI. sublato, cum hoc Pontifice Ludovicum XIV. commisit. *Scriptores de Iure Franchitiarum Romæ.* In hac Pontificis causam egerunt, Auctor *libelli Italici, qui Pontificis bullam contra Marchionis Lavardini Apologiam defendit*: *Anon. Italus.* & alius, qvi Gallico sermone *Talonii* Regii Advocati *Declamationem* confutavit: *Anon. alius.* item paulo ante laudatus *Cælestinus Sfondratus*, S. Galli Abbas, in *Legatione Marchionis Lavardini Romam, ejusqve cum Romano Pontifice Innocentio XI. dissidio: ubi agitur de jure, origine, progressu & abusu Quartariorum, Franchitiarum, seu Asyli, & refutantur rationes a Lavardini Advocato productæ:* anno -LXXXVIII. *Cæl. Sfondratus.*

(a) Con-

(a) pag. 570.-574. (b) Von der Quartier-Freyheit.

(a) Contra pro Rege decertat Auctor *de jure Asyli, sive Franchitiarum in regione urbis Romanæ, in qva legati Gallici diversantur, & de nullitate Excommunicationis à Pontifice in Marchionem Lavardinum vibratæ. Accedit Consideratio canonis XII. Lugdun. Concilii II. de jure Regaliæ:* Amstelodami dicto anno. Agmen in Notitia Historiæ Ecclesiasticæ Gallicanæ claudent Scriptores, qvi de vehementissima Reformatorum Persecutione nupera egerunt. Huc enim referri merentur, Gvilielmi Burneti *Animadversiones in Acta nuperorum Comitiorum Generalium Cleri Gallicani, sive Examen Commonefactionis pastoralis, & methodorum, qvas Clerus proposuit.* Qvod opus ex Anglico Gallice *a Domino de Rosemond* versum, Londini excusum est anno LXXXIII. (b) *Ioh. Claudii Considerationes ad Epistolam Circularem Cleri Gallicani anno* LXXXII. *congregati:* Hagæ dicto anno editæ. (c) Anonymi *Gallia tota Catholica, sub regno Ludovici Magni: sive Colloqvia Protestantium Gallorum, qvi sectam suam impiam & regno perniciosam deprehendentes, laudando consilio interitum ejus maturare decernunt. Accedit Apologia Ecclesiæ Romanæ adversus Satyram, cui titulus,* Parallelismus Papismi & Calvinismi, *omnesqve alios a Protestantibus editos libellos:* Tomi tres. Lugduni an. CIↃIↃCLXXXIV. (d) *Acta Congregationis Generalis Cleri Gallicani in causa Religionis anno*

Anonymus.

Scriptores de nupera Reformatorū persecutione in Gallia.

G. Burnetus.

Ioh. Claudius.

Anonym. aliqvot.

(a) Vide *Acta Eruditor. Lips. m. Majo 1689. p. 278-286.* (b) Vide eadem *Acta Erud. 1683. m. Majo* p. 210. seqq. (c) Adi *Acta Lips. 1689. m. Iun.* p. 255. (d) Vid. ead. *Acta 1685. m. Mart. p. 132. seqq.* & April. p. 157. seqq.

mo LXXXV. cum considerationibus M. D. S. B. (a) *Literæ Protestantium Gallicæ Nationis, qui omnia ob caussam Evangelii reliquerunt, ad omnes alios Protestantes Evangelicos, fratres in IESV CHRISTO.* Item *Epistolæ ad Reges, Electores, Principes & Magistratus Protestantes:* anno CIↃIↃCLXXXVI. (b) Anonymi *Admonitio ex charitate profecta, ad illos, e quibus quondam Pictonum Ecclesia constabant, quique nunc sub oppressione gemunt.* (c) Anonymi *Historia & Apologia Recessus Pastorum propter Persecutionem Gallicam.* Iudicium *integrum de abitu Pastorum ex Gallia, sive Examen libri, cui titulus:* Historia & Apologia R. P. P. P. G. Daventriæ CIↃIↃCLXXXVIII. (d) *Iob. Dartisii,* Ministri Ecclesiæ Gallicæ Berolinensis, *Defensio Apologiæ pro Pastoribus Gallis, adversus librum, cui titulus:* Iudicium integrum &c. Francof. dicto anno. (e) Eodem item anno Amstelodami prodiit *Edicti Nannetensis irrevocabilitas, ex principiis juris & politicis demonstrata,* per C. A. Legum D. & Gallicæ Nationis Iudicem. (f) Seqventi autem anno ibidem excusa est *Demonstratio, quod intersit Galliæ, ut Edictum Nannetense redintegretur.* (g) Caroli Ancillonii *Historia Receptionis Gallorum exulum in ditionem Serenissimi Electoris Brandeburgici:* Berolini laudato an. (h)

Iob. Dartis. — *Car. Ancillonius.*

GERMANIÆ

§. XIX. *De Ecclesiarum* GERMANICARVM *Ori-*

(a) Vid. *Acta Erud. Lips.* 1686 *m. Mart. p.* 140. *seqq.* (b) Vid. ead. *Acta d. anno m. Majo p.* 271. *seqq.* (c *Acta Lips.* 1687. *m. Majo. p.* 268. (d) *Acta Lips.* 1689. *m. Iun p.* 324. (e) Ibid. p. 329. (f) Ibid. *p.* 260. *seqq* (g) Eadem *Acta* 1690. *m. Mart.* p. 127 (h) Vide eadem *Acta Eruditor. Lips.* 1691. *m. Martio pag.* 120. *seqq.*

Origine & Progressu, ab adscensione Domini, usque ad Carolum M. Compendium Historicum cum appendicibus variarum quarundam Lectionum & Observationum conscripsit *Joh. Henricus Ursinus*, Norimbergæ editum anno CIↃIↃCLXIV. *De Libertate Ecclesiarum Germaniæ* limatissimum Opus *libris VII.* composuit summus ICtus, *Johannes Schilterus*: qvod Ienæ excusum anno LXXXIII. (a) *Historiam Ecclesiasticam de mutatione religionis in Germania per Lutherum*, edidit *Paulus Iani Coldingius*, Coldinga-Danus. Ioh. Henr. Hottingeri Dissertatio, *de Necessitate Reformationis, superiori seculo*, prima est in *Analectis* ejus *Historico-Theologicis* anno LII. editis. *Historiam & Necessitatem Reformationis Evangelicæ per B. Lutherum institutæ, ex scriptis Dn. Georgii Principis Anhaltini, dilucide exposuit, & valide asseruit, nec non gravissimis insignium in Gallia virorum testimoniis* munivit *Elias Vejelius*, D. Vlmensium Superintendens optime meritus: Vlmæ anno CIↃIↃCXCII. Ceterum, ut alia hujus generis scripta taceam, alibi forte majori cum studio enarranda, qvia in plerisqve Ecclesiis Germanicis Reformationis Historiam, incredibili cum cura, ac vere stupenda industria, accuratissimoqve judicio scripsit *Dn. Vitus Ludovicus a Seckendorf*, cujus memoria sit in benedictione; æqvum est, ut hoc opus æstimemus, ejusqve lectionem Studiosæ juventuti sollicite commendemus. Ipse hujus voluminis summam epistola singulari complexus est, qvæ in *Actis Eruditorum Lipsiensium* initio mensis Augusti anno CIↃ-

Ioh. Henr. Vrsinus.

Ioh. Schilterus.

P. Iani Coldingius.

I. H. Hottingerus.

El. Vejelius.

(a) Vide *Acta Erudit. Lips.* 1683. *m. Apr. p.* 129 *seqq.*

CIↃIↃCXC. (a) comparet. Hujus extrema placet repetere. *Si qvid commodi ad Ecclesias nostras in veritate confirmandas, aut adversarias ad eandem convertendas, vel saltem ad æqviorem erga nos animum piusque sincerum studium induendum, conferre labor hic meus possit, id omne Deo Opt. Max acceptum fero, illiusqve benignitati gratias ago, qui mihi ad opus difficile & ingens, ad hanc usqve metam perducendum vires, inter tot senectutis & valetudinis incommoda, largitus est. Excitet is alios, qui me ingenio, eruditione, judicio, atqve facundia superent, ut ista vel augeant, vel emendent, vel etiam qvæ ego, fessus annis & morbo fractus, omittere cogor, eadem fide, majori vero cum industria & ornatu, proseqvantur & perficiant.* Qvid inprimis Ferdinandus II. Cæsar Bonorum Ecclesiasticorum per Germaniam repetitione molitus sit, ac multis in locis perfecerit, patet ex *Caroli Carafæ*, Episcopi Aversani, *Commentariis de Germania Sacra restaurata, & ad annum XLI. continuata, sub Pontificibus Gregorio XV. & Vrbano VIII. regnantibus Ferdinando II. & III. Imperatoribus.* Accesserunt *Decreta, Diplomata & Privilegia aliqva ex multis, qvæ in favorem Religionis Catholicæ & Catholicorum in Germania emanarunt ab anno* CIↃIↃCXX. *usqve ad annum* XXIX. *ex Cancellaria Aulica Imperii, nec non ex Cancellariis Regni Vngariæ, Regni Bohemiæ, Archiducatus Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & aliarum provinciarum, qvæ sunt hæreditariæ Domus Austriacæ, & ex Cancellaria Cameræ Aulicæ.* (b)

Carolus Carafa.

§. XX.

(a) pag. 345. - 357. (b) Francof. 1641.

§. XX. In Historia Ecclesiæ GRÆCÆ qvia complures elaborarunt, eosdem secundum ordinem Alphabeticum enumerabimus: qvibus aliqvos simul intexemus, qvi generatim de Ecclesiis in Oriente variis fuere solliciti. LEO ALLATIVS, Græcus, ex Chio oriundus, Custos demum Bibliothecæ Vaticanæ, scripsit *de libris & rebus Ecclesiasticis Græcorum Dissertationes & Observationes varias.* Harum *I. Divinorum officiorum potiores & usitatiores libri percensentur:* altera *Triodium, Pentecostarium, & Paracletice examinantur:* (a) item: *Bibliothecam de Scriptoribus Græcis, prophanis & Ecclesiasticis:* Item: *De Mensura Temporum antiqvorum, & præcipue Græcorum:* (b) item: *De Ecclesiæ Occidentalis atqve Orientalis perpetua consensione libros tres.* Ejusdem exstant *Dissertationes de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum, & de Missa Præsanctificatorum:* *una cum* Bartoldi Nihusii *ad hanc annotationibus de Communione Orientalium sub unica specie.* (c) Edidit etiam *Epistolam de qvorundam Græcorum opinationibus:* ut alia ejus scripta hoc in genere præteream: de qvibus tamen observari meretur, qvod, dum Allatius Græcæ Ecclesiæ consensum cum Pontificia in omnibus ostendere conatur, nimium erga hanc affectum prodiderit, adeoqve nostratium æqve ac Reformatorum (d) censuram meruerit.

GRÆCÆ.

Leo Allatius.

(a) Paris. 1646. (b) Colon. 1645. Vide Vossium *de Scientiis Mathemat. cap. 41. pag. 338.* (c) Colon. 1648. (d) Vide Hottingeri *Bibliothecarium lib. 3. cap 5. pag. 426.* & singularem ejus librum, qvi inscribitur: *Leo Allatius nimiæ temeritatis convictus:* Fhelavium in *Annotat. ad Angelum cap. 14. pag. 168.* & alibi.

Christophorus Angelus.

CHRISTOPHORVS ANGELVS, Græcus, Peloponeso oriundus, vir eruditus, probus, piusqve, qvi ob religionem Christianam plurima a Turcis perpessus, patriæ tandem valedicere coactus, in Angliam anno CIↃIↃCVIII. venit, ac in Cantabrigiensi Academia substitit, (a) *Enchiridion de Statu hodiernorum Græcorum* Græce scripsit: qvod *Georgius Fhelavius*, Ecclesiastes Dantiscanus in templo Parochiali, Latine vertit, & cum *annotatis, qvibus & Græcorum & Moscovitarum Religio, vita, mores, & reliqva, clarius proponuntur, & dilucide explicantur*, Francofurti anno LV. edidit. Postea autem *Fhelavius* ipsum Angeli Enchiridion Græce, cum versione Latina e regione posita, ac annotationibus multo qvam ante hac locupletioribus adornatum Lipsiæ fecit excudi.

a Georg. Fhelavio editus.

Anonymus.

(b) ANONYMI *Instructio super ritibus Græcorum*, Latine: *ac Literæ qvædam Apostolicæ* (Papales) *ad ipsos Græcos, & eorum ritus pertinentes*, Latine: *nec non Forma Professionis fidei a Græcis ad Rom. Ecclesiam venientibus facienda*, Græce & Latine, Romæ prodierunt anno CIↃIↃXCVII.

Anonymus Historiæ Criticæ auctor.

ANONYMI *Historia Critica de Religione & ritibus populorum Orientalium*, edita est a *Domino de Moni*. Francof CIↃIↃCLXXXIV. Collectores Actorum Eruditorũ Lips. conjiciunt, auctorem libri esse *P. Richardum Simonem, ex Historia Critica Bibliorum* notissimum. (c) Iidem afferunt syllabum capitum hujus libri, qvem & nos repetemus. Cap. I. *de religione & ritibus Græcorum*

(a) Fhelavius in dedicat. *Enchiridii* Angeli. De suis tribulationibus ipse *Angelus* libellum scripsit, qvem citat in *præf. Enchiridii*. (b) Annus impressionis in titulo est omissus. (c) m. Nov. 1684. p. 490.

Græcorum hodiernorum. II. asseritur, *a Græcis Transsubstantiationis dogma recipi.* III. ostenditur, *quomodo Græci Sacramentum Eucharistiæ adorent.* IV. tractat *de religione Melchitarum.* V & VI. *de Georgianis,* sive *Iberis, Colchis, & Mengrelis.* VII. *de Nestorianis.* VIII. *de Indis, sive Christianis S. Thomæ vulgo dictis.* IX. *de Iacobitis.* X. *de Copvitis.* XI. *de Abyssinis & Æthiopibus.* XII. *de Armeniis.* XIII. & XIV. *de Mahometanis.* Adjectæ sunt in fine *Notitiæ Ecclesiarum sub Patriarcha Constantinopolitano:* una, qvam *Leo Allatius;* altera, qvam *Thomas Smithus* Anglus edidit: dein & *Ecclesiarum Armeniæ sub Patriarcha Egmiathino,* dictata Amstelodami ab *Vscamo,* Episcopo Armeno. PETRUS ARCUDIUS Corcyræus, (a) *de Concordia Occidentalis atqve Orientalis Ecclesiæ in septem Sacramentorum administratione:* Parisiis anno CIↃIↃCXXVI. Ejusdem *Versio ac Notæ ad varia Opuscula Græca de Processu Spiritus S.* Romæ an. -XXX. IOH. IACOBI BEURERI *Angariæ Turcicæ hodiernæ Ecclesiæ Græcæ:* Friburgi an. CIↃIↃXCV. ABRAH. CALOVII & IOH. MEISNERI, Theologorum Wittebergensium *Dissertationes Panegyricæ, de Græcorum fide, ac religione moderna,* in solenni promotione qvatuor Doctorum Theol. Wittebergæ anno -LVIII. XXVIII. Nov. habitæ. (b) DAVIDIS CHYTRÆI, *Oratio de statu Ecclesiarum hoc tempore in Austria, Græcia, Asia,* Ægypto,

P. Arcudius.

Ioh. Iac. Beurerus.

Abr. Calovius & Ioh. Meisnerus.

Dav. Chytræus.

(a) De hoc *Arcudio* ejusqve scriptis videantur Nicius Erythræus *Pinacoth. I. pag.* 225. & Leo Allatius in *Apibus Urbanis p.* 216. & *de Eccles. Occidental. & Oriental. Consens. l. 3. c. 7. p. 998. s.*

(b) Wittteb. sunt excusæ an. 1663.

Ægypto, Vngaria, Bohemia, & aliis regionibus, Rostochii habita, cum post reditum ex Austria ad Chronici prælectionem reverteretur anno CIƆIƆLXIX. XVIII Octobris. (a) Idem varias *Epistolas de rebus Constantinopolitanis* edidit: item; *Confessionem fidei a Gennadio Patriarcha, Mahometi II. Imp. Turcico exhibitam*: item, *Epistolam Constantinopolitanæ Ecclesiæ ad Bohemos*.

Metrophanes Critopulus. METROPHANIS CRITOPVLI, Hieromonachi, & Patriarchalis Constantinopolitani Protosyngeli, *Confessio Ecclesiæ Orientalis*, Græce, cum Latina versione *Iohannis Horneji*, Græcæ L. in Academia Helmst. Prof. an. LXI.

Mart. Crusii. MARTINI CRVSII, in Acad. Tubing. Græc. & Lat. Ling. Prof. *Turco-Græciæ libri VIII.* utraqve lingua editi, *qvibus Græcorum status sub Imperio Turcico, in Politia & Ecclesia, Oeconomia, & Scholis, jam inde ab amissa Constantinopoli, ad hæc usqve tempora luculenter describitur*: Basileæ anno CIƆIƆLXXXIV.

Phil. Cyprius PHILIPPI CYPRII, Protonotarii Constantinopolitani *Chronicon Ecclesiæ Græcæ*, sive potius *Catalogus Patriarcharum Constantinopolitanorum*, cum ms. in manus *Nicolai Blancardi*, in Franeqverana Acad. Iuris & Historiar. Prof. manus incidisset, Latine vertit, & una cum *Christophori Angeli* de *statu hodiernorum Græcorum* versione Fhelaviana edidit Franeqveræ anno LXXVIII. Sed cum id Chronicon jejunum valde, nec ab erroribus immune deprehendisset *Henricus Hilarius*, Scholæ Cellerfeldensis, dum

a Nic. Blancardo & Henr. Hilario editus.

(a) Edita est inter *Orationes* Chytræi Hanov. 1614. pag. 384. seqq. cum antea separatim prodiisset Gorlicii 1575. VVitteb. 1580. Francof. 1583.

dum viveret, Rector, diligenti illud studio recensuit, lapsus Auctoris emendavit, Historiamqve Patriarcharum pleniorem ac locupletiorem exhibuit: id qvod ita præstitit, ut & veram Patriarcharum Constantinop. seriem ab initio nascentis Ecclesiæ, usqve ad hæc fere tempora, qvantum fieri potuit, proposuerit, & plerumqve acta eorum ex Scriptoribus aliis eruta enarraverit, præcipuam vero industriam in describenda accuratius Ecclesiæ Græcæ sub Turcico jugo facie adhibuerit. Adjecta Operi Appendix haut pauca habet Historiæ Patriarchicæ inservientia, qvæ in ipsa tractatione proferri commode non potuere: epistolas inprimis doctorum virorum, qvas inter duæ etiam a *Ieremia* qvodam, & *Athanasio* ad *D. Iob. Olearium*, Theol. Lipf. Græco idiomate exaratæ comparent: nec non *Notitia Episcopatuum per Orientem*, qvæ Imp. Andronicum Palæologum seniorem auctorem habuisse creditur. Ita ergo Chronicon illud auctius multo & illustrius prodiit Lipsiæ anno LXXXVII. (a) CYRILLUS LUCARIS, *Cyrillus Lucaris.* Cretensis, Patriarcha Alexandrinus, & tandem Constantinopolitanus, cathedra hac dejectus, & in insulam Rhodum relegatus, a factione tamen sua adjutus, ad Patriarchatum reversus, sed mox iterum dejectus, tandem anno CIƆIƆCXXXVIII. laqveo strangulatus est. (b) Hic de *Statu Græcarum Ecclesiarum* pro-

 lixam

(a) Vide *Act. Erudit. Lipf. Tom. I. Suppl. sect 7. pag 391. seqq.* Hilarius obiit 1686. (b) Videatur Hottingeri *Appendix Diss. 8. in Anal. Historico-Theologicis*: qvæ agit de Cyrilli hujus *Confessione, vita, scriptis & martyrio*: item Thomæ Smith *brevis & succincta Narratio de vita, studiis, gestis & martyrio D. Cyrilli Lucarii, Patriarchæ Constantinop.* in Ejus *Miscellaneis*.

lixam scripsit Epistolam ad Iohannem Vtenbogardum, Theol. Reformatum in Belgio, anno CIↃIↃCXIII. qvæ habetur in *Volumine præstantium virorum Ecclesiasticarum & Theologicarum*, Amstelodami an. -LX edito. Idem Cyrillus anno CIↃIↃCXXIX. confecit *Confessionem Fidei*, qvæ aliqvoties Græce & Latine edita, (a) & ab Hottingero in *Analectis Historico-Theologicis* Scripturæ & Patrum testimoniis vestita; sed ab ipsis Græcis gemina Synodo reprobata fuit, ac damnata: altera sub *Cyrillo Berrhoensi*, Constantinopolitano Patriarcha, prioris Cyrilli successore, anno -XXXIX. habita; altera vero sub *Parthenio*, itidem Patriarcha Constantinopolitano: qvæ utraqve multis Patriarcharum, Episcoporum & Sacerdotum subsignationibus roborata prodiit (b) Ejusdem Confessionis ab Anonymo qvodam lingva Græca vulgari facta *Confutatio* Romæ excusa est anno -XXXII.

Gab. Seberus. GABRIELIS SEVERI, Philadelphiensis Metropolitæ (hic Pontificia Theologia superiori seculo imbutus est Patavii) (c) Opuscula *de Fide Ecclesiæ Orientalis*.

Jac. Goar. IACOBI GOAR, Ordinis Prædicatorum Theol. Lectoris, Ευχολόγιον, *Græcorum*, sive *Rituale orantium* e mss. editum, ac Notis illustratum, Græce & Latine: Paris an. CIↃIↃCXLVIII. De hoc libro ita Gisbertus Voetius, *Polit. Eccles. parte I. lib. II. tract.*

(a) Genevæ 1620. 1633. (b) Græce & Lat. an 1645. Confer. Fhelavii Annotat. ad præfat. *Enchiridii* Angeli, lit. D. E & seqq ubi contra Hottingerum Cyrilli Confessionem defendentem disputat. (c) Act. Lips. 1684. p. 490. ex Auctore *Hist. Critica* & an. 1687. p. 93. Sæpius etiam hujus Gabrielis meminit Crusius in *Turco-Græcia*: Vide pag. 207. 525. seq. 533. 535.

tract. I. cap. I. Euchologium, *Rituale Græcorum, complectens ritus & ordines divinæ Liturgiæ, Officiorum, Sacramentorum, Consecrationum, Benedictionum, Funerum, Orationum &c. Græce & Latine editum Parisiis an. ∞ XLVII. a Iacobo Goar, Ord. Prædicatorum, cum Observationibus seu Commentariis, quibus Rituales Græcorum exponuntur, ex antiqvis & recentioribus ibi citatis, inprimis ex Simeonis Episcopi Thessalonicensis Sacramentario. Hic liber vicem multorum scriptorum ritualium & liturgicorum præstare posset, & ad Historicam cognitionem præsentis Græcorum cultus in publicis Ecclesiis manuducere. Deprehendet hoc, cui editoris præfationem & commentaria legere vacabit.* (a) In PETRI HABERKORNII, Theologi Hasso-Giessensis *Apologia Anti-Foreri* habentur etiam sex Disputationes *de Græcorum & Orientalium Ecclesia:* nempe XXI. & qvinqve seqventes. ISAACI HABERTI, Ἀρχιερατικόν, sive *Liber Pontificialis Ecclesiæ Græcæ ex probatis Auctoribus collectus, & Notis illustratus:* Parisiis editus an. CIↃIↃCXLIII. IOH. HENRICI HOTTINGERI, *Bibliotheca Orientalis: Historia Orientalis:* Ἀρχαιολογία *Orientalis:* in qvibus tamen magis de *Muhamedismo*, ejusqve sectis, qvam de Græcis agit. IOH. IACOBI HVLDRICI *Disqvisitio Theologica & Historica de Religione Ecclesiarum Græcanicarum, tum veteri, tum hodierna*, Tiguri prodiit anno CIↃIↃCXXI. MICHAELIS NAV, e Soc. Iesu Presbyteri. *Ecclesiæ Romanæ Græcæqve vera effigies, ex variis tum recenti*

P. Haberkornius.

Is. Habertus.

I. H. Hottingerus.

Ioh. Iac. Huldricus.

(a) Vide plura de eo in Fhelavii *Annotat. ad præfat. Angeli lit. A. B.*

stibus, tum antiqvis monumentis singulari fide expressa, Romanis Græcisqve exhibita, qvo intelligant admirabilem utriusqve consensionem, & in tanta matrum concordia nefas esse pugnare, & odisse inter sese ingenti damno liberos. Accessit *Religio Christiana contra Alcoranum, per Alcoranum pacifice desensa ac probata:* Paris. an. CIƆIƆCLXXX. CHRISTOPHORI PELARGI *Enchiridion Hymnorum & Precationum, qvas Christiani Græci hodie inter Barbaros recitant:* Francof. ad Oderam an. CIƆIƆXCIV. ANTONIVS POSSEVINVS, *de Statu Ecclesiarum hodie in Græcia, Asia, Africa, Hungaria, Bohemia, contra Davidem Chytræum.* PAVLI RYKAVT, Eqvitis Angli *Historiam Status præsentis Ecclesiarum Græcæ & Armenicæ* (qvalis nempe fuit anno CIƆIƆCLXXVII.) ex Anglico Gallice vertit *Rosemundus*, e Gallia in Angliam profugus. Prodiit Medioburgi in Zeelandia anno -XCII. Summam hujus libri exhibent Lipsienses in *Actis Eruditorum* hoc ipso *anno -XCIII. mense Ianuario.* (a) THOMAS SMITH, Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter anno CIƆIƆCLXXVIII. Londini Epistolam edidit *de Ecclesiæ Græcæ hodierno statu.* Ejusdem *Miscellanea*, anno -LXXXVI. Londini prodierunt: in qvibus hæc habentur ad Historiam Ecclesiasticam Græcanicam pertinentia. I. *Præmonitio ad lectorem, de infantum communione apud Græcos:* II. *Defensio libri* (sive Epistolæ) de Græcæ Ecclesiæ statu, *contra objectiones Auctoris* Historiæ Criticæ, (Richardi Simonis) *super fide & riti-*

Christoph. Pelargus. *Ant. Possevinus.* *Paulus Rykaut.* *Thom. Smith.*

(a) *pag. 6. seqq.*

ritibus Orientalium. III. *Brevis & succincta Narratio de vita, studiis, gestis & martyrio D. Cyrilli Lucarii, Patriarchæ Constantinopolitani.* IV. *Commentatio de Hymnis, matutino & vespertino Græcorum.* (a) Porro anno XC. alia ejusdem Scriptoris *Miscellanea* Londini sunt impressa: qvorum caput I. est *Responsio ad nuperas Simonii in libro super fide Græcorum de dogmate Transsubstantiationis cavillationes.* (b) Reliqva ad nostrum propositum proxime non spectant. ELIÆ VEIELII, Vlmensis, jam in patria Superintendentis & Theol. Prof. optime meriti, *Exercitatio Historico-Theologica de Ecclesia Græcanica hodierna*, Leoni Allatio potissimum, Petro Arcudio, & Bartholdo Nihusio, opposita: sub præsidio D. *Ioh. Conr. Dannhaweri*, Argentor. an. LXI. habita. Huic cum *Allatius* qvædam reposuisset (c) laudatus *Vejelius* Defensionem peculiarem conscripsit, cui *Christophori Arnoldi*, Prof. & Ecclesiastæ Norimb. *Epistola* præfixa est. WVRTEMBERGENSIVM THEOLOGORVM *Acta & scripta cum Patriarcha Constantinopolitano Ieremia, qvæ utriqve ab anno* CIƆIƆLXXV. *usqve ad* LXXXI. *de Augustana Confessione inter se miserunt*; Græce & Latine ab iisdem Theologis edita sunt Wittebergæ anno LXXXIV. (d) Acta illa Mss. cum per Archimandritam qvendam indeptus esset *Stanislaus Socolovius*, Stephani Poloniæ Regis Theologus, Latine transtulit, & *Censuræ*

Elias Vejelius.

WVRTEMB. Theologi.

(a) Vide *Acta Erud. Lips. m. Febr. p. 92.-99.* (b) Vide eadem *Acta 1691. m. Febr. p. 81. seqq.* (c) in Appendice Tractatus *de octava Synodo Photiana*, Romæ ed. 1662. (d) Vide Hottingeri *Bibliothecarium lib. 3. c. 5 p. 425 seq.*

sura Orientalis Ecclesiæ titulo, *cum annotationibus* publicavit, & Gregorio XIII. inscripsit. Cum autem ipsi Wurtembergenses eadem Acta utraqve lingva, cum præfatione edidissent, *Socolovius* Responsionem denuo adornavit, & *sententiam definitivam Ieremiæ* Patriarchæ adjecit, cum *Antidoto ultimæ responsionis Wurtembergensium ad Censuram Patriarchæ de articulis Confessionis Augustanæ.* Sed & Iohannes Baptista Fiklerus Ic. *Spongiam* scripsit *contra Wurtembergensium adspergines.* Qvam controversiam qvia Illustris Thuanus dignam æstimavit, cujus meminisset *libro LXIII.* nos qvoqve paucis tangere voluimus. (a)

Eustrat. Ioh. Zialowski. Deniqve EVSTRATII IOHANNIDIS ZIALOWSKI, Rutheni, *Brevem Delineationem Ecclesiæ Orientalis Græcæ*, inter soceri sui, *Iohannis Vogelii*, Rectoris Scholæ Sebaldinæ, scripta repertam, ac nunqvam antea editam, cum *Notis* suis evulgavit *Wolffgangus Gundlingius*, Eccles. ad D. Laurentii apud Norimb. Minister, Norimbergæ anno LXXXI. (b)

HASSIÆ *Erasm. Sab. Hobfnerus.* §. XXI. Historiam Ecclesiasticam HASSIACAM qvodammodo illustrant *Erasmus Sabinus Hobfnerus* in *Antiqva fide Hassorum*, Cassellis edita anno CIↃIↃCVI. *Henr. Leuchterus.* *Henricus Leuchterus*, SS. Theol. D. & Superintendens Hasso Darmstadinus, in *Antiqva Hassorum fide Christiana & vera:* (c) *Helvicus Garthius.* Helvicus *Garthius*, Alsfelda-Hassus, S. Theol. D. Ecclesiæ primum Ossatiensis, dein Freibergensis Superintendens, deniqve Templi Servato-

(a) De Socolovio legendus etiam Starovolscius *de Centum Scriptor. Polon. num. 62. p. 83.* (b) Vide *Acta Erudit. Lips. m. Ian. 1682. pag. 6.* (c) *Germanice* Darmst. ed. 1607.

vatoris Germanici Pragæ Antistes, & Consistorii Evangelici Assessor, *de Reformatione in Hassia:* ut & *Sigfridus Clotzius*, Wetzlariensis, I.V.D. Consiliarius & Cancellarius Hassiacus, *in Apologia de Reformatione Ecclesiarum in Hassia.* *Sigf. Clotzius.*

§. XXII. Ad Historiæ Ecclesiasticæ HELVETICÆ notitiam comparandam qvodammodo facit *Henrici Mureri*, Carthusiani, *Helvetia Sancta*, sive *de Sanctis Helvetiæ* liber, Germanice scriptus, ac Lucernæ editus anno CIƆIƆCXLVIII. Sic *Ranuccius Comes Scottus*, Placentinus, Burgi S. Comini Episcopus, Nuncius Pontificis Romani apud Lucernates, *Helvetiam profanam & sacram* scripsit: qvi liber Italice prodiit anno CIƆIƆCXLII. Et in *Sacra* qvidem tantum proponit, qvæ ad ἐπισκοπὴν Pontificiam pertinent: ut sunt: I. *Nuntiatura Helvetica, & qvi ad nostra tempora Roma ad Helvetios missi sunt Nuntii.* II. *Ritus Pontificiorum Ecclesiastici.* III. *Episcopatus Nuntiaturæ subjecti, Constantiensis, Sedunensis, Lausannensis, Curiensis, Basileensis.* IV. *Abbatiæ, San-Gallensis, Eremitana, Muriensis, Rhinaviensis, Fischingensis, Fabariana, Engelbergensis, Desertensis, Maristella, aliæqve plures in agro Svevico, Wurtembergico, Helvetiæ vicinæ.* De hoc scripto ita Hottingerus in *Methodo legendi Historias Helveticas:* (a) Habet *nonnulla, a qvibus Historiæ Helveticæ lux accedit: cætera a nostris mutuavit: non tamen, sive rem ipsam spectes; sive nomina propria: sive Chronologiam; satis bona fide.* Henrico Bullin- *HELVETIÆ* *H. Murerus.* *Ranuccius Comes Scottus.*

 gero

(a) in *Differt. Miscellan. pentade*, Tiguri ed. 1654. pag. 225.

Henr. Bullingerus. gero in Historia Helvetica, *accuratam Reformationis Historiam debemus:* inqvit in laudata *Methodo,* (a) Hottingerus. Atqve ipse etiam ostendit, qvomodo *Historia Ecclesiastica Helvetica* legenda sit. (b)

HIBERNIÆ Mich. Clerus. §. XXIII. HIBERNIÆ *Annales sacros & profanos* edi curavit *Michael Clerus,* Vltoniensis Hibernus, anno CIϽIϽCXLIII. mortuus. (c) *Compendium Annalium Ecclesiasticorum regni Hiberniæ* conscripsit *Franciscus* Franc. Porterus. *Porterus,* Ord. Minorum, olim in Romano S. Isidori Collegio Theol. Prof. primarius, & nunc Theol. Lector Iubilatus, Iacobi, Britanniæ Regis Theologus & Historicus, Romæ editum CIϽIϽCXC. (d) Atqve idem nunc, jussu Regis sui, totus est in componenda *Ecclesiastica Hiberniæ Historia.* (e) *Florilegium, seu Vitas & Acta Sanctorum Hiberniæ, cum Patricii Purgatorio, & Malachiæ Prophetia de Summis Pontificibus,* Thomas Messinghamus. Parisiis an. -XXXIV. edidit *Thomas Messinghamus.* Non pauca etiam ad antiqvam Historiam Ecclesiasticam Iac. Vsserius. Hiberniæ facientia habentur in *Iacobi Vsserii,* Archiepiscopi Armachani, *Sylloge Veterum Epistolarum Hibernicarum, quæ partim ab Hibernis, partim de Hibernis, vel rebus Hibernicis sunt conscripta,* aliqvoties edita. (f)

HISPANIÆ Ioh. de Marieta. §. XXIV. HISPANIÆ Historiam Ecclesiasticam, sed patria lingva, scripsit *Iohannes de Marieta,* Victoriensis Hispanus, Ord. Dominicani. Nonnulla etiam

(a) pag. 212. (b) pag. 328. & 557. (c) Vid. Lucas VVaddingus in *Biblioth. Ord. Minorum p.* 259. (d) Vid. *Act. Erud. Lips. m. Mart* 1691. p. 143. (e) Ead. *Acta* 1693. *m. Iul. p.* 335. (f) Dublini 1632. Paris. 1665.

riam huc pertinentia collegit *Andreas Schottus in Hispaniæ Bibliothêca Tomo I. cap. I. & V.* Qvodammodo ad hanc classem qvoqve referas Iacobi Bledæ *Defensionem fidei in causa Neophytorum, seu Moriscorum regni Valentiæ & totius Hispaniæ.* (a)

Iac. Bledæ.

§. XXV. *Historiam renati Evangelii in* COMITATV HOIENSI & DIEPHOLTENSI, qvi nunc in ditione sunt Serenissimorum Ducum Bransvvico-Luneburgensium, conscripsit *Hermannus Hamelmannus.* (b)

HOIENSIS ET DIEPHOLT. COMITATVS

Herm. Hamelmannus.

§. XXVI. HOLSATIÆ perinde ac Slesvvicensis Ducatus *Historiæ Ecclesiasticæ Systema*, vernaculo sermone scriptum exspectamus *a Trogillo Arnkielio*, Præposito Apenradensi, qvi Operis σκιαγραφίαν cum Cl. Viro, Ioh. Mollero, Flensburgensi, communicavit. (c) Eidem *Arnkielio* debemus eruditum librum Germanicum *de Ethnica Cimbrorum religione* anno XCI editum, & a laudato Mollero commendatum. (d)

HOLSATIÆ

Trog. Arnkielius.

§. XXVII. De Statu religionis Christianæ in IAPONIA, & persecutionibus adversus eam motis, complura licet addiscere tum ex Epistolis *de rebus Iaponicis*, tum ex aliis scriptis, qvæ bonam partem ex his *Epistolis* contexta sunt. Ejusmodi *Epistolarum* habemus *libros IV*, una cum *Emanuelis Acostæ* Lusitani *Rerum a Societate Iesu in Oriente gestarum Commentario*, per *Iohannem Petrum Maffejum* editos, ex Hispani-

IAPONIÆ.

Epp. de rebus Iaponicis.

(a) Valentiæ ed. 1610. (b) Est hæc pars I. *Historiæ renati Evangelii per inferiorem Saxoniam* anno 1598. edita. De altera parte inferius agemus. (c) Vide hujus *Isagoges ad Historiam Chersonesi Cimbricæ part. 2. cap. 2. pag. 13.* (d) *d. l. cap. 1.* pag. 3. 4.

ſpanico Latine verſos, (a) ac Dilingæ impreſſos anno CIƆIƆLXXI. Scriptæ illæ ſunt anno CIƆIƆXLVIII. usqve ad ann. -LXIV. *a Petro Alcacera, Aloyſio Almeida, Aria Blandonio, Conſalvo & Iohanne Fernandes, Aloyſio Froes, Balthaſare Gago, Laurentio & Paulo Iaponio, Ioh. Bapt. Montio, Melchiore Nummo, Franciſco Perezio, Aria Sanctio, Duarte a Sylva, Coſmo Turrenſi, Caſpare Vilela, & Franciſco Xaverio.* Ejusmodi *Epiſtolas* ab anno CIƆIƆLXXII. usqve ad XCVIII. exaravit *Petrus Gomezius, Hiſpalenſis*, Soc. I. Philoſ. & Theol. interpres, poſtea Miſſionarius in Iaponiam, ac primum ibidem in regno Burgenſi, tum totius Iaponiæ Vice-Provincialis Præpoſitus:(b) item *Organtinus Soldus*, alias *Gneccus*, Brixienſis, Ieſuita & Miſſionarius ad Indos: ab an. CIƆIƆLXXVII. ad CIƆIƆLXXXVIII. item, *Alexander Valignanus*, Italus, Theatinus Nobilis, primo Cardinalis Altempſii Auditor, deinde Soc. Ieſu, & Viſitator in India, (c) ab an. CIƆIƆLXXX. usqve ad -XCIX. item, *Franciſcus Paſius*, Bononienſis, e Soc. I. Miſſionarius ad Indos, deniqve Provinciæ Sinicæ & Iaponicæ Præpoſitus & Viſitator; ab anno CIƆIƆXCVIII. usqve ad CIƆIƆCI. (d) Sic *Iacobus Buſæus*, Noviomagus, *Andreas Schottus*, & *Iohannes Bollandus*, varias literas de rebus Iaponicis; prior ab anno CHRISTI CIƆIƆXCI. ad an. CIƆIƆC. alter, ab anno CIƆIƆCIX. ad - XI. ad P. Claudium Aqvavivam, Gene-

(a) Actor. Lipſ. auctores m. April 1680. pag. 173. *Quis epiſtolas ſuperiori ſeculo a Ieſuitis ex Iaponia Luſitanice ſcriptas a Ioh. Petro Maffejo Bergomate, ejusdem Soc. viro, Latine verſas, ob eximium ſtyli nitorem non ſumma legat cum voluptate?* (b) Vid. Alegambe *Bibl. Ieſ. p. 382.* (c) Idem Alegambe p. 13. (d) Moguntiæ ed. 1604.

Generalem Præpof. Soc. Ief. a P. Provinciali ejusdem in Iapone Soc. miffas; tertius, ab anno CIↃIↃCXXVIII. ad -XXX. ex Italica Latine verterunt: (a) qvod ex Hifpanica fecit *Iohannes Orannus*, Leodienfis, Soc Iefu, Theologiæ interpres Parifiis, & aliqvot Collegiorum Rector, demum Provinciæ Belgicæ ViceProvincialis: (b) ac porro *Literæ Iaponicæ* an. CIↃIↃCVI. Antverpiæ an. -XI. & an. CIↃIↃCXXII. Monafterii an. -XXVII. impreffæ funt. Et ut ab Epiftolis ad alios fcriptores accedamus, exftant: Aloyfii Frois, Begienfis Lufitani, *Relatio Hiftorica de ftatu rei Chriftianæ in Iaponia:* (c) Ludovici Sotelii, Ord. Minorum *Relatio de Ecclefiæ Iaponicæ ftatu*, ad Vrbanum VIII. qvæ cum Iuniperi de Ancona *Confultatione de Difciplina Iefuitarum* anno CIↃIↃCXXXIV. prodiit, ac recufa an. - LIV. cum Cafp. Sciopii *Aftro inextincto*: Alexandri Valignani, *Commentarii ad Iaponios, & ceteras Indiæ nationes Chriftiana fide imbuendas:* Gregorii Rofeffii, Landishutæ Boji, Soc. Ief. Sacerdotis ultra qvinqvaginta annos in cathedrali Ecclefia Auguftana, Rectoris item & Provincialis, *Iter legatorum Iaponiorum ad Gregorium XIII. Pontificem:* Alexandri *de Rhodes*, Avenionenfis Galli, e Soc. Iefu Miffionarii ad Indos & Perfas, anno CIↃIↃCLX. demortui, *Relatio de Patrum Soc. Iefu actionibus in Iaponia:* Antonii *Vafconcelli*, Olyffiponenfis Iefuitæ (d) *Relatio Perfecutionis Iaponicæ annis*

Aloys. Frois.

Lud. Sotelius.

Alex. Valignanus.

Gr. Rofeffius.

Al. de Rhodes.

CIↃ-

(a) Iftæ, partim Colon. 1596. partim Moguntiæ 1600. illæ, Colon. 1615. hæ, 1636. Antverpiæ prodierunt. (b) Vid. Alegambe p. 260. & Valer. Andreas *in Bibl. Belg* p. 545. *feq.* (c) Moguntiæ ed. 1598. Videatur Alegambe p. 311. (d) V. idem Aleg. p. 45.

Ludov. Cerqveira. CIↃIↃCLXXXVIII. & *seqventi*. Ludovici *Cerqveira*, Alvitensis Lusitani, Soc. Ies. D. & Prof. Eboræ, post Episcopi Iaponensis, qvi anno CIↃIↃCXIV. Nangasachi obiit, (a) *Mors gloriosa sex Martyrum, qvi anno* CIↃIↃCIV. *in Iaponia pro fidei confessione passi sunt*. Idem literas *de rebus Iaponiæ* scripsit. Nic. Trigautius. Nicolai Trigautii, *de Christianis apud Iaponios triumphis*, sive, *de gravissima ibidem Persecutione exorta contra* CHRISTI *fidem, ab anno* CIↃIↃCXII. *ad* - XX. *libri V. in annos totidem summa cum fide ex annuis Soc. Iesu literis continua historiæ serie distributi sunt*. (b) Ejusdem habemus *Rei Christianæ apud Iaponios Commentarium, ex literis annuis Soc. Iesu annorum* CIↃIↃCIX. & trium seqventium. Deniqve, Franc. Solierus. *Historiam Ecclesiasticam Iaponiæ a Francisco Solierio*, Iesuita ad annum CIↃIↃCXXIV. perscriptam, expolivit, & continuavit *Abbas de* T. Gallice, *Tomis II*. (c)

§. XXVIII. Ceterum uti *Iaponiam* Indiæ Orientalis partem, in scriptoribus de rebus ejus Ecclesiasticis, spectavimus; ita nunc qvi generatim de INDIÆ INDIÆ rebus sacris commentati, enumerabimus. Ex his P. Martyr. autem primo succurrit *Petrus Martyr*, Angleriensis, Protonotarius Apostolicus, Prior Archiepiscopatus Granatensis, & Ferdinando Catholico Hispan. Regi a Consiliis: cujus *Epistolæ duæ de felicissimo Evangelii apud Indos incremento*, cum Ferdinando Cortesio *de Insulis nuperrime inventis*, aliqvoties prodierunt. (d)

A Iose-

(a) Alegambe p. 308. (b) Monachii ed. 1623. cum auctario *Raderi*, & iconibus Sadelerianis. (c) Vide Acta Erud. Lips. an. 1680. m. Aprili & Majo, pag. 173. - 182. & pag. 239. - 249. (d) Colon. 1532. Roterod. 1616. Ejus Epistolarum libri 38. Compluti anno 1530. & Amstelod. 1670. impressi.

A Iosepho Acosta Methymnensi accepimus *libros VI. de Promulgatione Evangelii apud Barbaros, seu de procuranda Indorum salute*, Coloniæ impressos anno CIƆIƆXCVI. & Lugduni anno CIƆIƆCLXX. una cum *libris duobus de Natura novi Orbis*. (a) *Iusti Heurnii*, Iohanne Medico nati, qvi diu in India Orientali Ecclesiasten egit, *Admonitio de legatione Evangelica ad Indos capessenda*, lectu non modo, sed & consideratu digna est. (b) Qvod & dictum velim de *Hoornbeekii*, SS. Th. D. & in Vltrajectina primum, dein in Lugdunensi Batavorum Academia Prof. celeberrimi, *libris duobus, de conversione Indorum & Gentilium*. (c) Martinum de Valentia *de Indis conversis*, laudat Sluterus in *Propylæo Historiæ Christianæ*. (d) De rebus a Soc. Iesu in India gestis, inter alios scripsere *Nicolaus Pimenta*, & *Sebastianus Gonzalez*, Bracharensis Lusitanus, Soc. Iesu, qvi anno CIƆIƆCXIX. vivere desiit. (e) *Pimentæ* etiam *Epistola* ad Claudium Aqvavivam *de felici statu & progressu rei Christianæ in India Orientali*, singulariter prodiit. (f) *Vitam* Francisci Xavieri, *deqve rebus ipso vivente in India gestis, libros decem* composuit *Iohannes Lucena*, Lusitanus, Soc. Iesu in Academia Eborensi Philos. Prof. & Ecclesiastes, anno CIƆIƆC. demortuus. (g) Ejusdem *Xavieri* (qvi primus

Ios. Acosta.

Iustus Heurnius.

Ioh. Hoornbeekius.

Mart. de Valentia.

Nic Pimenta. Seb. Gonzalez.

Scriptores vitæ Fr. Xavieri.

(a) Hunc scriptorem, qvi an. 1600. obiit, mirifice prædicat Christianus Funccius in *Breviario Orbis hodie imperantis part. 2. p. 361. 365.* (b) Lugd. Bat. ed. 1618. (c) Amstelodami edit. 1669. (d) pag. 89. (e) Pimentæ *Relatio de rebus gestis in India Orientali a Iesuitis an. 1598. & seq.* Moguntiæ edita an. 1601. Gonzalez *tres tomos* conscripsit. Vid. Alegambe p. 419. (f) Constantiæ 1603. (g) Vide Alegambe *Bibl. Ies. p. 254.*

mus religionem Christianam in Iaponiam intulisse dicitur, ac a Gregorio XV. inter Sanctos relatus est:) vitam *Horatius Tursellinus* sex libris exposuit. (a) Habemus etiam *Francisci Mariæ*, Episcopi Portuensis, librum *de vita, sanctitate, canonizatione & miraculis Francisci Xaverii*. (b) Epistolæ *Indicæ & Iaponicæ* a Patribus Soc. Iesu, superiori seculo Lovanii anno LXVI. & LXX. sunt editæ, qvibus continentur variæ Relationes, inprimis de negotio Religionis per Iesuitas promoto: e qvibus multa excerpserunt, qvi postea Itineraria illa Chinensia & Iaponica conscripserunt. Certe Daniel Georgius Morhofius in *Polyhistore lib. I. cap. XXIV.* (c) observat, Nienhofium *in Itinerario Chinensi, qvod Latina, Belgica, & Germanica lingva prodiit, pene omnia capere ex his Epistolis, Trigautii Expeditione Sinensi, aliisqve ejus argumenti scriptoribus, addito tantum suo Itinerario.* Nicolai Trigautii *Epistolam de sua in Indiam navigatione*, Goæ perscriptam anno CIↃIↃCVII. XXIV. Decembris, Petrus Iarricus in *Thesauro Rerum Indicarum Tomo III. lib. I. cap. XLI.* repetiit. Idem Trigautius vitam composuit *Casparis Barzæi*, e Soc. Iesu, Franc. Xavieri in India comitis, *libris III.* (d) Qvod autem ad Epistolas illas attinet, licet qvotannis adhuc scribantur, a pluribus tamen annis non amplius fuerunt editæ: in qvo arcanas procul dubio rationes habuerint Iesuitæ.

(margin: B. Epp. Indicæ)

(margin: LAPPONIÆ)

§. XXIX. De *religione* LAPPONUM *prima*, *nempe*

(a) Antverp. edit. 1596. (b) Dillingæ edit. 1622. (c) pag. 311. (d) Antverp. 1610, Colon. 1611.

nempe Gentili, *& secunda*, *sive Christiana*, Iohannes Schefferus egit *cap. VII. & VIII. Lapponiæ.* (a) *I. Schefferus.*

§. XXX. LVSITANICAM *infulatam & purpuratam*, seu *Pontificibus Romanis & Cardinalibus illustratam*, debemus *Antonio de Macedo*, Conimbricensi, e Soc. Iesu. (b) *Ismaelis Bullialdi* pro *Ecclesiis Lusitanicis ad Clerum Gallicanum libellos duos*, Argentorati anno CIↃIↃCLVI. recudi fecit *Albertus Portnerus*, Reip. Ratisbon. Camerarius, & S. Cæs. Majest. Consiliarius. *LVSITANIÆ* *Antonius de Macedo.* *Ism. Bullialdus.*

§. XXXI. *De Statu Ecclesiæ Evangelicæ in Comitatu* MANSFELDENSI, *a Reformationis tempore*, *ad annum* CIↃIↃLXXX. egit *Michael Emmerlingius*, Pastor & Superintendens Generalis Islebiensis. *MANSFELD. COMITATVS* *Mich. Emmerlingius.*

§. XXXII. MARONITÆ, montis Libani accolæ, sive a *Marone*, hæretico Monothelita; sive a *S. Marone* Abbate; sive a terra *Maronia* ita dicti, (c) peculiarem in Oriente Ecclesiam constituunt. Et hi ab anno CIↃLXXXII. se Romanis sacris subjecere: sed postea ad priorem Græcorum religionem conversi, denuo sub Gregorio XIII. & Clemente VIII. ad Romanos relapsi sunt. Vnde Antonius Possevinus in *Apparatu* de iis scribit: *Hi fidem erga Romanum Pontificem, & sedem Apostolicam, uni ex omnibus Orientis populis sat integram retinuerunt.* Atqve id propter *MARONITARVM.*

 Romæ

(a) Francof. 1673. Qvi liber etiam *Germ.* & *Anglice* versus. (b) Prodiit Paris. 1663. (c) De nomine *Maronitarum* vide Abrahamum Echellensem Epist. ad Ioh. Morinum, qvæ est in *Diss. Epistol. de Eccles. Orientalis antiqvitatibus*, 85. pag. 623. seqq. & Hoornbeekium *Summa Controvers. lib. 11. pag. 963.*

Romæ ſeminarium Maronitarum pro juvandis illis erectum eſt. De *Ritibus Maronitarum nonnullis*, qvædam ſcripſit *Gabriel Sionita*, e monte Libano oriundus, ipſe Maronita; Orientalium LL. Prof. Pariſienſis Regius, qvæ ſunt inter Σύμμικτα *Leonis Allatii*, *fine libri I.* Capita *Epitomes Conſtitutionum Eccleſiæ Maronitarum, qvæ Syriace leguntur in eorum Eccleſiis; Modum adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ; & Figuram Eccleſiæ Maronitarum*, cum Iohanne Morino communicavit *Abraham Echellenſis*: qvæ habentur in *Diſſertat. Epiſtolicis ad Eccleſiæ Orientalis Antiqvitates pertinentibus.* (a) Multa etiam de Maronitis affert *Leonhardus Rauwolffius*, Medicus Auguſtanus, *Itinerarii in Orientales provincias* (b) *part. II. cap. XII. & XIII. & part. III. cap. I.* & inprimis *cap. XVIII.* Singularem autem *de Eccleſia Maronitarum* Diſputationem in hac Academia ſub *D. Iohannis Erneſti Gerhardi*, tum Rectoris Magnifici, præſidio, anno LXVIII. habuit *M. Ioh. Georgius Müllerus*, Dotenſis Miſnicus.

Gabr. Sionita. *Abr. Echellenſis.* *Ioh. G. Müllerus.*

MOSCOVITICÆ. *Scriptores varii Spiræ excuſi.*

§. XXXIII. Iam ad MOSCOVITICAM Eccleſiam accedimus, qvæ Græcanicarum pars eſt. Vbi primo monendum anno CIↃIↃLXXXII. Spiræ librum eſſe editum, cujus hæc eſt inſcriptio: *De Ruſſorum, Moſcovitarum & Tartarorum Religione, Sacrificiis, Nuptiarum, Funerum ritu, e diverſis ſcriptoribus.* Et in hoc qvidem ſeqventia habentur ad noſtrum propoſitum pertinentia: I. *Qvæſtiones Theologicæ* Iohannis Baſilidis, *Magni Ducis Moſcoviæ*, ad qvas Iohannem

Rohi-

(a) *num. 67. pag. 478. ſeqq.* (b) Impreſſum eſt Lavingæ an. 1582.

Rohitam, *ministrum CHRISTI* (Ecclesiæ fratrum Bohemorum) *in conspectu legatorum Sigismundi Augusti Regis Poloniæ in urbe Moscua an.* CIↃIↃLXX. *respondere jussit:* II, *Responsio* Iohannes Basilii, *Magni M. D. ad hanc* Rohitæ *Confessionem fidei, data ipsi in urbe Moscua dicto anno:* Iohannis Lasicii, (*Lasitzki*) *Veræ religionis Apologia, falsæ Confutatio:* IV. Ioh. Fabri *Religionis Moscoviticæ descriptio seu laudatio:* (a) V. Iohannis Saraceni, Canonici Cracoviensis, *libellus, quo* XL. *errores Moscovitarum sive Russorum & XII. secessiones Græcorum a Romana Ecclesia ostenduntur:* VI. Petri Scargæ, Iesuitæ *Appendix de iisdem Russorum erroribus, & causis, propter quas Græci a Romana Ecclesia defecerunt:* VII. Alexandri Gvagnini, Veronensis, Eqvitis aurati, *de Religione Moscovitarum omniumqve Ruthenorum:* VIII. *Narratio de Russorum & Tartarorum religione, ritibus nuptiarum, funerum, victu, vestitu & moribus, ad Davidem Chytræum recens scripta.* Anno autem CIↃIↃC. Francofurti prodierunt *Rerum Moscoviticarum Auctores varii, unum in corpus congesti, qvibus & Gentis Historia continetur, & regionum accurata descriptio.* Ex hoc opere laudari merentur: II. Sigismundi Lib. Baronis in Herberstain, Neyberg, & Gvettenhag, *Russiæ, &, qvæ nunc ejus metropolis est, Moscoviæ brevissima Descriptio: Chorographia deniqve totius Imperii* *Scriptores Francof. editi.*

(a) Tubingæ exarata an. 1525. excusa Bas. 1526. & habetur etiam in *Opere Historiarum* Bas. 1541. edito Inscripta est *Ferdinando I.* cui *Faber* fuit a confessionibus, & post Episc. Viennensis, an. 1541. mortuus.

perii Moscici, & vicinorum quorundam mentio. De Religione quoque varia inserta sunt, & quæ nostra cum religione non conveniunt. Itineraria etiam *duo in Moscoviam* sunt adjuncta. (a) III. Pauli Iovii Novocomensis, *de legatione Basilii Magni, Principis Moscoviæ ad Clementem VII. Pontificem Max. liber: in quo situs regionis antiquis incognitus, Religio gentis, mores, & causæ legationis fidelissime referuntur:* IV. Iohannis Fabri *Moscovitarum juxta mare glaciale Religio :* VI. *Omnium regionum* Moscoviæ *Monarchæ subjectarum, Tartarorumque campestrium, arcium, civitatum præcipuarum, morum denique gentis, religionis & consuetudinis vitæ, sufficiens, & vera descriptio. Adjuncta præterea Gesta præcipua, Tyrannisque ingens moderni Monarchæ Moscoviæ,* Iohannis Basilidis *nuper perpetrata, descripta ex* Alexandri Gvagnini, Veronensis *Sarmatia*, Spiræ a Bernhardo Balbino edita. Præterea huc pertinet Pauli Oderbornii, *Iohannis Basilidis, Magni Moscoviæ Ducis Vita, tribus libris conscripta, ad Henricum Iulium, Episcopum Halberstadensem, Brunonisvicanorum & Luneburgensium Ducem magnanimum & illustrissimum.* (b) Item *Antonii Possevini*, Mantuani, Soc. Iesu Sacerdotis, (c) qvi nomine Gregorii XIII. variis legationibus functus, bis

P. Oderbornius.

Ant. Possevinus.

(a) Hoc *Herberstainii* scriptum Basileæ prodiit ex officina Ioh. Oporini 1551. una cum Iovii Historia *legationis Basilii* ad Clem. VII. & recusum est Antverpiæ an. 1557. (b) VVitteemb. ed. 1585. & Francof. 1600. *Germanice*, Gorlicii 1596. (c) Vide de *Possevino* Ferrariæ an 1611. demortuo, Ribadeneiram *in Catal. Scriptor. S. I.* Alegambe *Bibl. Ies. pag.* 41. Bosium in *Not. Eccles. Scriptor. cap.* 2. *pag.* 16.

bis ad M. Moſcoviæ Ducem abiit, ac inter Moſcos & Polonos pacem feliciter confecit, liber, cui hunc præfixit titulum: *Moſcovia, & alia opera de ſtatu hujus ſeculi, adverſus Catholicæ Eccleſiæ hoſtes: nunc primum in unum volumen collecta, atqve ab ipſomet auctore emendata & aucta*, Coloniæ anno CIƆIƆLXXXVII. (a) Nam in eo ſeqventia exſtant, potiſſimum ad religioſa negotia Moſcorum facientia: I. *Commentarius I. ad Gregorium XIII. P. M. in qvo difficultas, ſpes, rationes afferuntur promovendæ Cathol. Religionis tam in Moſcoviam, qvam in Ruſſiam eam, qvæ Poloniæ Regi ſubjecta eſt.* II. *Commentarius alter ad eundem Gregorium, de ſtatu rerum Moſcoviticarum; de gentis ingenio, de ratione legationis ad eum obeundæ, poſtremo conſcriptus ab Auctore, cum ex Vrbe in Poloniam Moſci legatos reduxiſſet, qvos antea ex Moſcovia Romam adduxerat.* III. *Colloqvia de religione Catholica, publice ab Auctore habita cum Magno Moſcoviæ Duce in ejus Regia, freqventi Procerum conſeſſu.* IV. *Capita, qvæ Magnus Dux ab Auctore petiit, qvibus Græci & Rutheni a Latinis in re fidei diſſenſerunt, poſtqvam ab Eccleſia Catholica ſeſe præciderunt: & eorum errores.* V. *Scriptum ab Auctore traditum Magno Duci, cum Angli mercatores Moſcuæ tunc commorantes clam eidem Magno Duci per qvendam Anabaptiſtam librum obtruſiſſent, qvo Pont. Max. blaſpheme vocabant Antichriſtum.* VI. *Interrogationes & Reſponſiones de Proceſſione Spiritus S. a Patre & Filio, deſumtæ, ac breviore & dilucidiore ordine digeſtæ, ex libro* Gennadii Scholarii, *Patriar-*

(a) An. 1586. jam aliqva hujus libri excuſa *Vilnæ*.

Dan. Printz. triarchæ Constantinopolitani. Sic *Daniel Printz a Bucchau*, Impp. Maximiliani & Rudolphi ubivis secundus Consiliarius, nec non bis ad Iohannem Basilidem, Magnum Ducem Moscoviæ, Legatus extraordinarius, *de rebus Moscoviticis* libellum scripsit, anno CIↃIↃCLXXXI. cum titulo, *Moscoviæ ortus & progressus*, Gubenæ in Lusatia recusum, cujus caput II *de Religione*, V. *de matrimonio* agit *Ruthenorum*. Qvod in Baronianorum Annalium *Tomi VII. Appendice* qvædam compareant ad Historiam Ruthenicam Ecclesiasticam spectantia, supra (cap. XIV. §. XI.) ostendimus. Sed hic necessum habemus monere, qvod scriptum illud Baronii Cardinalis Coloniæ an. CIↃXCVII. separatim sit excusum, cum hac epigraphe: *Historica Relatio de Ruthenorum origine, eorumqve miraculosa conversione, & qvibusdam aliis ipsorum Regum rebus gestis.* Item: *Qvomodo progressu temporis ab agnita veritate defecerint; a modo vero partim ad communionem S. Sedis Apostolicæ recepti fuerint.* Iacobi

Iac. Vlfeldius. *Vlfeldii*, Domini in Vlfeldsholm, & Selsou, Regii Consiliarii, & Eqvitis Dani, a Friderico II. ad Magnum Moscoviæ Ducem legati, *Legatio Moscovitica, sive Hodœporicon Ruthenicum*, opera *Melchioris Goldasti*, Francofurti impressum est anno CIↃIↃCXXVII. (a)

Petr. Petrejus. *Petri Petreji*, Vpsaliensis, *Chronicon rerum Moscoviticarum* eo magis est æstimandum, *qvoniam cum Legatis Regni Svecici Muskoviam ingressus, ea consignavit,*

(a) Error igitur est Konigii in *Biblioth.* scribentis: *Iacobus Vlfeldius legationem Polonicam an. 1627. literis commisit,*

nit, qvibus ipse interfuit: qvæ verba sunt Iohannis Schefferi, *Upsalia antiqva cap. XX.* (a) Iohannis *Botvidi*, Gothi, SS. Theol. D. & Concionatoris Regii Svecici, *Theses de Qvæstione, Utrum Muschovitæ sint Christiani?* jussu S. R. M. Sveciæ ad publicam Disputationem in Academia Upsaliensi sunt propositæ anno CIↃIↃCXX. *Ioh. Botvidus.* *Adami Olearii*, Ascaniensis, Bibliothecarii & Mathematici Holsato-Gottorpiensis *Itinerarium Moscovitico-Persicum* rerum qvoqve Ecclesiasticarum plenum est. *Ad. Olearius.* (b) *Iter in Moscoviam*, Augustini, Liberi Baronis de Mayersberg, Cameræ Imp. Aulicæ Consiliarii, & Horatii Guilielmi Caluuccii, Eqvitis, ac in Regimine interioris Austriæ Consiliarii, ab Augustiss. Rom. Imp. Leopoldo, ad Tzarem & Magnum Ducem Alexium Michalovvicz, anno CIↃIↃCLXI. ablegatorum, *descriptum est ab ipso* Augustino L. B. de Mayerberg, *cum Statutis Muscoviticis ex Russico in Latinum idioma ab eodem translatis.* *Aug. de Mayerberg.* (c) Michaelis *Siricii*, Lubecensis, Theologi Giessensis, *Religio Moscovitica per certa, lectu digna, & utilia capita*, Giessæ ad disputandum est proposita a *M. Ludero Kramero*, Riga-Livono, anno CIↃIↃCLXI. qvam hic seqventi anno Germanice etiam versam edidit. *Mich Siricius.* *Lud. Kramerus.* (d) *De religione, ritibusqve Ecclesiasticis Moscovitarum, Dissertationem Theologicam*, Præside *D. Ioh. Ernesto Gerhardo*, in hac Academia anno LXV. publicæ disqvisitioni submisit

Mmm *Iohan-*

(a) pag. 400. Chronicon hoc Germanice prodiit Lipsiæ 1610. (b A-liqvoties editum est Slesvici, ac demum an. 1666. (c) Ubi & qvando elegantissimus liber sit impressus, non additur. (d) Titulus est: Moskowitischer Irrglaube.

ſpanico Latine verſos, (a) ac Dilingæ impreſſos anno CIƆIƆLXXI. Scriptæ illæ ſunt anno CIƆIƆXLVIII. usqve ad ann. -LXIV. *a Petro Alcaceva, Aloyſio Almeida, Aria Blandonio, Conſalvo & Iohanne Fernandes, Aloyſio Froes, Balthaſare Gago, Laurentio & Paulo Iaponio, Ioh. Bapt. Montio, Melchiore Nummo, Franciſco Perezio, Aria Sanctio, Duarte a Sylva, Coſmo Turrenſi, Caſpare Vilela, & Franciſco Xaverio.* Ejusmodi *Epiſtolas* ab anno CIƆIƆLXXII. usqve ad -XCVIII. exaravit *Petrus Gomezius, Hiſpalenſis*, Soc. I. Philoſ. & Theol. interpres, poſtea Miſſionarius in Iaponiam, ac primum ibidem in regno Burgenſi, tum totius Iaponiæ Vice-Provincialis Præpoſitus: (b) item *Organtinus Soldus*, alias *Gneccus*, Brixienſis, Ieſuita & Miſſionarius ad Indos; ab an. CIƆIƆLXXVII. ad CIƆIƆLXXXVIII. item, *Alexander Valignanus*, Italus, Theatinus Nobilis, primo Cardinalis Altempſii Auditor, deinde Soc. Ieſu, & Viſitator in India, (c) ab an. CIƆIƆLXXX. usqve ad -XCIX. item, *Franciſcus Paſius*, Bononienſis, e Soc. I. Miſſionarius ad Indos, deniqve Provinciæ Sinicæ & Iaponicæ Præpoſitus & Viſitator; ab anno CIƆIƆXCVIII. usqve ad CIƆIƆCI. (d) Sic *Iacobus Buſæus*, Noviomagus, *Andreas Schottus*, & *Iohannes Bollandus*, varias literas de rebus Iaponicis; prior ab anno CHRISTI CIƆIƆXCI. ad an. CIƆIƆC. alter, ab anno CIƆIƆCIX. ad -XI. ad P. Claudium Aqvavivam, Gene-

(a) Actor. Lipſ. auctores m. April 1680. pag. 173. *Qvis epiſtolas ſuperiori ſeculo a Ieſuitis ex Iaponia Luſitanice ſcriptas a Ioh. Petro Maffejo Bergomate, ejusdem Soc. viro, Latine verſas ob eximium ſtyli nitorem non ſumma legat cum volupta-te?* (b) Vid. Alegambe *Bibl. Ieſ. p.* 382. (c) Idem Alegambe p. 13. (d) Moguntiæ ed. 1604.

Generalem Præpof. Soc. Ief. a P. Provinciali ejusdem in Iapone Soc. miſſas; tertius, ab anno CIↃIↃCXXVIII. ad -XXX. ex Italica Latine verterunt: (a) qvod ex Hiſpanica fecit *Iohannes Oranus*, Leodienſis, Soc Ieſu, Theologiæ interpres Pariſiis, & aliqvot Collegiorum Rector, demum Provinciæ Belgicæ ViceProvincialis: (b) ac porro *Literæ Iaponicæ* an. CIↃIↃCVI. Antverpiæ an. -XI. & an. CIↃIↃCXXII. Monaſterii an. -XXVII. impreſſæ ſunt. Et ut ab Epiſtolis ad alios ſcriptores accedamus, exſtant: Aloyſii Frois, Begienſis Luſitani, *Relatio Hiſtorica de ſtatu rei Chriſtianæ in Iaponia:* (c) Ludovici Sotelii, Ord. Minorum *Relatio de Eccleſiæ Iaponicæ ſtatu,* ad Vrbanum VIII. qvæ cum Iuniperi de Ancona *Conſultatione de Diſciplina Ieſuitarum* anno CIↃIↃCXXXIV. prodiit, ac recuſa an. - LIV. cum Caſp. Sciopii *Aſtro inextincto*: Alexandri Valignani, *Commentarii ad Iaponios, & ceteras Indiæ nationes Chriſtiana fide imbuendas:* Gregorii *Roſeffii*, Landishutâ Boji, Soc. Ieſ. Sacerdotis ultra qvinqvaginta annos in cathedrali Eccleſia Auguſtana, Rectoris item & Provincialis, *Iter legatorum Iaponiorum ad Gregorium XIII. Pontificem:* Alexandri *de Rhodes*, Avenionenſis Galli, e Soc. Ieſu Miſſionarii ad Indos & Perſas, anno CIↃIↃCLX. demortui, *Relatio de Patrum Soc. Ieſu actionibus in Iaponia:* Antonii *Vaſconcelli*, Olyſſiponenſis Ieſuitæ (d) *Relatio Perſecutionis Iaponicæ annis* CIↃ-

Aloys. Frois.

Lud. Sotelius.

Alex. Valignanus.

Gr. Roſeffius.

Al. de Rhodes.

(a) Iſtæ, partim Colon. 1596. partim Moguntiæ 1600. illæ, Colon. 1615. hæ, 1636. Antverpiæ prodierunt. (b) Vid. Alegambe p. 260. & Valer. Andreas *in Bibl. Belg p. 545. ſeq.* (c) Moguntiæ ed. 1598. Videatur Alegambe p. 311. (d) V. idem Aleg. p. 45.

Ludov. Cerqveira. CIↃIↃCLXXXVIII. *& seqventi.* Ludovici *Cerqveiræ*, Alvitensis Lusitani, Soc. Ies. D. & Prof. Eboræ, post Episcopi Iaponensis, qvi anno CIↃIↃCXIV. Nangasachi obiit, (a) *Mors gloriosa sex Martyrum, qvi anno* CIↃIↃCIV. *in Iaponia pro fidei confessione passi sunt.* Idem literas *de rebus Iaponiæ* scripsit. *Nic. Trigautius.* Nicolai Trigautii, *de Christianis apud Iaponios triumphis*, sive, *de gravissima ibidem Persecutione exorta contra* CHRISTI *fidem, ab anno* CIↃIↃCXII. *ad* - XX. *libri V. in annos totidem summa cum fide ex annuis Soc. Iesu literis continua historiæ serie distributi sunt.* (b) Ejusdem habemus *Rei Christianæ apud Iaponios Commentarium, ex literis annuis Soc. Iesu annorum* CIↃIↃCIX. & trium seqventium. Deniqve, *Franc. Solierus.* *Historiam Ecclesiasticam Iaponiæ* a *Francisco Solierio*, Iesuita ad annum CIↃIↃCXXIV. perscriptam, expolivit, & continuavit *Abbas de* T. Gallice, *Tomis II.* (c)

§. XXVIII. Ceterum uti *Iaponiam* Indiæ Orientalis partem, in scriptoribus de rebus ejus Ecclesiasticis, spectavimus; ita nunc qvi generatim de INDIÆ *INDIÆ* rebus sacris commentati, enumerabimus. Ex his *P. Martyr.* autem primo succurrit *Petrus Martyr*, Anglariensis, Protonotarius Apostolicus, Prior Archiepiscopatus Granatensis, & Ferdinando Catholico Hispan. Regi a Consiliis: cujus *Epistolæ duæ de felicissimo Evangelii apud Indos incremento*, cum Ferdinando Cortesio *de Insulis nuperrime inventis*, aliqvoties prodierunt. (d)

A Iose-

(a) Alegambe p. 308. (b) Monachii ed. 1623. cum auctario *Raderi*, & iconibus Sadelerianis. (c) Vide Acta Erud. Lips. an. 1680. m. Aprili & Majo, pag. 173. - 182. & pag. 239. - 249. (d) Colon. 1532. Roterod. 1616. Ejus Epistolarum libri 38. Compluti anno 1530. & Amstelod. 1670. impressi.

A Iosepho Acosta Methymnensi accepimus *libros VI. de Promulgatione Evangelii apud Barbaros, seu de procuranda Indorum salute*, Coloniæ impressos anno CIƆIƆXCVI. & Lugduni anno CIƆIƆCLXX. una cum *libris duobus de Natura novi Orbis.* (a) *Iusti Heurnii*, Iohanne Medico nati, qvi diu in India Orientali Ecclesiasten egit, *Admonitio de legatione Evangelica ad Indos capessenda*, lectu non modo, sed & consideratu digna est. (b) Qvod & dictum velim de *Hoornbeekii*, SS. Th. D. & in Vltrajectina primum, dein in Lugdunensi Batavorum Academia Prof. celeberrimi, *libris duobus, de conversione Indorum & Gentilium.* (c) Martinum de Valentia *de Indis conversis*, laudat Sluterus in *Propylæo Historiæ Christianæ*. (d) De rebus a Soc. Iesu in India gestis, inter alios scripsere *Nicolaus Pimenta*, & *Sebastianus Gonzalez*, Bracharensis Lusitanus, Soc. Iesu, qvi anno CIƆIƆCXIX. vivere desiit. (e) *Pimentæ* etiam *Epistola* ad Claudium Aqvavivam *de felici statu & progressu rei Christianæ in India Orientali*, singulariter prodiit. (f) *Vitam* Francisci Xavieri, *deqve rebus ipso vivente in India gestis, libros decem* composuit *Iohannes Lucena*, Lusitanus, Soc. Iesu in Academia Eborensi Philos. Prof. & Ecclesiastes, anno CIƆIƆC. demortuus. (g) Ejusdem *Xavieri* (qvi primus

Ios. Acosta.

Iustus Heurnius.

Ioh. Hoornbeekius.

Mart. de Valentia.

Nic Pimenta. Seb. Gonzalez.

Scriptores vitæ Fr. Xavieri.

(a) Hunc scriptorem, qvi an. 1600. obiit, mirifice prædicat Christianus Funccius in *Breviario Orbis hodie imperantis part. 2. p. 361. 365.* (b) Lugd. Bat. ed. 1618. (c) Amstelodami edit. 1669. (d) pag. 89. (e) Pimentæ *Relatio de rebus gestis in India Orientali a Iesuitis an. 1598. & seq.* Moguntiæ edita an. 1601. Gonzalez *tres tomos* conscripsit. Vid. Alegambe p. 419. (f) Constantiæ 1603. (g) Vide Alegambe *Bibl. Ies. p. 254.*

mus religionem Christianam in Iaponiam intulisse dicitur, ac a Gregorio XV. inter Sanctos relatus est:) vitam *Horatius Tursellinus* sex libris exposuit. (a) Habemus etiam *Francisci Mariæ*, Episcopi Portuensis, librum *de vita, sanctitate, canonizatione & miraculis*

Ep. Epp. Indicæ *Francisci Xaverii*. (b) Epistolæ *Indicæ & Iaponicæ* a Patribus Soc. Iesu, superiori seculo Lovanii anno LXVI. & LXX. sunt editæ, qvibus continentur variæ Relationes, inprimis de negotio Religionis per Iesuitas promoto: e qvibus multa excerpserunt, qvi postea Itineraria illa Chinensia & Iaponica conscripserunt. Certe Daniel Georgius Morhofius in *Polyhistore lib. I. cap. XXIV.* (c) observat, Nienhofium *in Itinerario Chinensi, qvod Latina, Belgica, & Germanica lingva prodiit, pene omnia capere ex his Epistolis, Trigautii Expeditione Sinensi, aliisqve ejus argumenti scriptoribus, addito tantum suo Itinerario.* Nicolai Trigautii *Epistolam de sua in Indiam navigatione*, Goæ perscriptam anno CIↃIↃCVII. XXIV. Decembris, Petrus Iarricus in *Thesauro Rerum Indicarum Tomo III. lib. I. cap. XLI.* repetiit. Idem Trigautius vitam composuit *Caspari Barzæi*, e Soc. Iesu, Franc. Xavieri in India comitis, *libris III.* (d) Qvod autem ad Epistolas illas attinet, licet qvotannis adhuc scribantur, a pluribus tamen annis non amplius fuerunt editæ: in qvo arcanas procul dubio rationes habuerint Iesuitæ.

LAPPONIÆ. § XXIX. De *religione* LAPPONVM *prima, nempe*

(a) Antverp. edit. 1596. (b) Dillingæ edit. 1622. (c) pag. 311. (d) Antverp. 1610. Colon. 1611.

nempe Gentili, & *secunda*, *sive Christiana*, Iohannes Schefferus egit *cap. VII. & VIII. Lapponiæ*. (a) *I. Schefferus.*

§. XXX. LUSITANICAM *infulatam & purpuratam*, seu *Pontificibus Romanis & Cardinalibus illustratam*, debemus *Antonio de Macedo*, Conimbricensi, e Soc. Iesu. (b) *Ismaelis Bullialdi* pro *Ecclesiis Lusitanicis ad Clerum Gallicanum libellos duos*, Argentorati anno CIↃIↃCLVI. recudi fecit *Albertus Portnerus*, Reip. Ratisbon. Camerarius, & S. Cæs. Majest. Consiliarius. *LUSITANIÆ* *Antonius de Macedo.* *Ism. Bullialdus.*

§. XXXI. *De Statu Ecclesiæ Evangelicæ in Comitatu* MANSFELDENSI, *a Reformationis tempore, ad annum* CIↃIↃLXXX. egit *Michael Emmerlingius*, Pastor & Superintendens Generalis Islebiensis. *MANSFELD. COMITATUS* *Mich. Emmerlingius.*

§. XXXII. MARONITÆ, montis Libani accolæ, sive a *Marone*, hæretico Monothelita; sive a *S. Marone* Abbate; sive a terra *Maronia* ita dicti, (c) peculiarem in Oriente Ecclesiam constituunt. Et hi ab anno CIↃLXXXII. se Romanis sacris subjecere: sed postea ad priorem Græcorum religionem conversi, denuo sub Gregorio XIII. & Clemente VIII. ad Romanos relapsi sunt. Unde Antonius Possevinus in *Apparatu* de iis scribit: *Hi fidem erga Romanum Pontificem, & sedem Apostolicam, uni ex omnibus Orientis populis sat integram retinuerunt.* Atqve id propter *MARONITARUM.*

 Romæ

(a) Francof. 1673. Qvi liber etiam *Germ.* & *Anglice* versus. (b) Prodiit Paris. 1663. (c) De nomine *Maronitarum* vide Abrahamum Echellensem Epist. ad Ioh. Morinum, qvæ est in *Diss. Epistol. de Eccles. Orientalis antiqvitatibus*, 85. pag. 623. seqq. & Hoornbeekium *Summa Controvers. lib. 11. pag. 963.*

Romæ ſeminarium Maronitarum pro juvandis illis erectum eſt. De *Ritibus Maronitarum nonnullis*, qvædam ſcripſit *Gabriel Sionita*, e monte Libano oriundus, ipſe Maronita; Orientalium LL. Prof. Pariſienſis Regius, qvæ ſunt inter Σύμμικτα *Leonis Allatii, ſine libri I.* Capita *Epitomes Conſtitutionum Eccleſiæ Maronitarum, qvæ Syriace leguntur in eorum Eccleſiis; Modum adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ; & Figuram Eccleſiæ Maronitarum*, cum Iohanne Morino communicavit *Abraham Echellenſis*: qvæ habentur in *Diſſertat. Epiſtolicis ad Eccleſiæ Orientalis Antiqvitates pertinentibus.* (a) Multa etiam de Maronitis affert *Leonhardus Rauwolffius*, Medicus Auguſtanus, *Itinerarii in Orientales provincias* (b) *part. II. cap. XII. & XIII. & part. III. cap. I.* & inprimis *cap. XVIII.* Singularem autem *de Eccleſia Maronitarum* Diſputationem in hac Academia ſub *D. Iohannis Erneſti Gerhardi*, tum Rectoris Magnifici, præſidio, anno LXVIII. habuit *M. Ioh. Georgius Müllerus*, Dotenſis Miſnicus.

Gabr. Sionita. *Abr. Echellenſis.* *Ioh. G. Müllerus.*

MOSCOVITICÆ. Scriptores varii Spiræ excuſi.

§. XXXIII. Iam ad MOSCOVITICAM Eccleſiam accedimus, qvæ Græcanicarum pars eſt. Vbi primo monendum anno CIϽIϽLXXXII. Spiræ librum eſſe editum, cujus hæc eſt inſcriptio: *De Ruſſorum, Moſcovitarum & Tartarorum Religione, Sacrificiis, Nuptiarum, Funerum ritu, e diverſis ſcriptoribus.* Et in hoc qvidem ſeqventia habentur ad noſtrum propoſitum pertinentia: I. *Qvæſtiones Theologicæ* Iohannis Baſilidis, *Magni Ducis Moſcoviæ*, ad qvas Iohannem Rohi-

(a) *num. 67. pag. 478. ſeqq.* (b) Impreſſum eſt Lavingæ an. 1582.

Rohitam, *ministrum CHRISTI* (Ecclesiæ fratrum Bohemorum) *in conspectu legatorum Sigismundi Augusti Regis Poloniæ in urbe Moscua an.* CIↃIↃLXX. *respondere jussit:* II. *Responsio* Iohannes Basilii, *Magni M. D. ad hanc* Rohitæ *Confessionem fidei, data ipsi in urbe Moscua dicto anno:* Iohannis Lasicii, (*Lasitzki*) *Veræ religionis Apologia, falsæ Confutatio:* IV. Ioh. Fabri *Religionis Moscoviticæ descriptio seu laudatio:* (a) V. Iohannis Saraceni, Canonici Cracoviensis, *libellus, quo* XL. *errores Moscovitarum sive Russorum & XII. secessiones Græcorum a Romana Ecclesia ostenduntur:* VI. Petri Scargæ, Iesuitæ *Appendix de iisdem Russorum erroribus, & causis, propter quas Græci a Romana Ecclesia defecerunt:* VII. Alexandri Gvagnini, Veronensis, Eqvitis aurati, *de Religione Moscovitarum omniumqve Ruthenorum:* VIII. *Narratio de Russorum & Tartarorum religione, ritibus nuptiarum, funerum, victu, vestitu & moribus, ad Davidem Chytræum recens scripta.* Anno autem CIↃIↃC. Francofurti prodierunt *Rerum Moscoviticarum Auctores varii, unum in corpus congesti, qvibus & Gentis Historia continetur, & regionum accurata descriptio.* Ex hoc opere laudari merentur: II. Sigismundi Lib. Baronis in Herberstain, Neyberg, & Gvettenhag, *Russiæ, &, qvæ nunc ejus metropolis est, Moscoviæ brevissima Descriptio: Chorographia deniqve totius Imperii* *Scriptores Francof. editi.*

(a) Tubingæ exarata an. 1525. excusa Bas. 1526. & habetur etiam in *Opere Historiarum* Bas. 1541. edito Inscripta est *Ferdinando I.* cui *Faber* fuit a confessionibus, & post Episc. Viennensis, an. 1541. mortuus.

perii Moscici, & vicinorum qvorundam mentio. De Religione qvoqve varia inserta sunt, & quæ nostra cum religione non conveniunt. Itineraria etiam *duo in Moscoviam* sunt adjuncta. *(a)* III. Pauli Iovii Novocomensis, *de legatione Basilii Magni, Principis Moscoviæ ad Clementem VII. Pontificem Max. liber: in qvo situs regionis antiqvis incognitus, Religio gentis, mores, & causæ legationis fidelissime referuntur:* IV. Iohannis Fabri *Moscovitarum juxta mare glaciale Religio :* VI. *Omnium regionum Moscoviæ Monarchæ subjectarum, Tartarorumqve campestrium, arcium, civitatum præcipuarum, morum denıqve gentis, religionis & consvetudinis vitæ, sufficiens, & vera descriptio. Adjuncta præterea Gesta præcipua, Tyrannisqve ingens moderni Monarchæ Moscoviæ,* Iohannis Basilidis *nuper perpetrata, descripta ex* Alexandri Gvagnini, Veronensis *Sarmatia,* Spiræ a Bernhardo Balbino edita. Præterea huc pertinet Pauli Oderbornii, *Iohannis Basilidis, Magni Moscoviæ Ducis Vita, tribus libris conscripta, ad Henricum Iulium, Episcopum Halberstadensem, Brunonisvicanorum & Luneburgensium Ducem magnanimum & illustrissimum.* (b) Item *Antonii Possevini*, Mantuani, Soc. Iesu Sacerdotis, (c) qvi nomine Gregorii XIII. variis legationibus functus, bis

P. Oderbornius.

Ant. Possevinus.

(a) Hoc *Herberstainii* scriptum Basileæ prodiit ex officina Ioh. Oporini 1551. una cum Iovii Historia *legationis Basilii* ad Clem. VII. & recusum est Antverpiæ an. 1557. (b) VVittemb. ed. 1585. & Francof. 1600. *Germanice*, Gorlicii 1596. (c) Vide de *Possevino* Ferrariæ an 1611. demortuo, Ribadeneiram *in Catal. Scriptor. S. I.* Alegambe *Bibl. Ies. pag.* 41. Bosium in *Not. Eccles. Scriptor. cap.* 2. *pag.* 16.

bis ad M. Moſcoviæ Ducem abiit, ac inter Moſcos & Polonos pacem feliciter confecit, liber, cui hunc præfixit titulum: *Moſcovia, & alia opera de ſtatu hujus ſeculi, adverſus Catholicæ Eccleſiæ hoſtes: nunc primum in unum volumen collecta, atqve ab ipſomet auctore emendata & aucta*, Coloniæ anno CIↃIↃLXXXVII. (a) Nam in eo seqventia exſtant, potiſſimum ad religioſa negotia Moſcorum facientia: I. *Commentarius I. ad Gregorium XIII. P. M. in qvo difficultas, ſpes, rationes afferuntur promovendæ Cathol. Religionis tam in Moſcoviam, qvam in Ruſſiam eam, qvæ Poloniæ Regi ſubjecta eſt.* II. *Commentarius alter ad eundem Gregorium, de ſtatu rerum Moſcoviticarum; de gentis ingenio, de ratione legationis ad eum obeundæ, poſtremo conſcriptus ab Auctore, cum ex Urbe in Poloniam Moſci legatos reduxiſſet, qvos antea ex Moſcovia Romam adduxerat.* III. *Colloqvia de religione Catholica, publice ab Auctore habita cum Magno Moſcoviæ Duce in ejus Regia, freqventi Procerum conſeſſu.* IV. *Capita, qvæ Magnus Dux ab Auctore petiit, qvibus Græci & Rutheni a Latinis in re fidei diſſenſerunt, poſtqvam ab Eccleſia Catholica ſeſe præciderunt: & eorum errores.* V. *Scriptum ab Auctore traditum Magno Duci, cum Angli mercatores Moſcuæ tunc commorantes clam eidem Magno Duci per qvendam Anabaptiſtam librum obtruſiſſent, qvo Pont. Max. blaſpheme vocabant Antichriſtum.* VI. *Interrogationes & Reſponſiones de Proceſſione Spiritus S. a Patre & Filio, deſumtæ, ac breviore & dilucidiore ordine digeſtæ, ex libro* Gennadii Scholarii, *Patriar-*

(a) An. 1586. jam aliqva hujus libri excuſa *Vilnæ*.

Dan. Printz. *triarchæ Constantinopolitani.* Sic *Daniel Printz a Bucchau*, Impp. Maximiliani & Rudolphi ubivis secundus Consiliarius, nec non bis ad Iohannem Basilidem, Magnum Ducem Moscoviæ, Legatus extraordinarius, *de rebus Moscoviticis* libellum scripsit, anno CIƆIƆCLXXXI. cum titulo, *Moscoviæ ortus & progressus*, Gubenæ in Lusatia recusum, cujus caput II *de Religione*, V. *de matrimonio* agit *Ruthenorum*. Qvod in Baronianorum Annalium *Tomi VII. Appendice* qvædam compareant ad Historiam Ruthenicam Ecclesiasticam spectantia, supra (cap. XIV. §. XI.) ostendimus. Sed hic necessum habemus monere, qvod scriptum illud Baronii Cardinalis Coloniæ an. CIƆXCVII. separatim sit excusum, cum hac epigraphe: *Historica Relatio de Ruthenorum origine, eorumqve miraculosa conversione, & qvibusdam aliis ipsorum Regum rebus gestis.* Item: *Qvomodo progressu temporis ab agnita veritate defecerint; a modo vero partim ad communionem S. Sedis Apostolicæ recepti fuerint.* Iacobi

Iac. Vlfeldius. *Vlfeldii*, Domini in Vlfeldsholm, & Selsou, Regii Consiliarii, & Eqvitis Dani, a Friderico II. ad Magnum Moscoviæ Ducem legati, *Legatio Moscovitica, sive Hodœporicon Ruthenicum*, opera *Melchioris Goldasti*, Francofurti impressum est anno CIƆIƆCXXVII. (a)

Petr. Petrejus. *Petri Petreji*, Vpsaliensis, *Chronicon rerum Moscoviticarum* eo magis est æstimandum, *qvoniam cum Legatis Regni Svecici Muskoviam ingressus, ea consignavit*,

(a) Error igitur est Konigii in *Biblioth.* scribentis: *Iacobus Vlfeldius legationem Polonicam an. 1627. literis commisit*,

nit, qvibus ipse interfuit: qvæ verba ſunt Iohannis Schefferi, *Vpſalia antiqva cap. XX.* (a) Iohannis *Botvidi*, Gothi, SS. Theol. D. & Concionatoris Regii Svecici, *Theſes de Qvæſtione, Vtrum Muſchovitæ ſint Chriſtiani?* juſſu S. R. M. Sveciæ ad publicam Diſputationem in Academia Vpſalienſi ſunt propoſitæ anno CIↃIↃCXX. *Adami Olearii*, Aſcanienſis, Bibliothecarii & Mathematici Holſato-Gottorpienſis *Itinerarium Moſcovitico-Perſicum* rerum qvoqve Eccleſiaſticarum plenum eſt. (b) *Iter in Moſcoviam*, Auguſtini, Liberi Baronis de Mayersberg, Cameræ Imp. Aulicæ Conſiliarii, & Horatii Guilielmi Caluuccii, Eqvitis, ac in Regimine interioris Auſtriæ Conſiliarii, ab Auguſtiſſ. Rom. Imp. Leopoldo, ad Tzarem & Magnum Ducem Alexium Michalovvicz, anno CIↃIↃCLXI. ablegatorum, *deſcriptum eſt ab ipſo* Auguſtino L. B. de Mayerberg, *cum Statutis Muſcoviticis ex Ruſſico in Latinum idioma ab eodem translatis.* (c) Michaelis *Siricii*, Lubecenſis, Theologi Gieſſenſis, *Religio Moſcovitica per certa, lectu digna, & utilia capita*, Gieſſæ ad diſputandum eſt propoſita a *M. Ludero Kramero*, Riga-Livono, anno CIↃIↃCLXI. qvam hic ſeqventi anno Germanice etiam verſam edidit. (d) *De religione, ritibusqve Eccleſiaſticis Moſcovitarum, Diſſertationem Theologicam*, Præſide *D. Ioh. Erneſto Gerhardo*, in hac Academia anno LXV. publicæ diſqviſitioni ſubmiſit

Ioh. Botvidus.

Ad. Olearius.

Aug. de Mayerberg.

Mich Siricius.

Lud. Kramerus.

(a) pag. 400. Chronicon hoc Germanice prodiit Lipſiæ 1620. (b) Aliqvoties editum eſt Slesvici, ac demum an. 1666. (c) Vbi & qvando elegantiſſimus liber ſit impreſſus, non additur. (d) Titulus eſt: Moskowitiſcher Irrglaube.

Ioh. Schwabe. *Iohannes Schwabe*, Revalia-Livonus. Anno LXVII. *Exercitatio Historico Theologica*, in qva *Religio Moscovitarum breviter delineata*, sub præsidio *D. Ioh. Conradi Dannhaweri* Argentorati est exhibita a *M. Michaele* von Oppenbusch/ Amstelodamense. *Mich. v. Oppenbusch.*

NAMVRCI *Æg. du Monin.* §. XXXIV. NAMVRCENSIS *Comitatus Sacrarium* edidit *Ægidius du Monin*, Canonicus ad S. Albanum Namurci, post Soc. Iesu: (a) qvo in libro recenset *Sanctorum reliqvias*, & *religiosa loca, qvæ in illo sunt.* (b) *Statuta & Decreta Synodalia Diœcesis Namurcensis*, Lovanii anno CIↃIↃCV. publicari fecit *Franciscus Busseretus*, Montensis, Philosophiæ Profess. Lovanii, post Iur. Vtr. Doctor, Canonicus & Decanus Cameracensis, tum Episcopus Namurcensis, ac tandem Archiepiscopus & Dux Cameracensis, qvi in ipsis Præsulatus hujus auspiciis anno CIↃIↃCXV. II. Maji, vitam cum morte commutavit. (c) *Fr. Busseretus.*

NORMANNIÆ §. XXXV. NORMANNICAM Historiam Ecclesiasticam præcipue tractavit, qvem inter Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ antiqviores *cap. VIII.* §. *IV.* retuli, *Ordericus Vitalis*, libris XIII. ab Andrea Duchesnio editis. Anno CIↃCXLI. qvo opus hoc absolvit, ætatis annum LXVII. inchoavit. Hæc enim extrema scriptoris verba sunt: *Ecce senio & infirmitate fatigatus librum hunc finire cupio, & hoc ut fiat, pluribus de causis exposcit ratio: nam sexagesimum septimum ætatis meæ, in cultu Domini nostri IESV CHRISTI* *Ord. Vitalis.*

(a) Val. Andreæ in *Bibl. Belg. p. 27.* Alegambe in *Bibl. Ies. p. 8.* (b) Leodii 1619. (c) Val. Andreæ in *Bibl. Belg. p. 255.*

STI perago: & dum Optimates hujus seculi gravibus infortuniis, sibiqve valde contrariis comprimi video, gratia Dei roboratus, securitate subjectionis, & paupertatis tripudio. En Stephanus Rex Anglorum in carcere gemens detinetur, & Ludovicus Rex Francorum expeditionem agens contra Gothos & Gascones pluribus curis crebro anxiatur.

§. XXXVI. PALATINÆ *ad Rhenum Ecclesia Historiam a temporibus Reformationis usqve ad Iohannem Casimirum Administratorem,* scripsit *Henricus Altingus* Theologus. Nondum tamen liber hic in lucem prodiit: sed sæpius tum ab Hottingero, tum ab aliis (a) laudatur, & loca integra ex eo allegantur. Qvod deniqve factum est ab Illustri Seckendorfio in *Historia Lutheranismi:* qvi *lib. I. sect. XIII. addit. I.* (b) sic scribit: *Est apud me* Henrici Altingii, *clarissimi inter Reformatos Theologi Narratio Historica de Ecclesiis Palatinis Groninga eleganti stylo composita. Describi eam fecit Heidelberga, ante annos plus minus viginti frater meus Henricus Gottlob a Seckendorff, cum Serenissimo Carolo Ludovico Electori Palatino a consiliis esset.* Exstat etiam Davidis Paræi *Oratio de Statu qvinqvagenario Palatina Ecclesia.* *PALATINATVS* *Henr. Altingus.* *Dav. Paræus.*

§. XXXVII. PARAGVAIA, sive PARAQVARIA, ampla Americæ meridionalis est Provincia. In *PARAQVARIÆ*

Mmm 2 hanc

(a) Hotting. in *Bibliothecario* pag 447. & alibi: Frid. Spanhemius in *Animadversionibus adversus fictiones Ioh. van VVeyen, pag. 387.* qvi & pag. 399. vocat *Historiam Palatina Reformationis.* (b, pag. 29. a: ac vide porro *sect. 35, §. 82. add. 1, p. 531. b;* item *sect. 54. §. 133. add. p. 226. b,*

Iac. Ranzonierus. hanc anno CIↃIↃCXXVI. navigavit *Iacobus Ranzonierus*, Soc. Iesu, ibiqve in prima messe missionis, ac flore ætatis, obiit. Scripsit is *Literas annuas Paraqvariæ Soc. Iesu, annorum XXVI. & XXVII.* Antverpiæ editas an. XXXVI. (a)

PEDEMONTII *P. Allixius.* §. XXXIIX. *Annotationes aliqvas super Historiam antiqvarum* PEDEMONTII *Ecclesiarum* consignavit *Petrus Allixius*, Theol. D. cujus libri summam exhibuerunt celeberrimi Lipsienses in *Actis Eruditorum* anno XCI. mense Iunio. (b) Bonam partem hic liber in *Waldensium* historia occupatus est: de cujus scriptoribus nos paulo inferius singulariter agemus.

PERVVIÆ. *Ioach. Brulius.* §. XXXIX. *Relatio rerum in Provincia* PERVVIANA (*Americæ*) *a Patribus Soc. Iesu gestarum* Moguntiæ prodiit anno CIↃIↃCIV. *Ioachimi Brulii*, Ord. Eremitarum S. Augustini *Historia Peruana Ordinis sui*, Antverpiæ excusa est anno hujus seculi LI.

POLONIÆ ET LITHVANIÆ. *Ioh. Argentus.* *Stanisl. Lubiensky.* §. XL. *De Statu Soc. Iesu in* POLONIA & LITHVANIA, ad Sigismundum III. librum scripsit *Iohannes Argentus*, Mutinensis, Soc. Ies. (c) *Historiam Reformationis Polonicæ* composuit *Stanislaus Lubieniecius*, Eqves Polonus: *in qva tum Reformatorum, tum Antitrinitariorum Origo & Progressus in Polonia & finitimis provinciis narrantur.* (d) Exstat & *Martini*

(a) Val. Andr. in *Bibl. Belg. p.* 427. (b) pag. 254. seqq. (c) Ingolstadii impress. 1616. Vid. Alegambe *Bibl. Ies. p.* 218. *seqq.* (d) Freistadii, sive (ut puto) Amstelodami) excus. 1685. De hoc *Lubieniecio*, Sociniano, qvi an. 1675. 18. Maji cum bigis filiarum veneno periit Hamburgi, vide Ioh. Molleri *Isagogen ad Hist. Cimbr. part.* 2. *cap.* 5. *p.* 105.

ni Gratiani Gertichii Narratio *de prima Ecclesiarum Vnitatis Fratrum in Polonia origine:* & *Matthæi a Costen* Cohortatio *Ecclesiarum Sarmaticarum ad avitam* (Pontificiam) *religionem*. (a) Miscellanea *rerum ad statum Ecclesiasticum in Magno Ducatu Lithuaniæ pertinentium* congessit *Albertus Kojalowicz*, Launensis Lithuanus, Soc. Iesu, Collegii Vilnensis Rector, hujus Acad. Procancellarius, & Domus Professæ Præfectus anno CIↃIↃCLXXVII. VI. Octobr. demortuus. *Mart. Grat. Gertichius.* *Alb. Kojalowicz.*

§. XLI. POMERANIÆ *Historiam Ecclesiasticam* Germanice scriptã debemus *Danieli Cramero*, Retzia-Neomarchico, primum Org. Aristot. Prof. Wittebergensi, post Archidiacono Ecclesiæ Marianæ Stetinensis, ut & in Pædagogio Prof. ac Consistorii Assessori, demum Theol. D. ejusdem Ecclesiæ Pastori, ac Pædagogii Inspectori, qvi anno CIↃIↃCXXXVII. V. Octobris obdormivit. (b) An altera hujus libri locupletior editio, cujus titulus a Cl. Michaele Hertzio in *Bibliotheca Germanica* affertur, lucem viderit, vel id propter dubito, qvod in Ioh. Micrælii *Catalogo*, qvo Pomeranica scripta ab anno hujus seculi sexto usqve ad trigesimum septimum impressa cum cura enumerat, (c) non reperitur. *POMERANIÆ* *Dan. Cramerus.*

§. XLII. *Historiam Ecclesiasticam* PRVSSICAM singulari cum fide, magnaqve cum industria Germanice item scripsit *Christophorus Hartknochius*, Gymnasii *PRVSSIÆ* *Christoph. Hartknoch.*

(a) Cujus meminit Staravolscius *de Centum Poloniæ Scriptor. p. 26.*
(b) Vide Micrælii *lib. 5. Hist. Pomer.* German scriptæ p. 351. sine lib 5. sive ultimi. Liber ed. Francof 1602. c) Habetur is in fine *lib 6. Histor. Pomeranicæ* an. 1639. Stetini impressæ.

Thoruniensis Professor, vir longiori vita dignissimus: (a) qvi etiam alii operi, cui *Prussia Veteris ac Novæ* fecit titulum, (b) multa subinde immiscuit ad hoc argumentum pertinentia: ac *parte II. c. V. egit de introductione ac propagatione Religionis Christianæ in Prussia.* Nec minus etiam huc retuleris *Petri de Dusburg*, Ord. Teuthonici Sacerdotis, *Chronicon Prussiæ, in quo Ord. Teutonici origo, necnon res ab ejusdem Ord. Magistris ab an.* CIϽCCXXVI. *usqve ad an.* CIϽCCCXXXVI. *in Prussia gestæ exponuntur: cum Incerti Auctoris continuatione usqve ad ann.* CIϽCCCXXXV. Qvod opus itidem laudatissimo *Hartknochio* debemus: qvi & in *Dusburgium* elegantes Notas scripsit. (c) De aliis rerum Prussicarum Scriptoribus ipse agit *Hartknochius*, tum in *Selectarum Dissertationum de variis rebus Prussicis*, cum Dusburgio editarum, *prima*, qvæ est *de Scriptoribus Historiæ Prussicæ*; tum in præfatione Operis *de Veteri ac Nova Prussia*, & in his qvoqve de Iohannis Meletii Archipresbyteri Lyccensis *Epistola, de Veterum Prussorum idololatria*, ad Georgium Sabinum, sæpius edita. Nec minus ipsius Hartknochii Dissertatio XIV. in *Originibus Christianæ religionis in Prussia* occupata est. De *Religione* etiam *Prussorum* in Prolegomenis

(a) Titulus ita habet: Preussische Kirchen-Historia/ darinnen von Einführung der Christl. Religion in diese Lande, wie auch von der Conservation, Fortpflanzung/ Reformation, und dem heutigen Zustande derselben ausführlich gehandelt wird. Nebst vielen denckwürdigen Begebenheiten/ so sich biß an diese Zeiten in dem Kirchenwesen daselbst zugetragen. Franckfurth am Mayn und Leipzig an. 1686. (b) Alt und Neues Preussen: Francofurti & Lipsiæ. 1684. (c) Liber impressus est Ienæ 1679.

nis ad *Manuale Prutenicum* prolixe egit *Cœlestinus Mislenta*, SS.Theol D. in Acad. Regiomontana Prof. P., *De Statu Ecclesiarum Prutenicarum*; Petrus Sikius in Acad. Regiomontana Theol. Prof. anno CIↃIↃLXXII. *Orationem* habuit: cui anno seqventi scriptum opposuit *Petrus Scalichius*. (a) *Cæl. Mislenta.* *Pet. Sikius.*

§. XLIII. RHÆTICARUM Ecclesiarum Reformationem prolixe describit *Fortunatus Sprecherus* a Berneck, in *Chronico Rhætiæ* Germanice scripto, ac aliqvoties edito. (b) Aliqva etiam Ecclesiastica habet *Gabriel Bucclinus*, in *Rhætia Sacra & Prophana, Topo-Chronico Stematographica*, qvæ Augustæ excusa est anno CIↃIↃCLXVII. *RHÆTIÆ* *Fort. Sprecherus.* *Gabr. Bucclinus.*

§. XLIV. *Impietatem domitam a liliis*, seu *Historiam SAXONIÆ a Carolo M. domitæ* concinnavit *Nicolaus Causinus*, Trecensis Gallus, e Soc. Iesu, Oratoriæ in pluribus locis Professor, ac demum Ludovico XIII. Galliæ Regi a sacris confessionibus, qvi anno præsentis seculi LI. II. Iulii finem vivendi fecit. (c) *Historiam Ecclesiasticam renati Evangelii per* INFERIOREM SAXONIAM ET VVESTPHALIAM debemus *Hermanno Hamelmanno*: cujus operis minimum partes II. prodierunt. In secunda (nam in prima explicuit Historiam renati Evangelii in Comitatu Hojensi & Diepholtensi) (d) agit *de Ecclesiis Goslariensi, Magdeburgensi, Halberstadiensi, Qvedlenburgensi, Ducatus Brunsvvicensis, Luneburgensi, Brunsvvi-* *SAXONIÆ* *Nic. Causinus.* *Herm. Hamelmannus.*

(a) Vide Hartknochii *Hist. Eccles. Pruss* l. 2. c. 4 p. 441. (b) Basileæ 1622. & 1676. (c) Vide Alegambe *pag.* 251. (d) Vide hujus capitis §. 24.

ſwicenſi, Eimbeccenſi, Hannoverenſi, Hamelenſi, Gottingenſi, Hildeſienſi, Hamburgenſi, Lubecenſi, Ducatus Megapolenſis, Ducatus Holſatiæ & Dithmarſiæ. In hujus II. partis dedicatoria promiſit, ſe in *tertia* inter alia de *Mindenſi ac Verdenſi Eccleſiis* acturum.

Dav. Chytr. *Davidem* qvoqve *Chytræum* complura hujus argumenti in *Saxoniam* ſuam retuliſſe, non eſt ignotum Eruditis. Ad SAXONIÆ etiam Hiſtoriam ſacram illuſtrandam conducet *Henrici Hopfneri*, Theologi

Henr. Hopfnerus. Lipſienſis celeberrimi, (a) *Saxonia Evangelica*, Cutſemii *Saxoniæ Catbolicæ* oppoſita. [b] Nimirum *opus Antevangelicum* (utor Theophili Spizelii verbis in *Templo Honoris*) [c] *ediderat qvidam Eccleſiæ Colonienſis Chorepiſcopus Petrus Cutſemius.* Saxoniam *id vocaverat* Catholicam, *& Germaniæ noſtræ nobiliſſimam Provinciam ad Romanæ Eccleſiæ communionem tantum non compellere ſtatuerat: qvos tamen conatus, conſcriptasqve a Petro Cutſemio copias longe ſolidiori ſcripto* (qvod Saxoniam Evangelicam *nuncupavit*) *tam feliciter profligavit, ut nihil illi in hunc usq; diem repoſuerint adverſarii. Tanta eqvidem argumentorum & rationum vi proſtravit fere ſingula, qvibus ſedes Pontificia innititur) dogmata, & Papæ ipſius in Principes Terrarum poteſtatem excusſit, ut in iſtis ſtabiliendis fruſtra partium Romanenſium fautores ſint laboraturi.* Contra eundem Cutſemium calamum

(a) Obiit an. 1642 Vide de eo Spizelii *Templum Honoris p. 141. ſeqq.* & Wittii *Memorias Theologorum pag. 491.* (b) Lipſiæ excuſa an. 1625. recuſa 1672. *Cutſemii* libellus prodiit Coloniæ 1621. (c) pag. 149.

mum ſtrinxit *M. Samuel Müllerus*, tum Muchlæ Thuringorum Paſtor, poſt Superintendens Sangerhuſanus, ſcripto, cui titulum fecit: *Spes vana Papiſtica: id eſt, Conſideratio libelli Colonienſis, a qvodam Sacrificulo Pontificio P. Cutſemio editi, ſub titulo*, Saxonia Catholica: *inſtituta in Vindicationem & Confirmationem inclytæ Nationis Saxonicæ, B. Lutheri doctrinæ Catholicæ & Sacroſanctæ animitus addictæ. Acceſſit* Dn. D. Matthiæ Hoe, *in Aula Saxon. Elect. Concionatoris & Theologi primoris Epicriſis.* (a)

Samuel Mullerus.

§. XLV. Hiſtoriam Eccleſiæ SCOTICÆ lingva Anglicana compoſuerunt *Iohannes Knoxus*, (b) & *Iohannes Spotiswodus*, Epiſcopus in Scotia Andreanus: (c) ſed Latine xix. libris, *Thomas Dempſterus* a Muresk: (d) qvibus *Apparatum* præmiſit libris duobus, ſcilicet *Martyrologio Scotico*, & *Elencho Scriptorũ Scoticorum*. (e) Verum Dempſterum, ut Scotos ſuos ad eruditionis palmam efferret, multa commentum, monet Labbeus in *Bibliotheca Bibliothecarum*: (f) qvem ſeqvitur Martinus Kempius in *Bibliotheca Anglorum Theologica*. (g) Eiqve *peregrinum non eſſe, aliqva fingere*, in *Spicilegio de Hiſtoricis Latinis*, ſcribit Martinus Hallervordius. (h) *Iacobus Tyrius* e Soc. Ieſu ſub nomine Georgii Thomſoni, *de Antiqvitate Eccleſiæ*

SCOTIÆ Ioh. Knoxus. Ioh. Spotiswodus Thom. Dempſterus.

(a) Lipſiæ excuſus eſt 1623. VVittius etiam in *Diario Biogr.* citat Cutſemium ſecundo ablegatum. (b) Anno 1572. Edinburgi obiit. Vitam ejus ſcripſit *Thomas Smetonius*: item *Brianus Duppa*: qvæ Spotisvvodi Hiſtoriæ præfixa. (c) Hujus Hiſtoria Anglice prodiit Londini 1655. (d) Bononiæ 1627. (e) Ibid. 1622. De *Dempſtero* vide Ianum Nicium *Pinacotheca I. p.* 24. *ſeqq.* (f) pag. 199. (g) *cap.* 20. pag. 523. (h) pag. 8.

Scoticæ ſcripſit: qvod ſcriptum Antonius Poſſevinus *lib. XVI. Bibliothecæ ſect. VII.* inſeruit: & eſſe Tyrii, teſtatur Dempſterus *in Apparatu ad Hiſtoriam Scoticam lib. II. cap. XIII.* De *Regimine Eccleſiæ Scoticæ* habemus Epiſtolam *Hieronymi Philadelphi*, anno CIↃIↃCXXIII. ſcriptam: Ejusdemqve *Vindicias contra calumnias Iohannis Spotisvvodi*: item Iohannis, Fani S. Andreæ Archiep. *Refutationem libelli de Regimine Eccleſiæ Scoticanæ.* (a) Irenæus Philalethes *Commentarium rerum nuper in Scotia geſtarum, & Apologiam de motibus ibidem obortis circa religionem* compoſuit. (b) At vero ſub hoc fictitio nomine latere *Ludovicum Molinæum*, Hiſtor. Prof. Oxonienſem, annotarunt Iacobus Revius in *Examine Epiſcopatus Vedeliani*, (c) & Martinus Kempius *d. l.* (d) Georgii Conæi *de duplici ſtatu religionis apud Scotos libri II.* Romæ prodierunt anno hujus ſeculi XXVIII. Davidis Camerarii *de Scotorum fortitudine, doctrina, ac pietate, deqve ortu ac progreſſu hæreſis in Anglia ac Scotia libri IV.* Pariſiis editi anno CIↃIↃCXXXI. De *Andreæ Ballii*, Theologi Glaſcuenſis, *Eccleſiæ & Diſciplinæ Scoticæ Defenſione*, in Hollandia ſcripta, & Anglice edita, videatur Gisbertus Voetius *Tomo II. Diſp. Selectarum.* (e)

Hier. Philadelphus. *Lud. Molinæus.* *Georg. Conæus.* *Dav. Camerarius.* *Andr Ballius.*

§. XLVI. *De antiqvo jure Eccleſiæ* SICVLÆ ſcripſit *Albertus Piccolus.* (f) *Octavius* qvoqve *Cajetanus*, Nobilis Syracuſanus, Soc. Ieſu, Collegiorum Ma-

SICILIÆ *Alb. Piccolus.* *Octav. Cajetanus.*

(a) Londini 1640. (b) Dantisci 1641. (c) pag. 14. (d) pag. 527. (e) pag. 351. (f) Meſſanæ 1623. teſte *Catal. Bibl. Bodl.* p. 56. *Alexandrum* vocat Kongius in Bibliotk. p. 637. b.

Mamertini & Panormitani, nec non Domus ibidem Professæ Rector, qvi anno CIↃIↃCXX. VIII. Martii decessit, varia consignavit ad Historiam Ecclesiasticam Siciliæ pertinentia: nempe, *Ideam Operis de Vitis Sanctorum Siculorum famave sanctitatis illustrium: Martyrologium Siculum in singulos anni dies: De Vitis Sanctorum Siculorum*, aliaqve (a).

§. XLVII. SILESIACÆ *Historiæ Ecclesiasticæ Prolegomena* edidit *Gotfridus Ferdinandus Buckischius*, Regiminis Regii Brigensis Secretarius. Vir etiam Nobilissimus, Reformatæ religioni addictus, qvi sub *Friderici Liechtsternii* nomine, *Silesiacam Ducalem Coronam* (Schlesische Fürsten Krone) conscripsit. *Discursibus VI. VII. & VIII.* in Ecclesiastica Silesiæ Historia occupatur: qvibus cum tamen conferantur, *Curiosi* (uti se vocare voluit) *Silesii*, Annotationes *in librum Liechtsternii* [b]. *SILESIÆ. Gotfr. Ferd. Buckischius. Fr. Liechtsternius.*

§. XLVIII. *Systema Historico-Chronologicum Ecclesiarum* SLAVONICARUM *per Provincias varias, præcipue Poloniæ, Bohemiæ, Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Moraviæ &c. distinctarum*, Adrianus *Regenvolscius* adornavit, *continens Historiam Ecclesiasticam a CHRISTO & Apostolorum tempore*. Prodiit Trajecti ad Rhenum an. CIↃIↃCLII. Auctorem hujus libri esse *Andream Wengerscium*, aliqvoties monuit Christophorus Hartknochius in *Historia Ecclesiastica Prussica*.(c) Et vero hoc etiam nominis præfert editio Am- *SLAVONICARUM Ecclesiarum. Andr. Wengerscius.*

Nnn 2 stelo-

(a) Vid. Alegambe *Biblioth. Ies. p. 358.* b) *Liechtsternii* liber Francof. ed. 1685 *Annotationes* autem C. S. VVeisenfelsæ anno 1687. (c) *lib. 2 cap. 2. p. 305. & cap. 5. p. 463.* ue & in *Indice*.

ſteiodamenſis anni CIↃIↃCLXXIX, cujus integrum afferemus titulum: Andreæ Wengerſcii *libri IV. Slavoniæ Reformatæ, continentes Hiſtoriam Eccleſiaſticam Eccleſiarum Slavonicarum, inprimis Polonicarum, Bohemicarum, Lithuanicarum, Ruſſicarum, Pruſſicarum, Moravicarum, ab Apoſtolorum tempore usqve ad noſtra tempora. Qvibus additur appendix variorum monumentorum ad res Eccleſiaſticas Slavoniæ pertinentium: nimirum Epiſtola Iohannis Smeræ ad Regem Ruſſorum Vlodimirum: Narratio compendioſa de ortu & progreſſu Socinianorum in Polonia. Catalogus Patriarcharum & Epiſcoporum Epheſiorum, Smyrnenſium, Palæſtinæ & Cappadociæ, Tyriorum: Hiſtoria de Catharina Zalaſſovia: Eraſmi Otvinovii Heroes Chriſtiani: Colloqvium Raznovienſe habitum inter Pontificios & Socinianos.*

SLEVICENSIS DVCATVS. Ant. Heimreichius.

§. XLIX. Sacram Ducatus SLEVICENSIS Hiſtoriam illuſtravit *M. Antonius Heimreichius Waltherus*, Trindermarſa-Strand-Friſius, Parochus in inſula natali ab anno CIƆIƆCLII. ad emortualem -LXXXIV. Mohrenſis, libellis qvatuor vernaculis; in qvibus *abrogationem idololatriæ gentilis; introductionem Religionis Romano-Catholicæ, Epiſcoporum vitas, Reformationem, & poſtea exortas hæreſes, cum aliis rebus Eccleſiaſticis*, complexus eſt, anno -LXXXIII. Iohannes Mollerus *in Iſagoges ad Hiſtoriam Cimbricam parte II. cap. I.* (a) monet, eum Acta temporum Reformationem antegreſſorum, qvæ *libris prioribus* exhibuit, pene omnia Ioh. Adami Cypræi *Annalibus*

(a) pag. 13. ubi & Germanicum titulum libri *Heimreichiani* affert.

bus Episcoporum Sleswicensium debere; in *quarto* autem de personis, eventibus, & certaminibus sacris, complura Cypræo, aliisqve indicta attulisse. Longe vero complura atqve accuratiora ab *Trogillo Arnkielio* exspectanda, idem docet Mollerus: jamqve ejus rei supra *in Holsaticis* meminimus.

§. L. *De acerbissima persecutione S. Evangelii in* STIRIA, *Relationem* habemus *Davidis Rungii*, Stargardia Pomerani, Theologi Wittenbergensis, anno CIↃIↃCIV. demortui. (a) STIRIÆ *Dav. Rungii*

§. LI. SVECIÆ *Historiam Ecclesiasticam* debemus *Iohanni Baazio*, Ionecopensi Smalando Sveco, ex Episcopo Wexionensi, & post Scarensi, Archiepiscopo demum Regni, Academiæ Vpsaliensis Procancellario, & Consistorii Ecclesiastici Præsidi; qvi anno CIↃIↃCLXXXI. finem vivendi fecit. Liber Lincopiæ editus est anno CIↃIↃCXLII. ex qvo, qvia rarus, singularia ad Reformationis Historiam pertinentia excerpsit Illustris Seckendorfius *Historiæ Lutheranismi libro I.* (b) Huc etiam referas *Ioh. Vastovii*, Gothi, *Vitem Aqviloniam, seu Vitas Sanctorum in Scandinia magna, & regnis Gothorum Svecorumqve.* (c) Ohrnhiälmii *Historia Ecclesiastica Sveo-Gothica*, qvæ ex laudato *Ioh. Mollero* nobis innotuit, nondum ad manus nostras pervenit. SVECIÆ *Ioh. Baazius.* *Ioh. Vastovius.* *Ohrnhiälmius.*

Nnn 3 §. LII.

(a) Integer scripti titulus est: *Relatio Historiæ tristissimæ Persecutionis qvæ in Styria contra orthodoxos Doctores ac reliqvos Aug. Confessioni addictos Christianos furore Iesuitarum instituta & peracta est; Addita est Ignis purgatorii indulgentiarumqve Papalium explosio.* (b) Sect. 57. §. 149. add. 2. pag. 266, seqq. (c) Colon. 1623.

THVRINGIÆ. §. LII. *Antiqvitates Gentilismi & Christianismi* THVRINGICI anno LXXXV. publicavi: qvas non indignas censuerunt celeberrimi Lipsienses, qvibus eodem anno locum aliqvem in *Actis Eruditorum* assignarent. (a)

REIP. VENETÆ. §. LIII. Qvod ad inclutam Rempublicam VENETAM attinet, inprimis memorabilis est controversia inter eam, & Paulum V. Pontificem agitata, qvæ demum in Excommunicationem Venetorum erupit XVII. Aprilis anno CIƆIƆCVI. promulgatam. *Scripta de controversia inter Paulum V. P. & Venetos.* Huc pertinet *Historia Inimicitiarum, qvæ Paulo V. Pont. R. cum Rep. Veneta intercessere:* qvam ex Italico Anglice vertit *Christophorus Potter*, Canonicus Windelsorianus, & Decanus Wigorniensis, an. CIƆIƆCXLV. mortuus. (b) Ceterum qvia tum temporis scripta prodierunt varia, eademqve ex Italico in Latinum sermonem conversa singulari opere exstant, horum syllabum cum benevolo lectore communicare non pigrabimur. I. *Breve Excommunicationis* Pauli V. *Pontificis, qvo Venetos excommunicavit.* II. Leonardi Donati, Ducis Venetorum *Literæ ad Clerum in Dominio Reip. Venetæ, VI. Maji anno* CIƆIƆC. *datæ.* III. *Literæ Reipubl. ac Senatus Venetiarum ad suos municipes & subditos.* IV. Antonii Qvirini, Senatoris Veneti *Dissertatio de Iure Reipubl. Venetæ in turbis, qvæ illi moventur a Papa Paulo V. ad Patriam suam, & universum ipsius Reipubl. Dominium.* (c) V. Patris Magistri Pauli

(a) Augusto mense pag. 363. seqq. (b) Lond. 1629. *De Pottero* vide Ant. a VVood in *Histor. Universit. Oxon. lib. 2 pag. 120.* (c) Hoc scriptum etiam Germanice versum possideo.

Pauli Veneti, de Servorum Ordine, *Consideratio supra Censuris S. Pauli V. contra Venetiarum Rempubl.* VI. *Tractatus de Interdicto Sanctitatis Pauli V. in quo demonstratur, non esse legitime publicatum, ac multis de causis non obligari Ecclesiasticos illud exsequi, nec illud ab ipsis sine peccato observari: compositus ab infra scriptis Theologis:* Petro Antonio *Archidiacono, & Vicario Generali Venetiarum:* F. Paulo, *Ord. Servorum, Theologo Ser. Reipubl. Venetæ:* F. Bernardo Iordano, *Minore Observante Theol.* P. Michaele Angelo, *Minore Observante Theol.* F. Marco Antonio Capello, *Minore Conventual. Theol.* F. Camillo, *Augustiniano Theol.* F. Fulgentio, *Ord. Servorum Theologo.* (a) VII. Cæs. Baronii, S. R. E. Presbyteri Card. Tit. SS. Nerei & Achillei, Sedis Apostolicæ Bibliothecarii *Parænesis ad Rempubl. Venetam.* VIII. Duorum clarissimorum Italiæ Ictorum *Epistolæ ad Paulum V. Pontif. Max. & Sententiæ Card. Baronii, & Columnæ.* IX. *Responsio* D. Theologi *ad Epistolam sibi scriptam a Reverendo quodam Amico suo. De Monitorio Censurarum a Sanctitate Pontif. Pauli V. promulgatarum contra Dominos* Venetos: *& de nullitate illarum Censurarum, e sacris literis, Sanctis Patribus, aliisque Catholicis Doctoribus desumta.* X. Card. Bellarmini *Responsio ad libellum praecedentem.* XI. *Defensio* Iohannis Marsilii, *in favorem Responsi octo Propositiones continentis: adversus quod scripsit Card. Bellarminus.* XII. Ioh. Gersonis, Theol. & Cancell. Paris. *Tractatus & Resolutio* *circa*

(a) Exstat. Barth. Vgolini *Responsio ad Tractatum VII. Theologorum in causa Veneta:* Moguntiæ ed. 1607.

circa valorem Excommunicationum. XIII. Card. Bellarmini *Responsio ad libellum præcedentem.* XIV. P.M. Pauli Veneti, O. S. *Apologia adversus oppositiones factas a Card. Bellarmino ad Tractatus & Resolutiones Ioh. Gersonis.* XV. Zefirieli Thomæ Bovii Veronensis *Epistola ad Papam Paulum V.* Atqve hæc qvidem scripta in Latina habentur editione: sed in Italica, duo vel tria alia superant, momenti tamen non adeo magni.

Nicol. Crassus. Præterea *Nicolaus Crassus*, civis Venetus, Philosophus & Ictus, scripsit *Antiparanesin ad Card.* Baronium, *pro Republ. Veneta*, qvam *Tomo III. Monarchiæ* S. Rom. Imp. inseruit *Melchior Goldastus.* Sed

Asc. Persius. eam excepit *Nicodemi Macri*, sive potius *Ascanii Persii*, Gr. L. Prof. Bononiensis, *cum Nicolao Crasso, de Paranesi Card. Baronii ad Rempubl. Venetam Disceptatio*, Monachii edita an. CIↃIↃCVII. Habemus etiam Nico-

Nicol. Vignierius. lai Vignierii *Dissertationem de Venetorum Excommunicatione adversus Cæsarem Baronium Card. in qva vera Excommunicationis ratio, tum ex Scriptura, tum ex antiqvis Ecclesiæ Christianæ monumentis breviter & dilucide demonstratur:* Salmurii edita an. CIↃIↃCVI. Contra adversus Venetos scripsere duo Hispani, *Iohannes de*

Ioh. de Carthagena. *Carthagena*, ex Soc. Iesu Presbytero Franciscanus regularis observantiæ, Theol. Prof. S. Petri montis aurei

Ioh. B. de Gvevara. in cœnobio Transtiberino, & *Iohannes Beltranus de Gvevara*, Archiepiscopus Salernitanus, ac deniqve Compostellanus Metropolita.

VNGARIÆ. *Melch. Inchoferus.* §. LIV. *Regni* VNGARIÆ *Annales Ecclesiasticos* edidit *Melchior Inchoferus*, Viennensis, Soc. Ies. Philos. Mathem. ac Theol. Prof. Messanæ in Sicilia,

qvi

qvi anno CIↄIↄCXLVIII. XXVIII. Septembris fuit demortuus. (a)

§. LV. WALDENSIVM mentionem fecimus in Pedemontanis. Sed qvia de horum Ecclesia plura habemus scripta, singulariter de iisdem agere, necessum duximus. Nomen autem *Waldenses* debent *Petro Waldo*, civi Lugdunensi opulento, & inter suos honorato, qvi medio seculo XII. scandalosa Clericorum vita & doctrina offensus, Scripturam S. diligentius cœpit legere, & Papisticas corruptelas relinqvere. Iam varia Waldensibus imposita sunt nomina: qvorum aliqva originem debent propagatoribus doctrinæ *Petri Waldi*: qvædam locis, in qvibus commorati; aliqva dogmatibus ipsis: nonnulla deniqve per calumniam iisdem attributa sunt. Sic *Arnoldistæ* dicti, ab *Arnoldo Hott*, Waldi socio, qvi in Septimaniam descendit, & Albiæ Augustæ hæsit: item *Lollardi*, *a Lollardo*, Doctore eorum in Anglia: *Leonini*, seu *Leonistæ*, a *Leone* qvodam Gallo: *Speronistæ*, & *Iosephistæ*, *a Sperono*, qvi Arnoldo successit, & *Iosepho*, itidem ejusdem successore, & Diensium præcone. A locis vocabantur, *Pauperes de Lugduno*: postqvam scilicet una cum *Waldo* magistro *Lugduno* ejecti, jacturam bonorum fecerunt; *Aginnenses*, ab *Aginno* Occitaniæ urbe: *Albigenses*, seu *Albanenses*, (hi tamen ab aliqvibus distingvuntur) ab oppido *Albi* in

WALDENSIVM.

Vnde dicti.

De Waldensium variis nominibus.

(a) De *Inchofero* vide Alegambe *Bibl. Ies. p.* 330 & Placcium in *Notis ad Ioh. Rhodii Auctores suppositities pag.* 43. 44. *Tomus I. Annal. Eccl. Regni Hungariæ* Romæ prodiit 1644.

in Tolosano agro: unde & crebro *Tholosani Heretici* dicuntur: *Piccardi*, vel a *Picardia*, Galliæ provincia: qvamvis alii a *Begardo* aliqvo, cujus sectatores *Begardi*, a vulgo imperite & corrupte *Piccardi*, dicti; ac item alii, ab obsoleto vocabulo *Piccard*, qvod *textorem* denotet, (a) hanc vocem arcessant. Propter vitam & dogmata appellabantur *Fratricelli*, qvod se mutuo fratrum instar diligerent. A calumniis deniqve profecta nomina *Publicanorum*, & *Catharorum* sive *Gazarorum*. Jam ad Historiam Waldensium pertinent scripta seqventia: *Petri Vallis Sarnensis*, Ord. Cisterciensis Monachi *Historia Albigensium*, & *sacri belli in eos anno* CIↃCCIX. *suscepti Duce Simone a Monteforti*, Innocentio III. Pontifice inscripta, cujus hortatu bellum illud susceptum erat. Hanc ex mss. codicibus primus luci exposuit *Nicolaus Camuzatius*, Trecensis Canonicus, Trecis anno CIↃIↃXV. Habetur etiam *Tomo V. Historiæ Francorum* Duchesnii. Christophori Richardi *Historia Persecutionum bellorumqve in populum Waldensem, & regionis Pedemontanæ valles incolentem ab anno* CIↃIↃLV. *ad* LXI. *religionis ergo gestorum*: Genevæ anno CIↃIↃLXX. Latine & Gallice. Georgii Abbot *Historia Cadis Valtelinæ*: Anglice, Londini an CIↃIↃCXXXII. Petri Wesenbecii *Oratio de Waldensibus & Albigensibus Christianis*. (b) Balthasaris Lydii *Waldensia*, id est, *Conservatio*

Petrus Monachus.

Christoph. Richardus.

Georg. Abbot.

P. Wesenbecius.

(a) Boxhornius in Hist. Univ. p. 711. *Mihi non est dubium, qvin id nomen fluxerit ab obsoleto vocabulo* Piccard, *qvod* Textorem *significat.* (b) Habita an. 1585. postea cum *Principum & Ord. Protestantium Epistolis huc pertinentibus* Servestæ excusa 1603.

servatio veræ Ecclesiæ, demonstrata ex Confessionibus Taboritarum & Bohemorum, Tomis II. (a) Iohannis Pauli Perrini *Historia Christianorum Albigensium & Waldensium, tripartita*, Gallice. (b) Petri Gillii, Pastoris Ecclesiæ Reformatæ Turonensis, *Historia Ecclesiæ Waldensis*: itidem Gallice. (c) Auctor *Chronicorum Waldensium*, ab anno CIↃCLX. ad ann. CIↃIↃCLV. etiam Germanice editorum. Samuelis Morlandi *Historia Evangelica Ecclesiæ Waldensis in Pedimentio*: Anglice: (d) Ægidii Strauchii *Disqvisitio Historico-Theologica de Waldensibus*: (e) Samuelis Maresii *Dissertatiuncula Historico-Theologica de Waldensibus*: (f) Jooachimi Hesterbergii, Hamburgensis, *Ecclesia Waldensium, Orthodoxæ Lutheranæ testis & socia*. (g) Domini de la Valette *Parallelismus Hæreseos Albigensium & Calvinismi*: Gallice. (h) Contra Waldenses plures scripsere ex Pontificiis, & in his *Eckbertus*, ex Presbytero Bonnensi Schonaugiensis Abbas: *Ebrardus* Bethuniensis: *Bernhardus*, Abbas Fontis-calidi: *Ermengardus*: *Lucas*, Diaconus primum, post Episcopus Tudensis: *Reinerius*, Ord. Prædicatorum: *Petrus de Pilichdorf*: *Iacobus Zieglerus*: *Antonius Olomucensis*: *Claudius Seyssellus*, & *Claudius Coussordus*. Et *Eckbertus* qvidem, qvi teste Trithemio in *Catal. Illustrium Virorum*, claruit anno CIↃCLX. scripsit *Sermones XIII. contra Catharos, seu Waldenses*, tum in

Ioh. Paul. Perrinus.

Petrus Gillius.

Chronica VValdensia.

Sam. Morlandus.

Ægid. Strauchius.

Sam. Maresig.

Ioach. Hesterbergius.

Dn. de la Valette.

Qvi contra VValdenses scripsere.

Eckbertus.

 Bibli-

(a) Qvorum *primus* Rot-rod. 1616. *secundus* Dordraci 1617. editus. (b) Genevæ 1618 & 1619. (c) Genevæ 1655. (d) Londini 1658 (e) V.Vitteb. 1659. habita, & 1663. recusa. (f) Groningæ 1666. (g) Argentor 1668. (h) Paris. 1686. Vid. *Acta Erud. Lips. an. 1688. m. April. p. 226 s.*

Bibliothecis Patrum, tum cum aliis ejusmodi scriptoribus contra Waldenses, a Iacobo Gretsero Ingolstadii cum *Notis & Prolegomenis* editos an. CIↃIↃCXII. *Ebrardus*, sive *Eberhardus*, itidem a Gretsero editus est: perinde ac *Bernhardus*, *Abbas Fontis calidi*: ut & *Ermengardus*: Ingolstadii an. -XIV. ac habentur in calce *Tomi XXIV. Bibliotheca Patrum*, novissimæ editionis Lugdunensis. *Luca*, primum Diaconi, post Episcopi *Tudensis* in Hispania, *libros tres de altera vita, fideiqve controversiis contra errores Albingensium*, cum Notis *Ioh. Mariana* suisq; edidit Gretserus Ingolst. an. -XII & cum horum & *Andrea Schotti* Notis recusi sunt Coloniæ an. -XVIII. ubi & *Reinerii Sachoni*, Placentini, Ord. Prædicatorum, & *Petri de Pilichdorf*, aliorumq; hujus farinæ libri conjunctim impressi sunt: qvi fere etiam *Tom. XXV.* dictæ *Biblioth. Patrum* exstant. Magistri *Alani* Opus *contra Hæreticos Waldenses, qvi postea Albigenses dicti*, editum cura *Ioh. Papirii Massoni*, Parisiis an. CIↃIↃCXII. (a) *Iacobi Ziegleri, ac Antonii Olomucensis* (b) scripta *contra Waldenses*, Lipsiæ anno CIↃIↃXII. & *Claudii Seysselli* Disputationes *contra errores & sectam Waldensium* Parisiis an. CIↃIↃXX. *Claudii* autem *Cousordi Confutatio errorum Waldensium & aliorum*, ibidem an. -XLVIII. prodierunt. Citat porro Hottingerus in *Bibliothecario lib. III. Cap. VI.* (c) *Brevem Narratio-*

Ebrardus. *Bernhardus.* *Ermengardus.* *Lucas Tudensis.* *Reinerius Sachonus.* *M. Alanus.* *Iac. Zieglerus.* *Ant. Olomucensis.* *Claud. Seysselius.* *Alia scripta ab Hottingero citata.*

(a) Citat hanc editionem *Catalogus Biblioth. Bodlejana pag.* 13. Sed qvia *Massonus* superiori anno obiit, scriptum fuerit posthumum. (b) Reperio alias *Augustini de Olmuz* Tractatum *de Secta Waldensium* Olomuzii editum 1529. ut in prænomine fortassis error sit. (c) pag. 448.

tionem Introductionis Hæreticorum in Valles Pedemontanas Marci Aurelii Rorenci: *Lucernam Christianæ veritatis ad cognoscendam veram Ecclesiam a falsa prætensa Reformata*: *Apologiam ad Epistolam cujusdam Ministri*, Rorenci: Vtrumqve refutatum scribit a *Gillio*, nomine *Considerationis*: sed mox *Considerationem* ipsam laudat, & *Responsionem in duas Epistolas, alteram Rorenci, alteram Belvedere, factam per qvendam Ecclesiæ Pastorem*: cui tamen præmittit Theodori Belvedere *Relationem ad Congregationem de propaganda fide, de locis qvibusdam Pedemontanis*: & *Turrim contra Damascum, oppositam Considerationi P. Gillii*, auctore *Belvedere*. Pro VValdensibus vero seqventia porro ad cognitionem meam venerunt scripta: *Professio fidei Fratrum Waldensium ad Vladislaum Hungariæ Regem missa*: *Excusatio Fratrum Waldensium contra binas literas Doctoris Augustini datas ad Regem anno* CIↃIↃVIII. (a) *Apologia veræ doctrinæ eorum, qui vulgo appellantur Waldenses vel Piccardi* (b) *oblata Dn. Georgio Marchioni Brandenburgensi: nunc demum multis in locis aucta & correcta*: anno CIↃIↃLXII. (c) *Apologia Ecclesiarum Reformatarum in Pedemontio, an.* CIↃIↃCLXII. Multa etiam pro Waldensibus in *Historia* sua *Universali* congessit Boxhornius. (d)

Reuttera. Gen. Weinsius.

Nic. Sebastian.

Scripta pro VValdensibus.

(a) Hæc duo scripta comparent in Volumine an. 1519. in fol. edito, in qvo varia habentur Historico-Theologica. item in *Scriptt. Rer. Bohem.* Freheri. b) In titulo additur: *Retinuerunt enim Iohannis Hussitæ Doctrinam, cum Scripturis Sanctis consentientem.* (c) Prodierat jam ante an. 1535. Atqve idem libellus esse videtur, de qvo agit Dn. Seckend. in *Supplem. Ind. Hist. ad Lutheranismum, num. 58.* (d) pag. 708. -728.

WESTPHALIÆ Gerh. Kleinsorgius.

§. LVI. WESTPHALIÆ *Chronicon Ecclesiasticum* MS. *Gerhardi Kleinsorgii* aliqvoties laudant Bernhardus a Mallincrot, in de *Archicancellariis Imperii*, & Hermannus Stangefolius, *De Annalibus Circuli Westphalici*. Sic *Nicolai Schaten*, Soc. I. *Historia Westphalica*, opere posthumo ann. CIↃIↃCXC. Paderbornæ editæ pars III. *Christiana* est: cum prima *Romanam*, altera *Francicam & Saxonicam* complectantur.(a)

Nic. Schaten.

(a) Vide *Acta Erud. Lips.* 1691. m. *Iulio* p. 323.

CAPUT XX.

DE SCRIPTORIBUS, QUI HISTORIAM PATRIARCHARUM, ARCHIEPISCOPORUM, EPISCOPORUM, ABBATUM, SUPERINTENDENTIUM, CONSIGNARUNT.

NIMIRUM *EPISCOPORUM* ABERDONENSIUM, AICHSTEDENSIUM, ALBIGENSIUM: *PATRIARCHARUM* ALEXANDRINORUM: *ARCHIEP. ET EPISCOPORUM* ANGLORUM: *EPISCOP.* ANTVERPIENSIUM, ARGENTORATENSIUM, ARISITENSIUM, ATREBATENSIUM, AUGUSTANORUM, AURELIANENSIUM, BAMBERGENSIUM, BARCINONENSIUM: *ARCHIEPISC.* BARENSIUM: *SUPERINT.* BARUTHINORUM: *EPISC.* BASILEENSIUM: *ABBATUM* BECCENSIUM: *EPISC.* BELGII, BELLICENSIUM: *ABB.* BERGENSIUM: *EPISC.* BITURICENSIUM: *ARCHIEP.* BONONIENSIUM, BREMENSIUM: *SUPERINT.* BRUNSVICENSIUM: *EPISC.* BURDEGALENSIUM, CADURCENSIUM, CAMMINENSIUM: *ARCHIEP.* CANTUARIENSIUM: *ABBAT.* CASINENSIUM: *EPISC.* CENOMANENNEN-

NENSIVM, CHYEMENSIVM, CLAROMONTII: *ABB* CLVNIACENSIVM *ARCHIEP.* COLONIENSIVM: *EPISC.* CONSTANTIENSIVM: *ABB.* CORBEIENSIVM: *EPISC.* CRACOVIENSIVM, CVLMENSIVM CVRIENSIVM: *ARCHIEP. ET EPISC.* DANIÆ: *EPISCOP.* DAVENTRIENSIVM, DOLENSIVM: *ARCHIEP.* EBORACENSIVM: *ABB.* EGMONDANORVM, EINSIDELENSIVM; *EPISC.* EMERITANORVM: *ABB.* EPTERNACENSIVM, FARFENSIVM: *EPISC.* FRISINGENSIVM: *ABB* FVLDENSIVM: *ARCHIEP. ET EPISC.* GALLIÆ: *ABB.* S. GALLI: *SVPERINT.* GERANORVM: *ARCHIEP. ET EPISC.* GERMANIÆ: *ARCHIEP.* GNESNENSIVM: *EPISC.* HALBERSTADENSIVM, HAGVLSTADENSIVM: *PRÆSVLVM* HIBERNIÆ: *PATRIARCH.* HIEROSOLYMITANORVM: *EPISC.* HILDESIENSIVM, HISPANIÆ, ISLANDIÆ, ITALIÆ, LAVDVNENSIVM: *EPISC. ET ABB.* LEMOVIGENSIVM: *EPISC.* LEODICENSIVM: *ABB.* LERINENSIVM, LODIENSIVM: *EPISC.* LODOVENSIVM, LVBECENSIVM, LVCENSIVM: *ARCHIEP.* LVGDVNENSIVM: *EPISC.* MAGALONENSIVM: *ARCHIEP.* MAGDEBVRGENSIVM: *ABB.* MARIENTHALENSIVM: *ARCHIEP.* MEDIOLANENSIVM: *EPISC.* MERSEBVRGENSIVM, METENSIVM, MINDENSIVM: *ARCHIEP.* MOGVNTINORVM: *EPISC.* MONASTERIENSIVM, MONTIS REGALIS: *ABB.* MONASTERIO-SCHWARTZACHENSIVM: *EPISC.* MVTINENSIVM, NVMBVRGENSIVM: *ABB.* OGNIACENSIVM *EPISC.* OLOMVCENSIVM: *SVPERINT.* ORLAMVNDANORVM: *EPISC.* OSNABRVGENSIVM, PADERBORNENSIVM, PASSAVIENSIVM: *ARCHIEP.*

ABB

ARCHIEP. EPISC. ET ABB. PEDEMONTII: *EPISC.* PETRAGORIENSIVM, PICTAVIENSIVM, PLOCENSIVM, POMESANENSIVM, POSNANIENSIVM: *ARCHIEP.* PRAGENSIVM: *EPISC. ET PRESB.* PRVSSO REGIOMONTANORVM: *EPISC.* RACEBVRGENSIVM, RATISBONENSIVM, RAVENNATENSIVM: *ARCHIEP.* REMENSIVM: *ABB.* RIDDAGESHVSANORVM: *EPISC.* RIPENSIVM: *ARCHIEP.* ROTOMAGENSIVM: *EPISC.* SAGIENSIVM: *ARCHIEP.* SALISBVRGENSIVM: *EPISC.* SALONITANORVM ET SPALATENSIVM, SAMBIENSIVM: *ARCHIEP. ET EPISC.* SAXONIÆ INFERIORIS: *EPISC.* SENENSIVM: *ARCHIEP.* SENONENSIVM: *EPISC.* SICILIÆ, SISTARICENSIVM, SPIRENSIVM, SLESVICENSIVM: *ARCHIEP. ET EPISC.* SVECIÆ: *EPISC.* SVERINENSIVM: *ARCHIEP.* SYRACVSANORVM: *EPISC.* TOLOSANORVM, TORNACENSIVM, TRAIECTENSIVM, TRECENSIVM: *ARCHIEP.* TREVIRENSIVM: *EPISC.* TRIDENTINORVM: *ABB.* TRVDONENSIVM: *ARCHIEP.* TVRONENSIVM: *EPISC.* VALENTINOR. VIVARIENS. ET DIENSIVM, VARMIENSIVM, VERCELLENSIVM, VERDENSIVM, VERONENSIVM, VIENNENSIVM, VIRDVNENSIVM, VLADISLAVIENSIVM, VLTRAIECTENSIVM: *ARCHIEP.* VPSALIENSIVM: *EPISC.* VRATISLAVIENSIVM: *ABB.* WALCKENRIEDENSIVM: *EPISC.* WICCORVM: *ABB.* WIREMVTHENSIVM ET GIRWICENSIVM: *EPISC.* WORMACIENSIVM, ET WVRTZBVRGENSIVM.

§. I.

POstqvam ſcriptores illos vidimus, qvi Hiſtoriam Eccleſiaſticam certarum provinciarum ſcripſerunt, nunc de iis etiam diſpiciemus, qvi Catalogos aut

aut Historias *Patriarcharum*, *Episcoporum*, *Abbatum*, *Superintendentium*, sive in Regnis, aut majoribus provinciis, sive in uno aliqvo tractu, aut singularibus etiam urbibus, itemqve monasteriis consignarunt. Dum enim virorum de suis Ecclesiis bene, interdum etiam secus meritorum gesta, his in scriptis traduntur, ipsarum qvoqve, qvibus isti præfuerunt, Ecclesiarum historia in iisdem continetur.

§. II. Duos tamen præmittendos censeo, nempe *Aubertum Miræum*, & *Carolum a S. Paulo*. Et illius qvidem habemus *Notitiam Episcopatuum Orbis Christiani*, sive *Codicem Provincialem Romanum*, qvem ante annos fere qvingentos scripto publicavit, Notisqve illustravit. (a) Fuit liber ille primum Romæ anno CIↃIↃIII. deinde Lutetiæ, Lugduni, & alibi, itemqve a *Petro Rebuffo* cum *Praxi Beneficiorum* editus, ac vulgo *Provinciale Romanum*, seu *Provinciale omnium Ecclesiarum Cathedralium* appellatur. Hujus exempla varia cum mss. tum typis evulgata dum colligit Miræus, qvatuor calamo exarata Parisiis ei obvenerunt. Primum ex bibliotheca *Claudii Puteani*, Senatoris olim Parisiensis, accepit: cui annexus fuit *Catalogus Abbatiarum Orbis Christiani*: alterum ab *Iacobo Sirmondo*, Soc. Iesu Sacerdote; reliqva duo ex publica S. Victoris Parisiensis bibliotheca: qvæ qvidem cum ipso communicavit *Iohannes Picardus*, illius monasterii sodalis & Bibliothecarius. Eidem *Miræo*

Aub. Miræi Notitia Episcopatuum Orbis Christiani.

(a) Paris. primo editum 1610. post Antverp. 1613. Francof. 1614 ac porro in *Chronicon Chronicorum* Iani Gruteri relatum.

Ejusd. Miraei Geographia Eccles. ræo debemus *Geographiam Ecclesiasticam*, seu *Descriptionem locorum titulo Episcopali illustrium.* (a) Caroli *Car. a S. Paulo Geogr. Sacra.* autem a S. Paulo extat *Geographia S.* sive *Notitia antiqua Episcopatuum universæ Ecclesiæ, adjectis Notitiis variis Patriarchatuum, Sedium Patriarchalium. Metropolitanorum, Acephalorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Provinciarum item & Vrbium Imperio Constantinop. subjectarum e mss. codicibus depromptis.* (b)

III. De ABERDONENSIBVS in Scotia *Episcopis* *Hector Boethius.* sigulariter egisse dicitur *Hector Boethius*, Deidonanus Scotus: (c) cujus alias habemus *Historiæ Scoticæ libros XIX.* jam anno superioris seculi XXVI. a Iodoco Badio Ascensio editos: qvibus postea accessit *Iohannis Ferrerii* Pedemontani continuatio. (d)

§. IV. AICHSTEDENSIVM sive EYSTETENSIVM *Episcoporum* omnium usqve ad Ioh. Christophorum a Westersteten, *Historicum Catalogum* edidit *Iac. Gretserus.* *Iacobus Gretserus* Jesuita: & subjunxit Philippi Ecclesiæ Eystetensis XXXIX. Episcopi, *de ejusdem Ecclesiæ Divis Tutelaribus S. Richardo, S. Willibaldo, S. Wunibaldo, S. Walpurga Commentario, & II. in eum Observationum libris.* (e) De iisdem Episcopis agit *Caspar Bruschius.* *Caspar Bruschius*, Egranus, Poeta laureatus, ac Comes Palatinus, *de Germaniæ Archiepiscopatibus & Episcopatibus cap. X.*

§. V. ALBIGENSIVM *Episcoporum*, & *Abbatum* CASTRENSIVM Chronicon ab an. IↃCXLVII. ad an. CIↃCCXI. *Tomo VII. Spicilegii* publicavit *Lucas Dacherius.*

§ VI. A-

(a) Lugduni 1620. (b) Paris. 1641. (c) Vossius *de Histor. Lat. lib. 3. c. 13. p. 688.* (d) Paris. 1565. & 1580. (e) Ingolstad. edit. 1617.

§. VI. ALEXANDRINORUM *Patriarcharum Catalogum* ad nostram fere ætatem, Coptice & Arabice exhibet Athanasius Kircherus, in *Lingua Ægyptiaca restituta.* (a) *Ath Kirchers.*

§. VII. *Gvilielmi Malmesburiensis*, monachi Benedictini, qvi seculo XII. floruit, *libros IV. de Gestis Pontificum* ANGLORUM, in *Collectione Scriptorum Hist. Anglicanæ* edidit *Henricus Savilius:* (b) qvi ita de eo in Præfatione: *Inter rerum Anglicarum scriptores, & narrationis fide, & judicii maturitate, principem locum tenet Gvilielmus Malmesburiensis, homo, ut erant illa tempora, literate doctus.* (c) Francisci Godvvini *de Episcopis Angliæ* Commentarius, Anglice & Latine prodiit. (d) Ex hoc Godvvini libro, *Iohannem Pitseum*, librum suum de *Episcopis & Apostolicis Viris Angliæ*, qvi cum elogio, *Congregationis Anglicanæ Ord. S. Benedicti* prodiit (f) transscripsisse, ex Antonii a Wood *lib. II. Historiæ Universitatis Oxoniensis* patet. *Gvil. Malmesburiensis. Franc Godvvin. Ioh. Pitseus.*

§. VIII. ANTISSIODORENSIUM *Episcoporum Historia*, cujus scriptor creditur Henricus Monachus, auctor vitæ S. Germani, exstat *Tomo I. Bibl. Mss. Novæ* Philippi Labbei. *H. Monachus.*

§. IX. ANTVERPIENSIUM *Præsulum Fama posthuma* a Rhetoribus Iesuitis vulgata est Antverpiæ an. CIƆIƆCXI. *Rhetores Iesuitæ.*

(a) cap. 2. p. 518. seqq. (b) *Lond.* 1596. ut & *Francof.* 1601. (c) Vide de *Malmesburiensi* Vossium *de Hist. Lat. l. 2. c. 51. p. 414.* & Sandium *in Not. ad Vossium. p. 125.* Labbeum *ad Bellarminum Tom. I. p. 405.* (d) *Anglice* Lond. 1601. & 1615. *Latine* 1616. & an. 1621. additamentis qvibusdam auctior redditus. *De Godvvino* qvædam diximus *cap. praeced. p. 402.*

§. X. ARGENTORATENSIUM *Episcoporum Catalogum* Iacobi *Wimphelingii*, Selestadiensis, Presbyteri Ecclesiæ Spirensis, & Heidelbergensis Gymnasii Professoris, Oratoris, Poetæ, & Historici ineunte superiori seculo non vulgaris, (a) *rerum vetustate, verborumqve pondere nobilissimum* (sic legas in calce libri) *formis* excussit *Iohannes Grieninger*, civis Argentinensis anno CIↃIↃVIII. castigatoribus *Iohanne Adolpho Mülingo*, Argentinensi, & *Gervasio Souphero*, Brisgoico. Hunc ad sesqvisecŭlum desideratum restituit *Iohannes Michael Moscherosch*, Hanoviensis, anno CIↃIↃCLI. (b) De iisdem Episcopis singularem librum Commentarium edidit *Franciscus Guillimannus*, in Friburgensi Academia Histor. Prof. (c) Vide & *Bruschium* laudati libri *cap. V*.

Iac. Wimphelingius.

Franc. Guillimannus.

§. XI. De ARISITENSIS in Gallia Narbonensi *Episcopatus nomine, situ, institutis, progressu & Præsulibus*, scripsit *Thomas Aqvinas a S. Ioseph*, Carmelita.

Th. Aqvinas a S. Ioseph.

§. XII. *Catalogum Episcoporum* ATREBATENSIUM & CAMERACENSIUM confecit *Ægidius Gazaus*. (d) Sed jam olim de his Episcopis egit *Baldericus*, sacellanus primo, & a secretis Gerardi, primi ejus nominis Camerac. & Atrebatensis Episcopi, hinc a secretis Liedberto, posteaqve Gerardo II. qvi

Æg. Gazaus.
Baldericus.

(a) Vide de eo Tritthemium *in Catalogo illustrium virorum* p. 175. Gyraldum *Dial. 2 de Poetis sui temporis*, Melch. Adamum *in Vitis Germ. Theol.* Vossium de Hist. Lat. l. 3. c. 10. p. 640. (b) Qvo & *Argentorati* editus & an. 1660. recusus. (c) Friburgi edit. 1608. (d) Vide Val. Andreæ *Bibl. Belg.* p. 316.

qvi sedere cœpit anno CIↃLXXVI. exin Canonicus & Cantor Ecclesiæ Morinensis: tandem Noviomensis & Tornacensis Episcopus: idqve in *Chronici Cameracensis & Atrebatensis Ecclesiæ libris tribus*: qvi anno CIↃIↃCXV. in lucem prodierunt Duaci, cura Georgii Colvenerii, Duacensis Theologi. (a)

§. XIII. AVGVSTANORVM *Episcoporum Catalogus* prodiit Augustæ anno CIↃIↃCXIV. Eorundem *Præsulum Indicem* paulo ante mortem suam tenuisse *Marcum Velserum*, Duumvirum Augustanum, auctor est Gretserus in præfat. ad lectorem *Historici Catalogi Episcoporum Eystetensium*. De iisdem Episcopis Augustanis agit Bruschius *cap. VIII.* & *Carolus Stengelius*, Abbas Anhusanus, Ord. S. Benedicti, in *Rerum Augustano-Vindelicarum Commentario ab V. C. ad nostra usqve tempora.* (b) Et nos qvoqve in *Historia Augustana MS.* non parum de his Episcopis fuimus sollicitii. *M. Velserus.* *C. Bruschius.* *Car. Stengelius.*

§. XIV. AVRELIANENSIVM Episcoporum Historiam in *Annalibus Aurelianensibus* conscripsit *Carolus de la Saussay*, Decanus Aurelianensis. *Car. Saussagius.*

§. XV. De BAMBERGENSIBVS (Papebergensibus) Episcopis egit Martinus Hoffmannus, Ictus, in *Annalibus Bambergensibus*, Iohannes Cygnæus in *Annalium Bambergensium Prodromo*: (c) & Caspar Bruschius *cap. XV.* *Mart. Hoffmannus.* *Ioh. Cygnæus.*

(a) Vid. Vossius *de Hist. Lat. l. 2.* c. 47. p. 386. & Sandius *in Notis ad Eum p. 156.* (b) *Ingolst. ad.* excus. 1647. *Mantissa* ad eum prodiit *Augustæ* an. 1650. (c) Mogunt. 1630.

Hier. Paulus. §. XVI. *Hieronymi Pauli*, Barcinonensis, *Vrbis* BARCINONENSIS *Descriptio*, & *Episcoporum Catalogus* habetur *Tomo II. Hispaniæ Illustratæ*. Nomina illorum Episcoporum ex hoc Scriptore repetuntur in *Chronico Chronicorum* Gruteri.

Ant. Beatillus §. XVII. BARENSIS & CANVSINÆ *Ecclesiæ* in Apulia *Archiepiscoporum Catalogus* additus est *Antonii Beatilli* Historiæ *Vitæ ac Mortis S. Sabini, Episcopi Canusini* (a)

Lud. Liebhardus. §. XVIII. De BARVTHINIS in superiori Burggraviatu Norico *Superintendentibus*, *Orationem Valedictoriam* in Gymnasio Baruthino habuit *Ludovicus Liebhardus*, hactenus Hist. Prof. P. & Alumnorum Brandenb. Inspector, nunc Ecclesiæ Monachomontanæ vocatus Pastor & Superintendens. (b)

Christ. Vrstisius. Colleg. Bruntrutense, S.I. §. XIX. *Series Episcorum* BASILEENSIVM habetur in Christiani Vrstisii *Epitome Historiæ Basileensis*, aliqvoties edita. (c) Exstat etiam *Basilea Sacra* seu *Episcopatus & Episcoporum Basileensium series Reverendiss. & Illustriss. Principi*, Iohanni Conrado, *ad sacram inaugurationem* a Collegio Bruntrutano, *Soc. Ies. dicata ac consecrata*. (d)

Milo Crispinus. §. XX. BECCENSIVM aliqvot *Abbatum Vitas* scripsit *Milo Crispinus*, Cantor Beccensis, editus post *Lanfrancum* Lucæ Dacherii. *Chronicon Beccense*, cum Vita *Hirluini* & qvatuor priorum Abbatum ejusdem monasterii Parisiis prodiit an. CIↃIↃCXLVIII.

§. XXI,

(a) Neapoli edit. 1629. (b) Baruthi 1693. (c) *Latine* Basil. 1577. *Germanice* 1580. (d) Bruntruti 1658.

§. XXI. *De* BELGICÆ *Provinciæ Episcopis* scripsit *Arnoldus Rausius*, Duacensis, in *Belgica Christiana*. (a) De *Erectione novorum Episcopatuum in Belgio* librum habemus *Arnoldi Havensii*, Sylvæducensis Carthusiani, qvi Gandavi obiit anno CIↃIↃCIX. (b) Reperiuntur in hoc libro etiam Vitæ *Gvilielmi Lindani*, ac *Henrici Cuyckii*, Episcoporum Rurǽmudensium. *Arn. Rausius.* *Arn. Havensius.*

§. XXII. BELLICENSIVM in Gallia *Episcoporum Chronographicam seriem* edidit *Samuel Gvichenonus*, Burgi Sebusianorum Advocatus. (c) *Sam. Gvichenonus.*

§. XXIII. BERGENSIVM Abbatum prope Magdeburgum Historiam, in *Chronico Bergensi* conscripsit *Henricus Meibomius*, *senior*; sed edidit demum Nepos ejus, *Henricus Meibomius*, *Junior*, Helmstadii anno - LXIX. ac porro in *Tomum III. Historiæ Germanicæ* retulit. *Henr. Meibomius.*

§. XXIV. BITVRICENSIVM *Episcoporum Indicem*, Philippus Labbeus Gallice; *Patriarchium Bituricense* Anonymus scripsit. *Phil. Labbeus.* *Anonymus.*

§. XXV. *De* BONONIENSIBVS *Episcopis*, *Carolus Sigonius*, libros V. composuit. *Archiepiscopale Bononiense*, sive de *Administratione* ejus *Archiepiscopatus* librum (d) habemus *Gabrielis Palæoti*, Cardinalis & Archiepiscopi a Pio V. creati. *Car. Sigonius.* *Gab. Palæotus.*

§. XXVI. *Anonymi* BREMENSIVM Archiepiscoporum Historiam aliqvoties edidit *Erpoldus* Lin- *Anonymus.*

(a) Duaci 1634. (b) Val. Andreas *in Bibl. Belg.* p. 91. (c) Paris. 1642.
(d) *Romæ* edit. 1594.

Henr. VVolterus. *Lindenbrogius.* (a) De iisdem *Henrici Wolteri*, Canonici S. Anscharii, *Chronicon*, primus divulgavit *Henricus Meibomius*, Iunior, *Tomo II. Histor. German.* De iis item multa collegerunt Albertus Krantzius, *in Metropoli*, & Wilhelmus Dillichius, in *Chronico Bremensi.* (b) Et nos qvoqve in *Ms. Historia Urbis Bremensis* eorundem Archiepiscoporum vitas & res gestas cum studio exposuimus. Non possumus autem non hoc loco mentionem facere *M. ADAMI*, Canonici Bremensis *Historiæ Ecclesiasticæ*, religionis propagatæ gesta ex Hammaburgensi potissimum atqve Bremensi Ecclesiis per vicina Septentrionis regna libris IV. repræsentantis: utpote in qva primorum *Archiepiscoporum Hamburgensium*, & deinceps *Bremensium*, vitæ ac gesta fideliter enarrantur: sic ut ob id in ms. qvodam codice *Gesta Pontificum Ecclesiæ Bremensium*, inscribatur. Anonymus primum fuit, & Aimoino a Bartholomæo Cypræo perperam tributus: sed vero eum auctori restituit, primusqve ex codice membranaceo Bibliothecæ Soranæ publicavit *Andreas Severini Vellejus*, Friderici II. Daniæ Regis Historicus, Canonicus atqve Ecclesiastes Ripensis. Hunc secutus *Erpoldus Lindenbrogius*, Canonicus Hamburgensis, qvi primo separatim Lugduni Batavorum anno CIↃIↃXCV. deinde inter ceteros *Rerum Septentrionalium Scriptores* Francofurti anno CIↃIↃCIX. edidit. Novissima editio est Helmstadiensis *Ioachimi Iohannis Maderi*, anno CIↃIↃCLXX. (c)

Al. Krantzius. *VVilh. Dillichius.* *De Adamo Bremensi.*

§. XXVII

(a) Primo *Lugd. Batav.* post in *Syntagmate Historicorum Germ. Septentrionalium.* (b) *Casellis* edit. 1604. (c) Vide Ioh. Molleri *Isag. ad Hist. Chersonesi Cimbricæ P. I c. 6. p. 66 seqq.*

§. XXVII. BRVNSWICENSIVM *Superintendentium Elogia* Anonymus qvidam Magdeburgi excudi fecit anno CIↃIↃCLIV. (a)

Anonymus.

§. XXVIII. BVRDEGALENSIVM *Episcoporum Catalogum* confecit *Antonius Demochares*, Ressonæus.

Ant. Demochares.

§. XXIX CADVRCENSIVM *Episcoporum* in Aqvitania *Seriem & Acta* edidit *Gvilielmus de la Craix*. (b)

Gvil. de la Croix.

§. XXX. CAMMINENSIVM Episcoporum brevem Historiam nobis dedit Iohannes Micrælius *Historia Pomeranica lib. II. parte III.* (c) At *Historiam Episcopatus Camminensis ab originibus ad præsentem usqve statum repetitam*, anno CIↃIↃCLXXVII. in hac Academia perscripsit *M. Michael Zulichius*, Stolpa Pomeranus, jam Ecclesiastes hujus oppidi, doctrina vitæqve exemplo optime meritus: in cujus proœmio laudat *P. Wuja* Canonici Irregularis Camminensis *Historicam Synopsin Episcoporum Camminensium*, sibi tamen nondum visam.

Ioh. Micrælius.

Mich. Zülichius

P. VVuja.

§. XXXI. CANTVARIENSIVM *Archiepiscoporum Vitas* ab Augustino usqve ad Hubertum, descripsit *Gervasius*, Dorobernensis, sive Cantuariensis, monachus Benedictinus, qvi medio & exeunte seculo XII. vixit. (d) Has una cum aliis *Gervasii* scriptis, inter qvæ & *Tractatus de Dorobernensis Ecclesiæ combustione* (facta anno CIↃCLXXIV.), *& reparatione*, edidit

Gervasius Dorobernensis.

 Roge-

(a) Integer titulus est: *Duodenarius sacer, complectens Elogia eorum, qvi post repurgatam in Ecclesia Brunsvvicensi doctrinam Ecclesiæ isti per 120. & plures annos primo loco præfuerunt.* (b) *Cadurci* (Cahors) 1623. (c) pag 636. seqq. (d) Vid Voss. *de Hist. Lat. l. 2. c 56. p. 452.* & Sandius *in Notis* ad *Vossium* pag. 148.

Rogerius Twysden. (a) Eorundem *Archiepiscoporum*
Mar. Victorius. *Catalogum* a Mariano Victorio confectum reperimus in *Gerardi Vossii*, Præpositi Tungrensis *Miscellaneis aliqvot SanctorumPatrumGræcorum & Latinorum*, qvæ Gregorio Thavmaturgo subjunxit, brevesqve huic Catalogo Notas addidit, & ad *Reginaldum Polum* Cardinalem continuavit. Porro *Gvilielmus Lindwodus*,
Guil. Lindwodus. Henrici V. Angliæ Regis secreti sigilli custos *Catalogum qvorundam Archiepiscoporum Cantuariensium*
Iocelinus de Furnes. edidit. *Iocelini de Furnes*, monachi Angli Cisterciensis Opus *de Vitis & rebus gestis Cantuariensium Episcoporum* Hanoviæ in lucem exiisse, testatur Paulus Colomesius *in Opusculis.* (b) *De antiqvitate Ecclesiæ*
Mat. Parkerus. *Cantuariensis & LXX. ejus Archiepiscopis* scripsit *Matthæus Parkerus*, ipse Archiepiscopus Cantuariensis.

§. XXXII. CASSELIENSIVM & TVAMENSIVM Archiepiscoporum in Hibernia *Vitas* edidit *Ia-*
Iac. VVaræus. *cobus Waræus*, Hibernus, Eqves auratus. (c)

§. XXXIII. CASSINENSIVM *Abbatum se-*
Camillus Peregrinus. *riem* contexuit *Camillus Peregrinus*: cujus habemus *Historiam Principum Longobardorum.* (d) Marci An-
Marc. Ant. Scipio. tonii Scipionis, Placentini *Elogia Abbatum S. Monasterii Casinensis.* addita sunt *Elogiis Virorum illustrium ejusdem cœnobii, a S. Placido Martyre, ad Constantinum Afrum, & Olibanum Comitem.* (e)

§. XXXIV. CENOMANENSIVM *Episcoporum Acta* cum variis Regum etiam primæ stirpis diplo-

(a) Londini 1652. (b) pag. 159. Vossius *de Hist. Lat. lib. 3. p. 710.* tantum scribit: *Candidit opus de Britonum Episcopis.* (c) Dublini 1626. (d) Neapoli ed. 1643. (e) Ibid. 1630.

plomatibus, & aliarum illustrium personarum instrumentis, ex archivo Cenomanensis Ecclesiæ depromta, edidit *Iohannes Mabillonius*, Presbyter ac monachus *Ioh. Mabillon.* Ord. S. Benedicti e Congregatione S. Mauri *Tomo III. Veterum Analectorum:* qvi *Stephani Baluzii* singularem prædicat humanitatem, qvod ex Colbertina bibliotheca secum communicaverit codicem, *Cenomanensium Pontificum seriem & gesta* velut in compendio complexum, & *Andrea du Chesne* manu propria descriptum: ex qvo nonnulla potuerit in *Actis* suis supplere. (a)

§. XXXV. *Catalogus brevis Episcoporum* CHYEMENSIVM exstat *Tomo VI. Antiqvæ lectionis* Henrici *Canisii.*

§. XXXVI. CLAROMONTII (urbs est Galliæ, Arverniæ provinciæ primaria) *Antiqvitates, & Catalogum Episcoporum ejus urbis* edidit *Iohannes Savaro*, *Ioh. Savaro.* Regius Consiliarius, Præses & Præfectus Arverniæ. (b)

§. XXXVII. *Bibliotheca* CLVNIACENSIS, *in qua Abbatum Cluniacensium acta, vita, miracula & scripta recensentur & publicantur*, cura *Martini Marrier*, Ord. Bened. monachi, & *Andreæ Qvercetani*, *Mart. Marrier.* prodiit Parisiis anno CIↃIↃCXIV.

§. XXXVIII. COLONIENSIVM *Archiepiscoporum Catalogum*, ab *Levoldo a Northof*, Eqvite Marcano, *Lev. à Northof.* Canonico Leodiensi, & Abbate seculari Visetensi, anno CIↃCCLXXVIII XXI. Ianuarii nato (c) conscriptam

(a) Vide *Acta Erud. Lips. anno 1684. m. Febr. p. 67.* (b) Paris. 1608.
(c) Vitam Northofii ex *Chronico* ejus *Markano* collegit *Henr. Meibomius*, senior, & habetur Tomo I. *Meibomii* Iunioris, pag. 375.

Tomo II. Rerum German. in lucem dedit Henricus Meibomius, Iunior: eidemqve adjecit *Catalogum Episcoporum, Archiepiscoporum & Electorum*, ex Herm. Crombachii *Vrsula Vindicata.* Qvi ante centum annos *Catalogum Electorum Ecclesiasticorum* edidit, *P. Merssaus.* *Petrus Merssæus Cratepolius*, Minorita, primum Coloniensibus locum dedit; estqve is liber in *Gvalterii*, sive Gruteri *Chronicon Chronicorum* relatus. De iisdem plura afferuntur in *Ægidii Gelenii* libro, *de admiranda sacra & civili magnitudine Coloniæ Agrippinensis.* (a) *Æg. Gelenius.* Porro *Michael ab Isselt* scripsit *de Bello Coloniensi libros IV.* *Mich. ab Isselt.* hoc est, *Rerum ab Electione* Gebhardi Truchsessii *in Archiepiscopum Colon. usq; ad recuperatam ab* Ernesto, *Duce Bavariæ, ejus successore Westphaliam, tota diœcesi gestarum, vera & succincta Narratio.* Cui præfixa est *Historia Defectionis & Schismatis* Hermanni Comitis de Weda, *Colon. qvondam Archiepiscopi*, & ad calcem subjuncta rerum per totam diœcesim, & in ipsa civitate Coloniensi gestarum, ab an. CIↃIↃLXXXIV. ad nostra usqve tempora fidelis itidem & perbrevis *Relatio*, auctore *Arnoldo Meshovio.* (b) *Arn. Meshovius.*

§. XXXIX. CONSTANTIENSIVM Episcoporum Historia habetur in *Iacobi Manlii*, Brigantini, *Chronico Episcopatus Constantiensis:* *Iac. Manlius.* qvod postea auxit Anonymus. Editum est una cum *Magno Chronico Belgico*, & aliis scriptis a *Ioh. Pistorio.* Legendus etiam de his Episcopis *Gabriel Bucelinus*, *G. Bucelinus.* in *Constantia sacra* &

(a) Colon. ed. 1645. (b) Ibid. 1620.

& profana: ut & Caspar Bruschius *cap. IV.* Exstat quoque *D. Ioh. Svageti*, Constantiensis & Basileensis Ecclesiæ Canonici *Tractatus super Controversia Ecclesiæ Constantiensis, in quo ex jure ostenditur, reservationem & provisiones Apostolicas de Ecclesia dicta per Papam Sixtum IV. factas, esse validas, & Concordata Nationis Germanicæ illis in nullo obstare, sed adsistere: & ostenditur evidens injustitia* Ottonis de Sonnenberg, & suorum complicum: Item: Ejusdem *Svageti* Oratio *lamentabilis, qua ostenditur justitia* Ludovici de Freiberg, *Episcopi, & injustitia* Ottonis de Sonnenberg. (a) Caspar Bruschius. Ioh. Svagetus.

§. XL. CORBEIENSIVM *Abbatum Chronicon* Germanicum conscripsit *Iohannes Letznerus*, Hardessianus, Pastor Iberanus: quod aliquoties auctius fuit editum. (b) Anonymi *Chronicon Corbejense* habetur in Appendice ad Witichindi Monachi Corbejensis *Annales*, ab Henrico Meibomio seniore editos: qui & *Notas* in illud scripsit. (c) I. Letznerus. Anonymus.

§. XLI. CRACOVIENSIVM *Episcoporum Vitas* scripsit *Christophorus Conckius*. (d) *Acta, & Beneficiorum in Diœcesi Cracoviensi Ecclesiasticorum Synopsin* composuit *Iohannes Dlugossus*, Canon. Cracoviensis, & nominatus Episcopus Leopoliensis. (e) Christoph. Conckius. Ioh. Dlugossus.

(a) Vide Antonii Reiseri *Indicem Mss. Bibliothecæ Augustanæ* p. 93. Schisma illud inter *Ludovicum* & *Ottonem* per septennium duravit. *Ludovicus* mortuus an. 1484. *Otto* an. 1491. (b) Secunda editio est *Hamburgensis*, an. 1590: tertia *Hildesiensis* cum Vita *Ludovici Pii Imp.* an. 1604. (c) Habetur & *Tomo I. Rer. German.* H. Meibomii Iunioris p. 75. seqq. (d) Teste Starovolscio in *Centum Scriptor. Polon.* n. 27. (e) Idem *num.* 14.

§. XLII. CVLMENSIVM *Episcoporum* in *Prussia Catalogum*, ex *Schützio, Grunovio*, & *Hennenbergero*, Chronicorum Prussicorum Scriptoribus, contexuit *Christophorus Hartknochius* Dissert. XIV. *de variis rebus Prussicis*, & *Histor. Eccl. Prussica l. I. c. III.*

Christ. Hartknochius.

§. XLIII. De CVRIENSIBVS Rhætorum *Episcopis* egit Bruschius *de Archiep. & Episcopatibus Germaniæ cap. III.*

Casp. Bruschius.

§. XLIV. *De Archiepiscopis & Episcopis* DANIÆ *Chronicon* singulare lingva vernacula composuit *Haraldus Huitfeldius*, Regni Daniæ Senator, ac Cancellarius: qvod sub initium hujus seculi seorsim Hafniæ excusum, post cum *Historia* ejus *Danica* anno CIƆIƆCLII. recusum est.

Har. Huitfeldius.

§. XLV. DAVENTRIENSIS *Episcopatus Historiam*, sive *Notitiam ex Ecclesiarum membranis, monasteriorum tabulis, avthenticis annotatis, & classicis auctoribus* eruit, ac publici juris fecit *Iohannes Lindebornius*, Daventriensis. (a)

Ioh. Lindebornius.

§. XLVI. *Baldrici* Aurelianensis *Gesta Pontificum* DOLENSIVM cum vita *Roberti de Arbrisello*, Fundatoris monasterii Fontebraldensis, primum eruit, Notisqve recensuit *Michael Cosnier*, Pictavensis parochus. (b)

Baldricus.

§. XLVII. *De* EBORACENSIBVS *Archiepiscopis* librum scripsit *Thomas Stubs*, sive *Stubaus*, vel *Stobaus*, Eboracensis; Dominicanus, S. Theol. D. (c) Reperitur is inter *Scriptores Anglicanos* a Ioh. Seldeno editos

Thomas Stubs.

(a) Colon. ed. 1670. (b) Vide Sandii Notas in Vossium *de Hist. Lat.* p 306. (c) Voss. *de Hist. Lat. l. 3. c. 2. p. 536.*

tos. De iisdem librum composuit *Simeon Dunelmensis*, monachus Benedictinus, & D. Theologus Oxoniensis. (a) Eum edidit Rogerius Twysden, & postea Labbeus, *Tomo I. Nova Biblioth. Mss.* sed mutilum, ex cod. ms. Epistolarum Ivonis Carnutensis. *Simeon Dunelmensis.*

§. XLVIII. EGMONDANORVM in Belgio *Antistitum* (Abbatum) *Catalogum & Historiam*, cum brevi *Catalogo & Historia Episcoporum* Vltrajectensium in lucem dedit *Petrus Cornelissonius Bockenbergius*, Goudanus, Hollandiæ Zelandiæqve Historicus, anno CIƆIƆXLVIII. natus, anno CIƆIƆCXVII. die XVI. Ianuarii denatus. (b) *Petrus Corn. Bockenbergius.*

§. XLIX. EMERITANORVM *Episcoporum Gesta* consignavit *Paulus Diaconus* Emeritanus, a Francisco Bivario edita cum *Chronico Pseudo-Maximi.* *Paulus Diaconus.*

§. L. *Abbatum* EINSIDELENSIVM in Helvetiis Historia ex Christophori Hartmanni *Annalibus Heremi Deiparæ Matris* (c) & Bruschii *Chronologia Monasteriorum Germaniæ* petenda est. *Christophorus Hartmannus. Casp. Bruschius.*

§. LI. EPTERNACENSIVM *Abbatum Catalogum* edidit *Iohannes Bertelius*, Ord. S. Benedicti Abbas in urbe Luxenburgensi, post Epternacensis, anno CIƆIƆCVII. demortuus. (d) *Ioh. Bertelius.*

§. LII. *Abbatum* FARFENSIVM (*Farva*, castrum Italiæ cum Abbatia celebri, in ditione Pontificis Rom.) Catalogum texuit *Iohannes Mabillonius* Tomo I. *Musei Italici.* *Ioh. Mabillonius.*

§. LIII. FRISINGENSIVM *Episcoporum* Notitiam habe-

(a) Vossius de H. L. l. 2. c. 52. p. 417. (b) Val. Andreas in *Bibl. Belg. pag.* 752. (c) *Friburgi* ed. 1612. (d) Val. Andr. *in Bibl. Belg. p.* 459.

vicinarum, & *Præsulum seu Episcoporum*, *qui in eis*. (a) Qvod opus auxerunt & continuarunt *Scævola* & *Ludovicus Sanmarthani* Fratres, in *Gallia Christiana*, sive *Serie omnium Archiepiscoporum, Episcoporum* & *Abbatum totius Galliæ*. (b)

Sanmarthani Fratres.

§. LVI. S. GALLENSIUM in Helvetia *Abbatum* Historiam illustrant Scriptores varii, *de Origine & diversis Casibus Monasterii S. Galli*, a Melchiore Goldasto editi, Notisqve illustrati *Tomo I. Scriptorum Rerum Alamannicarum*: nempe *Ratpertus*, Monachus Thuregiensis: *Ekkehardus Junior*, Cœnobita S. Galli: *Burckhardus*, Monachus item S. Galli: *Cunradus de Fabaria*, Presbyter S. Othmari: Bertholdus, Monachus S. Galli: *Ioachimus Vadianus*, Med. D. & Profess. qvondam in Academia Viennensi Austriæ, post Consul urbis S. Galli, *Theologus*, *Philosophus*, *Orator*, *Poeta* & *Historicus incomparabilis*, (c) qvi obiit anno CIↃIↃLX. Delitescit etiam hinc inde πρωτογραφία *Abbatum San-Gallensium* Ms. ab anno CIↃCCCXXXV. seu a *Cunrado de Busnang* incipiens. (d) Porro Catalogum horum Abbatum a prima fundatione ad sua tempora ex variis antiqvitatum monumentis collegit *Bruschius* in *Chronol. Monasteriorum Germaniæ*, aitqve se in eo non mediocriter adjutum a *Ioh. Mergellio*, Med D. & Physico Lindaviensi percelebri.

Ratpertus. *Ekkehardus.* *Burckhardus.* *C. de Fabaria* *Bertholdus.* *Ioach. Vadianus.* *Anonymus.* *Casp. Bruschius.*

§. LVII. De GERMANIÆ *Archiepiscopatibus* &

 Epi-

(a) Paris. 1626. (b) Opus 4. voluminibus Paris. prodiit 1656. (c) Qvod elogium ei tribuit *Goldastus* in Notitia *de Auctoribus Tomi I. Rer. Alamann.* ubi monet *Ioh. Kesslerum* S. Gallensem ejus vitam scripsisse, qvæ in Biblioth. Reip. S. Galli asservetur. (d) Hottingerus *in Methodo legendi Histor. Helvet.* p. 224.

Episcopatibus singularem librum scripsit, ac Norimbergæ excudi fecit anno CIƆIƆXLIX. *Caspar Bruschius*: in qvo agit de Archiepiscopatu *Moguntino*, & Episcopatibus *Curiensi, Constantiensi, Argentinensi, Spirensi, Wormatiensi, Augustano, Herbipolensi, Aystetensi, Hildesiano, Paderbornensi, Halberstadensi, Verdensi, & Babonbergensi*: Qvem librum in *Chronicon Chronicorum* retulit *Ianus Gruterus*. De eo sic scribit Gretserus in *præfat. Catalogi Histor. Episcoporum Eystettensium*: Bonam *operam navavit* Caspar Bruschius Ægranus, *tametsi jam qvinti Evangelii genio afflatus, cum Catalogos Episcopatuum, & qvi eos administrârunt, Episcoporum collegit, collectosq; in lucem dedit*. Audio alteram hujus libri partem ms. alicubi superesse. Qvod si est, miror cur non publicetur. Etiam *Petrus Merssæus Cratepolius* librum edidit *de Germaniæ Episcopis, & Orthodoxis Doctoribus, qvi populum ad CHRISTI religionem ibidem converterunt*. (a)

Caspar Bruschius.

Petr. Merssæus.

§. LVIII. De *Superintendentibus* GERANIS in Voigtlandia *Dissertatiunculam* scripsit Clarissimus illustris Rutheneı Rector, *Iohan. Fridericus Köberus*. (b)

I.F. Köberus.

§. LIX. GNESNENSIUM *Archiepiscoporum* in Polonia *Seriem, eorumque res gestas* edidit *Stephanus Damalevicius*. (c) Præterea eorundem Archiepiscoporum Vitas condidere *Bartholomæus Patroccius*, Masoviensis, anno CIƆIƆCXIV. mortuus: *Clemens Ioannicius*, & *Christophorus Conckius*. (d)

Steph. Damalevicius.

LX.

(a) Colon. 1592. Vid. Val. Andreas in *Bibl. Belg. p.* 733 (b) Geræ 1682. (c) Varsaviæ 1649. (d) De *Patroccio* & *Ioannicio* legendus Starovolscius *de C Scriptor. Polon.* n. 89. & 27. p. 119. & 48. ubi etiam in margine *Conckii* meminit. *Ioannicius* ed. Cracov. 1574.

§. LX. *De Statu & Episcopatu Ecclesiæ* HAGVLSTADENSIS in Britannia, jam olim scripsit *Iohannes de Hexham*, sive *Hagulstadensis* (non enim hi diversi sunt) (a) monachus & Prior Benedictinus. *Ioh. de Hexham.*

§. LXI. *Catalogum Episcoporum* HALBERSTADENSIVM Heroico carmine scripsit *Melchior Neofanius*, Brunsvicensis, ex Scholæ in Holsatia Husumensis Rectore, Ecclesiæ patriæ Petrinæ Pastor: eidemq; inseruit præcipuas Historias, *quæ a tempore Caroli M. primi Imp. Germanorum, & primi fundatoris Episcopatuum per Saxoniam usque ad annum* CIϽIϽLXXXV. *in Germania bis potissimum oris Saxonicis acciderunt.* (b) Multum postea in Halberstadensium Episcoporum Historia elaboravit *Guilielmus Budæus*, Medicus Halberstadensis: sed cujus non nisi *Albertus II.* nec integer tamen, prodiit in lucem. Et de hujus Alberti, *ex Ducibus Brunsvicensibus Episcopi Halberstadensis XIX. rebus gestis, Narrationem Historicam* in Tomum II. *Scriptorum Rerum* Germanicarum retulit *Henricus Meibomius Iunior*. Laudat is sæpius *Annales Halberstadenses*, & loca integra ex iis affert. Et nos qvoqve sub primordia Professionis Historicæ anno -LXXV. *Historiam Halberstadiensem ab originibus per singulos Episcopos ad præsentem statum repetivimus:* usi inter alia subsidia *Ms. Halberstadensi Chronico* Iohannis Winnigstadii. Porro *Origines Halberstadensis Reip. per singulos ejus Episcopos ad nostra usque tem-* *Melch. Neofanius.* *Guil. Budæus.* *Ioh. Winnigstadius.*

(a) Vid. Sandius ad Voss. p. 125. 130. (b) Servestæ excus.

Ioach. Rulff. pora *Carmine heroico* deduxit *Ioachimus Rulff*, Burgensis Saxo, Phil. & SS. Theol. Stud. (a)

§. LXII. *De* HIBERNIÆ *Præsulibus, a prima gentis Hibernicæ ad fidem Christianam conversione, ad*

Iac. VVaraus. *suausqve tempora*, Commentarium elucubravit *Iacobus Waraus*, Hibernus (b)

§. LXIII. HIEROSOLYMITANORUM *Patriarcharum Catalogum* peculiari tractatu exhibet Daniel Papebrochius, *Tomo III. Sanctorum* mensis Maji præfixum.

Dan. Papebrochius.

§. LXIV. De HILDESIENSIBUS *Episcopis* exeunte seculo XIII. scripsit *Egebardus*, Vragiensis Abbas, editus a Christophoro Browero: ac porro de iis legendi Krantzius in *Metropoli*, & Bruschius *cap. XI.*

Egebardus.

§. LXV. *Catalogum Episcoporum universæ* HISPANIÆ composuit *Hieronymus a S. Maria, Hispanus.*

Hieron. a S. Maria.

§. LXVI. Annales omnium Præsulum ISLANDIÆ scripsit *Snabiornus Torphæus*, Islandus. (c)

Snab. Torphæus.

§. LXVII. *Episcopatuum* ITALIÆ Notitiam debemus *Vido Coqvilio.* Sed ingens opus est *Ferdinandi Vghelli*, Florentini, Abbatis SS. Vincentii & Anastasii ad Aqvas Salvias Ordinis Cisterciensis, qvod *Italiam Sacram* inscripsit, sive *de Episcopis Italiæ, & insularum adjacentium, rebusqve aliis præclare gestis ad nostram usqve ætatem, in XX. provincias divisam.* Tomi novem prodierunt Romæ ab anno CIƆIƆCXLII. Vghelliani hujus operis *Synopsin*, cum illius ad præsens tempus

Vidus Coqvilius. Ferd. Vghellus.

(a) Opusculum cum Notis marginalibus VVittebergæ ante paucos annos excusum est. (b) Londini ed. in fol. (c) Hafniæ 1656.

pus continuatione, exſpectamus ab *P. Iulio Lucenti*, Abbate Ord. Ciſtercienſis, ac Vghelli qvondam alumno. (a)

Gvibertus.

§. LXIIX. LAVDVNENSIVM *Epiſcoporum geſta* ſcripſit *Gvibertus*, Abbas S. Mariæ de Novigento: cujus Opera ſeorſim edidit *Lucas Dacherius*.

Bernh. Gvidonis.

§. LXIX. LEMOVICENSIVM, *Epiſcoporum nomina ac geſta* usqve ad annum CIↃCCLXXIII. edidit Labbeus *Tomo II. Bibl. Mss.* ſuntqve ea pars *Speculi Sanctoralis* Bernardi Gvidonis, Dominicani. Eodem *Tomo* habetur *Abbatum Baſilicæ S. Martialis Apoſtoli Commemoratio*, in appendice *Heliæ de Roffiaco* Henrici II. Regis Angliæ Capellani.

Varii Scriptores a Iohan. Chapeavillio editi.

§. LXX. De LEODICENSIBVS, ſive TVNGRORVM *Epiſcopis* complures egerunt medii ævi ſcriptores, qvos una cum nonnullis recentioribus, magno ſtudio collegit, tribus tomis(b) edidit ac notis & cenſuris illuſtravit *Iohannes Chapeavillius*, Eburo, S. Theol. Lic. Lovanienſis, ibidemqve ad S. Gertrudem Profeſſor, Canonicus & Archidiaconus in D. Lamberti, ac Vicarius Epiſcopatus Leodicenſis, qvi inter vivos eſſe deſiit x. Iunii anno CIↃIↃCXVII. In his ſunt *Ægidius*, Aureæ vallis monachus: *Anſelmus*, Leodicenſis Canonicus: *Herigerus*, Lobienſis Abbas: *Ioh. Hocſemius: Radulphus* de Rivo: *Ratherius*, aliiqve. (b) Ex recentioribus ſcriptis ibidem comparet *Ægidii Bucherii* Diſput. Hiſtorica *de primis Tungrorum, ſeu Leodicenſium Epiſcopis cum Chronologia poſteriorum.*

Ægid. Bucherius.

(a) Vide *Acta Er. Lipſ. m. Febr. 1693. p. 95.* (b) Leodii ed. 1612. 1613. 1616. (c) Vid. Val. Andreas in Bibl. Belg. p. 479.

Superiori etiam seculo *Catalogum Antistitum Tungrensium, Trajectensium ac Leodicensium*, ad Erardum de Marca, Cardinalem, & Episcopũ Leodicensem, scripsit *Ioh. Placentius*, Trudonensis, Ord. S. Dominici cœnobii Trajectensis ad Mosam monachus: qvem Boxhornius *Reip.* suæ *Leodiensi* inseruit. (a) At vero in hunc Catalogum multa ex anilibus fabulis relata sunt: qvo nomine tamen Placentium excusat Hubertus Thomas Leodius, in *præfatione Commentarii de Tungris & Eburonibus*: (b) eo qvod, *uti repererit, ita & tradiderit*. De iisdem Episcopis videatur Petrus Merssæus *cap. IV.* Ab excessu autem *Chapeavillii* in Historia Episcopali Leodicensi prodierunt scripta seqventia: *Iohannis Roberti*, Soc. Ies. Theologi, *Historia S. Huberti, Principis Aqvitani, ultimi Tungrorum, & primi Leodiensium Episcopi, cum Notis, Paralipomenis, & Qvæstionibus Hubertinis.* (c) Ejusdem *Legia Catholica, qva ostenditur, Leodienses Episcopos omnes a S. Materno Catholicos fuisse.* (d) Laurentii *Melart*, Hujensis, pluries ibidem Consulis, *Chronologia Comitum & Episcoporum Leodiensium*, addita ejus *Historia castri & oppidi Hujensis*, idiomate vernaculo scriptæ. (e) *Bartholomæi Fisen*, Leodiensis, e Soc. Ies. *Historia Ecclesiæ Leodiensis.* (f) Iacobi *Lobbetii*, Leodicensis, S. Iesu Theol. *Gloria Leodiensis Ecclesiæ, petita a Summor. Pontificum*

Ioh. Placentius. *P. Merssæus.* *Ioh. Robertus.* *Laur. Melart.* *Barthol. Fisen.*

tificum

(a) Amstelod. ed. 1632. (b) apud Sim. Schardium *Tom. I. Scriptor. Rer. Germ. p.* 337. (c) Luxemburgi 1621. (d) Leodii 1633. (e) Ibid. 1641. (f) Hujus pars I. prodiit Leodii 1642. cum hoc titulo: *Sancta Legia Rom. Ecclesiæ filia.* Vid. Val. Andreæ in *Bibl. Belg. p.* 105.

tificum majestate, a purpura Cardinalitia, ab infula pedoqve, ab Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum, Baronum filiis, in D. Lamberti Canonicis, a sanctitate Episcoporum per septem prima secula continuata serie. (a) Ioh. Erardi *Fullonii*, Leod. e Soc. Ies. *Compendium Historiæ Leodiensis.* Huc etiam referas *Stephani Ransini*, Bellorami e Ducatu Luxemburgico, I. V. D. *Leodium Ecclesiæ Cathedralis, sive de Dominio, Regalibus, mero mixtoqve Imperio, & omnimoda jurisdictione Episcopo & Principi in urbe Leodiensi S. Rom. Imperio mediate subjecta:* (b) item *Alexandri Wilthemii*, Luxemburgensis Iesuitæ *Diptychon Leodicense, ex Consulari factum Episcopale, & in illud Commentarium:* (c) Ejusdem *Appendicem* in qvo aliud *Leodicense Diptychon* explicatur. (d) I. Er. Fullonius. Steph. Ransinus. Alex. Wilthemius.

§. LXXI. LERINENSIS (*Lerina* insula est maris Gallici, in ora Provinciæ) *monasterii Sanctorum, Abbatum, illustriumqve virorum Chronologiam cum annotationibus* in lucem edidit *Vincentius Barralis*, Salernus, Ord. S. Benedicti monachus Lerinensis. (e) Vinc. Barralis.

§. LXXII. LOBIENSIUM Abbatum vitas habemus *in Chronico Lobiensi* Fulcuini.

§. LXXIII LODOVENSIUM *Episcoporum Historiam* scripsit *Iohannes Plantavitius*, Episcopus Lodovensis, aliis qvoqve scriptis celebris. (f) Ioh. Plantavitius.

§. LXXIV. Priorum LUBECENSIUM *Episcoporum*

(a) Leodii 1660. (b) Namurci 1639. (c) Leodii 1659. (d) Ibid. an. 1660. Vide Labbei *Biblioth. Bibliothecarum* pag. 343. (e) Lugduni ed. 1613 (f) Qvorum aliqva enumerantur in Thomæ Hyde *Catal. Biblioth. Bodlejanæ parte 2. p. 65.*

porum Historiam debemus *Helmoldo*, Presbytero sec. XII. Bosoviensi, ejusqve continuatori *Arnoldo*, Abbati Lubecensi, ab *Henrico Bangerto*, opt. qvondam Praeceptore meo iterum editis. Eorundem *Chronicon* consignavit *Albertus Crummedyckius*, & ipse seculo XV. Episcopus Lubecensis: qvod cum *Continuatione Chronicæ Anonymi* habetur *Tomo II. Meibomiano*. (a) Præterea Episcoporum Lubecensium historiam *Metropoli* suæ inseruit *Albertus Krantzius*. Præsulum qvoqve horum seriem in *Epicedio Eberhardi ab Holle, Episcopi Lubecensis* pertexuit *Melchior Neofanius*. (b) Et nos qvoqve, ubi Cl. *Iacobus a Mellen*, Lubecensis, jam in patria Ecclesiastes optime meritus, qvi in hac Academia bonam partem *Historiæ Lubecensis* (c) scripsit, ac me præside publico exposuit examini, desiit, in hac opera perreximus, Episcopalis Historiæ non immemores. At vero qvando hæc & alia lucem sint visura, non habeo affirmare. Novissime libello vernaculo de his Episcopis egit *Fridericus Cogelius*, Mitavia Semigallus, Scholæ Eutinensis in Wagria Conrector. (d)

Alb. Crummedyck. *Alb. Krantzius.* *Iac. a Mellen.* *Frid. Cogelius.*

§. LXXV. LVCENSIVM *Episcoporum Catalogus*, ex veteri codice, exstat apud Mabillonium *Tomo I. Musei Italici*.

Ioh. Mabillonius.

§. LXXVI. LVGDVNENSIVM in Gallia *Archiepiscopatus Antistitum, Hierarchicæ successionis, & Suffra-*

(a) Vide Molleri *Isagog.* ad Histor. Cherson. Cimbr. *part. 4 cap. 4. p. 4:3 seqq.* (b) Servestæ ed. 1586. (c) ab V.C. ad annum 1400. qvatuor Dissertationibus, qvarum 1. & 2. an 1677. *tertia*, an. 1678 *qvarta*, 1679. impressæ. (d) Vid. Mollerus d. l. pag. 426.

fraganearum diœcesium Chronologiam Historicam tribus libris conscripsit *Iacobus Severtius*, Belli-jocensis, Theologus Paris. Ecclesiastes Lugdunensis. (a) *Petri de Marca* Dissertatio *de Primatu Lugdunensi,& ceteris Primatibus,cum Notis ad canones Concilii Claromontani* prodiit. (b) Præterea Iohannes Baptista de la Mure *Historiam Ecclesiasticam Lugdunensem* conscripsit. *Iac. Severtius.* *Pet. de Marca.* *Ioh. Bapt. de la Mure.*

§. LXXVII. *De Episcopis* MAGALONENSIBUS scripsit *Arnaldus de Verdala*, Episcopus Magalonensis, qvi obiit anno CIϽCCCLII. Editus est a Labbeo *Tomo I. Bibliothecæ Mss.* De iisdem Gallice egit *Petrus Garielius.* *Arn. de Verdala.* *P. Garielius.*

§. LXXVIII. Anonymi *Chronicon Archiepiscopatus* MAGDEBURGENSIS, usqve ad an. CIϽIϽXII. & in eo Archiepiscoporum historia, reperitur *Tomo II.* Henrici Meibomii Iunioris. De iisdem Archiepiscopis sollicitus fuit Krantzius in *Metropoli.* Ipse etiam postqvam anno LXXXIV. *Antiqvitates Archiepiscopatus Magdeburgensis, qvampiurimis nunqvam antea editis Ottonis I. diplomatibus bullisqve Pontificiis distinctam* conscripsi, postea integram *Archiepiscoporum omnium Historiam* magno (qvod absqve jactantia dixerim) studio & labore composui. Hoc opus, ut in lucem edatur, qvia Potentissimus Elector Brandenburgensis singulari decreto jam pridem clementissime permisit, qvid hactenus editionem moretur, peculiari forsan scriptiuncula brevi commemorabo. *Anonymus.* *Al. Krantzius.*

§. LXXIX. MARIENTHALENSIUM *Abba-*

S ff tum

(a) Lugduni ed. 1607. & 1628. (b) Paris. 1644.

eum in Ducatu Brunſvvicenſi, Hiſtoriam in *Chronico Marienthalenſi* nobis dedit *Henricus Meibomius* ſenior: qvod opuſculum *Tomo III.* nunc comparet *Scriptorum Rerum Germanicarum* H. Meibomii Iunioris.

Henr. Meibomius.

§. LXXX. MEDIOLANENSIVM Epiſcoporum & Archiepiſcoporum hiſtoriam habet Mabillonius *Tomo I. Muſei Italici.* (a) Eorundem Hiſtoriam ad annum Seculi XV. nonum & octogeſimum ſcripſit, qvo tempore floruit, *Donatus Boſſius*, civis Mediolanenſis. (b) *Succeſſores Barnabæ Apoſtoli in Eccleſia Mediolanenſi, ex Bibliotheca Vaticana, & ex Mss. Cardinalis Syrleti per* Iohannem de Deis *collecti, juſſu Pii V. Pont. Max. anno* CIƆIƆLXXI. *deinde ab* Eugenio Cataneo, ex Societate Clericorum Regularium S. Pauli decollati, *aucti & illuſtrati, & in ampliorem formam redacti ſunt* anno CIƆIƆLXXXIV. (c) Inter ſcripta etiam *Auguſtini Valerii*, Patricii Veneti, Epiſcopi Veronenſis, ac demum Cardinalis, refertur *Epiſcopatus Mediolanenſis.* (d) An autem liber mere ſit Hiſtoricus, nondum mihi conſtat. Archiepiſcopos Mediolanenſes ex *Actis Eccleſiæ Mediol.* Caroli Borromæi Cardinalis (e) in *Chronico Chronicorum* repræſentat *Gruterus.* Huc forte etiam referas Placidi Puccinelli *Zodiacum Eccleſiæ Mediolanenſis.*

I. Mabillonius.
Don. Boſſius.
Ioh. de Deis.
Eug. Cataneo.
Aug. Valerius.
Car. Borromæus.

§. LXXIX.

(a) pag. 109 ſeqq. (b) Prodiit Mediolani 1492. Vid. Voſſius *de Hiſt. Lat. lib. 3. cap. 8. p. 620.* (c) Romæ edit. 1589. (d) Ab Henn. VVittio in *Diario Biogr. an. 1606. 20. Maji*, qvo obiit Valerius. Vide alias Nicium *Pinacoth. I. p. 170.* qvi eum *ſupra 120. opuſcula Latino ſermone ſcripſiſſe* aſſerit: & *Theatrum Italicum Virorum Eruditorum* Ghilini: ex qvo qvædam repetit Freherus in *Theatro pag. 64.* (e) Hæc *Acta Eccl. Med.* juſſu Federici Card. Borromæi, Archiep. Mediol. edita Mediolani 1599. recuſa Pariſ. 1645.

§.LXXXI. MERSEBURGENSIUM Episcoporum Historiam, qvomodocunqve potuit, in *Chronico Merseburgensi* Germanico conscripsit Ernestus Brotufius: (a) cujus fidem seqvitur Gruterus in *Chronico Chronicorum*. *Ern. Brotufius.*

§.LXXXII. De METENSIBUS *Episcopis* jam seculo VIII. flagitante Angilrammo, Archiepiscopo Metensi, librum scripsit *Paulus*, Warnefridi filius, Longobardus, *Diaconus* Aqvilegiensis. Ex hoc excerpta qvædam nobis dederunt Marqvardus Freherus, in *Corpore Historiæ Francicæ*: Andreas Duchesne, *Tomo II. Scriptorum Historiæ Francicæ*: ut & Lucas Dacherius *Tomo VI. Spicilegii*. Pleniorem *Episcoporum Metensium Historiam* scripsit *Martinus Meurissius*. *Paul. Diaconus.* *Mart. Meurissius.*

§.LXXXIII. MINDENSIUM *Episcoporum Chronicon*, incerto collectore, cum Ecclesiæ illius privilegiis xxx. Cæsareis, cum *Chronico Magno Belgico* publicavit Ioh. Pistorius. Alius Anonymi *Chronicon Mindense* cum Hermanni Lerbecii *Chronico Comitum Schowenburgensium* in lucem produxit Henricus Meibomius senior: (b) qvod postea in *Tomum I. Scriptorum Rerum Germanicarum* relatum est a nepote ejus, Henrico Meibomio, juniore. Mindensium qvoqve Episcoporum historiam in *Metropoli* sua tradidit *Albertus Krantzius*, & in *Catalogo Archiepiscoporum & Episcoporum* P. Merssæus. *Catalogum* horum *Episcoporum* Germanice singulariter edidit M. *Iulius Schmidius*. (c) *Anonymus.* *Al. Anonymus.* *Alb. Krantzius.* *Iul. Schmidius.*

Sss 2 §.LXXXIV.

(a) Budissinæ, 1556. Lipsiæ, 1606. (b) Francof. 1620. (c) Rhintelii 1650.

P. Mersfaus. §. LXXXIV. MOGVNTINORVM *Archiepiscoporum Annales* a Petro Merssæo compositi, in *Chronicon Chronicorum* Gruterianum relati sunt. Iisdem Archiepiscopis *caput II.* libri sæpe laudati dicavit *Bruschius.* Pleniorem autem eorum historiam *libris V. Rerum Moguntiacarum, ab initio, usqve ad Iohannem Schwichardum Archiep.* Francofurti an. CIↃIↃCIV. editis, consignavit *Nicolaus Serarius*, Rambervilla Lotharingus, Soc. Ies. Theol. D. & in Acad. Mogunt. Prof. qvi anno CIↃIↃCIX. Kl. Iulii decessit. (a) *Conradi*, incertæ sedis Episcopi *Vetus Chronicon Rerum Moguntiacarum sub Friderico I. & Henrico VI. gestarum*, nempe ab an. CIↃCXL. ad CIↃCCL. aliqvoties editum est. (b) Exstat etiam *Georgii Helwichii*, Moguntini, Metropol. ibidem Ecclesiæ Vicarii, liber *de Nobilitate Ecclesiæ Moguntinæ, ejusque Canonicis*, ab anno CIↃIↃ. (c) Idem composuit *Moguntiam devictam*, hoc est, de *Dissidio Moguntinensi, qvod fuit inter duos Archiepiscopos*, Dietherum Isenburgium, & Adolphum Nassovium, Comites, *de Archipræsulatu contendentes: ac de urbis illius expugnatione, direptione, & devastatione lamentabili anno* CIↃCCCCLXII. *ipsa SS. Simonis & Iudæ vigilia facta, aliisqve circa eandem in Moguntino territorio eodem tempore gestis, Narrationem Historicam.* (d)

Caspar Bruschius.

Nic. Serarius.

Georg. Helwichius.

Alb. Krantzig. §. LXXXV. *De* MONASTERIENSIBVS in Westphalia *Episcopis* egerunt Krantzius in *Metropoli*, &

(a) Vid. Alegambe *Bibl. Ies. p.* 357. (b Nempe cum *VVitichindo*, Basileæ 1532. & in *Tomis Rer. German.* Christiani Vrstisii, & Iusti Reuberi. De *Conrado* Auctore vid. Vossius *de Hist. Lat. l.* 2. *c.* 59. *p.* 479 & Sandius in *Notis ad Eum pag* 170. (c) Moguntiæ ed. 1614. (d) Francof. ed. 1626.

& Petrus Mersseus in *Catalogo Archiep. & Episcoporum cap. VI.* *Petrus Mersseus.*

§. LXXXVI. *De* MONTIS REGALIS in Sicilia *Præsulibus & Statu Ecclesiæ* scripsit *Aloysius Lellus.* *Al. Lellus.*

§. LXXXVII. *Catalogum & Descriptionem Abbatum Monasterii D. Felicitatis, vulgo* MVNSTER-SCHWARTZACH, *Ord. Bened. in Francia Orientali,* composuit *Conradus Dinnerus*, Acronianus, Iuris D. & Friderici ac Iulii Episc. Wurtzburgensium Consiliarius, vir Græce & Latine doctissimus, pater Andreæ, Icti Altdorfini. (a) De iisdem Abbatibus vide, qvæ consignavit Bruschius *in Chronologia Monasteriorum Germaniæ.* (b) *Conr. Dinnerus.* *C. Bruschius.*

§. LXXXVIII. MVTINENSIVM *Episcoporum Catalogum* elaboravit *Casp. Silliagardus.* (c) *Casp. Silliagardus.*

§. LXXXIX. *Episcoporum* NEAPOLITANORVM *Catalogum ab Apostolorum temporibus ad annum* CIↃ-IↃCXLIII. conscripsit *Bartholomæus Chioccarellus:* qvi eodem anno Neapoli prodiit.

§. LXXXX. Plerorumqve NVMBVRGENSIVM Episcoporum Historiam *Chronico suo Citizensi* inseruit *Paulus Langius*, Cycneus, monachus cœnobii Bozoviensis prope Cizam: qvod ex Bibliotheca Henrici Petrei Tomo *I. Historicorum Germanicorum* inseruit Ioh. Pistorius. Et nos qvoqve *Episcoporum Numburgensium historiam a prima Episcopatus origine, ad præsentem statum* singulari Dissertatione exposuimus anno CIↃIↃCLXXXIII. Ceterum qvæ de Za- *P. Langius.*

 deri

(a) Liber VVurzburgi ed. 1590. (b) in *Schvvartzachio* p. 524. (c) Mutinæ ed. 1606.

Ioh. Zaderus. deri *Historia Numburgensi* attulit Illustris Seckendorfius *Historiæ Lutheranismi lib. III. Sect. XXV. §. XCV.* (a) non incommodum fuerit repetere: *Nostra ætate* Ioh. Zaderus, *Concionator templi Cathedralis Numburg. vir doctus, Historiam Episcopatus, duarumqve ejus urbium ex bonis documentis Germanice compilavit, industria haud contemnenda, in qva tamen sunt, quæ emendationem poscunt. Asservatur ms. in Bibliotheca Reverendissimi & Serenissimi Principis*, Mauritii Gvilielmi, *Saxoniæ Ducis, Administratoris Numburg.* (*Mauritii filii primogeniti*) *Domini mei Clementissimi, qvi summi generis decori, & patriis avitisque virtutibus, pro magna ingenii felicitate, uberrimam omnium rerum, qvæ Heroum notitia dignæ sunt, cognitionem junxit.*

§. XCI. OGNIACENSIS *Monasterii* ad Sabim Belgii fluvium siti, *Antistitum Catalogum & Elogia*, in *Cœnobiarcha Ogniacensi* scripsit (b) *Franciscus Moschus*, Nivellensis Brabantus, ad S. Piatum apud Siclinium Melanthesiorum in Flandria Canonicus. (c)

Franc. Moschus.

§. XCII. OLOMVCENSIVM Moraviæ *Episcoporum* brevem Historiam *Iohannes Dubravius*, & ipse Olomucensis Episcopus, composuit: qvæ ejus *Historiæ Bohemicæ* jungi solet. (d) In eodem argumento occupatus fuit *Augustinus Moravius*, supremus Regis Vngariæ Secretarius: eundemqve in recensione horum Episcoporum, in *Chronico Chronicorum* secutus est *Ianus Gruterus*.

Ioh. Dubravius. Aug. Moravius.

§. XCI.

(a) pag. 387. b (b) Duaci ed. 1598. (c) Val. Andreas *in Bibl. Belg. pag.* 235. (d) in edit. Basil. 1575. & Freheriana Hanoviensi an. 1602.

§. XCIII. De Superintendentibus ORLAMVNDANIS in Thuringia & plerisqve ejus diœceseos Pastoribus singulari cum cura egit *Christophorus Henricus* Loberus, Philosophus & Theologus doctissimus, libello qvem inscripsit: *Indiculus Historiæ Ecclesiasticæ, præprimis ad Ephoriam Orlamundanam spectantis.* (a) C. Henr. Loberus.

§. XCIV. OSNABRVGENSIVM Episcoporum Historiam habemus in *Erdwini Erdmanni* Chronico Osnabrugensi: cujus editionem Henr. Meibomio juniori debemus *Tomo II. Scriptorum Rerum Germanicarum*: qvi & de hoc Erdmanno insigne attulit encomium Hermanni Hamelmanni, ex ejusdem *Epitome Chronici Osnabrugensis*. Obiit Erdmannus an. CIƆIƆV. xxx Maji. De iisdem Episcopis videatur Krantzii *Metropolis*, & Petri Merssæi *Catalogus* cap. VII. Erdw. Erdmannus.

§. XCV. PADERBORNENSIVM *Episcoporum Catalogum* concinnavit *Hermannus Kersenbroch*, nondum tamen nobis visum. In horum Episcoporum Historia maxime se diffudit *Gobelinus Persona*, Decanus Bilfeldiensis, in *Cosmodromio*: ac multa qvoqve ex historia horum Episcoporum affert *Ferdinandus Furstenbergius*, Episcopus Paderbornensis, ac postea etiam Monasteriensis, in *Monumentis Paderbornensibus*. Qvem Episcopum summe doctum etiam in pleniori Historia Paderbornensi occupatum fuisse novimus. (b) De iisdem Episcopis legendus Kranzius in *Metropoli*, & Bruschius *cap. XII.* Herm Kersenbroch. Gobel. Persona. Ferd. Furstenbergius.

§. XCVI. PASSAVIENSIVM Episcoporum Historiam in *Metropoli Salisburgensi* etiam tractavit *Wiguleus Hundius.* Wig. Hundius.

§. XCV.

(a) Ienæ 1689. (b) Et brevi forte prodibit Nic. Schaten *Hist. Paderb.*

Episcopatibus singularem librum scripsit, ac Norimbergæ excudi fecit anno CIϽIϽXLIX. *Caspar Bruschius:* in qvo agit de Archiepiscopatu *Moguntino*, & Episcopatibus *Curiensi, Constantiensi, Argentinensi, Spirensi, Wormatiensi, Augustano, Herbipolensi, Aystetensi, Hildesiano, Paderbornensi, Halberstadensi, Verdensi, & Babonbergensi:* Qvem librum in *Chronicon Chronicorum* retulit *Ianus Gruterus*. De eo sic scribit Gretserus in *præfat. Catalogi Histor. Episcoporum Eystettensium:* Bonam *operam navavit* Caspar Bruschius Ægranus, *tametsi jam qvinti Evangelii genio afflatus, cum Catalogos Episcopatuum, & qvi eos administrârunt, Episcoporum collegit, collectosq; in lucem dedit.* Audio alteram hujus libri partem ms. alicubi superesse. Qvod si est, miror cur non publicetur. Etiam *Petrus Merssæus Cratepolius* librum edidit *de Germaniæ Episcopis, & Orthodoxis Doctoribus, qvi populum ad CHRISTI religionem ibidem converterunt.* (a)

Caspar Bruschius.

Pet. Merssæus.

§. LVIII. De *Superintendentibus* GERANIS in Voigtlandia *Dissertatiunculam* scripsit Clarissimus illustris Rutheneí Rector, *Iohan. Fridericus Köberus.* (b)

I. F. Köberus.

§. LIX. GNESNENSIVM *Archiepiscoporum* in Polonia *Seriem, eorumque res gestas* edidit *Stephanus Damalevicius.* (c) Præterea eorundem Archiepiscoporum Vitas condidere *Bartholomæus Patroccius*, Massoviensis, anno CIϽIϽCXIV, mortuus: *Clemens Ioannicius*, & *Christophorus Conckius.* (d) LX.

Steph. Damalevicius.

(a) Colon. 1592. Vid. Val. Andreas in *Bibl. Belg. p. 733* (b) Geræ 1682. (c) Varsaviæ 1649. (d) De *Patroccio* & *Ioannicio* legendus Starovolscius *de C. Scriptor. Polon.* n. 89. & 27. p. 119. & 48. ubi etiam in margine *Conckii* meminit. *Ioannicius* ed. Cracov. 1574.

§. LX. *De Statu & Episcopatu Ecclesiæ* HAGVLSTADENSIS in Britannia, jam olim scripsit *Iohannes de Hexham*, sive *Hagulstadensis* (non enim hi diversi sunt) (a) monachus & Prior Benedictinus. *Ioh. de Hexham.*

§. LXI. *Catalogum Episcoporum* HALBERSTADENSIVM Heroico carmine scripsit *Melchior Neofanius*, Brunsvicensis, ex Scholæ in Holsatia Husumensis Rectore, Ecclesiæ patriæ Petrinæ Pastor: eidemq; inseruit præcipuas Historias, *qvæ a tempore Caroli M. primi Imp. Germanorum, & primi fundatoris Episcopatuum per Saxoniam usqve ad annum* CIↃIↃLXXXV. *in Germania his potissimum oris Saxonicis acciderunt.* (b) Multum postea in Halberstadensium Episcoporum Historia elaboravit *Gvilielmus Budæus*, Medicus Halberstadensis: sed cujus non nisi *Albertus II.* nec integer tamen, prodiit in lucem. Et de hujus Alberti, *ex Ducibus Brunsvicensibus Episcopi Halberstadensis XIX. rebus gestis, Narrationem Historicam* in Tomum II. *Scriptorum Rerum* Germanicarum retulit *Henricus Meibomius Iunior.* Laudat is sæpius *Annales Halberstadenses*, & loca integra ex iis affert. Et nos qvoqve sub primordia Professionis Historicæ anno -LXXV. *Historiam Halberstadiensem ab originibus per singulos Episcopos ad præsentem statum repetivimus:* usi inter alia subsidia *Ms. Halberstadensi Chronico* Iohannis Winnigstadii. Porro *Origines Halberstadensis Reip. per singulos ejus Episcopos ad nostra usqve tempora* *Melch. Neofanius.* *Gvil. Budæus.* *Ioh. VVinnigstadius.*

Rrr 2

(a) Vid. Sandius *ad Voss.* p. 125. 130. (b) Servestæ excus.

Ioach. Rulff. *pora Carmine heroico* deduxit *Ioachimus Rulff*, Burgensis Saxo, Phil. & SS. Theol. Stud. (a)

§. LXII. *De* HIBERNIÆ *Præsulibus, a prima gentis Hibernicæ ad fidem Christianam conversione, ad* *Iac.VVaraus.* *suaiusque tempora*, Commentarium elucubravit *Iacobus Waraus*, Hibernus (b)

§. LXIII. HIEROSOLYMITANORUM *Patriarcharum Catalogum* peculiari tractatu exhibet *Dan. Papebrochius.* Daniel Papebrochius, *Tomo III. Sanctorum* mensis Maji præfixum.

§. LXIV. De HILDESIENSIBUS *Episcopis* exeunte *Egehardus.* seculo XIII. scripsit *Egehardus*, Vragiensis Abbas, editus a Christophoro Brovvero: ac porro de iis legendi Krantzius in *Metropoli*, & Bruschius *cap. XI*.

§. LXV. *Catalogum Episcoporum universæ* HI- *Hieron. a S. Maria.* SPANIÆ composuit *Hieronymus a S. Maria*, *Hispanus*.

§. LXVI. Annales omnium Præsulum ISLAN- *Snæb. Torpheus.* DIÆ scripsit *Snæbiornus Torpheus*, Islandus. (c)

§. LXVII. *Episcopatuum* ITALIÆ Notitiam *Vidus Coqvilius* debemus *Vido Coqvilio*. Sed ingens opus est *Ferd. Vghellus.* *Ferdinandi Vghelli*, Florentini, Abbatis SS. Vincentii & Anastasii ad Aqvas Salvias Ordinis Cisterciensis, qvod *Italiam Sacram* inscripsit, sive *de Episcopis Italiæ, & insularum adjacentium, rebusqve aliis præclare gestis ad nostram usqve ætatem, in XX. provincias divisam*. Tomi novem prodierunt Romæ ab anno CIƆIƆCXLII. Vghelliani hujus operis *Synopsin*, cum illius ad præsens tempus

(a) Opusculum cum Notis marginalibus VVittebergæ ante paucos annos excusum est. (b) Londini ed. in fol. (c) Hafniæ 1656.

pus continuatione, exspectamus ab *P. Iulio Lucenti*, Abbate Ord. Cisterciensis, ac Vghelli qvondam alumno. (a)

§. LXIIX. LAVDVNENSIVM *Episcoporum gesta* scripsit *Gvibertus*, Abbas S. Mariæ de Novigento: cujus Opera seorsim edidit *Lucas Dacherius*. *Gvibertus.*

§. LXIX. LEMOVICENSIVM, *Episcoporum nomina ac gesta* usqve ad annum CIↃCCLXXIII. edidit Labbeus *Tomo II. Bibl. Mss.* suntqve ea pars *Speculi Sanctoralis* Bernardi Gvidonis, Dominicani. Eodem Tomo habetur *Abbatum Basilicæ S. Martialis Apostoli Commemoratio*, in appendice *Heliæ de Roffiaco* Henrici II. Regis Angliæ Capellani. *Bernh. Gvidonis.*

§. LXX. De LEODICENSIBVS, sive TVNGRORVM *Episcopis* complures egerunt medii ævi scriptores, qvos una cum nonnullis recentioribus, magno studio collegit, tribus tomis (b) edidit ac notis & censuris illustravit *Iohannes Chapeavillius*, Eburo, S. Theol. Lic. Lovaniensis, ibidemqve ad S. Gertrudem Professor, Canonicus & Archidiaconus in D. Lamberti, ac Vicarius Episcopatus Leodicensis, qvi inter vivos esse desiit x. Iunii anno CIↃIↃCXVII. In his sunt *Ægidius*, Aureæ vallis monachus: *Anselmus*, Leodicensis Canonicus: *Herigerus*, Lobiensis Abbas; *Ioh. Hocsemius: Radulphus* de Rivo: *Ratherius*, aliiqve. (b) Ex recentioribus scriptis ibidem compareret *Ægidii Bucherii* Disput. Historica *de primis Tungrorum, seu Leodicensium Episcopis cum Chronologia posteriorum.* *Varii Scriptores a Iohan. Chapeavillio editi.* *Ægid. Bucherius.*

 Su-

(a) Vide *Acta Er. Lips. m. Febr. 1693. p. 95.* (b) Leodii ed. 1612. 1613. 1616. (c) Vid. Val. Andreas in Bibl. Belg. p. 479.

Superiori etiam seculo *Catalogum Antistitum Tungrensium, Trajectensium ac Leodicensium*, ad Erardum de Marca, Cardinalem, & Episcopũ Leodicensem, scripsit *Ioh. Placentius*, Trudonensis, Ord. S. Dominici cœnobii Trajectensis ad Mosam monachus: qvem Boxhornius *Reip.* suæ *Leodiensi* inseruit. (a) At vero in hunc Catalogum multa ex anilibus fabulis relata sunt: qvo nomine tamen Placentium excusat Hubertus Thomas Leodius, in *præfatione Commentarii de Tungris & Eburonibus*: (b) eo qvod, *uti repererit, ita & tradiderit*. De iisdem Episcopis videatur Petrus Merssæus *cap. IV.* Ab excessu autem *Chapeavillii* in Historia Episcopali Leodicensi prodierunt scripta seqventia: *Iohannis Roberti*, Soc. Ies. Theologi, *Historia S. Huberti, Principis Aqvitani, ultimi Tungrorum, & primi Leodiensium Episcopi, cum Notis, Paralipomenis, & Qvæstionibus Hubertinis*. (c) Ejusdem *Legia Catholica, qva ostenditur, Leodienses Episcopos omnes a S. Materno Catholicos fuisse*. (d) Laurentii *Melart*, Hujensis, pluries ibidem Consulis, *Chronologia Comitum & Episcoporum Leodiensium*, addita ejus *Historia castri & oppidi Hujensis*, idiomate vernaculo scriptæ. (e) *Bartholomæi Fisen*, Leodiensis, e Soc. Ies. *Historia Ecclesiæ Leodiensis*. (f) Iacobi *Lobbetii*, Leodicensis, S. Iesu Theol. *Gloria Leodiensis Ecclesiæ, petita a Summor. Pontificum*

Ioh. Placentius. *P. Merssæus.* *Ioh. Robertus.*

Laur. Melart.

Barthol. Fisen.

(a) Amstelod. ed. 1632. (b) apud Sim. Schardium *Tom. I. Scriptor. Rer. Germ. p. 337.* (c) Luxemburgi 1621. (d) Leodii 1633. (e) Ibid. 1641. f) Hujus pars I. prodiit Leodii 1642. cum hoc titulo: *Sancta Legia Rom. Ecclesiæ filia*. Vid. Val. Andreæ in *Bibl. Belg. p. 105.*

tificum majestate, a purpura Cardinalitia, ab infula pedoqve, ab Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum, Baronum filiis, in D. Lamberti Canonicis, a sanctitate Episcoporum per septem prima secula continuata serie. (a) Ioh. Erardi *Fullonii*, Leod. e Soc. Ies. *Compendium Historiæ Leodiensis.* Huc etiam referas *Stephani Rausini*, Bellorami e Ducatu Luxemburgico, I. V. D. *Leodium Ecclesiæ Cathedralis, sive de Dominio, Regalibus, mero mixtoqve Imperio, & omnimoda jurisdictione Episcopo & Principi in urbe Leodiensi S. Rom. Imperio mediate subjecta:* (b) item *Alexandri Wiltheimii*, Luxemburgensis Iesuitæ *Diptychon Leodicense, ex Consulari factum Episcopale, & in illud Commentarium:* (c) Ejusdem *Appendicem* in qvo aliud *Leodicense Diptychon* explicatur. (d)

I.Er. Fullonius. *Steph. Rausinus,* *Alex. Wiltheminus.*

§. LXXI. LERINENSIS (*Lerina* insula est maris Gallici, in ora Provinciæ) *monasterii Sanctorum, Abbatum, illustriumqve virorum Chronologiam cum annotationibus* in lucem edidit *Vincentius Barralis*, Salernus, Ord. S. Benedicti monachus Lerinensis. (e)

Vinc. Barralis.

§. LXXII. LOBIENSIUM Abbatum vitas habemus *in Chronico Lobiensi* Fulcuini.

§. LXXIII LODOVENSIUM *Episcoporum Historiam* scripsit *Iohannes Plantavitius*, Episcopus Lodovensis, aliis qvoqve scriptis celebris. (f)

Ioh. Plantavitius.

§. LXXIV. Priorum LUBECENSIUM *Episcoporum*

(a) Leodii 1660. (b) Namurci 1639. (c) Leodii 1659. (d) Ibid. an. 1660. Vide Labbei *Biblioth. Bibliothecarum* pag. 343. (e) Lugduni ed. 1613 (f) Qvorum aliqva enumerantur in Thomæ Hyde *Catal. Biblioth. Bodlejanæ parte* 2. p. 65.

porum Hiſtoriam debemus *Helmoldo*, Presbytero ſec. XII. Boſovienſi, ejusqve continuatori *Arnoldo*, Abbati Lubecenſi, ab *Henrico Bangerto*, opt. qvondam Præceptore meo iterum editis. Eorundem *Chronicon* conſignavit *Albertus Crummedyckius*, & ipſe ſeculo XV. Epiſcopus Lubecenſis: qvod cum *Continuatione Chronica Anonymi* habetur *Tomo II. Meibomiano.* (a) Præterea Epiſcoporum Lubecenſium hiſtoriam *Metropoli* ſuæ inſeruit *Albertus Krantzius.* Præſulum qvoqve horum ſeriem in *Epicedio Eberhardi ab Holle, Epiſcopi Lubecenſis* pertexuit *Melchior Neofanius.* (b) Et nos qvoqve, ubi Cl. *Iacobus a Mellen*, Lubecenſis, jam in patria Eccleſiaſtes optime meritus, qvi in hac Academia bonam partem *Hiſtoriæ Lubecenſis* (c) ſcripſit, ac me præſide publico expoſuit examini, deſiit, in hac opera perreximus, Epiſcopalis Hiſtoriæ non immemores. At vero qvando hæc & alia lucem ſint viſura, non habeo affirmare. Noviſſime libello vernaculo de his Epiſcopis egit *Fridericus Cogelius*, Mitavia Semigallus, Scholæ Eutinenſis in Wagria Conrector. (d)

Alb. Crummedyck. *Alb. Krantzius.* *Iac. a Mellen.* *Frid. Cogelius.*

§. LXXV. LVCENSIVM *Epiſcoporum Catalogus*, ex veteri codice, exſtat apud Mabillonium *Tomo I. Muſei Italici.*

Ioh. Mabillonius.

§. LXXVI. LVGDVNENSIVM in Gallia *Archiepiſcopatus Antiſtitum, Hierarchicæ ſucceſſionis, & Suf-*

fra-

(a) Vide Molleri *Iſagog.* ad Hiſtor. Cherſon. Cimbr. *part. 4. cap. 4. p. 4:9 ſeqq.* (b) Serveſtæ ed. 1586. (c) ab V. C. ad annum 1400. qvatuor Diſſertationibus, qvarum 1. & 2. an 1677. *tertia*, an. 1678 *qvarta*, 1679. impreſſæ. (d) Vid. Molleri d. l. pag. 426.

fraganearum diœcesium Chronologiam Historicam tribus libris conscripsit *Iacobus Severtius*, Belli-jocensis, Theologus Paris. Ecclesiastes Lugdunensis. (a) *Petri de Marca* Dissertatio *de Primatu Lugdunensi, & ceteris Primatibus, cum Notis ad canones Concilii Claromontani* prodiit. (b) Præterea Iohannes Baptista de la Mure *Historiam Ecclesiasticam Lugdunensem* conscripsit. *Iac. Severtius.* *Pet. de Marca.* *Ioh. Bapt. de la Mure.*

§. LXXVII. *De Episcopis* MAGALONENSIBUS scripsit *Arnaldus de Verdala*, Episcopus Magalonensis, qvi obiit anno CIↃCCCLII. Editus est a Labbeo *Tomo I. Bibliothecæ Mss.* De iisdem Gallice egit *Petrus Gariellus.* *Arn. de Verdala.* *P. Gariellus.*

§. LXXVIII. Anonymi *Chronicon Archiepiscopatus* MAGDEBURGENSIS, usqve ad an. CIↃIↃXII. & in eo Archiepiscoporum historia, reperitur *Tomo II.* Henrici Meibomii Iunioris. De iisdem Archiepiscopis sollicitus fuit Krantzius in *Metropoli.* Ipse etiam postqvam anno LXXXIV. *Antiqvitates Archiepiscopatus Magdeburgensis, qvamplurimis nunqvam antea editis Ottonis I. diplomatibus bullisqve Pontificiis distinctam* conscripsi, postea integram *Archiepiscoporum omnium Historiam* magno (qvod absqve jactantia dixerim) studio & labore composui. Hoc opus, ut in lucem edatur, qvia Potentissimus Elector Brandenburgensis singulari decreto jam pridem clementissime permisit, qvid hactenus editionem moretur, peculiari forsan scriptiuncula brevi commemorabo. *Anonymus.* *Al. Krantzius.*

§. LXXIX. MARIENTHALENSIUM *Abba-*

(a) Lugduni ed. 1607. & 1628. (b) Paris. 1644.

tum in Ducatu Brunſvvicenſi, Hiſtoriam in *Chronico Marienthalenſi* nobis dedit *Henricus Meibomius* ſenior: qvod opuſculum *Tomo III.* nunc comparet *Scriptorum Rerum Germanicarum* H. Meibomii Iunioris.

Henr. Meibomius.

§. LXXX. MEDIOLANENSIUM Epiſcoporum & Archiepiſcoporum hiſtoriam habet Mabillonius *Tomo I. Muſei Italici.* (a) Eorundem Hiſtoriam ad annum Seculi XV. nonum & octogeſimum ſcripſit, qvo tempore floruit, *Donatus Boſsius*, civis Mediolanenſis. (b) *Succeſſores Barnabæ Apoſtoli in Eccleſia Mediolanenſi, ex Bibliotheca Vaticana, & ex Mss. Cardinalis Syrleti per* Iohannem de Deis *collecti, juſſu Pii V. Pont. Max. anno* CIↃIↃLXXI. *deinde ab* Eugenio Cataneo, ex Societate Clericorum Regularium S. Pauli decollati, *aucti & illuſtrati, & in ampliorem formam redacti ſunt* anno CIↃIↃLXXXIV. (c) Inter ſcripta etiam *Auguſtini Valerii*, Patricii Veneti, Epiſcopi Veronenſis, ac demum Cardinalis, refertur *Epiſcopatus Mediolanenſis.* (d) An autem liber mere ſit Hiſtoricus, nondum mihi conſtat. Archiepiſcopos Mediolanenſes ex *Actis Eccleſiæ Mediol.* Caroli Borromæi Cardinalis (e) in *Chronico Chronicorum* repræſentat *Gruterus.* Huc forte etiam referas Placidi Puccinelli *Zodiacum Eccleſiæ Mediolanenſis.*

I. Mabillonius. — *Don. Boſſius.* — *Ioh. de Deis.* — *Eug. Cataneo.* — *Aug. Valerius.* — *Car. Borromæus.*

§. LXXIX.

(a) pag. 109 ſeqq. (b) Prodiit Mediolani 1492. Vid. Voſſius *de Hiſt. Lat. lib. 3. cap 8. p. 620.* (c) Romæ edit. 1589. (d) Ab Henr. VVittio in *Diario Biogr. an. 1606. 20. Maji*, qvo obiit Valerius. Vide alias Nicium *Pinacoth. I. p. 170.* qvi eum *ſupra 120. opuſcula Latino ſermone ſcripſiſſe* aſſerit: & *Theatrum Italicum Virorum Eruditorum* Ghilini: ex qvo qvædam repetit Freherus in *Theatro pag. 64.* (e) Hæc *Acta Eccl. Med.* juſſu Federici Card. Borromæi, Archiep. Mediol. edita Mediolani 1599. recuſa Pariſ. 1645.

§.LXXXI. MERSEBURGENSIUM Episcoporum Historiam, qvomodocunqve potuit, in *Chronico Merseburgensi* Germanico conscripsit Ernestus Brotusius: (a) cujus fidem seqvitur Gruterus in *Chronico Chronicorum*. Ern. Brotusius.

§.LXXXII. De METENSIBUS *Episcopis* jam seculo VIII. flagitante Angilrammo, Archiepiscopo Metensi, librum scripsit *Paulus*, Warnefridi filius, Longobardus, *Diaconus* Aqvilegiensis. Ex hoc excerpta qvædam nobis dederunt Marqvardus Freherus, in *Corpore Historiæ Francicæ*: Andreas Duchesne, *Tomo II. Scriptorum Historiæ Francicæ*: ut & Lucas Dacherius *Tomo VI. Spicilegii*. Pleniorem *Episcoporum Metensium Historiam* scripsit *Martinus Meurissius*. Paul. Diaconus. Mart. Meurissius.

§.LXXXIII. MINDENSIUM *Episcoporum Chronicon*, incerto collectore, cum Ecclesiæ illius privilegiis xxx. Cæsareis, cum *Chronico Magno Belgico* publicavit Ioh. Pistorius. Alius Anonymi *Chronicon Mindense* cum Hermanni Lerbecii *Chronico Comitum Schowenburgensium* in lucem produxit Henricus Meibomius senior: (b) qvod postea in *Tomum I. Scriptorum Rerum Germanicarum* relatum est a nepote ejus, Henrico Meibomio, juniore. Mindensium qvoqve Episcoporum historiam in *Metropoli* sua tradidit *Albertus Krantzius*, & in *Catalogo Archiepiscoporum & Episcoporum* P. Merslæus. *Catalogum horum Episcoporum* Germanice singulariter edidit M. *Iulius Schmidius*. (c) Anonymus. Al. Anonymus. Alb. Krantzius. Jul. Schmidius.

Sss 2 §.LXXXIV.

(a) Budissinæ, 1556. Lipsiæ, 1606. (b) Francof. 1610. (c) Rhintelii 1650.

§. LXXXIV. MOGVNTINORVM *Archiepiscoporum Annales* a Petro Mersæo compositi, in *Chronicon Chronicorum* Gruterianum relati sunt. Iisdem Archiepiscopis *caput II.* libri sæpe laudati dicavit *Bruschius.* Pleniorem autem eorum historiam *libris V. Rerum Moguntiacarum, ab initio, usque ad Iohannem Schwichardum Archiep.* Francofurti an. CIƆIƆCIV. editis, consignavit *Nicolaus Serarius,* Rambervilla Lotharingus, Soc. Ies. Theol. D. & in Acad. Mogunt. Prof. qvi anno CIƆIƆCIX. Kl. Iulii decessit. (a) *Conradi,* incertæ sedis Episcopi *Vetus Chronicon Rerum Moguntiacarum sub Friderico I. & Henrico VI. gestarum,* nempe ab an. CIƆCXL. ad CIƆCCL. aliqvoties editum est. (b) Exstat etiam *Georgii Helwichii,* Moguntini, Metropol. ibidem Ecclesiæ Vicarii, liber *de Nobilitate Ecclesiæ Moguntinæ, ejusque Canonicis,* ab anno CIƆIƆ. (c) Idem composuit *Moguntiam devictam,* hoc est, de *Dissidio Moguntinensi, qvod fuit inter duos Archiepiscopos,* Dietherum Isenburgium, & Adolphum Nassovium, Comites, *de Archipræsulatu contendentes: ac de urbis illius expugnatione, direptione, & devastatione lamentabili anno* CIƆCCCCLXII. *ipsa SS. Simonis & Iudæ vigilia facta, aliisque circa eandem in Moguntino territorio eodem tempore gestis, Narrationem Historicam.* (d)

P. Mersæus. *Caspar Bruschius.* *Nic. Serarius.* *Georg. Helwichius.*

§. LXXXV. *De* MONASTERIENSIBVS in Westphalia *Episcopis* egerunt Krantzius in *Metropoli,* &

Al. Krantzius.

(a) Vid. Alegambe *Bibl. Ies. p.* 357. (b) Nempe cum *VVitichindo,* Basileæ 1532. & in *Tomis Rer. German.* Christiani Urstisii, & Iusti Reuberi. De Conrado Auctore vid. Vossius *de Hist. Lat. l.* 2. *c.* 59. *p.* 479. & Sandius in *Notis ad Eum pag.* 170. (c) Moguntiæ ed. 1614. (d) Francof. ed. 1626.

& Petrus Mersfæus in *Catalogo Archiep. & Episcoporum cap. VI.* *Petrus Mersfæus.*

§. LXXXVI. *De* MONTIS REGALIS in Sicilia *Præsulibus & Statu Ecclesiæ* scripsit *Aloysius Lellus.* *Al. Lellus.*

§. LXXXVII. *Catalogum & Descriptionem Abbatum Monasterii D. Felicitatis, vulgo* MVNSTER-SCHWARTZACH, *Ord. Bened. in Francia Orientali,* composuit *Conradus Dinnerus*, Acronianus, Iuris D. & Friderici ac Iulii Episc. Wurtzburgensium Consiliarius, vir Græce & Latine doctissimus, pater Andreæ, Icti Altdorfini. (a) De iisdem Abbatibus vide, qvæ consignavit Bruschius *in Chronologia Monasteriorum Germaniæ.* (b) *Conr. Dinnerus.* *C. Bruschius.*

§. LXXXVIII. MVTINENSIVM *Episcoporum Catalogum* elaboravit *Casp. Silliagardus.* (c) *Casp. Silliagardus.*

§. LXXXIX. *Episcoporum* NEAPOLITANORVM *Catalogum ab Apostolorum temporibus ad annum* CIƆIƆCXLIII. conscripsit *Bartholomæus Chioccarellus*: qvi eodem anno Neapoli prodiit.

§. LXXXX. Plerorumqve NVMBVRGENSIVM Episcoporum Historiam *Chronico* suo *Citizensi* inseruit *Paulus Langius*, Cycneus, monachus cœnobii Bozoviensis prope Cizam: qvod ex Bibliotheca Henrici Petrei Tomo *I. Historicorum Germanicorum* inseruit Ioh. Pistorius. Et nos qvoqve *Episcoporum Numburgensium historiam a prima Episcopatus origine, ad præsentem statum* singulari Dissertatione exposuimus anno CIƆIƆCLXXXIII. Ceterum qvæ de Zaderi *P. Langius.*

(a) Lib. VVurzburgi ed. 1590. (b) in *Schwartzachio* p. 524. (c) Mutinæ ed. 1606.

§. XCIII. De Superintendentibus ORLAMVNDANIS in Thuringia & plerisqve ejus diœceseos Pastoribus singulari cum cura egit *Christophorus Henricus* Loberus, Philosophus & Theologus doctissimus, libello qvem inscripsit: *Indiculus Historiæ Ecclesiasticæ, præprimis ad Ephoriam Orlamundanam spectantis.* (a) C. Henr. Loberus.

§. XCIV. OSNABRVGENSIVM Episcoporum Historiam habemus in *Erdwini Erdmanni* Chronico Osnabrugensi: cujus editionem Henr. Meibomio juniori debemus *Tomo II. Scriptorum Rerum Germanicarum*: qvi & de hoc Erdmanno insigne attulit encomium Hermanni Hamelmanni, ex ejusdem *Epitome Chronici Osnabrugensis*. Obiit Erdmannus an. CIƆIƆV. xxx Maji. De iisdem Episcopis videatur Krantzii *Metropolis*, & Petri Merssæi *Catalogus* cap. VII. Erdw. Erdmannus.

§. XCV. PADERBORNENSIVM *Episcoporum Catalogum* concinnavit *Hermannus Kersenbroch*, nondum tamen nobis visum. In horum Episcoporum Historia maxime se diffudit *Gobelinus Persona*, Decanus Bilfeldiensis, in *Cosmodromio*: ac multa qvoqve ex historia horum Episcoporum affert *Ferdinandus Furstenbergius*, Episcopus Paderbornensis, ac postea etiam Monasteriensis, in *Monumentis Paderbornensibus*. Qvem Episcopum summe doctum etiam in pleniori Historia Paderbornensi occupatum fuisse novimus. (b) De iisdem Episcopis legendus Kranzius in *Metropoli*, & Bruschius *cap. XII.* Herm. Kersenbroch. Gobel. Persona. Ferd. Furstenbergius.

§. XCVI. PASSAVIENSIVM Episcoporum Historiam in *Metropoli Salisburgensi* etiam tractavit *Wiguleus Hundius*. Wig. Hundius.

§. XCV.

(a) Jenæ 1689. (b) Et brevi forte prodibit Nic. Schaten *Hist. Paderb.*

§. XCVII. PEDEMONTANÆ *regionis Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum Historiam Chronologicam* composuit *Franciscus Augustinus ab Ecclesia,* Salutiarum Episcopus (a)

Fr. August. ab Ecclesia.

§. XCVIII. Fragmentum de PETRAGORICENSIBUS Episcopis exstat *Tomo II. Bibliotheca Mss.* Labbei.

§. XCIX. PICTAVIENSIUM *Episcoporum Historia* Gallice scripta est a *Iohanne Beslio.*

Ioh. Beslius.

§. C. PLOCENSIUM *Episcoporum* in Polonia *Vitas* scripsit *Iohannes Longinus,* sive *Dlugossus*: qvas in *Operibus* suis edidit *Stanislaus Lubienskius.*

Ioh. Dlugoss9.

§. CI. POMESANENSES sive RISENBURGENSES *Episcopos* in Prussia recenset Hartknochius *Dissert. XIV. de Rebus Prussicis, & in Historia Ecclesiastica Prussica lib. I. cap. III.*

Chris. Hartknochius.

§. CII. POSNANIENSIUM *Episcoporum* in Polonia Seriem & Acta consignavit laudatus *Iohannes Dlugossus*: qvas a *Iacobo Brzomezkio,* Suffraganeo Posnaniensi continuatas edidit *Thomas Treterus,* Canonicus Varmiensis. (b)

Ioh. Dlugossy. Th. Treterus.

§. CIII. PRAGENSIUM *Archiepiscoporum Historiam* Bohuslaum Balbinum e Soc. I. scripsisse, *capite proximo §. XII.* monuimus.

Boh. Balbinus.

§. CIV. *Presbyterologiam* PRUSSICOREGIOMONTANAM, ab anno CIƆIƆCXX. usqve ad an. CIƆIƆCLVI. in lucem emisit *Georgius Colbius* (c)

Georg. Colbius.

§. CV.

(a) Augustæ Taurin. ed. 1648. (b) Brunsbergæ ed. 1604. *De Tretero* vide Starovolscium *de C. Script. Polon. n. 52. p. 70.* (c) Regiom. ed. 1657.

§. CV. RACEBVRGENSIVM *Episcoporum* Catalogum cum aliqvibus eorum gestis affert Krantzius *in Metropoli.* *Alb. Krantzius.*

§. CVI. RATISBONENSIVM *Episcoporum* Historia habetur in Hundii *Metropoli Salisburgensi.* De *Abbatibus* RATISBONENSIBVS AD S. EMMERANVM præcipue egit *Cœlestinus*, ipse ibidem Abbas, *in Mausoleo S. Emmerami*, libro Germanice scripto, aliqvoties edito. (a) *VVig. Hundius.* *Cœlestinus Abbas.*

§. CVII. RAVENNATENSIVM *Episcoporum Vitæ* carmine sunt expressæ a *Iacobo Minghino*, Icto. *Iac. Minghinus.*

§. CVIII. REMENSIVM *Archiepiscoporum* Historiam in *Metropoli Remensi* tradidit Gvilielmus Marlotus. (b) *GVil. Marlotus.*

§. CIX. RIDDAGESHVSANORVM *Abbatum* Historia exstat in *Chronico Riddageshusano* Henrici Meibomii senioris, Helmstadii edito, & post a Meibomio juniore aucto, inqve *Tomum III. Historiæ German.* relato. *Henr. Meibomius.*

§. CX. RIPENSIVM *Episcoporum* in Iutia *seriem* elegantibus tetrastichis comprehendit *Iohannes Laurentii*, Ripensis, Med. D. & in patria Practicus, ac Canonicus. (c) *Ioh. Laurentii.*

§. CXI. ROTOMAGENSIVM *Archiepiscoporum Chronologiam* consignavit *Iohannes Dadræus.* Plenam autem eorum Historiam Gallice conscripsit *Franciscus Pommerajus*, monachus Benedict. Congreg. S. Mau- *Ioh. Dadræus.* *Franc. Pommerajus.*

(a) Tertium edit. Ratisbonæ 1680. (b) Paris. 1666. (c) Hafniæ ed. 1591. Vid. Molleri *Isag. ad Hist. Cimbr. part 3 s. 1 p 231 seqq.*

S. Mauri. (a) *Acta* horum *Archiepiscoporum*, qvorum scriptor vixit sub Gregorio VII. habentur *Tomo II. Analectorum* Mabillonii. *Rotomagensis Ecclesiæ Chronici Fragmentum* Lucas Dacherius *Tomo II. Spicilegii*; ejusdem *Ecclesiæ Benedictionale*, Iacobus Petitus, cum Theodori *Pœnitentiali*, edidit.

§. CXII. SAGIENSIVM *Episcoporum* in Normannia sub Archiepiscopatu Rotomagensi *Catalogum* scripsit *Antonius Demochares*. Sed multo accuratior est, qvem *Ægidius Brii*, Dominus de la Clegerie *Historiæ Perticensium Comitum ac Ducum Alenconiorum* subjunxit.

Ant. Demochares. *Ægid. Brii.*

§. CXIII. SALISBVRGENSIVM *Archiepiscoporum ac Co-Episcoporum Frisingensium, Ratisbonensium, Patavienssium, ac Brixiensium Historiam* in *Metropoli Salisburgensi*, scripsit *Wigulesus Hundius* a Sulzenmos, ICtus, ac supremi Bojorum Senatus Monachii Præses, edidit qve Ingolstadii anno CIƆIƆLXXXII. Sed alteri editioni Monachiensi anni hujus seculi XX. accesserunt, *præter Diplomata summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum &c. historiæ insuper continuationem*, Notæ *Christophori Gewoldi*, I. D. & Bojariæ Duci a Consiliis. Tomus vero alter continet *Fundationes & Erectiones Monasteriorum & Ecclesiarum Collegiatarum per Bajoariam, & loca qvædam vicina, cum Diplomatis summorum PP. Impp. Regum, Principum &c.* & Notas *Christophori Gewoldi*. Porro habemus Iohannis Dominici Hessi *Catalogum Antistitum & Archiepiscoporum*

Wig. Hundius. *I. Dom. Hess.*

(a) Vid *Ephem. Erud. Gall.* Nitzschii *Tom. 3. p. 184. seqq.*

porum omnium, qui Ecclesia Metropolitana Salisburgensi a D.Ruperto totius Bavariæ Apostolo in hunc usque diem ordinaria successione præfuerunt. (a) *Catalogus Episcoporum & Archiepiscoporum* Salisburgensium ex *Iohanne Alberto Widmanstettero*, in *Chronico Chronicorum* Gruteri comparet. Iohannis Baptistæ Maieri *Chronicon Saltzburgense* Germanice scriptum est. *Gesta Episcoporum Salisburgensium*, auctore Anonymo, S. Eberardi Archiepiscopi Salisburgensis discipulo, exstant apud Henricum Canisium, I. V. D. *Tomo II. Antiqvæ lectionis.* Tomo vero VI. comparent *Monumenta Salisburgensia* in X. partes distributa, collectore *Iohanne Stainhausero*, Senatore Salisburgensi: hoc est: I. *Historia de Miraculis S. Vitalis*, primi Abbatis monasterii S. Petri Salisburgi, & secundi Episcopi ibidem. II. *Historia* S. Rudberti, *Episcopi Salisburgensis.* III. *Vita & Miracula* S. Erentrudis, *Virginis Abbatissæ monasterii Nunbergensis Salisburgi.* IV. *Vita* S. Rudberti *primi Episcopi Salisburgensis*, auctore S. Eberhardi, *Archiep. Salisburgensis discipulo*, auctior ea, qvæ II. Tomo habetur. V. *Notitia Donationum factarum Ecclesiæ Salisburgensi, & S. Petro.* VI. *Vita & Miracula* S. Virgilii, *Episcopi Salisburgensis.* VII. *Vita* S. Eberhardi, *Episcopi Salisburgensis.* VIII. De S. Hartvvico, *Episcopo Salisburgensi.* IX. *Brevis Catalogus Episcoporum & Archiepiscoporum Salisburgensium.* X. *Vita* S. Gebehardi, *Salisburgensis Archiepiscopi.* Accedunt *Chronica Salisburgensia*, ex Biblio-

Iohan. Bapt. Maierus.

Varia de his Archiepiscopis in Henr. Canisii Antiq. L.

 theca

(a) Ingolstad. edit. 1586.

theca D. Hungeri usqve ad annum CIↃCCCCLXXV. De *Iuvaviensis sive Salisburgensis Ecclesia Origine & Diœcesi* fragmentum pervetus, scriptum circa ann. Domini IↃCCCLVIII. habetur in *Rerum Bohemicarum Scriptoribus* Marqvardi Freheri. Deniqve *Ruperti & Virgilii Antistitum Salisburgensium Vitas* scripsit *Cornelius Curtius*, Bruxellensis, Eremita Augustinianus. (a)

Corn. Curtius.

§. CXIV. *Thomæ*, Spalatensis Archidiaconi an. CIↃCC. nati, an. CIↃCCLXVIII. denati, SALONITANORVM atqve SPALATENSIVM *Pontificum Historiam* usqve ad annum CIↃCCLXVI. in Opere suo *de Dalmatia ac Croatia* divulgavit Iohannes Lucius (b).

Thomas Spalat.

§. CXV. SAMBIENSIVM *Episcoporum* in Prussia *Catalogum* exhibet Hartknochius *Dissert. XIV. de rebus Prussicis*, & *lib. I. Hist. Eccl. Prussicæ cap. III.*

Christ. Hartknochius.

§. CXVI. De SAXONIÆ inferioris *Archiepiscopis & Episcopis*, qvanto suo ævo potuit, cum studio, in *Metropoli* sua egit *Albertus Krantzius*, Hamburgensis: cujus summam vitæ in *Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ parte I. cap. VI.* (c) diligentissime scripsit *Ioh. Mollerus*, Flensburgensis: ubi etiam alios laudat Krantzianæ Vitæ scriptores. Libri *Metropoleos* sunt XII. *in qva* (ut habet inscriptio editionis Basileensis anni CIↃIↃLXVIII.) *Auctor docet, qvomodo inde usqve a Carolo M. primum religio Christiana in Saxoniam invecta & propagata, & optimo consilio piissimorum Principum, duodecim Episcopi constituti sint,* qvo-

Al. Krantzius.

(a) Ingolstad. 1621. (b) Amstelod. 1666. (c) §. 19. seqq. pag. 94. seqq.

qvorum vitam, mores, studia & facta, usqve ad hæc (sua) *tempora diligenter describit, ac simul etiam aliarum nationum, Regum, & Principum res gestas copiose recenset.* Historiam autem his in libris tradidit Archiepiscoporum, *Hamburgo-Bremensium*, & *Magdeburgensium*; Episcoporum autem, *Aldenburgo-Lubecensium, Halberstadensium, Hildesiensium, Mindensium, Monasteriensium, Osnabrugensium, Paderbornensium, Raceburgensium, Sverinensium, Verdensium.* Prima libri II. V. IX. & XII. capita etiam *Pontificum Romanorum* brevem exhibent Catalogum atqve Historiam. Primus hanc *Metropolin*, Melanchthonis hortatu, ex unico, qvod exstabat ms. exemplari, eodemqve Krantzii avtographo, Parenti suo ab Henrico Bucholtzio, Episcopo Lubecensi, donato, edidit *Ioachimus Mollerus*, junior, Hamburgensis, Ernesti, ceterorumqve Ducum Brunsvico-Luneburgensium Consiliarius, & Præpositus Bardevvicensis, anno CIƆIƆLXXXVIII. mense Augusto vita functus. (a) Krantzianam *Metropolin* ab anno CIƆIƆIV. ad finem usqve seculi XVI. continuare, & recensu Episcoporum, qvi ceteris Ecclesiis in Saxonia & Vandalia veteri cathedralibus, à Kranzio neglectis (Misnensi scilicet, Mersburgensi, Numburgensi, Havelbergensi, Brandenburgensi, Lebusiensi, Camminensi, & Slesvicensi) eodem temporis intervallo præfuerunt, augere in animo habuit *David Chytræus.* Operis hujus affecti Prodromus, sola Episcoporum nomina, Dav. Chytræus.

Ttt 3 cum

(a) *Ioh. Mollerus* d. l. p. 104. ubi etiam de editionibus *Metrop.* agit.

cum annis electionis atqve obitus, enumerans, & seorsim est impressus (a) & *Continuationi Saxoniæ ac Vandaliæ* adjunctus (b) hoc titulo: *Proœmium Metropolis, seu Successionis Episcoporum, in Ecclesiis Saxoniæ & Vandaliæ veteris Cathedralibus XX. ab A. C.* CIↃIↃ. *ubi Krantzius desiit, ad nostram usqve ætatem deducta: Liber singularis.* Et habetur qvoqve in editione *Saxoniæ* Chytræi Lipsiensi anni CIↃIↃCXI. Ut taceam in ipsa illa *Saxonia* Chytræum de plerisqve his Episcopatibus non parum fuisse sollicitum.

Cæsar Orlandinus. §. CXVII. *De* SENÆ *urbis, ejusqve Episcopatus antiqvitate* egit *Cæsar Orlandinus.* (c)

Iac. Tavellus. §. CXVIII. *Archiepiscoporum* SENONENSIVM *vitas actusqve* edidit *Iacobus Tavellus*: (d) qvem *Virum in historia sagacem & peritum* vocat Paulus Petavius, in *Syntagmate de Nithardo Caroli M. nepote.* *Catalogus Archiepiscoporum Senonensium ad fontes*

Hugo Mathoud. *Historiæ noviter accuratus* prodiit auctore (e) *Hugone Mathoud*, Presbytero monacho Ord. S. Benedicti, e Congregatione S. Mauri: qvo de libro agitur a *Lipsiensibus Eruditis* in *Supplementis Actorum Tomo I. Sect. VII.* (f) SENONIENSIS *Abbatiæ Historiam* scripsit

Richerius. *Richerius* monachus, qvi vixit anno CIↃCLXVII. Habetur *Tomo VIII. Spicilegii* Dacheriani.

Rocchus Pyrrhus. §. CXIX. SICVLARVM *Episcopatuum* Notitiam *Rocchus Pyrrhus* conscripsit.

Ioh. Columbus. §. CXX. De SISTARICENSIBVS *Episcopis* in Provincia egit *Iohannes Columbus.*

§. CXXI.

(a) an. 1582. (b) an. 1586. (c) Exstat in Scriptoribus *Italiæ illustratæ.* (d) Senon. ed. 1608. (e) Paris. an. 1688. (f) pag. 786.

§.CXXI. SPIRENSIVM *Episcoporum Descriptionem Historicam* Germanice edidit *Philippus Simonis*, Collegio Canonicorum Spirensium a secretis. (a) Eorundem Historiam *Chronico* suo *Spirensi*, libro docto, ac utili, inseruit *Christophorus Lehmannus*; (b) in cujus præfatione de *Wilhelmi Eisengreinii Chronico Spirensi* Dillingæ CIƆIƆLXIV. edito, ut & de dicto *Philippo Simone*, Eisengreinii errores seqvente, & augente agit. Idem in ipso Opere aliqvoties laudat *Episcoporum Spirensium Designationem ms.* De iisdem Episcopis legendus Bruschius *cap. VI.* *Phil. Simonis.* *Christ. Lehmannus.* *Casp. Bruschig.*

§. CXXII. SLESVICENSIVM *Episcoporum* accuratam Historiam debemus *Paulo* & *Iohanni Adolpho Cypræis*: utpote qvorum habemus *Annales Episcoporum Slesvicensium, unius, vera, sancta, Catholica & Apostolica Ecclesiæ statum, qvoad ejus originem, propagationem, ac mutationem in Regno Daniæ, & finitimis Slesvici ac Holsatiæ Ducatibus, aliasqve res, qvovis seculo in Ecclesia ac Politia admirandas, vereqve memorabiles illic gestas & perpetratas, una cum inserta brevi ac rotunda Regum Daniæ, & Ducum Slesvici ac Holsatiæ Genealogia, libris tribus breviter ac dilucide complectentes ac explicantes.* (c) Operis hujus lineamenta duxit *Paulus Cypræus*, Slesvicensis, Adolphi, Friderici, Philippi, & Iohannis Adolphi, Ducum Holsatiæ Consiliarius, Basilicæ patriæ Canonicus, & Iuris aliqvamdiu in Gymnasio Professor, anno CIƆIƆCIX. vivis exemtus. Affectum hunc Parentis laborem continuavit *Paulus & Ioh. Ad. Cypræi.*

(a) Friburgi Brisg. ed. 1608. (b) Francof. primum prodiit 1612, postea aliqvoties recusum. (c) Colon. ed. 1634.

nuavit, auxit, & a Caroli M. temporibus, ad seculi usqve præsentis initium perduxit filius *Iohannes Adolphus*, ædis in civitate patria Michaelitanæ Ecclesiastes ad annum usqve - XXXIII. Hoc enim ineunte, in Belgium, Medicis aeris mutationem febri qvartana diuturna laboranti svadentibus, obsecutus, excurrit, & inde non multo post Coloniam digressus, Ecclesiæ Romanæ nomen dedit. Qvam de utroqve Cypræo notitiam debeo Viro Clarissimo Ioh. Mollero, in *Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ cap. VII.* (a) ubi etiam de hoc Opere egregium legas judicium, in qvo & hæc sunt: *Nihil illo libro doctius, nihil elegantius, nihil Veterum testimoniis, magno cum delectu conqvisitis, ornatius, nihil deniqve accuratiori scriptum cum judicio, me de rebus nostris legisse fateor, & proinde eundem Historiæ patriæ studiosis, præ omnibus aliis bujus scriptoribus cupio esse commendatissimum.* Breviorem

Nicol. Helduaderus. Notitiam Episcoporum Slesvicensium exhibet *Nicolai Helduaderi de Civitate Slesvicensi* libellus vernaculus aliqvoties editus. (b)

Ioh. Magnus. §. CXXIII. *Iohannis Magni* liber *de Vitis Pontificum* SVECIÆ, Romæ, opera *Olai* fratris editus est

Ioh. Messenius anno CIƆIƆLIV. *Iohannis Messenii*, Ostro-Gothi, Iuris & Politices Vpsaliæ Professoris, *Chronicon Episcoporum per Sveciam, Gothiam & Finlandiam* ab anno IƆCCCXXXV. ad annum CIƆIƆCXI. juxta exemplar Holmien-

(a) pag. 126. (b) Primum *Slesvici* 1603. post recusus 1615. & 1673. Titulus hic est: Kurtze Beschreibung der alten Stadt Sleswig in Cimbrica Chersoneso, nebst Succession der Hertzogen und Bischoffe zu Sleswig: aus allerhand Documenten zusammengefasset.

mienſe Lipſiæ anno CIↃIↃCLXXXV. recudi fecit Vir celeberrimus, Adamus *Rechenbergius*.

§. CXXIV. SVERINENSIVM *Epiſcoporum* Hiſtoria ex Krantzii potiſſimum *Metropoli* petenda eſt. Bernhardi Hederici *Chronicon Sverinenſe*, qvod in *Notis* ad Gerhardi Præpoſiti Stederburgenſis *Narrationem de Henrico Leone* laudat Henricus Meibomius, ſenior, neſcio an in lucem prodierit. *Ordinarium Epiſcopatus Sverinenſis* impreſſum eſt Roſtochii anno CIↃIↃXIX. (a) *Al. Krantzius. Bernh. Hedericus.*

§. CXXV. *De antiqvo urbis* SYRACVSARVM *Archiepiſcopatu, Diſſertationem Hiſtoricam & Chronologicam* contexuit *Antonius de Amico.* (b) *Ant. de Amico.*

§. CXXVI. *Bernardi Gvidonis*, Ord. Prædicatorum, Epiſcopi Lodovenſis, qvi floruit anno CIↃCCCXX. *Geſta Epiſcoporum & Comitum* TOLOSANORVM extant in Gvilielmi Catelli *Comitibus Toloſanis.* (c) *Bernh. Gvidonis.*

§. CXXVII. *Ferdinandum de Cardevacqve*, Atrebatenſem, virum domi nobilem, anno CIↃIↃCXIV. demortuum, *Hiſtoriam Epiſcoporum* TORNACENSIVM conſcripſiſſe, Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica* auctor eſt. (d) *Ferd. de Cardevacqve.*

§. CXXVIII. *De Epiſcopatu* TRAIECTENSI *ad Moſam, Diatribam Hiſtoricam* ſcripſit (e) *Godefridus Henſchenius*, Venradenſis Gelder, e Soc. Ieſu anno CIↃIↃCLXXXII. XII. Septembris mortuus. *God. Henſchenius.*

§. CXXIX. TRECENSIVM *Epiſcoporum* Catalo-

(a) Integer titulus habetur Tomo II. *Autographorum Lutheri* Herm. ab Haart *pag.* 84. (b) Neapoli ed. 1640. (c) Toloſæ ed. 1623. (d) pag. 216. (e) Antverp. 1653.

Nic. Camuzatius. *talogum*, ex Nicolai Camuzatii, Tricassini, *Promtuario sacrarum Antiqvitatum Tricassinæ Diœceseos*, Augustæ Trecarum edito anno CIↃIↃCX. in *Chronicon Chronicorum* retulit *Ianus Gruterus*, sub *Iohannis Gvalteri* latens nomine.

§. CXXX. *Archiepiscoporum* TREVERENSIUM *Catalogum* suppeditat *Petrus Mersæus cap. III.* *P. Mersæus.* Multa qvoqve de illis affert *Wilhelmus Kyriander*, IC. *Wilh Kyriander.* Syndicus Treverensis, in *Augustæ Treverorum Annalibus, sive Commentariis Historicis, qvibus Vrbis in universo terrarum orbe antiquissimæ origo & status, ab anno mundi* CIↃIↃCCCCLXVI. *usqve ad hanc nostram ætatem, ex ipsis Archivis, ea fide & diligentia describitur, ut illis tot illustrium Archiepiscoporum vitæ, & gravissimarum rerum monumenta, tanqvam in uberrimo Cornucopia, rei litterariæ exhibeantur.* (a) At majori id cum apparatu, ac studio, egerunt *Christophorus Browerus*, Arnhemio Geldrus, & *Iacobus Masenius*, Iuliaco-Dalensis, e Soc. Iesu. *Christophor. Browerus. Iac. Masenius.* Istorum enim habemus *Antiqvitatum & Annalium Treverensium libros XXV.* duobus tomis comprehensos: qvorum ille *Proparasceven* cum *libris XXII. Annalium* scripsit: hic, præter *Additamenta Proparasceves*, & *Historiæ tres reliqvos Annalium libros cum luculentis Indicibus* adjecit. (b) Iam ante tamen *Browerus* scripsisse dicitur *Historiam Archiepiscoporum Treverensium, & Episcoporum Ecclesiæ Treverensis Suffraganeorum, Metensium, Tullensium* ac

(a) Primum Biponti excus. 1603. recus. 1625. (b) Leodii 1670.

ac Verdunensium, Coloniæ editam an. CIƆIƆCXXVI. (a)

§.CXXXI. *Pontificum* TRIDENTINORVM *Vitas* libris duodecim exposuit *Ianus Pyrrhus Pincius*, Mantuanus. (b) Qvibus postea adjecit *Originem urbis Tridentinæ, & gesta Ducum Tridentinorum.* *I.Pyrrhus Pincius.*

§. CXXXII. *Gesta Abbatum* TRVDONENSIVM (dioecesios Leodiensis) in *Chronico Abbatiæ S.Trudonis* libris XIII. ab anno IƆCCCCXCIX. usqve ad annum CIƆCXXXVII. composuit *Rudolphus*, S. Trudonis Abbas: qvod edidit Lucas Dacherius *Tomo VII. Spicilegii.* *Rudolphus Abbas.* Laudatur & *Iohannis Latomi*, Bergizomii, Canonici Regularis S. Augustini, *Historia brevis Cœnobii sive Abbatiæ Trudonopolitanæ.* (c) *Ioh. Latomus.*

§.CXXXIII. TVRONENSIVM *Archiepiscoporum vitas* tradidit *M. Iohannes Maan*, D. Theol. in libro, qvem inscripsit *Sancta & Metropolitana Ecclesia Turonensis.* (d) *Ioh. Maan.*

§. CXXXIV. VALENTINORVM, VIVARIENSIVM & DIENSIVM in Hispania Episcoporum res gestas scripsit Iohannes Columbus. (e) *Ioh.Columbus.*

§.CXXXV. VARMIENSIVM in Prussia *Episcoporum Catalogum* texuit *Thomas Treterus*. *Th. Treterus.* Eundem exhibet Hartknochius *Diss. XIV. de rebus Prussicis*, & *Hist. Eccles. Prussicæ lib. I. cap. III.* *Christophorus Hartknoch.*

§.CXXXVI. De VERCELLENSIBVS *Episcopis* pecu-

(a) Ita titulum Val. Andreas *in Bibl. Belg. p 156.* Hallervordius in *Bibl.Cur. pag.47.* & Hertzius in *Biblioth Germanica* n 1329. referunt. (b) Mantuæ edit. 1546. (c) apud Val. Andream *in Bibl. Belg. p 524.* (d Aug. Turonum ed. 1668. Vide *Ephem. Eruditor. Gall.* Nitschii *Tom.4 p.102.* (e) Lugduni 1638.

peculiarem librum scripsit *Iohannes Stephanus Ferrerius.* *I. Steph. Ferrerius.*

§. CXXXVII. VERDENSIVM *Episcoporum* notitia Historica ex Krantzii *Metropoli*, & Bruschii *cap. XIV.* haurienda est. *Krantzius & Bruschius.*

§. CXXXVIII. VERONENSIVM *Sanctorum Episcoporum monumenta* edidit *Augustinus Valerius*, Episcopus Veronensis, paulo ante laudatus. Ejusdem exstant *Antiqvitates Ecclesiæ & Vrbis Veronensis.* (a) De Episcopis Veronensibus qvoqve agit *Onuphrius Panvinius in Antiqvitatum Veronensium libris VIII.*(b) *Aug. Valerius.* *On. Panvinius.*

§. CXXXIX. VIENNENSES in Austria *Episcopos*, ex *Wolffgango Lazio* (c) recenset Ianus Gruterus, in *Chronico Chronicorum.* *Wolf. Lazius.*

§. CXL. VIRDVNENSIVM *Episcoporum Gesta* consignavit circa an. IↃCCCLXX. *Berharius*, sive, ut alii volunt, *Bertharius* Presbyter: (d) qvæ *Laurentius*, Leodicensis monachus S. Vitoni ad annum CIↃCXLIV. produxit. Videatur *Spicilegium* Dacherianum *Tom. XII.* *Berharius.*

§. CXLI. VLADISLAVIENSIVM *Episcoporum* in Polonia *Vitas* scripsit *Stephanus Damalevicius.* *Steph. Damalevicius.*

§. CXLII. VLTRAIECTENSIVM *Pontificum Indigitamenta & Res gestas*, auctoribus *Hadriano Barlando*, & *Gerardo Geldenhaurio Noviomago*, exhibet Petrus Scriverius, *in Batavia Illustrata.* (e) Idem *de urbis* *Hadr. Barlandus.* *Gerh. Geldenhaurius.*

(a) Venet. 1576. (b) Veronæ 1648. (c) Procul dubio ex *Rer. Viennens. Commentariis* Basileæ ed. 1540. (d) Meminit ejus Vossius de Hist. Lat. l. 2. p. 648. (e) Lugd. Bat. 1609 *Geldenhaurii* Catal. *Episcoporum Vltrajectinorum* jam Marburgi prodiit 1542.

urbis Vltrajecti situ, origine, Episcopis, ex Lamberto Hortensio, Ænea Sylvio, Raphaele Volaterrano, & Hadriano Iunio, *Excerpta* dedit, eodem libro. *Chronicon Episcoporum Vltrajectensium, & Comitum Hollandiæ*, a S. Willibrordi temporibus ad an. CIƆCCCCXVII. auctore *Iohanne Gerbrando de Leydis*, Carmelita Harlemensi, qvi anno CIƆIƆIV. obiit: (a) cum *Reineri Snoji*, Archiatri Goudani, *Annalibus Comitum Hollandiæ*, ut & *Ægydii de Roya*, Abbatis Montis-Regalis *Annalibus Belgicis*, edidit *Franciscus Sweertius*. (b) *Catalogum & Historiam Episcoporum Vltrajectensium, & Antistitum Egmondanorum* conscripsit (c) *Petrus Cornelissonius Bockenbergius*, Goudanus. (d) De iisdem Episcopis legendus P. Mersæus *cap. V.* Insignem autem operam in ornanda Vltrajectensium Episcoporum Historia navavit *Arnoldus Buchelius*, IC. & apud Vltrajectinos Advocatus, qvi *Iohannem de Beka*, Canonicum Vltrajectinum, & *Wilhelmum Hedam*, Præpositum Arnhemensem, *de Episcopis Vltrajectinis* recognovit, & Notis Historicis illustravit. Accessere Lamberti Hortensii *Secessionum civilium Vltrajectinarum & bellorum ab anno* XXIV. *supra* CIƆIƆ. *usqve ad translationem Episcopatus ad Burgundos libri VII.* & Suffridi Petri, Leovardiensis Frisii, *Appendix ad Historiam Vltrajectinam*. Elegantissimum hoc opus, cura Gisberti Lappii a Waveren, ICti Vltrajectini, editum est Vltrajecti anno CIƆIƆCXLII. cum Bu-

Ioh. Gerbr. de Leydis.

Ioh. de Beka.

Wilh. Heda.

Lamb Hortensius.

Suffr. Petri.

(a) Vid. Andreas in *Bibl. Belg. p. 505.* Theod. Schrevelius in *Harlemo p. 251.* (b) Francof. 1620. (c) Lugd. Bat. ed. 1585. (d) Vide supra §. 48.

chelius anno CIↃIↃCXLI. annos natus LXXVII. de vita decessisset. (a) *Statuta Episcoporum Ultrajectinorum*, ab Hildebrando Gofredo, Frisio, Theologo, & Pastore Husemensi, in Leovvardiensi ditione, anno CIↃIↃ. mortuo, collecta sunt. (b)

Hild. Goffredus.

Anonymus.

§. CXLIII. Anonymi Veteris Sveci breve *Chronicon Archiepiscoporum & Sacerdotum* VPSALIENSIUM, e Ms. cum Notis suis edidit *Iohannes Schefferus.* (c) *Iohannis Magni*, Archiepiscopi Vpsaliensis *Historia Metropolitanæ Ecclesiæ Vpsaliensis*, edita & aucta per *Olaum Magnum*, Romæ prodiit CIↃIↃLX.

Iohannes & Olaus Magni.

§. CXLIV. VRATISLAVIENSIUM *Episcoporum Vitas* conscripsit *Stephanus Damalevicius*, Eorundem brevis *Catalogus* habetur in Nicolai Henelii *Silesiographia cap. VI.* Horum Episcoporum *Synodalia Statuta* prodierunt Norimbergæ anno CIↃIↃCXII.

Steph. Damalevicius.
Nic. Henelius.

§. CXLV. *Catalogum Abbatum* WALCKENREDENSIUM, *qvi ab anno CHRISTI* CIↃCXXVII, *continua serie monasterio Walkenrede præfuerunt*, ex archivis & fide dignis monumentis in *Chronico Walkenredensi* collegit *Henricus Eckstormius*, Poeta coronatus, Prior & Parochus Walckenredanus. (d)

Henr. Eckstormius.

§. CXLVI. *De* WICCORUM *Episcopis*, Opus *Iohannis Rossi*, laudat Vossius *de Historicis Latinis lib. II. cap. LI.* (e)

Iohan. Rossus.

§. CXLVII.

(a) Val. Andreas *in Bibl. Belg. p. 79.* (b) Idem *in Bibl. Belg. pag. 390.* & ex eo procul dubio Hallervordius *in Bibliotheca Curiosa pag. 138.* Goudæ sunt impressa an. 1484. (c) Vpsaliæ 1673. (d) Helmst. 1617. (e) pag. 417.

§. CXLVII. WIREMVTHENSIVM & GIRWICENSIVM aliqvot *Abbatum Vitas* reliqvit Venerabilis *Beda*: qvas cum annotationibus edidit *Iacobus Waraus.* (a) *Iac. Waraus.*

§. CXLVIII. WORMACIENSIVM Episcoporum Historia petenda est ex *Bruschii* libro *de Archiepiscopis & Episcopis Germaniæ cap. VII.* *C. Bruschius.*

§. CXLIX. Idem Bruschius WVRTZBVRGENSIVM *Episcoporum* Historiam repræsentat eodem libro *cap. IX.* Plenum autem *de Episcopis Wurtzburgensibus* Opus conscripsit *Laurentius Frise*: qvod duobus tomis ms. asservatur in Bibliotheca Ducali Gothana. *Id. Bruschius.* *Laur. Frise.*

(a) Dublini 1664.

CAPVT XXI.

DE SCRIPTORIBVS, QVI CERTARVM VRBIVM HISTORIAM ECCLESIASTICAM CONSIGNARVNT.

VTPOTE ARGENTORATI, AVENIONIS, ARELATI, AVGVSTÆ, BERNÆ, CÆSAR-AVGVSTÆ, CARNOTI, CARTHAGINIS, CLAROMONTII, COLONIÆ, CORDVBÆ, DANTISCI, DINIÆ, EBORÆ, FORI-IVLII, GRANATÆ, LAVRETI, HALLARVM *SAXON.* ET *IN HANNONIA*, HAMBVRGI, HAMELÆ, IENÆ, LAVRETI, LIPSIÆ, LVBECÆ, LVGDVNI, MASSILIÆ, MONASTERII *IN WESTPHALIA*, MEDIOLANI, MESSANÆ, NEAPOLIS, NORDLINGÆ, NORIBERGÆ, ORMVTI

MUTI, PAPIÆ, PETROBURGI, PLACENTIÆ, POSONII, RATISBONÆ, REMORUM, RIGÆ, ROMÆ, SANGALLI, SCAFHUSII, SYLVÆ-DUCIS, TARANTASIÆ, TIGURI, TRAIECTI *AD MOSAM*, TRECARUM, TUDÆ, VALENTIÆ, ULTRAIECTI.

§. I.

NEqve in his, qvæ hactenus attulimus, qvievit Hiſtoricorum induſtria; verum aliqvi ulterius progreſſi, ſingularum qvarundam urbium, vel univerſum ſtatum Eccleſiaſticum, vel ejus partem aliqvam deſcripſerunt, in qvibus qvandoqve & Epiſcoporum, itemqve Abbatum, ſi qvi in urbibus habuerunt locum, fecerunt mentionem. In his enumerandis præſenti capite erimus occupati.

ARGENTORATI

Balth. Bebelius.

§. II. *Antiqvitates Germaniæ primæ, & in hac* ARGENTORATENSIS *Eccleſiæ Evangelicæ*, e variis impreſſis, & manu exaratis monumentis, congeſſit, & explicuit *Balthaſar Bebelius*, Argentoratenſis, SS. Theol. D. & P.P. nec non Eccleſiaſtes ſummi templi in Patria Univerſitate & Eccleſia. (a) Ejusdem habemus *Diſſertationem Appologeticam pro orthodoxa fide, & venerando Miniſterio Eccleſiæ Argentoratenſis, contra calumnias cujusdam Tenebrionis Pontificii, qvi utriqve nuper inſultavit in Animadverſione gloſſographica.* (b) Eccleſiam *Argentoratenſem cathedralem*

Os. Schadæus.

lingva vernacula deſcripſit *Oſias Schadæus*. (c) Relationem *de S. Wilhelmo, & Collegio* Wilhelmitano; item

(a) Argentor. 1669. De Bebelio diximus cap. [illegible] §. 12. p. 24[illegible]. (b) Argentor. 1602. (c) Beschreibung des Münsters zu Straßburg. 1617.

item *de Cœnobio Stephaniano, & utriusqve loci* monumentis edidit *Iohannes Huberus*, Argentoratensis, primum Ecclesiæ Dorlisheimensis, post in patria ad D. Wilhelmi Pastor, demum emeritus, nec non ad D. Stephani Canonicus senior, qvi anno CIƆIƆCLXXVI. VII. Aprilis obiit. (a) *Ioh. Huberus.*

§. III. *De* AVENIONE *Urbe, & qvatenus ea ad Pontificem Rom. pervenerit*, Exercitat. Historicam composuit *M. Magnus Petrus Oldecop* Oeselia Livonus. (b) *AVENIONIS Magnus P. Oldecop.*

§. IV. ARELATENSIS *Ecclesiæ Diptycha*, a vulgatis Indicibus diversa *Tomo III. Analectorum* edidit Ioh. Mabillonius. (c) *ARELATE.*

§. V. AUGUSTANUM *Chronicon Ecclesiasticum* conscripsit *Sigismundus Gossenprot*, sive, ut ab aliis vocatur, *Grossenbrot*, Religiosus (Monachus) ac Abbati Iohanni de Giltingen dicavit anno CIƆCCCLXXXIII. Primus illud cum *Magno Chron. Belgico*, aliisqve rerum German. scriptoribus, publicavit *Ioh. Pistorius*. Aliud *Augustense Chronicon* monasterii SS. Udalrici & Afræ ab anno CIƆLII. usqve ad annum CIƆCCLXV. *Tomo I. Scriptor. Rer. German.* edidit *Marq. Freherus*. Exstat etiam *Bernhardi Herzfelderi*, monasterii SS. Udalrici & Afræ Prioris, *Basilica SS. Udalrici & Afræ Augustæ Vindel. historice descripta, atqve aneis figuris illustrata, cum brevi Chronico ejusdem, ab anno CHRISTI XLVI. usqve ad nostra tempora*. (d) Qvid in *Ecclesia parochiali Discalceatorum*, ab ejus usqve origine *AUGUSTÆ Sigism. Grossenbrot.* *Bernh. Herzfelderus.*

(a) Witteius in Diar. Biog. (b) Ienæ 1691. (c) Parif. ed. 1682. (d) Augustæ 1627.

gine, ad nostra tempora, dignum memoratu actum, singulari studio exposuit libello Germanico *M. Iohannes Bauer*, Diaconus ædis Discalceatorum Evangelicus: qva occasione etiam *Franciscanorum Nudipedum* historiam per compendium tradidit. (a) *De Statu Religionis Evangelicæ anno hujus seculi XXVIII. & duobus seqventibus Relatio*, una cum documentis eo pertinentibus, singulariter prodiit. Nec minus exstant *Acta motuum ob receptionem Calendarii Gregoriani superiori seculo concitatorum:* in qvibus multa passus est *D. Georgius Mylius*, post hujus, & demum Wittebergensis Acad. Theologus optime meritus. *Sanctos Augustanos* æri incidit, ac cum Explicationibus vulgavit *Dominicus Custos*, Antverpiensis, civis & Chalcographus Augustanus. (b)

Ioh. Bauer.

Domin. Custos.

BERNÆ *Christoph. Luthardus.*

§. VI. Ad BERNATIVM historiam Ecclesiasticam spectat *Christophori Luthardi* Brevis *Demonstratio, doctrinam* Bernensium *non esse novam:* item: *Præpotentem Rempubl. Bernensem sufficientes habuisse rationes ab Ecclesia Romana secedendi:* cujus scripti etiam edita est *Apologia*.

CÆSAR-AVGVSTÆ

Ioh. Bapt. de Lezana.

§. VII. *Columnam immobilem, & Turrim Davidicam*, seu *de Angelicæ, Apostolicæ, & miraculosæ Ecclesiæ S. Mariæ majoris de Columna* CÆSARAVGVSTANÆ *perpetua cathedralitate*, scripsit *Iohannes Baptista de Lezana*, Madritensis, Carmelita, anno CIƆIƆCLIX. XXIX. Martii demortuus. (c)

§. VIII.

(a) Augustæ 1680. (b) Val. Andreas *in Bibl. Belg.* p. 193. (c) Wittius *in Diario Biogr.*

§. VIII. *Historiam Ecclesiasticam* CARNOTENSEM Gallice scripsit *Sebastianus Rolliardus*. CARNOTI *Seb. Rolliardus.*

§. IX. CARTHAGINENSIS Ecclesiæ *Calendarium* vetustum jamjam laudato *Analectorum Veterum Tomo III.* in lucem dedit Mabillonius. CARTHAGINIS.

§. X. *De Sanctis Ecclesiis & monasteriis* CLAROMONTII libelli duo Anonymi, qvi vixit circa annum IↃCCCL. recensiti, & Notis illustrati sunt a *Ioh. Savarone*, Regio Consiliario, Præside & Præfecto Arverniæ, editiqve anno CIↃIↃCVIII, etiam a Labbeo in *Tomum II. Biblioth. Mss. Novæ* relati sunt. (a) CLAROMONTII *Anonymus.*

§. XI. Ad COLONIÆ AGRIPPINÆ Historiam sacram spectat *Erhardi Winshemii*, Carthusiani, *Sacrarium Agrippinæ, sive Designatio omnium Ecclesiarum & Reliqviarum Urbis Coloniensis*: (b) item: *Ioh. Friderici Matenesii* Peripateticus *Christianus*, seu *Theophoria liberæ civitatis Coloniensis vindicata, cum sanctarum Processionum Apologetico*: (c) item: *Hermanni Crombachii*, e Soc. Ies. *Primitiarum Gentium, sive Historiæ & Encomii SS. trium Magorum Evangelicorum* Tomus III. *qvo eorum reditus, gesta, martyrium, translationes & cultus cum effigie augustissimi Coloniensis metropolitani templi continentur.* (d) Directorium *Ecclesiasticæ Disciplinæ, Coloniensi præsertim Ecclesiæ accommodatum*, Coloniæ impressum est anno CIↃIↃCXCVII. COLONIÆ *Erh. Winshemius.* *I. Frid. Matenesius.* *Herm. Crombachius.*

§. XII. *De Ecclesiæ Magnæ* CONSTANTINOPOLITANÆ *Officiis* librum conscripsit *Iulius Cæsar Bulengerus*: in qvo de *Patriarcha, Syncello, Sacellario,* CONSTANTINOPOLIS *Iul. C. Bulengerus.*

 Sce-

(a) Confer. cap. præc. §. 36. (b) Colon. 1607. (c) Ibid. 1619. (d) Ibid. 1654.

Scevophylace, Chartulario, Protecdico, Logotheta, Canstrisio, Referendario, Hypomnematographo, aliisqve multo pluribus Ecclesiasticis Officiis agit. (a) De *Officiis ac Dignitatibus, tam Aulæ, qvam Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ*, scripsit *Georgius Codinus*, Curopalates, qvi anno CIƆCCCXLI. superstes fuit: qvem *Franciscus Iunius*, & *Iacobus Gretserus* ex Græco in Latinum converterunt, suisqve Notis (in qvibus in Iunium valde maledicus est Gretserus) illustrarunt. (b) Postea *Iacobus Goar*, novam molitus est editionem, qvæ Græce, cum versione *Gretseri*, & hujus *tribus Observationum* libris, & *Goari* Notis amplissimis Parisiis prodiit. (c) Aliqva etiam scripta ad sacram Historiam Constantinopolitanam facientia habentur in *Originum Rerumqve Constantinopolitanarum Manipulo variorum Auctorum*, a F. *Francisco Combefis*, Congregationis S. Ludovici Ord. Domin. editorum, Latine versorum, ac Notis illustratorum. (d) Deniqve huc pertinet *Caroli du Fresne*, Domini du Cange, Regi Galliæ a Consiliis, & apud Ambianos Qvæstoris, *Historia Byzantina duplici Commentario illustrata*: qvorum posterior complectitur *Descriptionem Vrbis Constantinopoleos, qvalis exstitit sub Imperatoribus Christianis*. (e)

Georg. Codinus. *Car. du Fresne.*

CORDVBÆ. § XIII. *Officia Sanctorum Ecclesiæ* CORDVBEN-

(a) Prodiit Appendicis loco *de Romano Imp. libris* additus, Lugduni 1618. (b) *Iunii* editio Græco-Latina, ex Iulii Pacii Biblioth. prodiit Francof. 1588. Gretseriana autem itidem Gr. Lat. Paris. 1625. (c) An. 1648. (d) Paris. 1664. (e) Ibid. 1680. Ipse autem *Fresnius* qvi domicilium Ambianis Parisios transtulerat, ibidem obiit an. 1688. 23. Octobris.

BENSIS collegit *Martinus de Roa*, Cordubensis Hispanus, è Soc. Iesu, qvi anno hujus seculi XXXVII. V. Aprilis vivere desiit.

§. XIV. *De mutatione Religionis in urbe* DANTISCANA Anonymus qvidam *Eclogam Historicam* scripsit. (a) DANTISCI *Anonymus.*

§. XV. Petri Gassendi *Notitia Ecclesiæ* DINIENSIS, (*Dinia*, urbs Galliæ Narbonensis, nunc in Provincia, Episcopalis) tum separatim antea edita, tum in *Tomum V. Operum* ejus (b) relata est. DINIÆ *Pet. Gassendus.*

§. XVI. De EBORENSIS in Lusitania *Ecclesiæ Sanctis*, Ludovici Andreæ Resendii, Lusitani, *Epistola*, exstat *Tomo III. Hispaniæ Illustratæ* Andreæ Schotti. EBORÆ *Lud. Andr. Resendius.*

§. XVII. *De initiis Ecclesiæ* FORO-IVLIENSIS *Dissertationem Historico-Chronologicam, Criticam, Profano-Sacram* anno CIƆIƆCLXXX. in lucem edidit *Iohannes Antelmus*, Theol. D. Foro-Iuliensis Canonicus, Officialis Generalis. FORI-IVLII *Ioh. Antelmus.*

§. XVIII. GLARONÆ, civitatis Helvetiæ *Acta de anno* CIƆIƆLX. in *Bibliothecario lib. III. cap. VI*, (c) laudat Hottingerus. GLARONÆ.

§. XIX. *De* GOENSIVM *& aliarum Gentium barbararum superstitione Dialogos* emisit *Emanuel de S. Matthia*, Lusitanus, Ord. Minor Evangelii dispensator apud Indos Orientales, qvi V. Iunii anno CIƆIƆCXXXII. decessit. (d) *Relationis de Inqvisitione, qvæ Goæ est in India*, multis refertæ memorabilibus, Gallice scriptæ, GOÆ *Eman. de S. Matthia.* *Anonymus.*

Xxx 3 anno-

(a) Historischer Auszug von Veränderung der Religion in Dantzig ed. 1651. (b) Lugduni ed. 1658. (c) pag. 447. (d) VVittius in Diar. Biog.

annoqve LXXXVIII. Parisiis editæ summam Lipsienses celeberrimi *Supplementis Actorum* inseruerunt. (a)

GRANATÆ
Fr. Berm. de Pedraza.

§. XX. *Historiam Ecclesiasticam de principio & progressu urbis* GRANATENSIS in Hispania, vernacula lingva adornavit *Franciscus Bermudez de Pedraza*, Granatensis, Hispanus, I.V.D. in patria, & regia curia Madritensi Advocatus, Ecclesiæ Granatensis Canonicus, & Thesaurarius, anno CIƆIƆCLV mortuus. (b)

HALLARUM SAXON.
C. Gveinzius.

§. XXI. *Secularem recordationem redintegratæ* HALLIS (in Saxonia) *Eucharistiæ* conscripsit *Christianus Gveinzius*, Gymnasii Hallensis Rector.

HALLARUM IN HANNON.
I. Lipsius.

§. XXII. De miraculis (uti volunt Pontificii) imaginis S. Mariæ HALLIS in Hannonia, egit Iustus Lipsius in *Diva Virgine Hallensi*: (c) cui Anonymus qvidam *Dissertationem de Idolo Hallensi* opposuit. (d) Scripsit & *Claudius Maillardus*, Lotharingus, Iesuita *Historiam B. Virginis Mariæ Hallensis*.

Cl. Maillardus.

HAMBURGI
Steph. Kempius.

§. XXIII. HAMBURGENSIS *Ecclesiæ Reformationis Historiam* consignavit *Stephanus Kempius*, primus ejusdem urbis Pastor Lutheranus: qvæ tamen nondum edita. (e) Reliqva scripta ad Historiam Ecclesiæ Hamburgensis pertinentia, & in his etiam *M. Petri Hesselii*, in Ptocheo patrio V. D. Ministri *Historiam Ecclesiasticam Hamburgensem*, Germanice scriptam, sed itidem ineditam, laudat Cl. *Iohannes Mollerus*. (f)

P. Hesselius.

HAMELÆ

§. XXIV. *Chronicon Cathedralis Ecclesiæ* HAMELENSIS

(a) *Tomo I. Sect. 2. p. 61. seqq.* Idem libellus *Germanice* qvoqve versus est. (b) VVittius in *Diar. Biogr.* (c) Scriptum separatim editum postea in *Tom. III. Operum* relatum est. (d) An 1605. (e) Mollerus *Isag. Histor. Chers. Cimb. parte 2. c. 4. p. 84. & parte 4. c. 10. p. 568.* (f) *parte 4. c. 10. p. 572.*

LENSIS, auctore *Iohanne de Polda*, Seniore illius Ecclesiæ, *Tomo II. Rer. German.* edidit Henricus Meibomius junior. *Ioh. de Polda.*

§. XXV. *Historiam Templi* IENENSIS *Academici una cum Epitaphiis & Inscriptionibus hujus Templi* ipse in lucem dedi. (a) *IENÆ.*

§. XXVI. In LAVRETANA Historia jam *Tursellinum, Berneggerum, ac Ræstium* laudavimus. (b) Sed porro innotuerunt *Francisci Turriani* Responsio *apologetica contra* Petri Pauli Vergerii *librum de Idolo Lauretano*: (c) Felicis Marianelli *Arcana Domus Lauretanæ perstricta Relatio*: (d) Marci *Lima*, Retino-Cretensis, e Soc. I. Theol. moralis Lectoris, & multis annis pro natione Græca Pœnitentiarii in æde Lauretana, an. CIↃIↃCLXIV. VIII. Aprilis mortui (e) *Narratio translationis S. Domus Lauretanæ in Picenum*, seu *Compendium Historiæ Lauretanæ* Græce scriptum: *Nicolai Bralionis*, Ord. Præd. Presbyteri *Historia Sacelli Lauretani*: (f) Ioh. *Baptistæ Passeri*, Romani *Eminentia augustissimæ Domus B. M. V. Lauretanæ.* Litaniæ *in Domo Lauretana cantari solitæ* seorsim prodierunt. (g) *LAVRETI.* *Fr. Turrianus.* *Felix Marianellus.* *M. Lima.* *Nic. Bralio.* *Ioh. B. Passerus.*

§. XXVII. LIPSIAM *Evangelicam*, sive *Historicam Relationem, quomodo Lipsiensis urbs anno* CIↃIↃXXXIX. *ad Religionem Evangelicam pervenerit*, Germanice *LIPSIÆ.*

(a) Ienæ 1685. (b) cap. 12. §. 9. pag. 150. (c) Ingolst. 1684. (d) Firmi 1650. (e) V. Vittius *in Diar. Biog.* (f) *Gallice*: Paris. 1665. Vide *Ephem. Gall.* Nitzschii *Tomo II. p.* 63. ubi etiam laudantur *Sylvii Seraglii*, Nobilis Hetrusci *liber de hoc Sacello*: ut & alius *Benzonii*, Episcopi Recinetensis *Vergerio* oppositus. (g) Lugdun. 1594.

Ier. Weberus. nice edidit (a) *M. Ieremias Weberus*, Lipsiensis, qvi primum in patria ad D. Nicolai Diaconus, post Theol. Prof. Extraordinarius, & Archidiaconus, annoqve CIↃIↃCXLIII. xix Martii fuit demortuus. Etiam inter *Dav. Peiferus.* qvatuor, tertius liber *Historiæ Lipsiensis* Davidis Peiferi, qvi *Lipsia Religiosa* inscribitur, tum in Gentilismo, tum Christianismo, ac illa Lipsiensium, post varios casus, magnaqve rerum discrimina, ad Evangelicam religionem plena conversione, occupatus est. (b) Multa porro in sacra æqve ac civili Historia Lipsiensi observavit *Iacobus Thomasius*, Vir de re literaria, supra qvam dici potest, meritus: qvæ cum pleraqve Tobiæ Heidenreichii *Chronico Lipsiensi* adscripserit, avtographum in manus meas venisse gaudeo, ac inter cimelia mea literaria sancte servo.

LVBECÆ. §. XXVIII. LVBECENSIS Historiæ Ecclesiasticæ particularis Scriptores recenset laudatus Mollerus in *Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ.* (c)

LVCÆ. §. XXIX. LVCENSIS Ecclesiæ in Italia *Synodales Constitutiones* Lucæ sunt impressæ.

LVGDVNI Theoph. Raynaudus. §. XXX. Ad Ecclesiam præcipue LVGDVNENSEM Gallicanam spectat *Volumen VIII.* Operum *Theophili Raynaudi*, Soc. I. Theologi. Nam in eo primo de *Primatu Ecclesiæ* illius, & postea *de Sanctis qvi ad ipsam attinent, vel pro qvibus peculiarem devotionem fovet*, agitur. *Historiam* qvoqve *Urbis & Ecclesiæ Lugdunensis Tomis II.* formavit *Iohannes de S.*

(a) Lips. 1639. (b) Elegantissimi ac diu desiderati libri editionem debemus celeberrimo viro, *Adamo Rechenbergio*, P. Lips. Merseburgi 1689. Summa ejus habetur in *Act. Erud. Lips.* d. an. [illegible] (c) parte 4. cap. 3. 4.

de S. Albino, Nobilis Gallus, Soc. Ief. Rhetor, Lector & concionator. *Ioh. de S. Albino.*

§. XXXI. MASSILIAM *Gentilem & Christianam* per Annales deſcripſit *Iohannes Baptiſta Gbesnay*, (a) Aqvæ-Sextienſis Gallus, Soc. Ieſ. Phil. & Theol. Lector, Collegiorum Biſuntini, Arelatenſis, & Viennenſis Rector, qvi anno CIƆIƆCLVIII. IV. Nov. obiit. *MASSILIÆ Ioh. Bapt. Gbesnay.*

§. XXXII. *Eccleſiæ* MEDIOLANENSIS *Hiſtoriam* tribus partibus complexus eſt *Ioſephus Ripamontius.* (b) *MEDIOLANI Ioſ. Ripamontius.*

§. XXXIII. *De* MESSANENSIVM *pietate* Melchiorem *Incboferum* magnum volumen fuiſſe molitum, auctor eſt Leo Allatius *ad Antiqvitates Etruſcas Ingbirami.* (c) *MESSANÆ Mel. Incboferus.*

§. XXXIV. *Hiſtoriam, qvomodo Evangelium* MONASTERII in Weſtphalia *cœperit, ac per Anabaptiſtas fuerit diſſolutum*, conſignavit *Henricus Dorpius.* (d) Epiſtolam *de miſerabili Monaſterienſium Anabaptiſtarum excidio*, ad Georgium Spalatinum ſcripſit *Antonius Corvinus.* (e) Conradi Heresbachii *Hiſtoriam Anabaptiſtarum Monaſterienſium*, cum Notis ſuis edidit *Theodorus Strackius*, Parochus in Clivia Budericenſis. (f) De aliis eo pertinentibus ſcriptis videatur B. Domini Seckendorfii *Supplementum Indicis Hiſtor. de Lutheraniſmo, num. LIV.* *MONASTERII Hen. Dorpius. Ant. Corvinus. Conr. Heresbachius.*

§. XXXV. *De ſacris Eccleſiæ* NEAPOLITANÆ *monumentis* librum habemus *Antonii Caraccioli*, Ord. Cleri- *NEAPOLIS Ant. Caracciolus.*

(a) Lugduni 1657. (b) Mediol. 1618. (c) pag. 116. 117. (d) Witteb. 1536. (e) An. 1536. (f) An. 1636. recuſ. *Amſtelod.* 1650.

Clericorum Regularium. *Statum rerum memorabilium, tum Ecclesiasticarum, qvam Politicarum, ac Ædificiorum civitatis Neapolitanæ*, scripsit *Franciscus de Magistris*: cui libro *Notas* addidit *Iosephus de Magistris*, auratæ militiæ Eqves. (a)

Fr. de Magistris.

NORDLINGÆ.

§. XXXVI. NORDLINGENSIS *Ecclesiæ renovatio, & ratio omnibus reddita de qvorundam institutione per Diaconos*, ibidem est emissa an. CIƆIƆCXXV.

NORIMBERGÆ Christ. Erdtmannus.

§. XXXVII. Vt Norimbergensibus, qvantum in se esset, ægre faceret, *Christianus Erdtmannus*, homo Pontificius, NORIMBERGAM edidit *in Flore avita Romanæ Catholicæ Religionis*. (b) Ejusdem habemus *Relationem Historico-Paræneticam de Sacrosanctis S. Rom. Imperii Reliqviis & Ornamentis, qvibus Romanorum Cæsares inaugurari, coronari, solenniqve ritu investiri consveverunt, aliisqve sacris Lipsanis in Imperiali Thesauro collectis, ac Norimbergæ asservatis.* (c) *Galli Kornii* Relationem, *qvid Dominicano monacho ejusqve sociis ob Evangelicam veritatem Norimbergæ obtigerit* anno CIƆIƆXXII. laudat, ejusqve summam *in Historia Lutheranismi* affert illustris *Dn. Seckendorfius*. (d) Atqve idem agit de libro Germanico, cujus hic est titulus Latine versus: *Fundamentum & Ratio ex Scriptura, cur & qvomodo Reverendi duarum parochiarum S. Sebaldi, & S. Laurentii Norimbergæ Præpositi, abusus circa sacram Missam, ut & circa anniversaria, sal & aqvam benedictam, cum aliis qvibusdam cerimoniis*

Gallus Kornig.

(a) Neapoli ed. 1681. (b) 1629. (c) Eodem anno. (d) In *Supplem. ad Ind. Histor. num. 47.*

moniis abrogaverint & omiserint.(a) Historicam *Enarrationem de Gymnasii Ægidiani apud Norimbergenses origine, incremento, decremento, translatione duplici, ac propagatione* Iohannes Held, S. Ling. Prof. P. & Gymn. Ægid. Rector, præmisit Ioh. Sauberti *Orationi inaugurali* in Gymnasio Ægidiano an. CIƆIƆCXXXIII, habitæ, qvæ inscribitur: *Pietatis & justitiæ Restitutio ex Scholis.* (b) Viti Wolfrumi *Demonstratio, qvod Ecclesia Norimbergensis erroribus Calvinianis semper contradixerit,* Germanice scripta, Ienæ anno superioris seculi XCIX. fuit impressa. *Acta inter Ordinem Teuthonicum & Senatum Norimbergensem, de Exercitio Religionis* (Pontificiæ) *in Domo Teuthonica & locis qvibusdam aliis, ab anno* CIƆIƆCXX. *ad* XXXI. proxime dicto anno Norimbergæ sunt excusa. *Ioh. Held.* *Vitum Wolfrum.*

§. XXXVIII. *De rebus* ORMVTINIS, *seu Armuzcianis, deqve ejus urbis* (Ormus in India, ad sinum Persicum sita) *ad fidem Orthodoxam conversione, duas,* easqve prolixas habemus *Epistolas* Casparis *Barzæi,* qvarum altera *ad Socios Conimbricenses* IV. Idus Decembris anno CIƆIƆXLIX. altera, *ad Lusitanos* anno LI. perscripta est. (c) *ORMVTI.* *Casp. Barzæus.*

§. XXXIX. *Sanctuarium* PAPIÆ, in qvo *Historia* habetur *omnium Sanctorum Ticinensium,* fabricavit *Iohannes Gvalla,* ICtus. (d) *PAPIÆ* *Ioh. Gvalla.*

§. XL. *Historiam Ecclesiæ* PETROBVRGENSIS (*Petroburgum* Northamptoniæ urbs ad Ninum *PETROBVRGI*

 fluvi-

(a) Vide Seckend. *lib. 1. sect. 61. §. 173. pag. 299.* (b) Norimb ed. 1673.
(c) Vid. Alegambe *Bibl. Jes. p. 147.* (d) Papiæ 1505.

Sim. Guntonus. Sim. Patricius. fluvium in Anglia) *Simon Guntonus*, Magister Artium, & Præbendarius, dum viveret, illius loci, ac *Simon Patricius*, Theol D. & Petroburgensium Decanus, singulari studio lingua vernacula condiderunt. (a)

PLACENTIÆ P.M. Campus. §. XLI. *Ecclesiæ* PLACENTINÆ *Historiam* composuit *Petrus Maria Campus*.

POSONII. §. XLII. *Historiam Ecclesiarum Scholæqve* POSONIENSIUM Evangelicis a Pontificiis ademtarum, magna cum industria Germanice consignavit is, qvi sub *Raimundi Rimandi* nomine voluit delitescere. (b) Narratio *rei admirabilis ad Posonium gestæ de Spiritu qvodam*, habetur in Gisberti Voetii *Selectis Disputationibus*. (c)

RATISBONÆ. §. XLIII. Ad Historiam Ecclesiasticam RATISBONENSEM referas Camerariorum & Senatus hujus urbis *Relationem & Admonitionem ob dimissos anno* CIƆIƆLXXXVIII. *qvinqve Ecclesiæ Ministros*: (d) item, Scripta, *de nova Evangelici Templi structura*: (e) &, *De Encæniis novi hujus Templi*. (f)

REMORUM. Frodoardus. §. XLIV. *Ecclesiæ* REMENSIS *Chronicon* ab anno IƆCCCXIX. ad annum IƆCCCCLXVI. scripsit *Frodoardus*, (alii Flodoardum vocant) Presbyter & Canonicus Remensis: qvod in *Annalium & Historiæ* Fran-

(a) Lond. ed. 1686 Vide *Acta Erud Lips.* Suppl. Tom. 1 sect. 6, p 288. seqq. (b) Titulus hic est: Preßburger Kirchen- und Schul-Verlust. Altera editio prodiit an. 1678. (c) part. 2. num. 72. pag. 1141. (d) Bericht und Ermahnung E. Er. Cämmerer/ und Raths der Stadt Regenspurg/ deren im Jahr 1587. geurlaubten fünff Kirchendiener halber. 1588. Regenspurg. (e) Regenspurgischer Neuer Kirchen-Bau / und was bey Legung der ersten Steine fürgangen. Ibid. 1628. (f) Regenspurg. Kirchweyh/ oder Bericht/ was bey Einweyhung der Evangel. Kirchen fürgangen. Ibid. 1633.

Francorum Scriptoribus edidit Petrus Pithœus. (a) Ejusdem *libri IV. Historiæ Remensis*, una cum *Appendice* Anonymi, antiqvi tamen, a Iacobo *Sirmondo* editi sunt;(b) ac iterum cum Notis *Georgii Colvenerii* prodierunt. [c] Gvilielmi Marloti *Metropolin Remensem* Parisiis editam capite proximo §. CVIII. laudavimus. Sed in *Ephemeridibus Eruditorum Gallorum*, qvas seqvitur Corn. a Beughem in *Apparatu ad Historiam Literariam novissimam* [d] citatur hujus *Marloti*, D. Theol. S. Nicasii Remensis Ord. S. Bened. Majoris Prioris, *Metropolis Remensis Historia, sive Supplementum Frodoardi, ab anno* IↃCCCCLXX. *ad nostram ætatem productum: opus posthumum Remis editum* CIↃIↃCLXXIX. Disqvisitionem *de Ampulla Remensi*, *cum Parergo de Unctione Regum*, contra Iacobum Alexandrum Tenneurium, composuit *Iohannes Iacobus Chifletius*, Eqves, ac Regius Hispanicus Archiatrorum Comes: [e] cui in Opere, qvod *Genealogiæ Francicæ pleniorem Assertionem* inscripsit, [f] se opposuit *David Blondellus*. *Gvil. Marlotus.* *Ioh. Iac. Chifletius.*

§. XLV. *Memoriam Reformationis in Ecclesia* RIGENSI in Livonia, *anno* CIↃIↃXXII. *exeunte Octobri in Petrino primum templo suscepta*, Disputatione qvadam renovavit *M. Iohannes Breverus*, Pastor, Prof. & Inspector Rigensis. (g) *Historia Monasterii Virginum Ord. S. Benedicti Rigæ a tempore orientis* [uti loqvitur Auctor] *hæresis Lutheranæ conservati*, *RIGÆ.* *Ioh. Breverus.*

 usqve

(a) Paris. 1588. Francof. 594. (b) Paris. 1611. (c) Duaci 1617. (d) Amstelod. 1689. ed. (e) Antverp. 1651. (f) Amstelod. ed. 1654. (g) Rigæ 1680.

usqve dum Patribus Soc. Iesu traderetur; Ingolstadii anno CIↃIↃCXV. est impressa. Eandem Germanice vertit *Conradus Vetter*, Svevus, Soc. Iesu sacerdos.

ROMÆ

Gvil. Brevinus.

§. XLVI. *De septem principalibus* ROMÆ *Ecclesiis* jam seculo XV. scripsit *Gvilielmus Brevinus. De* iisdem *primariis Vrbis Romæ Basilicis, qvas septem Ecclesias vulgus appellat*, Onuphrius *Panvinius* Italice egit: qvem Latine vertit *M. Antonius Lanfrancus.* (a) *De* iisdem *septem Ecclesiis* libellum habemus *M. Attilii Serrani.* (b) Porro Panvinius *de Vrbis Romæ Stationibus, id est, solennibus ad diversa templa processionibus* librum confecit. (c) *De Templo Vaticano* scripsit *Ferdinandus Carolus*, Parmensis. (d) *De Basilica & Patriarchio Lateranensi, ejusqve Patriarchis libros IV.* in lucem emisit *Cæsar Rasponus*, Basil. Later. Canonicus. (e) *Basilicæ S. Mariæ majoris Descriptionem* & delineationem debemus *Paulo de Angelis*, Syracusano, Abbati Italo. (f) *De eadem Basilica Dialogum* Italice composuit *Decius Memmolus*, Patricius Arianensis, Paulo V. Pont. a secretis. (g) *De Erectione Collegii Gregoriani in Vrbe Dissertationem Epistolicam Encyclicam* scripsit (h) *Constantinus Cajetanus*, Syracusanus, Abbas Congregat. Cassinensis, Ord. S. Benedicti, & Præsidens Collegii Gregoriani in Vrbe. *Modum Visitandi Basilicam S. Petri Apostolorum Principis de Vrbe* composuit (i) *Carolus*

On. Panvinius.

Attil. Serranus.

Ferd. Carolus.

Cæs. Raspong.

P. de Angelis.

Dec. Memmolus.

Const. Cajetanus.

(a) Romæ 1570. Colon. 1584. (b) Colon. 1600. (c) Qvi *Platinæ* subjunctus Lovanii prodiit 1574. item Colon. 1574. & 1626. (d) Romæ 1621. 1622. Vide Lud. Iacobi *Biblioth. Pontif. lib. 2, p.* 305. (e) Romæ 1656. (f) Ibid 1621. & 1646. (g) Lud Iacob d. l. p. 297. (h) Romæ 1622. (i) Teste Lud. Iacobo p. 286.

lus Borromæus, Archiep. Mediol. & dein Cardinalis. *Franciscus Maria Turrigius*, Romanus, Canonicus S. Nicolai in Carcere Tulliano, *de sacris Grottis, sive Cryptis Vaticanis Romæ conspicuis* librum edidit Italice. (a) *Romam Subterraneam* lingva Italica conficere cœpit *Antonius Bosius*, Romanus: qvod opus posthumum disposuit *Iohannis Severanus*, de S. Severino, Congregat. Oratorii Presbyter: (b) sed postea multis iconibus illustratam Latine edidit *Paulus Aringhus*, Presb. item Congr. Oratorii. (c)

C. Borromæus.

Fr. Maria Turrigius.

Romæ Subterraneæ Scriptores.

§. XLVII. *De Reformatione Vrbis* SAN-GALLENSIS exstat *Concio* Iacobi *Hoffmanni* (d)

S. GALLI

Iac. Hoffmannus.

§. XLVIII. *Historiam Reformationis Ecclesiæ* SCAFHVSIANÆ in Helvetia scripsit *Leonhardus Meierus*. (e)

SCAFHVSIÆ

Leonh. Meierus.

§. XLIX. *Refutatio pugnæ oblatæ Catholicis a qvatuor ministris Calvinianis* SYLVÆ-DVCENSIBVS, *qvi statim a capta per ipsos urbe eo convolaverant*, tacito auctoris nomine Antverpiæ fuit edita per *Iohannem a Gouda*, Iesuitam Belgam. (f)

SYLVÆDVCIS.

Ioh. a Gouda.

§. L. *Anastasius Germonius*, Archiepiscopus & Comes Tarantasiensis, *Acta* TARANTASIÆ *Ecclesiæ*, habita anno CIƆIƆCX. libris V. exposuit, Romæ editis anno CIƆIƆCXX.

TARANTASIÆ.

Anast. Germonius.

§. LI. De TIGVRINÆ Ecclesiæ gestis plures scripserunt, qvos hoc ordine laudat Hottingerus in *Bibliothecario*

TIGVRI.

(a) Viterbii 1639. (b) Romæ 1632. De *Ant. Bosio* v. I. Nicium Erythræum *Pinacoth.* I. p. 233. (c) Romæ 1651. (d) Ab Hottingero laudata *Biblioth.* lib. 3. c. 6. p. 448. (e) Idem d. l. (f) Alegambe in *Bibl. Ies.* p. 247. & ex eo Placcius *De Anonymis detectis* cap. 2. p. 26.

rio: [a] Bullingeri *Antiqvitates Tigurinæ*: Ejusdem *de Reformatione Ecclesiæ Tigurinæ* ms. Ejusdem *vita & obitus per Simlerum & Stuckium, ubi compendium Historiæ Ecclesiasticæ Tigurinæ*: Ejusdem *Historiæ Ecclesiasticæ compendium* ms. Lavateri *de ritibus & institutis Ecclesiæ Tigurinæ*. Carolstadius *de schola, Synodis, Prophetia &c. Ecclesiæ Tigurinæ*: Apologia *pro Ecclesiæ Tigurinæ Reformatione ad aliqvos Helvetios* CIↃIↃXXV. Iacobus Huldricus *de Religione antiqva & Catholica Felicis & Regulæ, Protomartyrum Tigurinorum*. [b] Bullingeri *Qverela Dei ad Helvetios, cum Ioh. Wirzii prolixa Apologia*. Ioh. Fabricii *Epistola ad Hyperium de Ecclesia & Schola Tigurina*, Ms. Breitingerus, *de Regimine Ecclesiastico* & *Scholastico Tigurinorum*. (c) Osvvaldi Myconii *ad Sacerdotes Helvetiæ, qui Tiguris male loqvuntur, Svasoria, ut male loqui desinant*. Hottingeri *Oratio, de magnis in Remp. Scholam, & Ecclesiam Dei tum beneficiis, tum pœnis*: (d) Ejusdem *Schola Tigurinorum Carolina, Bibliotheca Tigurina, cum appendicibus de origine, progressu, & privilegiis Collegii Carolini*. His adde Ioh. Henr Huldrici, Prof. L. Græcæ Tigurini *Orationem de Patria magnisqve in eam Dei beneficiis*. (e)

Varii Scriptores.

Ioh. Henr. Huldricus.

TOLETI

Hier. de la Higuera.

§. LII. *Historiam suam Ecclesiasticam Urbis* TOLETI, citat *Hieronymus de la Higuera*, Hispanus, e Soc. J. in *Notis ad Liuthprandi Chronicon*. [f] Ejusdem

(a) l.3.c.6.p 448. (b) Tiguri ed. 1628. (c) Ejusdem Ioh. Iac. Breitingeri reperio *Sermonem ad Clerum Tigurinum, de Ecclesiarum antiqvissimarum & Reformatarum Nostrarum sensu atq; consensu*: Tiguri ed. 1617. (d) Habetur in calce *Methodi legendi Historias Helveticas* p. 559 seqq. (e) Qvam ms. in *Methodo L. H. Helv.* laudat Hottingerus p. 553. (f) ad. an 624.

dem *Diptychon Toletanum*, sive *de Tabulis Toletanis Episcoporum Primatum ejus sedis*, ubi de Gestis eorundem fuse agitur, habetur in calce *Operum Luithprandi*, Antverpiæ anno CIↃIↃCXL. editorum. Et forte hunc ipsum libellum loco laudato intelligit Auctor. *De Vitis Sanctorum Ecclesiæ Toletanæ* scripsit *Antonius de Quintana Duennas*, Alcantarensis Hispanus, S. I. Missionarius. *Officia propria Sanctorum Ecclesiæ Toletanæ* collegit *Petrus Ribadeneira*. *Ant. de Quintana.* *P. Ribadeneira*

§. LIII. Beneficia ac Miracula S. Mariæ Virginis TRAIECTI AD MOSAM (uti putant Pontificii) patrata, in sua *Diva Virgine Mosæ-Trajectensi*, [a] exposuit *Henricus Sedulius*, Clivius, Ord. Minorum in Belgio Minister Provincialis, qvi Antverpiæ decessit anno CIↃIↃCXXI. III. Martii. (b) *TRAIECTI* *Henr. Sedulius.*

§. LIV. *Promptuarium Sacrarum Antiqvitatum* TRICASSINÆ *Diœceseos* construxit *Nicolaus Camuzatius*. (c) *TRECARUM* *Nic. Camuzatius.*

§. LV. TUDENSIS in Hispania *Ecclesiæ & Civitatis Antiqvitates* conscripsit *Prudentius de Sandoval*, Pinciensis Hispanus, Ord. Bened. Regis Hispaniæ Historiographus, primum Tudensis, post Pampilonensis Episcopus, anno CIↃIↃCXX. demortuus. (d) *TUDÆ* *Prud. de Sandoval.*

§. LVI. VALENTINORUM in Hispania *Historiam Ecclesiasticam* consignasse dicitur *Michael Johannes Vim-Bodinus*, Theologus Hispanus. *VALENTIÆ* *Mich. Joh. Vim-Bodinus*

§. LVII. ULMENSIS *Reformationis Historia* e- *ULMÆ*

Zzz gregie

(a) Antverp. ed. 1609. (b) Val. Andreas in Bibl. Belg. p. 369. Hallervord. *in Bibl. Cur. pag.* 125. (c) Augustæ Trecar. 1610. (d) Wittius in *Diario Biogr.*

gregie est exposita in *Concionibus Sacris* a Ministerio Evangelico anno CIↃIↃCXVII. in festo Iubilæo annoqve seqventi editis: qvarum prima est *D. Conradi Dieterici*, Superintendentis, Theologi celeberrimi. Hæ conciones cum in manus meas venissent, ac cum illustri Seckendorfio communicassem, summam rerum gestarum ex iis elegantissime contraxit, ac æterno Operi *Historiæ Lutheranismi* inseruit. (a) Iohannis Etterlini *Fidelem Admonitionem ad Senatum Vlmensem, qvibus hactenus damnis a monachis sint tractati*, *in Bibliothecario* laudat Hottingerus.(b)

Conrad. Dietericus.

Ioh. Etterling.

VLTRAIECTI.

§. LVIII. *De Canonicis* VLTRAIECTINIS in Belgio Controversiæ qvædam inter Theologos sunt coortæ, potissimum *Gisberti Voetii*, *Samuelis Maresii* & *Martini Schoockii*, scriptis nobilitatæ.

(a) Lib. 1. Sect. 55. §. 139. addit. 1. pag. 242. (b) Lib. 3. c. 6. p. 449.

CAPVT XXII.

DE SCRIPTORIBVS, QVI MONASTERIORVM HISTORIAM, AVT CHRONICA MONASTICA CONDIDERVNT.

NEMPE (POST RECENSIONEM ALIQVOT SCRIPTORVM IN HISTORIA MONASTICA VNIVERSALI) AFFLIGHEMII, S. AGNETIS, ALTAHÆ *INFERIORIS*, ANDECHS, *S. MARIÆ* ALTISSIODORI, *S. ALBINI, ET S. NICOLAI* ANDEGAVI, ANDRENSIS, ASPRICOLLIS, AVLÆ REGIÆ, AVRILIACENSIS *ABBATIÆ*, BAVARIÆ, BELLIFONTII, *S. STEPHANI* CADOMI, CAPELLÆ *BRVXELLIS.*

LIS, CARBONENSIS, CASAVRIENSIS, CASSINI, CATALAVNENSIS *S. PETRI*, CENTVLENSIS, CLAREVALLENSIS, CLVNIACI, *DOMINICANORVM* COLMARIÆ, CONSENDIÆ, CREMIFANI, CROILANDII, S. DIONYSII *PARIS.* DIVIONE *S. BENIGNI* DOLENSIS, DVNENSIS, EGMONDENSIS, ELWANGENSIS, FARVENSIS, FLAVINIACENSIS, FONTANELLENSIS, GANDERSHEMII, GERENRODÆ, S. GERMANI *PARISIIS*, GERMANIÆ, S. GISLENI, *S. VITI* IN GLADBACH, GOZECÆ, GRATIA-PLENÆ, HAGVLSTADII, HAINÆ *IN HASSIA*, HEMMENRODÆ, *S. MICH.* IN HILDESHEIM, HVIESBVRGI, LÆTIENSIS, LAVRISHAMI, *S. AVGVSTINI* LEMOVICENSIS, LOTHENSIS, MAILROSENSIS, MARGANENSIS, *B. MARIÆ* DE MERITONA, *S. MARTINI* MASSIACENSIS, S. MARTINI DE CAMPIS, S MAXIMINI, S. MONTIS *IN BOHEMIA*, MONTIS-SERENI, MORIGNIACENSIS, MOSOMENSIS, MVRENSIS, NONNENBOSCHI, NOVALIACI, *D. IVSTINÆ* PATAVII, PEGANI, *S. PETRI VIVI* SENONENSIS, PLACENTIÆ *S. SIXTI*, PORTÆ, POSTVLANI, PREZÆ, RASTEDII, REICHERSBERGÆ, REOMAI, SELEBII, *S. PETRI* SENONENSIS, SPANHEMII, STEDERBVRGI, SVESSIONENSIS *S. MARIÆ ET S. MEDARDI*, SVPERATENSIS, TORNACENSIS *S. MARTINI*, TORNVSIANI, VICONIENSIS, S VINCENTII, VINDOCINENSIS, VIRDVNENSIS *S. MICHAELIS, ET S. VITONI*, VIRIDIS VALLIS VIZELIACENSIS, WALBECCENSIS, WAVERLEIENSIS, WINDBERGÆ, WINDESEMENSIS, WVRTEMBERGICORVM, *S. IACOBI MAIORIS* WVRTZBVRGI.

§. I.

DEniqve etiam reperias, qvi MONASTERIORUM Historiam tradiderunt, aut Chronica Monastica conscripsere: in qvibus qvidem plerumqve ad monasteria, eorumqve Antistites, in qvibus fere Scriptores egerunt, nonnunqvam ipsi præfuere, respexerunt; sed simul alia multa rerum Ecclesiasticarum ac civilium admiscuere. Ad ejusmodi Scriptorum notitiam comparandam, in qvibus plures sunt anonymi, hoc ipsum caput viam pandet. Præmittemus tamen aliqvot Scriptores, qvi in genere de Monasteriis egerunt, ac reliqvos alibi afferemus.

Qvi generalem Monasteriorum Historiam tradiderunt

§. II. *Annales Monasticos*, sive *Chronologiam Monasteriorum* libris XVII. totidemqve seculis distinctam, scripsit *Prosper Stellartius*, Eremita Augustinianus, Theol. D. & Conventus Tornacensis in patria Prior, totiusqve Provinciæ per Belgium Visitator, ac Domus Duacensis primus Superior, qvi Romam profectus, Cajetæ in Hispania decessit. (a) Stellartii Opus auxit, & supplevit *Cornelius Curtius*, Bruxellensis, itidem Eremita Augustinianus, anno CIↃIↃCXLVII. mortuus. (b) Idem Stellartius *Fundamina & Regulas omnium Ordinum Monasticorum & militarium* edidit. (c) Sic Caspar Iongelinus, Antverpiensis, Ord. Cisterciensis, electus Abbas Disenbergensis, *Notitiam Abbatiarum Ordinis Cisterciensis per orbem universum libris X.* conscripsit: qvibus singulorum monasteriorum origines, & incrementa, Benefactorum, aliorum-

Prosper Stellartius.

Corn. Curtius.

Casp. Iongelinus.

(a) Val. Andr. in Bibl. Belg. p 783. (b) Idem p. 148. (c) Duaci 1626.

rumqve illustrium virorum diplomata, dotationesqve recensentur: (a) ac porro *Origines & Progressus ejusdem Ordinis Abbatiarum Eqvestrium, de Calatrava, Alcantata* &c. exposuit. (b) *Chronologiam Monasteriorum Ordinis Cisterciensis* composuit *Carolus Visch*, Ord. Cist. Prior Cœnobii B. Mariæ de Dunis in Flandria, S. Theol. Prof. (c) *Carol. Visch.* De *Fundationibus Cœnobiorum Italiæ* scripsit *Iohannes Michael Pius*, Bononiensis, Ord. Prædic. (d) *Iohan. Mich. Pius.* *Catalogum celebriorum Ord. Præmonstratensis Abbatiarum* confecit *Bartholomæus Honorius*, Leodicensis, Canonicus Floreffiensis Ord. Præmonstr. in Comitatu Namurcensi. *Bar. Honorius.* *Nicolaus Crusenius*, Trajecti ad Mosam natus, Ord. Augustin. edidit *Monasticum Augustinianum*, complectens omnes Ordines sub S. Augustini regula militantes (e) *Nic. Crusenius.*

§. III. AFFLIGHEMENSIS *Monasterii Historia*, desinens anno CIↃLXXXII. exstat in *Lucæ Dacherii*, Qvintinopolitani, Monachi S. Benedicti, Congregationis S. Mauri *Spicilegii Veterum aliqvot Scriptorum, qui in Galliæ Bibliothecis, maxime Benedictinorum latuerunt*, Tomo II. *AFFLIGHEMII.*

IV. *Chronicon Monasterii* S. AGNETIS apud Svvollam, Transisalaniæ oppidum, conscripsit *Thomas de Kempis*, Canonicus Regularis in dicto monasterio, qvi anno CIↃCCCCLXXI. obiit, (f) ob libellum *S. AGNETIS* *Th. de Kempis.*

(a) Colon. 1640. (b) Ibid. 1641. (c Prodiit Col. 1656. cum *Biblioth. Scriptor. Ord. Cisterc.* (d) Bonon. 1600. Vide Labbei *Bibl. Biblioth.* p. 126. (e) Sylvæ-Ducis ed 1584. Vide Val. Andr. *Bibl. Belg.* p. 106. (e) Monach. 1623. (f) Vitam ejus scripsere *Iodocus Badius Ascensius*, & *Franc. Tolensis*, Canonicus Reg.

de Imitatione CHRISTI pientissimum summe celebris. Editum est ab *Heriberto Rosweydo* (a)

ALTAHÆ INFER. *Henr. Stero.*

§. V. Ex *Chronico* Monasterii ALTAHÆ INFERIORIS Nider Altaich) *Henricus Stero*, hujus monasterii, Monachus, & Capellanus *Excerpta* congessit rerum sub Impp. Rudolpho, Adolpho, Alberto, Henrico VII. ab an. CIↃCCLXVI. ad CIↃCCC. cui Appendicem addiderunt *Vlricus & Conradus*, *Wellingi* fratres, Monachi S. Vdalrici apud Augustam ad ann. CIↃCCCXXV. Qvæ habentur *Tomo I. Scriptorum Rerum Germanicarum* Marqvardi Freheri. Sed Steronem longe locupletiorem, & ab anno CIↃCLII. incipientem in lucem produxit Henricus Canisius *Tomo I.*

ANDECHS.

§. VI. *De Monasterio* ANDECCENSI Ord. S. Benedicti in Bavaria, in diœcesi Episcopatus Augustani, singulare exstat Chronicon Germanicum Monachii editum. (b)

ALTISSIODORI S. MARIANI. *Robertus.*

§. VII. *Cœnobii S. Mariani* apud ALTISSIODORUM Regulæ Præmonstratensis *Chronicon*, Robertus monachus perduxit a nato CHRISTO, ad an. CIↃCC. qvod Nicolaus Camuzatius edidit (c)

ANDEGAVENSIS S. ALBINI

§. VIII. *Chronicon Monasterii S. Albini* ANDEGAVENSE ab anno IↃCCCXXIX. CIↃ. ad an. CIↃCC. exhibet Phi-

ac Herib. Rosweydus. Vide porro Bellarm. *de Script. Eccl.* Labbeum in *Diss. Hist. ad Eum Tom. 2. p. 441.* Val. Andream in *Bibl. Belg. p. 836.* Vossium *de Hist. Lat. lib. 3. p. 806* Henr. VVhartonum *in Append. ad Gvil. Cave Histor. literar.* p. 89. ut & Gabr. Naudæum *in Bibliotheca Kempensi, sive eorum, qui dissertationibus, aut libris editis* Thomæ Kempensis *causam tuendam susceperunt.* (a) Antverp. 1617. & 1622. Confer Lindeburnii *Histor. Episc. Daventr. c. 7 p. 309 seqq.* (b) An. 1598. Integrum titulum affert Hertzius in *Bibl. German.* num. 977. ubi plura de hoc monasterio. (c) Anno 1608.

Philippus Labbeus *Tomo I. Bibliothecæ Novæ Mss.* ac aliud ab IↃCCLXXXVI. *Tomo IV. Historiam* autem *Monasterii S. Nicolai* ANDEGAVENSIS scripsit *Laurentius Pelleterius.* *S. NICOLAI. Laur. Pelleterius.*

§. IX. ANDRENSIS *Monasterii Chronicon* ab an. CIↃLXXXII. ad CIↃCCXXXVIII. auctore *Gvillelmo* Andrensi Abbate, habetur *Tomo IX. Spicilegii* Dacheriani. *ANDRENSIS Gvillelmus.*

§. X. *Beneficia ac Miracula B. Virginis* in ASPRICOLLE, juxta Sichemium, Brabantiæ oppidum, scripto consignare, ac prelo mandare cœperat *Iohannes Miræus*, Bruxellensis. Ab eo postea sua hauserunt Lipsius, *in Diva Virgine Sichemensi* (a) & *Philippus Numannus*, S. P. Q. Bruxellensi a secretis, qvi sermone patrio fere ad verbum omnia interpretatus est. (b) Etiam Erycius Puteanus *Divam Virginem Aspricollensem*, nempe *Beneficia ejus ac Miracula novissima* scripsit. (c) *ASPRICOLLIS Ioh Miræus. I. Lipsius. Phil. Numannus.*

§. XI. *Partem II. Chronicæ* AVLÆ REGIÆ (monasterii Bohemiæ ad ripam Muldaviæ) in qva potissimum *de Iohanne Rege Bohemiæ, Caroli IV. patre, & sub eo in regno, nec non in Germania gestis*, agitur, ab anno CIↃCCCXVII. usqve ad CIↃCCCXXXIII. in *Rerum Bohemicarum Scriptoribus antiqvis*, edidit Freherus. (d) *AVLÆ REGIÆ.*

§. XII. AVRILIACENSIS in Arvernia *Abbatiæ* Chronicon ad annum CIↃCXXXIX pertingens *Tomo II. Analectorum* in lucem protulit Ioh. Mabillonius. *AVRILIACENSIS Abbatia.*

§. XIII. *Historias Fundationum nonnullorum insignium Monasteriorum per partes BAIOARIÆ,* An- *BAVARIÆ.*

(a) Separatim primo, post in *Operibus* edita. (b) Val Andr. in *Bibl. Belg.* p. 538. (c) Lovan. 1622. (d) Hanov. 1602.

Andreæ Ratisbonensis ejus *Chronico de Principibus Terræ Bavarorum* subjunctas habemus.(a) Sunt autem monasteria seqventia: *S. Emerani Ratisponæ: Altaha inferius: Tegernsee: Weselprun: Meten: Obermünster*, in Ratispona: *Diesensee: Ebersperg: Pruel: Scotorum Ratisponæ extra muros: Scheyren: Collegium Canonicorum in Haybach: Dyetramzell: Prufing: Reichenbach: Waldsachsen: Altach superius: Cæsariense: Prioratus S. Petri extra muros civitatis Ratisponensis: Fürstenfeld: Cella B. Virginis:* (unser Frawen Zell) *Ethal: Carmelitarum in Straubing: Monasterium in Langenzend: Montis Gratiæ.*

BELLIFONTII. §. XIV. Historiam BELLIFONTII, Cœnobii prope Vesontionem Burgundiæ superioris urbem, in *Diva Virgine Bellifontana* in Seqvanis, scripsit *Erycius Puteanus*. In eo libro Hierotoparchas, id est, *Priores*, qvos Bellifontium habuit, recenset.[b]

Er. Puteanus.

CADOMI S. STEPHANI. §. XV. *Chronicon S. Stephani* CADOMENSIS [in inferiori Normannia] ab an. IↃCXXXIII. ad CIↃCCXCIII. habetur in Andreæ Duchesnii *Scriptoribus Rerum Normannicarum*.

CAPELLÆ BRUXELLIS. §. XVI. *Alethologiam, sive Veritatis Explicationem, qva Præpositura, nuncupata* CAPELLÆ [qvæ ab aliqvibus a *Godefrido Barbato*, Duce Brabantiæ fundata asseritur] *ad incudem revocatur*, conscripsit *David a Mauden*, Antverpianus, Bruxellæ in Ecclesia

Dav. a Mauden.

(a) Andream Ratisb. edidit Freherus Ambergæ 1601. Qvam editionem expressit Kulpisius *in Scrips. Hist German.* cum Ænea Sylvio *de vita Friderici III.* Argentor. an. 1685. excusis.
(b) Vid. Val. Andreas *in Bibl. Belg p.* 205. & Hanckius *de Scriptor. Hist. Rom. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 49. *p.* 190.

clesia B. Mariæ de Capella Pastor, & Bredæ in Ecclesia Collegiata D. Petri Decanus, qvi Bruxellæ demortuus anno CIↃIↃCXLI. (a)

§. XVII. CARBONENSIS *Monasterii*, Ord. S. Basilii *Historiam* (b) composuit *Paulus Æmilius Sanctorius*, Vrbini Archiepiscopus, qvi anno CIↃIↃCXXXV. obiit. (c)

CARBONENSIS *P. Æm. Sanctorius.*

§. XVIII. *Historiam de Fundatione Monasterii* CASAVRIENSIS, ab anno IↃCCCLIV. ad CIↃCLXXXII. scripsit *Iohannes Berardi.* Hujus pars prior exstat *Tomo III. Scriptor. Histor. Francorum* Duchesnii, altera *Tomo V. Spicilegii* Dacherii.

CASAVRIENSIS *Ioh. Berardi.*

§. XIX. CASSINENSIS, celebris in Latio monasterii, *Chronicon* libris tribus scripsit *Leo Marsicanus*, ex monacho Cassinensi, Episcopus *Ostiensis*, qvi ineunte seculo XII. floruit. (d) Incipiunt a B. Benedicto, sive anno IↃXLII. qvo is obiit, ac pergunt ad obitum Papæ Victoris III. hoc est, annum CIↃLXXXVI. Leonem postea libro qvarto continuavit *Petrus Diaconus Cassinensis*: qvi desinit in morte Leonis Antipapæ anno CIↃCXXXVIII. (e) Chronicon hoc Cassinense Venetiis editum anno CIↃIↃXIII. ac deinde anno CIↃIↃCIII. Parisiis, cum Aimoini *Historia Francica*, aliisqve, curante *Breulio*, Ord. Benedicti. Postea cum Notis *Matthæi Laureti*, Hispani, Monachi Cassinensis prodiit Nea-

CASSINENSIS *Leo Ostiensis.* *Pet. Diaconus.*

 poli

(a) Val. Andr. *in Bibl. Belg. p.174.* (b) Romæ edit. 1601. (c) Vide de eo Nicii *Pinacoth. III. n.18.* (d) Vide Vossium *de Histor. Lat. l.2. c.48. p.392.* & Sandium *in Notis ad Eum p.104.* Labbeum *ad Bellarminum Tom.II. pag.18.* & in Add. p.757. Olearium *in Abaco pag.290.* (e) Voss. d.l. c.49. p.409.

poli anno CIↃIↃCXVI. ac iterum cum Notis *Angeli de Nuce*, Neapolitani, Abbatis CXXXVI. Parisiis anno CIↃIↃCLXVIII. Appendix ad has Notas Romæ lucem vidit anno CIↃIↃCLXX. Ejusdem monasterii Casinensis miracula suo tempore facta exposuit *Victor III.* Pontif. Rom. *qvatuor Dialogorum libris*, qvorum unus periit, reliqvi ex Vaticana Bibliotheca deprompti & Notis illustrati sunt a *Ioh. Baptista Maro:* (a) qvi itidem Petri Diaconi libellum *de Viris illustribus Casinensis* cœnobii edidit, ac illustravit. (b)

Victor III.

CATALAVN. S. PETRI. §. XX. *Chronicon S. Petri* CATALAVNENSE ab anno CIↃIX. ad CIↃCCXXIII. exstat *Tomo I. Bibliothecæ Mss.* Labbei.

CENTVLENSIS §. XXI. CENTVLENSIS, seu *Monasterii S. Richarii*, in diœcesi Ambianensi, *Chronicon*, ab anno IↃCXXV. ad annum CIↃLXXXVIII. consignavit *Hariulfus*: qvod habetur *Tomo IV. Spicilegii* Dacheriani.

Hariulfus.

CLAREVALL. §. XXII. CLAREVALLENSE *Chronicon* ab anno CIↃCXLVII. ad CIↃCXCII. edidit *Petrus Franciscus Chiffletius*, cum Odone de Diogelo, & aliis.

CLVNIACI. §. XXIII. CLVNIACENSIS *Monasterii* Ord. Bened. *antiqviores Consvetudines*, collectore Vdalrico monacho Benedictino, dicto *Tomo IV. Spicilegii* edidit *Lucas Dacherius.*

COLMARIÆ DOMINICAN. §. XXIV. COLMARIENSIVM *Dominicanorum Chronicon*, incipiens anno CIↃCCXI. ac an. CIↃCCCII. desinens, *Tomo II. Illustrium Germaniæ Historicorum* publicavit *Christianus Vrstisius.*

§. XXV.

(a) Paris. edit. 1666. (b) Romæ 1655.

§. XXV. *Consendonea*, seu *Cœnobii Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini de* CONSENDIA scripsit *Iohannes Latomus*, Francofurtensis, Decanus Collegii ad S. Bartholomæum an. CIϽIϽC. mortuus. (a) CONSENDIÆ *Ioh. Latomus.*

§. XXVI. *Monasterii* CREMIFANENSIS (*Kremsmünster*) *in Austria superiori Annales* composuit *Simon Rettenpacher*, Ord. S. Benedicti ibidem Professus. (b) *CREMIFANI* *Simon Rettenpacher.*

§. XXVII. CROILANDENSIS *monasterii* in Anglia, ejusqve Abbatum *Historiam* ab anno IϽCLXIV. ad annum CIϽLXVII. scripsit *Ingulfus*, cujus pater erat unus ex aulicis Eduardi, ultimi Regum stirpis Anglicanæ. Ipse Gvilielmo Normanniæ Duci fuit a secretis, ac postea Hierosolymam adiit. Vnde reversus in Normanniam, factus est monachus Benedictinus: sed postqvam Gvilielmus ille Dux Conqvestor regnum Angliæ adeptus, Croilandiensis ab eo Abbas constitutus est. (c) Ingulfus una cum aliis *Rerum Anglicarum Scriptoribus*, cura *Henrici Savilii* prodiit: (d) sed qvia ex mutilo codice editus, post ex perfectiori Ms. Iohannis Marshami suppletus, cum aliis *Rerum Anglican. Scriptoribus* ex Theatro Sheldoniano anno CIϽIϽCLXXIV. fuit emissus. Ingulfi Historiam excipit ejus *Continuatio*, auctore *Petro Blesensi*, Bathoniensi primum, inde Londinensi Archidiacono. Vltimum hujus Operis scriptum est alia *Croylandensis Historiæ* *CROILANDII* *Ingulfus.* *Pet. Blesensis.*

 Conti-

(a) *WVittius Diarii Biogr. Tom.2. p 3.* ubi tamen dubitat, an laudatum, & alia qvædam viri scripta prodierint. (b) Salisburgi ed. 1677. (c) Vossius *de Hist. Lat. l. 2. c. 47. pag. 387.* (d) Londini 1601.

Continuatio, manca qvidem alicubi, sed qvam editores adjiciendam putarunt, tum qvod Auctores ejus operam suam *Ingulfo* & *Petro Blesensi* succenturiatam voluisse videantur; tum qvod posteriora Henrici VI. & integra Edvvardi IV. tempora percurrat, a nemine hactenus Anglorum Latine tradita (a).

S. DIONYSII PARIS. Iac. Doubletius.

§. XXVIII. *Historiam Monasterii* S. DIONYSII juxta Parisios, singulari cum cura, sed vernacula lingva, conscripsit *Iacobus Doubletius*. Chronicon breve *S. Dionysii* ad annum CIƆCCXXXIV. habetur *Tomo II. Spicilegii* Lucæ Dacherii.

DIVIONE S. BENIGNI.

§. XXIX. DIVIONENSIS *S. Benigni* Ord. S. Benedicti *Chronicon* ad annum CIƆCXXXV. *Tomo I. Spicilegii* laudatus edidit *Dacherius*.

DOLENSIS.

§. XXX. DOLENSIS in Bituricum provincia *Cœnobii Chronicon* cum Notis suis publicavit Philippus Labbeus in *Miscellaneis Curiosis*, & postea *Tomo I. Bibliotheca Mss. Nova*.

DUNNENSIS Adr. Muelemannus.

§. XXXI. *Annales Monasterii* DUNENSIS composuit *Adrianus Muelemannus*, Flander, monachus Dunensis, Academiæ Duacensis Theologus: qvi etiam suppresso nomine elaboravit *Deductionem difficultatis, quæ est inter Religiosos B. Mariæ Dunis, & Principem Orangiæ*, (b)

EGMONDANI

§. XXXII. EGMONDANI apud Batavos Ord. S. Benedicti monasterii *Chronicon*, ab anno IƆCXLVII. ad annum CIƆCCV. ex bibliotheca Andreæ Schotti,

Fran-

(a) Vide *Acta Erud. Lips.* an. 1685. m. *Aprili* p. 143. (b) VVittius in *Diario Biogr.* an. 1649. 7. *Martii*, qvo decessit *Muelemannus*.

Franciscus Sweertius edidit. (a) Qvod auctius, & cum *Gvilielmi Procuratoris* (cognomen hoc adeptus a cura cœnobii Egmondani) qvi vixit an. CIↃCCCXXXII. continuatione edere voluit *Petrus Scriverius.* (b) Deniqve superiori anno (XCII.) Lugduni Batavorum prodiit Antonii Matthæi *Chronicon Egmondanum.* *Gvil. Procurator.* *Ant. Matthæus.*

§. XXXIII. ELWANGENSIS *Monasterii Chronicon Excerptum* per D. Matthæum Mareschalcum a Pappenheim, exhibet Freherus *Tomo I. Germanicarum Rerum Scriptorum.* Vide qvoqve de hoc monasterio, ejusqve Abbatibus Bruschium *in Chronologia Monasteriorum Germaniæ.* (c) *ELWANGENSIS.*

§. XXXIV. *Chronicon Monasterii Acutiani*, sive FARVENSIS in Ducatu Spoletano, ab an. IↃCLXIX. ad Ottonem I. Imp. est inter scripta *Tomi III. Historiæ Francorum* Duchesnii. *FARVENSIS.*

§. XXXV. *Analecta Cœnobii* FLAVIANACENSIS in Burgundia exstant *Tomo I. Bibliothecæ Mss.* Labbeanæ. *FLAVINIACENSIS.*

§. XXXVI. *Chronicon Monasterii* FONTANELLENSIS, seu *Abbatiæ S. Wandregisili*, in Normannia, ad annum CIↃLIII. pertingens, cum II. *Appendicibus Tomo III. Spicilegii* exhibuit *Lucas Dacherius.* *FONTANELLENSIS.*

§. XXXVII. *De Constructione Cœnobii* GANDESIANI (Gandersheim) in Ducatu Brunsvvicensi, *perfectione qvoqve & defectione ejusdem, Syntagma* habe- *GANDERSHEMII.*

(a) In *Rerum Belgicarum Annalibus, Chronicis & Historicis*: Francof. 1620. (b) Val. Andreas *in Bibl. Belg. p.* 332. (c) pag. 371, seqq.

Henr. Bodo. habemus *Henrici Bodonis*, in Cœnobio Clusa (qvod proxime adjacet Gandershemio) monachi Benedictini, *Tomo II.* Rerum Germanicarum *Henrici Meibomii*, Iunioris. Exstat etiam *M. Michaelis Rupii*, *Mich. Rupius.* Pastoris & Superintendentis Gandersheimensis *Chronicon Gandersheimense*, Germanice scriptum, ad finem usqve seculi superioris pergens.

GEMBLACENSIS. §. XXXVIII. GEMBLACENSIS in Brabantia *monasterii Chronicon* ab anno IↃCCCCXXII. ad annum CIↃXIII. reperitur *Tomo VI. Spicilegii* Dacherii.

GERENRODÆ. §. XXXIX. *Annales* GERENRODENSES (Gerenroda illustre cœnobium est Virginum ad sylvam Hartzicam prope Qvedlinburgum) admodum diligenter scripsit *M. Andreas Hoppenrodius*, Pastor Hecstediensis in Comitatu Mansfeldensi. *And. Hoppenrodius.* Eosdem cum Henrico Meibomio communicavit *Ioh. Henricus Eggelingius*, Reip. Bremensi a secretis, veteris recentiorisqve Historiæ peritissimus, omnisqve solidæ & elegantis eruditionis curiosissimus: qvo elogio ex re & vero eum mactat laudatissimus ipse Meibomius. Et hic qvidem illos non modo *Tomo II.* jamjam celebrati *Operis* inseruit, sed & elegantissimis *Annotationibus* illustravit.

S. GERMANI PARISIIS. §. XL. *De Privilegiis Ecclesiæ & Monasterii* S. GERMANI *Parisiensis*, Dissertationem scripsit *Iohannes Baptista Hamelius*, *Ioh. Bapt. Hamelius.* Ecclesiæ Bajocensis Cancellarius, post P. S. L. & Regiæ Scientiarum Academiæ a Secretis. (a) Ejusdem monasterii privilegia qvædam pro-

(a) Paris. ed. 1668. Vide *Ephemer. Gallic.* Nitelchii *Tomo IV. p. 35. seqq.*

propugnavit *D. Robertus Qvatremarius*, Congreg. S. Mauri Monachus Benedictinus, libello, qvi inscribitur: *Regalis Ecclesiæ S. Germani de Pratis Iura propugnata.*(a) *Inqvisitionem in Chartam Immunitatis, qvam B. Germanus* Episcopus Parisiensis dicto *monasterio dedisse* fertur, instituit *Iohannes de Launoy.*(b) Ejusdem habemus *Assertionem* hujus *Inqvisitionis.* (c)

Rob. Qvatremarius.

Ioh. de Launoy.

§. XLI. *De Collegiis Monasteriisq;* GERMANIÆ *Veteribus* libros duos reconditæ eruditionis plenissimos scripsit *Ioachimus Vadianus*, Patricius ac Consul San-Gallensis: qvos cum *Bartholomæi Schobingeri* Icti San-Gallensis Additionibus *Tomo III. Rerum Alamannicarum* inseruit *Melchior Goldastus.* Sed *Germaniæ præcipuorum ac maxime illustrium Monasteriorum Chronologiam*, in qva *Origines, Annales, ac celebriora cujusqve monumenta bona fide recensentur*, qvanto potuit cum studio, congessit *Caspar Bruschius*: qvi liber Ingolstadii primum editus, anno CIƆIƆLI. Sultzbaci anno hujus seculi LXXXII. recusus est. Non pigrabimur autem nomina monasteriorum, de qvibus hoc in Opere agit Auctor, vel ob id repetere, ut appareat, qvænam Germaniæ monasteria adhuc indigeant lampadis Historicæ. *Abusium:* (Anhausen) in Svevia: *Alba Augia Brigantina:* (die Meerow) *Alba Augia Norici:* (Weißenau im Nordgow) *Alba Augia* Sveviæ: (die Minderow) *Album Castrum*, sive *Weissenburgum*: *Andlow* ad Vosagum mon-

GERMANIÆ

Ioach. Vadianus.

C. Bruschius.

(a) Paris. anno 1668. Vide laud. *Ephem. d. Tomo* p. 71. (b) Paris. 1657.
(c) Ibid. eod. anno.

GERMANIÆ Monasteria.

montem: *Anhusium* in Rhiæsa: *Augia Dives*, (Reichenow) in Svevia: *Banthum* (Bantz) in Franconia: *B. Virginis* Lutzelburgense: *Bona Cella* (Gutezell) in Svevia: *Buchaugia*, in Svevia: Burrohnium (Blaubewren) itidem in Svevia: *Byblingum*, item in Svevia: *Cæsarea* (Kaisersheim) iterum in Svevia: *Campidona*; (Kempten:) *Castellum*: *Cella Dei superior*: in Franconia: *Cella Monachorum* (Ethmünster:) ad Nigram Sylvam: *Cœli Corona* (Himmelkron) in Voigtlandia: *Coxiense*, in Rhætia superiori: *Dominarum Aurachium* (Frauen Aurach) in Franconia: *Dominarum Monasterium* (Frauenmünster) Tiguri: *Ebracum*: *Edelstetum*: *Eichenbrunnum*: *Elchingum*: *Egidianum* Norimbergæ: *Elwangense*: *Everhardica Clusa*: (Eberhartsklausen) *Fabarium*: (Pfeffers) *Fons Salutis*: (Heilsbrunn) *Fuldense*: *Gandersheimium*: *Gratiæ Mons*: *Heckenbachium*: (Heppach) *Heremitarum*, in Nariscis: (Waldsassen) *Heremitarum* in Helvetiis: (zum Einsidlen) *Horreum* Treverense: *Isnense*: *Iuvaviense*, extra muros Salisburgi: *Kintzingense*: *Lanckenheimium*: *Lindaviense*: *Mariæ ad Martyres*, infra Treverim: *Mariæ* Wormaciense: *Martalense*: Mauri monasterium: (Maurmünster) *Michaelis Campus*: (Michelsfeld) *Mons monachorum*, extra muros Bambergæ: *Maulbrunnum*: *Murbachium*: *Neresheimium*: *Neuburgense*: *Ochsenhusium*: *Oeningum*: *Pergenium*, sive *Bergense* in Eistetensi Episcopatu: *Petershusium*: *Pildenreitum*: *Pirckenfeldum*: *Poundum*: *Rebdorfium*: *Regii Fontis*: *Rogkenburgum*: *Ro-*

tum: (Münchsroth) *Salomonis Villa:* (Salmenstweiler) *S. Claræ*, Curiæ Voigtlandorum: *S. Claræ*, Noribergense: *S. Crucis*, Augustanum: *S. Crucis*, Donauvverdæ: *S. Crucis Vallis:* (Wasserschapfen) *S. Galli: S. Georgii*, Augustæ: *S. Lucii*, extra muros Curiæ Rhætorum: *S. Magni*, Faucense; *S. Mariæ*, Boppardiæ: *S. Martini*, Coloniense: *S. Martini*, Treverense: *S. Matthiæ*, extra muros Treverenses: *S. Mauricii*, Tholegiense: *S. Maximini*, prope Treverim: *S. Michaelis Wengense*, Vlmæ: *S. Naboris*, in Lotharingia: *S. Petri*, Salisburgi: *S. Stephani*, Augustæ: *S. Theodori*, (S. Oders) Bambergense: *S. Vdalrici*, Augustæ: *S. Walburgis*, Aichstadii: *S. Willibrordi*, Epternacense: *Schlusselbovium*, in diœcesi Bambergensi: *Schwartzachium*, ad Mœnum: *Seccingense*, in insula Rheni: *Seflingum*, ad Vlmam: *Spainshartum*, in superiori Palatinatu: *Summuntorium:* (Hohenwarth) *Thierhauptum*, in Bavaria: *Truttenhusium*, in Alsatia: *Tuiciense*, e regione Coloniæ Agrippinæ: *Vaccarum rivus* (Kübach) in Bavaria: *Vinearum* (Weingarten) in Constantiensi diœcesi: *Vrsinium*, sive *Irsingum*, in Svevia: *Vrspergium*, in Svevia: *Vrsperingum*, in Constantiensi diœcesi: *Vttenburga* (Ottenbeuren) in valle Guntiana: *Waldsebense*, in Svevia: *Wettenhusium*, in Marchionatu Burgoviensi: *Weichenstephanum*, prope Frisingam: *Zwifaltum*, in Svevia: *Schyrense*, in Bavaria. Præterea Ioachimus Iohannes Maderus, in calce *Chronici Montis-Sereni* exhibet *Fundationes quorundam Germaniæ monasteriorum*, collectas quondam per *Mona-*

GERMANIÆ Monasteria.

 chum

GERMANIÆ Monasteria.

chum Benedictinum, sed Anonymum: Nomina illorum monasteriorum hæc sunt: *Wissenburgense*, in Franconia: *S. Petri, in Erphurdia* (cujus tamen Diploma Dagobertinum in *Antiqvitatibus Thuringicis* confictum esse demonstravi:) *S. Blasii: S. Trutperti*, in Brisgovia: *Ottenburen*, in Svevia: *S. Petri*, in Nigra sylva: *De Vineis* (Weingarten) in Svevia: *Alperspach: Morbach: Cæsariense: Trutenhusen*, in Alsatia: *Rebdorf*, in Svevia: *S. Georgii*, in Nigra Sylva: *Ad Duplices Aqvas*: (Zwifalten) *Petri Domus* (Peterhusen) prope Constantiam: *Eberbach: Lorch: Kempten: Waldsachsen: Furstenfeld: Vallis S. Georgii* (Jörgenthal) in Thuringia: *Ichterhusen*, ibidem: *Cella Paulinæ*, itidem in Thuringia: *Andechs: Altahe inferius: Altach superius: S. Emmerani*, Ratisbonæ: *Montis S. Petri*, prope Rosenheim: *Benedictenburn: Gladebacense: Schutterense, S. Ophonis Cella: Buchauglense: Augesnoven: Schafhusen: Reichenbach: Etall: Vuspach: Hirsaw: Ettenmunster: Tegernsee: Piensee: Ebersberg: Prüel: S. Petri* extra muros Ratisbonæ: *Geyssenfeld: Bosaugiense*, ad Cizam: *Prumense: Selgenstadense: Qvedlinburgense: S. Joh. Baptistæ*, prope Magdeburgum: *Linthburgense: S. Jacobi*, ad Moguntiam: *B. Mariæ Virginis* in Schuttern: Canonicorum Regularium in *Kyrbgarten* prope Wormatiam: *S. Walpurga*, in S. Sylva; *Kunigesbergense*, in Franconia: *Ebersheimense*. Etsi vero aliqva in his repereris observatu non indigna, non pauca tamen & in hac tumultuaria collectione habentur censuram commerita. *Carolus*

qvi-

qvidem *Stengelius*, tum Ord. monasterii SS. Vdalrici & Afræ Augustæ Vindelicorum Professus, post Abbas Anhusanus, *Monasteriologiam* imprimi fecit Augustæ anno CIↃIↃCXIX. in qva *insignium aliqvot monasteriorum Familiæ S. Benedicti in Germania Fundatores, clariqve viri ex eis oriundi describuntur, eorundemqve ideæ æri incisæ oculis subjiciuntur*: admodum tamen pauca sunt monasteria, nec accurate satis descripta. Nimirum (ut ipse in præfatione ad lectorem scribit) collegerat ordine Alphabetico aliqvot centena supra mille Ordinis Benedictini cœnobia: sed dum editionem differt, eaqve augere, & origines ac progressus eorundem penitius indagare laborat, Auberti Miræi *Origines Benedictinæ* prodeunt. (a) Suam itaqve collectionem supprimere constituit, donec tandem, Virorum dignitatibus Ecclesiasticis præfulgidorum svasu, dictum librum edere non dubitaverit. Monasteriorum a Stengelio descriptorum nomina subjicio: *SS. Vdalrici & Afræ*, Augustæ: *S. Petri*, Salisburgi: *S. Magni*, in Faucibus: *S. Emmerani*, Ratisponæ: *Mansee: Benedictbeurn: Nidern Altaich: Tegernsee: Thierhaupten: Campidona: Metten: Einsideln: Petershausen: Scon: S. Crucis*, Werdeæ: *Lambach: Scheuren: Noresheim: Elchingen: Vrsin: S. Mons: Andechs: Deckingen.* *GERMANIÆ Monasteria.*

§. XLII. *Chronicon vetus Monasterii* S. GISLENI, cujus auctor Gesta Comitum Flandriæ breviter *S. GISLENI*

 pro-

(a) Miræus primum *Origines Monasteriorum Benedictinorum per Belgium*, Antverpiæ an. 1606. post *Benedictinarum*, sive plerorumqve *Benedictinorum Cœnobiorum Origines* ibidem 1614. publicavit.

prosequitur ab anno IↃCCXCII. usque ad CIↃCCXII. edidit *Galopinus*. (a)

Galopinus.

GLADBACH S. VITI. §. XLIII. *Historia Fundationis monasterii S. Viti* in GLADBACH, Ord. Bened. dioeces. Coloniensis scripta anno IↃCCCCLXXIV. habetur *Tomo XII. Spicilegii* Dacherii.

GOZECÆ. §. XLIV. Libellum de *Fundatione Monasterii* GOZECENSIS (ad Salam, haut procul Numburgo) in duas partes distinctum, ab anno CIↃXLI. ad annum CIↃCXXXV. integrum edidit cum *Chronico Montis-Sereni* Cl. Maderus: ex quo Reinerus Reineccius solum partem eam, quæ *Antiquorum Saxoniæ Palatinorum* familiam concernebat, *Widechindo Corbejensi* an. superioris seculi LXXVII. Francofurti a se edito, subjunxit.

GRATIA-PLENÆ. §. XLV. *Typicum*, seu *Regulam Monasterii* GRATIA-PLENÆ, ab Imperatrice *Irene Ducana*, Alexii Comneni uxore, quæ monasterium illud ædificaverat, monialibus præscripta, in *Analectis Græcis*, sive *Variis Opusculis Græcis hactenus non editis*, repræsentarunt Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri, (b) *Tomo I.* Subjectæ sunt Typico tabellæ aliquot, partem redituum illius monasterii plurimis perplexis & minus usitatis characteribus exprimentes, in quibus legendis & explicandis editores se multum desudasse dicunt. (c)

HAGULSTADII Iohan. Prior. §. XLVI. *Iohannis* Prioris Hagulstadensis *Historia*

(a) Montibus Hannoniæ an. 1643. teste Ioh. Iac. Chifletio *Vindiciar. Hispan. cap. 7. pag. 58.* (b) Monachi illi sunt: *Iacobus Loppin, Antonius Pouget, & Bernhardus de Montfaucon.* Parisiis ed. 1688. (c) Vide *Acta Erudit. Lips. Supplem. Tom. I. sect. 5. pag. 257. seqq.*

storia Ecclesiæ HAGVLSTADENSIS xx. annorum Londini edita anno CIↃIↃCLII.

§. XLVII. *Monasterii & Hospitalis* HAINANI *in Hassia Descriptionem Historicam* Germanice confecit diligentissimus scriptor *Iohannes Letznerus*, Hardessianus, Pastor Iberanus. (a) HAINÆ IN HASSIÆ.

§. XLVIII. *Manipulum Rerum memorabilium Claustri* HEMMENRODENSIS, Ord. Cisterciensis, in Archidiœcesi Trevirensi, congessit *Nicolaus Heesius*, Religiosus monasterii Hemmenrodensis. (b) HEMMENRODÆ *Nic. Heesius.*

§. XLIX. *Chronicon Monasterii S. Michaelis* in HILDESHEIM ab anno IↃCCCCXCIII. usqve ad annum CIↃIↃXXI. habetur *Tomo II.* Meibomii. Aliud antiqvius *Chronicon Hildesheimense* ab anno IↃCCXIV. ad annum CIↃCXXXVIII. exstat *Tomo III. Hist. Francorum* Duchesnii. HILDESHEMII S. MICHAEL.

§. L. HIRSAVGIENSIS *Monasterii Chronicon* scripsit *Iohannes Tritthemius*, Spanheimensis primo, deinde D. Iacobi Majoris apud Herbipolin, Abbas: qvod in Basileensi, ut & Freheriana *Operum Tritthemii Historicorum* editione Francofurtensi an. CIↃIↃCI. *Tomo II.* anno CHRISTI IↃCCCXXX. incipit, cum anno CIↃCCCLXX. desinit. At vero ulterius perrexisse Auctorem, ex aliis ejus scriptis, qvorum verba in calce hujus Chronici laudavit Freherus, apparet. Bene igitur, qvod tandem integrum hoc *Hirsaugiense Chronicon* anno CIↃIↃCXC. S. Galli fuerit editum. HIRSAVGIÆ *Ioh. Tritthemius.*

§. LI. Anonymi *Chronicon Monasterii* HVIESBVR-

(a) *Mulhusii* impressa. (b) Colon. edit. 1641.

HVIESBVRGI Anonymus. BVRGENSIS in diœcesi Halberstadensi, una cum *Catalogo Abbatum*, qvi a primo eorum *Eggehardo* incipit, in XXXV. *Georgio Füstermakero* anno CIϽIϽXC. demortuo finit, habetur in calce *Tomi II.* Meibomii. At vero plenos hujus monasterii Annales exspectamus a *Christiano Francisco Paullini*, Isenacensi, Medico æqve ac Historico doctissimo: qvem eosdem mss. ante aliqvot annos mecum communicasse, grata mente agnosco.

LÆTIENSIS *Steph. Binetus.* §. LII. *Vitas & Effigies præcipuorum Fundatorum Religiosorum Ord. in Ecclesia* LÆTIENSIS *Monasterii* Ord. S. Benedicti, Antverpiæ anno CIϽIϽCXXXIV. excudi fecit *Stephanus Binetus*, Divionensis Gallus, Soc. I. variorum Collegiorum Rector, qvi anno CIϽIϽCXXXIX. IV. Iulii obiit. (a)

LAVRISHAMI §. LIII. *Chronicum* LAVRISHAMENSE, (Lorsch) a prima vetustissimi ejus cœnobii fundatione per *Cancorem*, Comitem Rhenensem, sub Pipino Francorum Rege anno IϽCCLXIV. usqve ad CIϽCLXXIX. deductum, ex pervetusto ipsius monasterii membranaceo ms. *Tomo I. German. Rerum Scriptorum* publicavit Freherus. *Georg. Helwichius.* Habemus etiam *Georgii Helwichii*, Moguntini. Metropolitanæ Ecclesiæ ibidem Vicarii, *Antiqvitates Laurishamenses, seu Chronologiam præillustris, nobilis ac famosi qvondam monasterii S. Nazarii, Laurishami in Strata montana siti, primum Benedictinorum, postmodum Præmonstratensium Ordinis & Regulæ*, Francofurti editas an. CIϽIϽCXXXI.

§. LIV.

(a) Alegambe *B. I. pag. 425.*

§. LIV. Bernardi Gvidonis *Historia brevis de Fundatione Ordinum Grandimontensis & Artigiæ, ut & Monasterii S. Augustini* LEMOVICENSIS *ad ann.* CIↃCCCXIII. deducta, habetur apud Labbeum *Tomo II. Bibl. Novæ Mss.* — *LEMOVICENSIS S. AUGUSTINI.*

§. LV. *Chronicon Monasterii* LONGI-PONTIS Ord. Cisterciensis, in Diœcesi Svessionensi, contexuit *Antonius Muldrac*, dicti cœnobii Prior. (a) — *LONGI-PONTIS Ant. Muldrac.*

§. LVI. *Monasterii in* LOTHEN diœcesis Mindensis, per *Widekindum*, Nobilem Advocatum de Monte anno CIↃCCLXV. fundati, & post in oppidum Westphaliæ *Lemgo* translati, *Chronicon*, anno CIↃCCCCXLVII. desinens, exstat *Tomo altero* Meibomiano. — *LOTHENSIS.*

§. LVII. *Chronica Monasterii* MAILROSENSIS in Scotia, ab an. IↃCCXXXV. ad an. CIↃCCLXX. incertorum Auctorum, & plerumqve breviuscula, sed ex qvibus multa scitu non injucunda, Scotorum præcipue Regum series, aliorumqve in borealibus istis oris Principum, Episcoporum, Abbatum successiones peti possunt; *Rerum Anglicanarum Scriptoribus* Oxoniæ an. LXXXIV. editis inserta sunt. (b) — *MAILROSENSIS Anonymi.*

§. LVIII. Ejusdem operis *Volumine II.* qvod anno LXXXVII. comparuit, habentur Annales MARGANENSES, in cœnobio Margan, qvod fuit olim in Wallia, sed dubium qvo auctore, & qvo tempore concinnati. Iis qvam brevissime (unde & *Chronica Abbreviata* audiunt) enarrantur qvæ ab anno CIↃLXVI. qvo Edvvardus S. Gvilielmo Normanno hærede relicto obiit, usqve ad an CIↃCCXXXII. qvo Henricus — *MARGANENSIS.*

[illegible] ricus

(a) Paris. 1652. (b) Vide *Acta Erud. Lips.* an. 1658. m. Aprili p. 144.

ricus III. rerum potiebatur, non in Anglia tantum, sed & Francia ac Palæstina gesta. (a)

B. MARIÆ DE MERITONA.

§. LIX. *Monasterii* B. MARIÆ DE MERITONA *Historiam* condidit *Thomas Wiccius.* (b)

S. MARTINI MASCIACENSIS.

§. LX. S. MARTINI MASCIACENSIS in Biturigibus *Cœnobii breves Annales* ab an. IↃCCXXII. ad an. CIↃXIII. repereris *Tomo II. Bibliothecæ Mss.* Labbei.

S. MARTINI DE CAMPIS. *Mar. Marrier*

§. LXI. *Historiam Monasterii Regalis* S. MARTINI DE CAMPIS, Parisiensis, Ordinis Cluniacensis, sex libris complexus est *Martinus Marrier*, Ord. Bened. monachus.

S. MAXIMINI *Nic. Zyllesius.*

§. LXII. *Defensionem Abbatiæ Imperialis* S. MAXIMINI, juxta muros Trevirenses, an. CIↃIↃCXXXVIII. in se suscepit *Nicolaus Zyllesius*, ejusdem Abbatiæ officiorum Præfectus supremus: *qva respondetur libello contra præfatam Abbatiam ab* Auctore anonymo anno CIↃIↃCXXXIII. Treviris edito. Hic liber, vel propter partem III. qvæ complectitur *Diplomata Pontificum, Imperatorum, Regum, aliorumqve, de Iuribus dicti monasterii*, eorundemqve sigilla ære expressa, magnopere æstimandus est.

S. MONTIS *Georg Constantius.*

§. LXIII. *Historiam monasterii* S. MONTIS in Bohemia in lucem dedit *Georgius Constantius*, Bohemus, Soc. Iesu, qvi anno CIↃIↃCLXXIII. XXIV. Martii decessit (c)

MONTIS-SERENI *Anonymus.*

§. LXIV. Anonymi monachi *Chronicon* MONTIS-SERENI, sive LAUTERBERGENSE [vulgo S. Petersberg dicti] olim Archidiœceseos, nunc Ducatus Magdebur-

(a) Vid. *Lips. Acta Suppl.* T. I. sect. 2. p. 108. (b) Konigius in *Biblioth.* p. 864. (c) VVittius in *Diar. Biogr.*

deburgensis, qvod incipit anno CIƆCXXIV. desinit in anno CIƆCCXXV. jamdudum a Marqvardo Frehero, atqve Henrico Meibomio promissum, *una cum Veterum Misniæ Marchionum in eodem monumento æri inciso, aliorumqve monasteriorum Chronicis vetustis, ac fundationibus ex codd. MSS.* edidit *Ioachimus Iohannes Maderus*, Amicus meus, dum viveret, integerrimus. (a)

§. LXV. MORIGNIACENSIS *Monasterii Chronicon*, auctore Teulfo monacho, ab anno CIƆCVII. exhibuit Duchesnius *Tomo IV. Histor. Francorum.* *MORIGNIACENSIS Teulfus.*

§. LXVI. MOSOMENSIS *Monasterii Chronicon* ab an. IƆCCCCLXXI. ad an. CIƆXXXIII. habetur *Tomo VII. Spicilegii* Dacherii. *MOSOMENSIS.*

§. LXVII. Origines MVRENSIS *Monasterii in Helvetiis, atqve adeo Europa universa celeberrimi Ordinis S. Benedicti, cum variis Privilegiis Apostolicis* (Pontificiis) *ac Cæsareis, Principum aliorumqve fidelium antiqvis largitionibus, atqve inprimis antiqvissima Comitum Habsburgensium Genealogia, qva vera Austriacæ Domus origo certissime demonstratur,* & Iacobi Valdesii, Hispani, *figmenta destruuntur;* Spirembergii prodierunt anno CIƆIƆCXXVII. *MVRENSIS.*

§. LXVIII. *De Origine, Progressu, atqve Institutis Monasterii Virginum de* NONNENBOSCHE, ob turbas civiles ex Iprensi agro in urbem translati, scripsit *Carolus Houckius*, Canonicus & Archidiaconus Ipris Flandrorum. (b) *NONNENBOSCHII Car. Houckius.*

Cccc §. LXIX.

(a) Helmstad. 1665. (b) Vid. Val. Andreæ *Bibl. Belg.* p. 121.

NOVALIACI. § LXIX. *Chronicon* NOVALIACENSIS *Monasterii*, ab Hugone & Lothario Italiæ Regibus incipiens, & ad Conradum usqve Salicum pergens, extat *Tomo III. Histor. Francorum* Duchesnii.

D. IVSTINÆ PATAVII *Iac. Cavacius.* §. LXX. *Historiarum Monasterii* D. IVSTINÆ PATAVINÆ *libros sex* scripsit *Iacobus Cavacius*, Patavinus, Monachus Congregat. Casinensis. (a)

PEGANI. §. LXXI. *Chronicon* PEGANVM (Pegau oppidum ad Elistram in diœcesi Numburgo-Cizensi) *Monachi Pegaviensis* edidit Reinerus Reineccius. (b) Hoc, ut & *Continuatoris* ab eo prætermissi *Epitomen*, a temporibus Henrici III. ad annum CIƆCCXII. cum *Chronico Montis-Sereni* in lucem protraxit *Maderus*. (c)

S. PETRI VIVI SENONENSIS *Clar. Monach.* §. LXXII. *Monasterii* S. PETRI VIVI SENONENSIS, *Chronicon*, anno CIƆCCLXXXIV. desinens, auctore *Clario Monacho*, comparet *Tomo II. Spicilegii* Dacheriani.

PLACENTIÆ S. SIXTI *Fel. Passarus.* §. LXXIII. *Laudes Monasterii* S. SIXTI PLACENTIÆ deprædicavit *Felix Passarus*, Neapolitanus, Monachus Casinensis, qvi circa annum CIƆIƆXC. claruit. (d)

PORTÆ §. LXXIV. *Chronicon* PORTENSE, *duobus libris distinctum*, qvorum prior continet *Veteris* PORTÆ (ad Salam) *Fundationem, Translationem, Abbates, Indulgentias, Fraternitates, Renovationem itidem & Repurgationem*: posterior, *Novæ* PORTÆ *post repurgatam Doctrinam, statum & formam, cum Præceptoribus*,

(a) Venet. ed. 1606. (b) Francof. 1580. (c) Titulus est: *Libellus de Fundatione Cœnobii Bigaugiæ*. (d) Placent. ed. 1593. Vide Hallervordii *Bibl. Cur. p. 75*.

ribus, Oeconomis & Discipulis, inde ad Remp. Christianam juvandam emissis: prodiit opera & studio *M. Iustini Pertuchii*, Tenstadiensis, ejusdem monasterii Rectoris; Lipsiæ an. CIↃIↃCXII. *Iust. Pertuchius.*

§. LXXV. *Dissertationem Historicam de Origine & Progressu Cœnobii* POSTVLANI, Ord. Præmonstr. in Brabantia, *dum Rev. D.* Iohannes du Chesne *in secundum ibidem Præsulem benediceretur*, emisit (a) *Augustinus Wichmanns*, Antverpiensis, Canonicus Regularis Ord. Norbertini in Cœnobio B. Mariæ Tungerloensi, S. Theol. Baccalaureus, primum Ecclesiæ Mirloensis, ac districtus Helmondani, post Tylborchi, districtusqve Hilvaris-Becani Pastor, & Archipresbyter, ac demum anno CIↃIↃCXLII. in Coadjutorem *D. Theodori Verbraecken*, Abbatis, assumptus. (b) *POSTVLANI* *Aug. VVichmanns.*

§. LXXVI. PREZENSIS, sive (ut olim vocabatur) POREZENSIS in Holsatia *Cœnobii* Virginei *Annales* debemus Viro doctissimo, Iohanni Mollero, *in Isagoge ad Historiam Cimbricam parte IV. cap. II.* *PREZÆ* *Ioh. Mollerus.*

§. LXXVII. Anonymi *Chronicon Monasterii* RASTEDENSIS, in Comitatu Oldenburgico, qvod incipit anno CIↃLIX. finit an. CIↃCCCCLXIII. ex tabulariis Oldenburgensibus depromptum in lucem protulit Henricus Meibomius, Iunior, *Tomo II. Rerum Germanicarum.* *RASTEDII* *Anonymus.*

§. LXXVIII. *Chronicon Monasterii* REICHERSBERGENSIS Canonicorum Regularium S. Augustini ad Oenum, qvod desinit anno CIↃCXCIV. primus edi- *REICHERSBERGÆ.*

(a) Antverp. 1628. (b) Valer. Andreas *in Bibl. Belg. p. 95 seqq.*

edidit *Christophorus Gewoldus*, IC. & Maximiliano Bavariæ Duci a Consiliis (a)

REOMAI *Pet. Roverius.* § LXXIX. *Petri Roverii*, Avenionensis, Soc. Ies. Philos. & Theol. Prof. anno CIƆIƆCXLIX. XXVIII. Iulii demortui, REOMAVM, seu *Historia Monasterii S. Iohannis Reomaensis*, in tractu Lingonensi, Parisiis prodiit anno CIƆIƆCXXXVII.

SELEBII. § LXXX. *Historia Monasterii* SELEBIENSIS in Anglia, cujus auctor vixit anno CIƆCLXXXIV. exstat *Tomo I. Biblioth. Novæ Mss.* Labbei.

SENONENSIS S PETRI *Richerius.* § LXXXI. *Chronicon Cœnobii* S. Petri SENONENSIS, Ord. Benedictini in diœcesi Tullensi, auctore *Richerio*, monacho ibidem, tempore Ludovici S. Francorum Regis post an. CIƆCCLXII. perscriptum, luci exposuit Dacherius *Tomo III. Spicilegii.* (b)

SPANHEMII *Ioh Tritthemius.* § LXXXII. Iohannis Tritthemii *Chronicon Monasterii* SPANHEIMENSIS, diœcesis Moguntinensis, ab anno CIƆCXXIV. usqve ad ann. CIƆIƆXXVI. primum e tenebris eruit, ac *parte II. Operum Historicorum* Tritthemii publicavit *Marqvardus Freherus.*

STEDERBVRGI. § LXXXIII. Anonymi *Chronicon breve Monasterii* STEDERBVRGENSIS ab Henrico Meibomio Seniore editum, in *Opusculis Historicis* Avi, Helmstadii an. CIƆIƆCLX. recudi fecit Henricus Meibomius Iunior, ac nunc comparet *Tomo I. Rerum Germanicarum.* Incipit anno CIƆI. explicit anno CIƆCLXXX.

SVESSIONENSIS S MARIÆ *Mich Germanus.* § LXXXIV. Historiam *Monasterii* S. MARIÆ SVESSIONENSIS composuit *Michael Germanus*, Benedictinus. §. LXXXV.

(a) Monachii 1611. & Ingolstadii 1618. (b) Vide Sandium in *Notis ad Vossium de Hist. Lat. p. 211.*

§. LXXXV. *Chronicon Abbatiæ* S. MEDARDI SVESSIONENSIS ab anno ıↄccccxlvii. ad annum cıↄcclxix. *Tomo II. Spicilegii* exhibet Lucas Dacherius. Sic *Iohannes de Launoy* scripsit *Inqvisitionem in Privilegium, qvod Gregorius I.* huic *monasterio* dedisse dicitur: (a) itemqve *Assertionem hujus Inqvisitionis.* (b) SVESSION. S. MEDARDI Ioh. de Launoy.

§. LXXXVI. Historiam Monasterii SVPERATENSIS composuit *Bernardus Cardillo Villalpandus*, Segoviensis Hispanus, Monachus Cisterciensis, qui anno cıↄıↄcxxxvii. obiit. (c) SVPERATENSIS. Bern. Card. Villalpandus.

§. LXXXVII. *Herimannus*, Abbas S MARTINI TORNACENSIS, *Historiam monasterii* sui scripsit ad annum cıↄclx. qvod exstat Tomo XII. *Spicilegii* Dacherii. TORNACENSIS S. MARTINI.

§. LXXXVIII. *Historiam Monasterii Regalis* TORNVSIANI edidit *Petrus San-Iulianus*, Balluræus, Decanus Cabilonensis. TORNVSIANI. P. San-Iulianus.

§. LXXXIX. TRVDONENSIS *Monasterii Chronicon* scripsit *Radulfus*, Abbas Trudonensis: qvod habetur *Tomo IX. Spicilegii* Dacheriani, & *Tomo II. Analectorum* Mabillonii. TRVDONENSIS Radulfus.

§. XC. *Chronicon Abbatiæ* VALCIODORENSIS an. cıↄccxxix. finiens, reperitur *Tomo VII. Spicilegii* Dacheriani. VALCIODORENSIS Abbatiæ.

§. XCI. VICONIENSIS *Monasterii Historia* ad ann. cıↄcxv. comparet *Tomo XII.* laudati *Spicilegii.* Scripsit etiam *Nicolaus Montignius*, Castelli S. Martini VICONIENSIS Nic. Montignius.

(a) Paris. 1657. (b) Ibid. 1661. (c) VVittius *in Diar. Biogr.*

ni ad Scarpum Abbas *Annales Monasterii Viconiensis.* (a)

S. VINCENTII. §. XCII. *Chronicon* S. VINCENTII prope Vulturnum, in provincia Capuana, habetur *Tomo III. Hist. Franc.* Duchesnii.

VINDOCINENSIS §. XCIII. *Inquisitionem in Chartam Fundationis & Privilegia* VINDOCINENSIS Monasterii instituit *Iohannes de Launoy.* (b)

VIRDVNENSIS S. MICHAELIS. §. XCIV. S. MICHAELIS VIRDVNENSIS *Chronicon* a Iohanne Mabillonio editum est *Tomo II. Analectorum.*

ET S. VITONIS. §. XCV. *Chronicon* S. VITONI VIRDVNENSE ab an. ıↄCCCCLII. incipiens habetur *Tomo I. Bibl. MSS.* Labbei.

VIRIDIS-VALLIS §. XCVI. *Monasterii* VIRIDIS-VALLIS *Necrologium* edidit *Marcus Mastelinus*, Bruxellensis, Canon. Regularis Ord. August. in Viridi-Valle, demum Prior Cœnobii Septem-Fontium.

VIZELIACENSIS. §. XCVII. VIZELIACENSIS Ord. Bened. *Monasterii Historiam* jussu Pontii Abbatis, scripsit *Hugo* *Hugo Pictav.* *Pictavinus*: qvæ habetur *Tomo III.* Dacheriani *Spicilegii.*

VVALBECCENSIS. §. XCVIII. Chronicon WALBECCENSE (*Walbeca*, hodie Walpke / pagus est haut procul Helmstadio, in qvo Ecclesia cathedralis) Germanice scripsit *Henr. Meibomius.* *Henricus Meibomius*, senior: (c) cujus Latinam versionem ab *Henr. Meibomio* Iuniore exspectamus.

§. XCIX.

(a) Carolus du Fresne *in Indice Auctorum* Glossario *præfixo.* Meminit hujus scriptoris qvoqve Vossius *de Hist. Lat. l. 3. c. 9. p. 791.* (b) Paris. 1658. Vid. Val. Andr. *in bibl. Belg. p. 640.* (c) Helmst. ed. 1619.

§. XCIX. *Tomo II. Scriptorum Historiæ Anglicanæ* Oxoniæ an. CIƆIƆCLXXXVII. editorum comparent etiam *Annales* WAVERLEIENSES, a pluribus Auctoribus consarcinati: qvos omnes tamen *Cœnobii Waverleiensis* Cisterc. Ord. in agro Surregiensi monachos fuisse, cum in ejus monasterii rebus narrandis adeo diligentes sint, verosimile est. (a) *WAVERLEIENSIS.*

§. C. *Brevem Relationem de Origine, Fundatione, & progressu Monasterii* WINDBERGENSIS in Bavaria, Ord. Præmonstratensis, ex ejusdem monasterii codice edidit Henricus Canisius *Tomo VI. Antiqvæ Lectionis.* *WINDBERGÆ.*

§. CI. *De Origine Cœnobii & Capituli Congregationis* WINDESEMENSIS, qvædam scripsit *Iohannes Buschius*, Canonicus Regularis S. Augustini in eodem cœnobio: qvæ edidit Heribertus Rosvveydus. (b) *WINDESEMENSIS Ioh. Buschius.*

§. CII. De *Monasteriis* WURTEMBERGICIS singulari Opere egit *Christophorus Besoldus*, Ictus. Is enim auctor est libri, qvi inscribitur: *Documenta Rediviva Monasteriorum præcipuorum in Ducatu Wurtembergico sitorum: quæ integro & justo seculo, in Archivo Ducali, aliisqve locis abditissimis, condita & abscondita, tandem ab Ferdinando II. & III. resuscitata, revocata, pristinisqve communicata Dominis.* Præmissa est *Summaria Deductio Libertatis, Immedietatis, aliorumqve Jurium illis Monasteriis competentium.* (c) *WURTEMBERGICORUM Christ. Besoldus.*

Parte

(a) Vide *Acta Erud. Lips.* Suppl. sect. 2. p. 109. (b) Antverp. 1621. Vide *Bibl. Belg.* Valerii Andreæ *pag. 473.* Labbeum *Bibl. Biblioth. p. 106.* (b) Tubingæ ed. 1636.

Parte autem I. agitur de monasteriis Virorum: *Adelbergensi: Alba Dominorum:* (Herren-Alb) *Alpirspacensi: Anhusano: Bebenhusano: Denckendorfensi: Hirsaugiensi: Königsbrunnensi: Laureacensi: Maulbrunnensi: Blabeurensi: Herbrechtingensi:* Parte autem II. de Monasteriis Virginum Sacrarum: *Pfullingensi: Steinheimensi: Liechtensternensi: Weilerano,* prope Eslingam: *Mariæ-Reuthin,* prope oppidum Wildberg: *Gratiæ-Cellæ: Dominarum de Zimmern.* (Frawen-Zimmern.) Qvorsum hoc opere spectaverit Besoldus, non ignotum est illis, qvi statum illorum temporum turbulentum noverunt.

WVRTZBVRGI S.IAC. MAI. Ioh. Tritthemius.

§. CIII. Chronicon S. IACOBI MAIORIS in suburbio WVRTZBVRGENSI scripsit *Iohannes Tritthemius*, in Operibus Tritthemii a Iohanne Busæo editum. (a)

(a) Moguntiæ 1604.

CAPVT XXIII.

DE SCRIPTORIBVS, QVI SINGVLIS FERE SECVLIS IMPERATORVM ROMANORVM AC PORRO REGVM GERMANIÆ HISTORIAM CONSIGNARVNT, QVIQVE EANDEM EX NVMISMATIBVS ILLVSTRARVNT.

§. I.

SIc igitur vastum emensi sumus mare, ac qvotqvot nobis cogniti Scriptores, qvi vel universam Historiam Ecclesiasticam per omnia, vel aliqvot secula aggressi, vel statum Ecclesiæ in certis Regnis, Provin-

ciis

ciis, Episcopatibus, Vrbibus, Monasteriis docuere, qvanta potuimus cum cura recensuimus. Nunc animus est, Deo Opt. Max. favente, pergere ulterius, ac singulariter ostendere, qvinam certa aliqva Historiæ Ecclesiasticæ capita illustraverint.

§. II. Etsi autem varia hujus Historiæ sunt capita, pleraqve tamen ad sex seqventia licuerit revocare: ut *primum* sit de Imperatoribus Romanis, ac Regibus Germaniæ: *alterum* de Pontificibus Romanis: *tertium*, de Hæreticis: *qvartum*, de Conciliis: *qvintum*, de Doctoribus & Scriptoribus Ecclesiasticis: *sextum*, de Ritibus & Ceremoniis. *Historiæ Eccl. partes.*

§. III. Qvod igitur ad primum attinet, pervulgatæ est notitiæ, qvod post Theodosii I. excessum, magnum illud Imperii corpus in duas partes fuerit divisum, ac porro Orientis Imperatores Constantinopoli, Occidentis Romæ, ac post aliqvamdiu Ravennæ habuerint sedem: donec post paucos, ac invalidos in Occidente Imperatores, Romanum ibi imperium desineret, ac non nisi exeunte seculo VIII. utcunqve restitueretur. Cujus qvidem argumenti accuratior tractatio ad propositum nostrum proxime non spectat. *Imperium Roman. in Orientale & Occid. divisum.*

§. IV. Id tantum hic monendum, in notitia Scriptorum de Imperatoribus Romanis, æqve locum habere, qvi Romanorum speciatim olim ita dictorum, qvam qvi Novæ Romæ, hoc est, Constantinopolitanorum Cæsarum historiam tradiderunt.

§. V. Interea, qvia plerosqve, qvi sigillatim

Vitas & Historiam Constantinopolitanorum Imperatorum scripsere, supra jam attulimus, nunc eos potissimum enumerabimus, qvi de Romanorum Imperatorum, tam veterum illorum ad Augustulum usqve; qvam recentiorum a Carolo Magno ad Leopoldum usqve Nostrum res gestas consignarunt. Inter qvos tamen non deerunt, qvi Imperatorum Orientis historiam pro re nata scriptioni suæ inseruerunt.

§. VI. Ceterum licet pauci in his fuerint, qvorum opera unice inserviat Historiæ Ecclesiasticæ, cum tamen singulorum scripta aliqvam, nonnullorum magnam lucem ei fœnerentur, plerosqve omnes, qvi in meam venerunt cognitionem, afferre decrevi: & hoc qvidem capite, qvi vel de omnibus, vel de pluribus, proximo autem, qvi de certis Imperatoribus fuere solliciti, enumerabo.

SCRIPTORES SECVLI II *Tacitus.* *Svetonius.* *Plutarchus.* *Dio Cassius.*

§. VII. Itaqve ineunte seculo II. Historiam Cæsarum Latine scripsere: *C. Cornelius Tacitus*, ab Augusti excessu, ad Domitiani mortem: & *C. Svetonius Tranqvillus*, primorum XII. Cæsarum vitas: ut & Græce Galbæ ac Othonis, *Plutarchus* Chæronensis. Qvo etiam retuleris posteriores libros *Dionis Cassii*, Historiæ Romanæ Græce scriptæ, qvorum ultimus, nempe LX. in morte Claudii Cæsaris, anno CHRISTI LIV. desinit. Dionis Epitomator est *Iohannes Xiphilinus*, Patriarcha Constantinopolitanus seculo XI.

SECVLI III. *Vulc. Gallicanus.*

§. VIII. Seculo III. (ut *Vulcatium Gallicanum*, qvi non nisi unius *Avidii Cassii* (a) vitam consignavit, tace-

(a) *Avidius* ille *Cassius* falso de M. Antonini a Qvadis occisi nuncio deceptus, in Oriente Imperium arripuit, qvod per tres menses & sex dies usurpatum cum vita perdidit an. C. 175.

taceamus) *Trebellius Pollio* scripsit vitas Imp. *Valeriani* (hujus pars prior periit:) Cæsaris *Valeriani*, Valeriano Imp. nati, Imp. *Gallieni*: ejus filii *Salonini Gallieni*: (in qva nihil, præter puerile factum commemorat) *XXX. Tyrannorum*: in qvibus duæ fœminæ, *Zenobia*, & *Victorina*: & Imp. *Claudii*. Præterea *Herodianus* Romanam sui temporis historiam libris octo Græce condidit: qvam a M. Aurelii Antonini Imp. obitu, an. C. CLXXX. orditur, & in initio Imperii a Gordiano suscepti an. CCXXXVIII. terminat. *Treb. Pollio.* *Herodianus.*

§. IX. Seculo IV. ineunte floruerunt *Ælius Spartianus*, *Ælius Lampridius*, *Iulius Capitolinus*, & *Flavius Vopiscus*. Ex his *Spartianus* descripsit Vitas Imp. *Ælii Hadriani*: *Ælii Veri*, ab Hadriano adoptati, sed ante susceptum imperium mortui: Imp. *Didii Iuliani*: Imp. *Septimii Severi*: *Pescennii Nigri*, Imp. Sept. Severo adversi; Impp. *Antonini Caracallæ*, & *Antonini Getæ*. Lampridius autem Vitas Impp. *Antonini Commodi*: *Antonini Diadumeni*, Imp. Opilio Macrino nati; *Antonini Heliogabali*, & *Alexandri Severi*. Tum Capitolinus, Impp. *Titi Antonini Pii*: *M. Antonini*: *L. Antonini Veri*: *Helvii Pertinacis*: *Clodii Albini*: *Opilii Macrini*: *Maximini*, & Cæsaris *Maximini*: trium *Gordianorum*, patris, filii, & nepotis; *Maximi* deniqve, & *Balbini*. Vopiscus vero Impp. *Aureliani*, *Taciti*, *Floriani*, & *Probi*: Tyrannorum qvoqve, *Firmi*, *Saturnini*, *Proculi* & *Bonosi*: itemqve Impp. *Cari*, & filiorum, *Numeriani* atqve *Carini*. *SECULI IV.* *Æl. Spartianus.* *Æl Lampridius.* *Iul. Capitolinus.* *Flav. Vopiscus.*

§. X. Ex eodem seculo IV. *Sexti Aurelii Victoris* *Sex. Aur. Victor.*

ris libellum *de Cæsaribus* habemus: qvorum primus est *Augustus*, ultimus *Constantius*, Constantini Magni filius, in cujus anno XXIII. qvi est CHRISTI CCCLIX. desinit. Ipse etiam Imperator *Flavius Claudius Iulianus* de *Cæsaribus* librum Græce scripsit: qvo plerorumqve Cæsarum, a Iulio exorsus, nonnulla gesta, ficto inter illos & Deos colloqvio, paucis attingit, Satyricus tamen magis, qvam Historicus. Hunc librum Iuliani Imp. Notis & Numismatibus lingva Gallicana illustravit *Ezechiel Spanhemius*, in qvibus multa rariora numismata proponit & explicat. (a) Huc etiam referas *Eutropii Sophistæ* ex decem *Historiæ Romanæ libris*, qvatuor posteriores, utpote in Impp. Romanorum rebus ab Imperio Augusti ad Imp. Ioviniani obitum an. C. CCCLXIV. occupatos. Eutropium ex Latino Græcum fecit *Paanius* Sophista. Et habet qvoqve *Epitome*, sive, ut ab aliis vocatur *Breviarium* Sexti *Rufi* nonnulla ad historiam Imperatorum pertinentia. Orditur illud ab Vrbe condita, terminat in pace per Iovianum Imp. inita cum Persis anno C. CCCLXIII. Eodem seculo IV. rerum a Romanis gestarum libros XXXI. scripsit *Ammianus Marcellinus*, qvos a Cæsaris Nervæ principatu, hoc est, anno CHRISTI XCVI. exorsus est. Ex his priores tredecim, injuria temporum amisimus: reliqvorum primus, sive XIV. incipit a rebus Galli, qvem patruelem suum Constantius Imp. Cæsarem dixerat: ultimus, finit in Imp. Valen-

Iulianus Imp.

Eutropius.

Paanius Soph. Græce versus.

Sex. Rufus.

Ammianus Marcellinus.

(a) Heidelbergæ 1660. & Paris. 1683. Vide *Acta Erud. Lips.* an. 1684. m. *April p. 164 seqq.*

Valentis exceſſu, rebusqve paulo poſt mortem geſtis, anno C.CCCLXXVIII. Auctoris ignoti de *Constantio Chloro*, *Constantino M.* & *aliis Impp.* Excerpta, ab Henrico Valeſio primum cum ejus *Ammiano Marcellino* edita, poſt in *Miſcella Antiqvæ lectionis*, Argentorati recuſa ſunt. (a)

§. XI. Seculo V. *Zoſimus*, Comes & Exadvocatus fiſci *Romanarum Hiſtoriarum libros VI.* cum elogio *Hiſtoriæ Novæ*, Græce conſcripſit: qvorum *primo*, qvem ab Auguſti imperio incipit, Imperatorum usqve ad Diocletianum geſta breviter deſcribit; in qvinqve ceteris cuncta tradit copioſius. Vltimum, in qvo pauca deſiderantur, in *Sari*, Gothorum Ducis, poſt captam ab Alarico eorundem Rege Romam, ad Imp. Honorii partes tranſitu, anno C.CCCCX. terminat. Prodiit *Zoſimus* Græce, cum *Ioh. Leunclavii* Latina interpretatione, & *Friderici Sylburgii* annotationibus *Tomo III. Hiſt. Romanæ Scriptorum*: (b) Græce item ac Latine cum Notis Variorum, accurante *Chriſtophoro Cellario*. (c) *SECVLI V. Zoſimus.*

§. XII. Ex ſeculo VIII. in hunc cenſum retuleris *Pauli* Longobardi, cognomine Winfridi, Warnefrido, & Theodolinda nati, *Diaconi* Aqvilegienſis, & Deſiderii, ultimi Longobardorum Regis Cancellarii, poſt monachi Caſinenſis (d) libros qvinqve: qvibus Eutropium continuavit. Nam qvi conſeqvuntur libri, ad *Landulphum Sagacem*, qvi ſeculo IX. *SECVLI VIII. Paulus Diaconus.*

 Lo-

(a) Anno 1664. (b) Francof. 1590. (c) Cizæ 1679. (d) Vide Voſſium *de Hiſt. Lat. l. 2. c. 30. p. 290.* & qvos laudat p. 293. *Leonem Oſtienſem, Petrum Diaconum, & Trithemium.*

Lotharii Aug. temporibus vixit, auctorem referuntur.

SECVLI. IX. Annal. Francor Scriptores.

§. XIII. Seculo potissimum IX. vixerunt varii illi *Annalium Francorum*, pleriqve anonymi scriptores, a Petro Pithœo, Iusto Reubero, Marqvardo Frehero & Andrea Duchesnio editi: utpote in qvibus nonnulla repereris ad Caroli Magni, ejusqve successorum in Imperio Occidentis historiam facientia. Adscribam de iisdem Hadriani Valesii judicium, ex *libro XXIV. Rerum Francicarum*: Multum *jejunis istis aridisqve scriptoribus debemus, qvod pro captu mediocritatis suæ, & ut illa ferebant tempora, Annales qvalescunqve composuerunt, & qvæ ex majoribus natu acceperant, utcunqve in epitomen coacta posteris velut per manus tradiderunt, nobisqve haud pauca memoratu digna reliqverunt, in qvibus suam qvisqve solertiam sagacitatemqve exerceremus, plerosqve Caroli principatus annos sine ulla mentione transmissuri, si nihil ipsi literis mandavissent.*

SECVLI X. VVitichindus.

§ XIV. Ex seculo X. hic commemorandus est *Witichindus*, qvem alii *Windichinum*, nonnulli *Winduchindum* vocant: (neqve enim diversi sunt scriptores, ut putavit Pantaleon, ab Irenico forte deceptus:) Corbejensis cœnobii in Saxonia Ord. Benedictini monachus, propter *libros tres Annalium*, in qvibus præcipue Henrici I. Aucupis, ac Ottonis I. gesta descripsit. (a) Primum

(a) Videantur de eo Sigebertus *de Script. Eccles. cap. 129.* & in *Chronico ad an. 973.* Adamus Bremensis *lib. 2. c. 6.* Trithemius *in Chron. Hirsaug.* ad an. 952. 954. in *Catalogo Scriptor. Ecclesiast.* & in *Viror. illustrium Germaniæ*, Vossius *de Hist. Lat. l. 2. c. 41. pag. 350.*

mum illi editi sunt Basileæ anno CIƆIƆXXII. apud Iohannem Hervagium: deinde anno CIƆIƆLII. cura *Martini Frechti*, ex concionatore Vlmensi Theologi Tubingensis: postea studio *Reineri Reineccii*, Francofurti anno CIƆIƆLXXVIII. Distractis vero exemplaribus novam editionem Francofurti anno CIƆIƆCXXI. procuravit *Henricus Meibomius*, Senior, Notasqve elegantes, ac alia hujus generis scripta addidit: qvæ demum una cum ipso Witichindo in *Tomum I. Rerum Germanicarum* retulit *Henricus Meibomius*, Iunior.

§. XV. Seculo XI. floruit *Ditmarus*, Sigfridi Saxonici Comitis filius, anno IƆCCCCLXXVI natus, qvi primum monachus fuit cœnobii S Iohannis Magdeburgi sub Ridago Abbate, hinc Præpositus Walbeccensis per septennium, ac tandem Mersburgensis Episcopus. Omnium ille primus est, qvi ex Germaniæ Optimatibus Historiæ patriæ scribendæ manum admovit. Nimirum habemus *Chronicorum* ejus *libros VII* qvibus complectitur gesta Henrici I. Ottonum I. II. III. & Henrici II. & in hujus qvidem rebus, utpote quibus partem interfuit, diffusus est. Neqve tamen omnia Henrici II. in Ditmaro habemus: qvippe qvi anno CIƆXVIII. atqve adeo sexennio ante Henricum obiit. Vitam Ditmari ex codice ms. *Chronici* cujusdam *Antistitum Mersburgensium* edidit Reinerus Reineccius: qvi & ipse editioni suæ Francofurtensi anno CIƆIƆLXXX. junxit *Expositionem de Ditmari vita, & maternæ stirpis familia*, e Chronico ipsius contextam. Vltima Ditmari editio est Maderiana Helmstadi- *SECVLI XI. Ditmarus Mersb.*

ſtadienſis anni CIƆIƆCLXVII. Ipſum Ditmari avtographum, in qvo tamen ab initio aliqvot folia reſecta ſunt, habetur in archivo Dresdenſi, mihiqve anno ·LXXVI. commonſtravit Vir Ampliſſimus, *Antonius Weckius*, Electoralis Secretarius. Cum hoc collatum exemplar poſſidet *Henricus Meibomius Junior:* qvo utinam uſus fuiſſet B. Maderus. Multa enim ſuperant in hoc ſcriptore lucis indiga.

SECVLI XIV.
Theod. Metochita.

§. XVI. Ex ſeculo XIV. huc revocavero *Theodorum Metochitam*, qvem Andronicus Palæologus I. magnum Logothetam creavit, poſtea autem junior Andronicus Didymotichum (maritimum Bithyniæ eſt oppidum) relegavit. (a) Scripſit is *Compendium Hiſtoriæ Romanæ*, ab Iulio Cæſare usqve ad Conſtantinum Magnum: qvod Lugduni Batavorum anno CIƆIƆCXVIII. cum interpretatione ac Notis ſuis edidit *Iohannes Meurſius*. Sed non aliam eſſe hanc Hiſtoriam, qvam Glycæ *Annalium librum III.* demonſtrat Theophilus Raynaudus *de bonis & malis libris:* (b) cui proinde vapulat *Meurſius*. Eodem ſeculo *Benevenutus de Rambaldis*, Imolenſis, Orator, Poeta, & Hiſtoriographus Cæſareus, *de Vitis Cæſarum* libellum compoſuit, qvi dicitur *Auguſtalis*, ac deſinit in Wenceslao Imp. Caroli IV. filio. (c) Argentorati prodiit anno CIƆIƆV. ac cum Petrarchæ Operibus etiam conjungitur. Eundem cum *ſupplemento Æneæ Sylvii* usqve

Benev. de Rambaldis.

(a) Vid. Voſſius *de Hiſt. Gr lib. 2. c. 29. p 368.* (b) pag. 156. (c) Vid. Geſnerus in *Biblioth.* pag. 143 Voſſius *de Hiſt. Lat. l. 3. c. 3. p. 538.* Dieſſenbachius in *Diſſertat. de morte Henrici VII, ſect. 1. §. 11. pag. 34.*

usqve ad Fridericum III. *Tomo II. Rerum Germanicarum* repræsentat Marqvardus Freherus. Ejusdem seculi anno LXXIV. vivere desiit, *Franciscus Petrarcha*, patria Aretinus, origine Florentinus; (a) cujus habemus *Vitas Imperatorum & Romanorum Pontificum*, sed Italice scriptas. (b) *Franc. Petrarcha.*

§. XVII. Seculo XV. *Æneas Sylvius*, Piccolominæus, patria Senensis, postea, cum ad Pontificium solium evectus esset, *Pius II.* dictus, in *Cosmographia* sua (c) etiam de Cæsaribus agit. Idem, sed dedita opera, facit *Iulius Pomponius Lætus* in Historiæ Romanæ Compendio: qvod a Balbino & Pupieno an. C. CCXXXVII. incipit, & in Imp. Constante, Heraclii nepote, qvi anno C. IↃCLXVIII. in Sicilia, in balneo necatus est, desinit. (d) Etiam *Bernardinus Corius*, Mediolanensis, qvi anno CIↃCCCCXCIX. decessit, Imperatorum Vitas ab Iulio Cæsare usqve ad Fridericum I. edidit. (e) *SECVLI XV. Æn. Sylvius. Iul. Pomp. Lætus. Bern. Corius.*

§. XVIII. Superiori seculo ineunte, *Iohannes Stella*, sacerdos Venetus libellum *de Imperatoribus Romanis* composuit, qvem perinde ac Rambaldus, *Augustalem* nominavit. (f) Nec indigna lectu est *Iacobi Wimphelingii* Epitome *Imperatorum ac rerum in* Ger- *SECVLI XVI. Ioh. Stella. Iac. Wimphelingius.*

(a) Vitam Petrarchæ scripserunt *Xicco Polentonus*, *Hieronymus Sqvarzaficus*, *Iacobus Philippus Tomasinus*, & *Andreas Schroderen*: ac confer Vossium *de Hist. Lat. l 3. c. 1. p. 524.* & *de Poet. Lat. cap. 7. p. 77.* Hankium *de Script. Rer. Rom. lib. 1. part. 1. cap. 42. pag. 192 seqq.* & *lib. 2. part 2. c. 42 pag 331.*
(b) Florentiæ ed. 1478. & ibid. recusa 1625. Venet. 1507.
(c) Qvæ in Operibus *Sylvii* edita. (d) Prodiit *Venet.* 1499. & *Tomo II. Hist. Rom. Scriptor.* Sylburgii, Francofurti 1588.
(e) Voss. *de Hist. Lat. l. 3. c. 8 p. 617.* (f) Venet. ed. 1503.

Germania gestarum: (a) qvippe censente Thoma Wolfio, Iuniore, Argentoratensi, *labore multo, fideqve tanta scripta, qvasi fides ipsa dictimasset.* Neqve sua laude fraudanda est *Henrici Bebelii,* Iustingensis Svevi *Apologia pro Imperatorum Germanicorum dignitate,* contra Leonardum Iustinianum Venetum, illorum & nominis & coronationis honori detrahentem. (b) Albertus qvoqve Krantzius, in *Saxonia* sua, brevem primo omnium Imperatorum Romanorum historiam, ac eandem a temporibus Carolinis paulo fusius repetiit. At singulariter *Cæsarum historiam libris III.* signavit a C. Cæsare usqve ad Maximilianum I. *Iohannes Baptista Egnatius,* sacerdos Venetus, & in patria bonarum literarum Professor, qvi adhuc in vivis fuit an. CIϽIϽXLIII. & ad magnam senectutem pervenit. (c) Integrum autem *de Cæsaribus & Imperatoribus Romanis* opus composuit *Iohannes Cuspinianus,* Sveinfurtensis, Poeta, Medicus & Orator Maximiliani Augusti: cujus vitam scripsit *Nicolaus Gerbelius,* IC. qvæ cum *Cæsaribus* Cuspiniani conjungitur. In hoc autem Opere res gestas, cum Occidentis, tum Orientis Imperatorum, Latinorum, Græcorum, Germanicorum, Turcicorum, describit; a Iulii Cæsaris ortu incipiendo, & in Maximiliani I. excessu, an. CIϽIϽXIX. finiendo. (d) *Onuphrius Panvinius,* Veronensis, Eremita Au-

Hin. Bebelius.

Alb. Krantzius.

Io. Bapt. Egnatius.

Ioh Cuspinianus.

On. Panvinius.

(a) Basil. 1532. Hanov. 1594. & apud Schardium *Scriptor. Rer. Germ. Tom. I.* (b) Scripta est an. 1508. & postea in Schardii *Tom. I.* & Goldasti *Politica Imperialia* relata. (c) Voss. *de Hist. Lat. l. 3. c. 12. p. 698.* (d) Prodiit Argentor. 1540. & cum *Wolfg. Hungeri* annotat. Francofurti 1601. Confer Hanckium *de Script. Rer. Rom. l. 2. part. 1. c. 36. pag. 128.*

Augustinianus *Romanorum Principum libros IV.* composuit; qvibus non modo Occidentis, tum etiam Orientis Imperatorum, sed etiam Gothorum, Longobardorum, Francorum, Siculorum, Mediolanensium res exponit. *(a)* *Hardewigus a Dassel*, Patritius Luneburgensis, *Panegyricos tres* conscripsit, *continentes Vitas & Res gestas trium Invictiss. Impp.* Constantini, Caroli & Ottonis, *qvibus ob res laudabiliter gestas* Magni *nomen inditum est.* (b) Ejusdem habemus *Imperatorum ac Cæsarum Romanorum ex Archiducum Austriæ familia oriundorum breves & accuratas descriptiones.* (c) Franciscus *Hotomannus*, ICtus magni nominis, qvi anno CIↃIↃXC. XII. Febr. obiit, conscripsit *Cæsarum Indicem a Iulio ad Iustinianum I.* qvi Ejusdem *Consolationi*, qva res totius veteris Ecclesiæ notabiles ex Bibliis in certa capita redegit, junctus prodiit Hanoviæ an. CIↃIↃCXIII. *(d)* *Hard. a Dassel.* *Franc. Hotomannus.*

§. XIX. Ex præsenti demum seculo succurrunt seqventes scriptores: *Christophorus Sturcius*, Livonus, I. V. D. & Prof. Rostochiensis, anno CIↃIↃCII. XIII. Aprilis demortuus: cujus exstat liber *de Imperio Germanorum: in qvo Vitæ Impp. consilia varia, consiliorumque eventus & rationes politicæ explicantur.* (e) *Hermannus Witekindus*, Radensis Westphalus. Rector Scholæ Rigensis, post Gr. L. & Math. Prof. Heidelb. *Christ. Sturcius.* *Herm. Witekindus.*

 qvi

(a) Prodierunt Basileæ 1558. & in Gruteri *Chronico Chronicorum Politico.* Confer Hankium *lib. 2. part. 2. c. 59. pag. 361.* (b) An. 1589. Oratio *de Carolo M.* antea excusa est Augustæ 1583. (c) Hamb. 1590. (d) Vid. Hankius *l. 2. part. 2. cap. 72. pag. 385. 386.* (e) Rostoch. 1600.

qvi an. CIƆIƆCIII. VII. Febr. obiit, Latinitate donavit *Vitas Cæsarum, prout apud* Suidam Lexicographum

Henr. Ratel. *reperiuntur.* *Henricus Rätel*, senior: qvi *Constantini, Caroli, & Ottonis Magnorum* Vitas, ac gesta ex optimis scriptoribus Germanice complexus est. (a)

Aug. Brunnius. *Augustinus Brunnius*, Annæmontanus, Pastor Ecclesiæ Iesingensis prope Tubingam: qvi conscripsit *libellum synopticum, de Imperatorum, Regum, Electorum & Principum annis natalibus, nuptialibus & emortualibus*, ab an. CIƆIƆ. usq; ad an. CIƆIƆC. (b)

Balth. Mencius. *Balthas. Mencius*, Niemeccanus, Prof. P. Wittebergensis: qvi *Enchiridion Romanorum Cæsarum* edidit *a Carolo M. usq; ad Rudolphum II.* (c) *Christophorus Varsevicius*, Masovia-Polonus: cujus huc referas *Speculum analogiæ vitarum parallelarum aliqvot Magnatum, hoc est, Cæsarum, Regum, & maximorum Principum.* (d)

Dion. Gothofredus. *Dionysius Gothofredus*, Parisiensis, ICtus, ac primo Prof. Genevensis, post Parlamenti patrii Consiliarius extraordinarius, tum Argentoratensis, ac demum Heidelbergensis Prof. qvi anno CIƆIƆCXXII. VII. Sept. vivere desiit. Hujus Historiæ antiqvæ pars altera agit *de Imperatoribus Romanis*, & liber qvidem IV. *a Iulio Cæsare ad divisum Imperium, sub Constantino Irenes, & Carolo M.* liber V. *ab hoc Constantino ad Constantinum ultimum, & captam a Turcis Constantinopolin:* liber VI. *a Carolo M. ad Rudolphum II.* Hoc autem opus concinnatum est ex integris verbis *Epitomatoris Livii, Flori, Sexti Rufi,*

(a) Gorlicii 1603. (b) Francof. 1608. (c) VVitteberg. 1601. (d) Francof. 1604. & 1608. De ipso Varsevicio legendus Staravolscius *de C. Scriptor. Polon. n. 92. pag. 121.*

Rufi, Eutropii, Ausonii, Sexti Aur. Victoris, Cassiodori, Pauli Diaconi, Suidæ, Pomp. Læti, Volaterrani, & *Egnatii.* (a) Continuavit postea hanc operam ad nostra usqve tempora, & cum titulo *Historiæ Universalis* edidit *Magnus Hesenthalerus*, Prof. Tubingensis. *Franciscus Pona*, ICtus Veronensis, & Prof. Patavinus *de XII. Cæsaribus Romanis* Tractatum edidit. (b) *Ioh. Petrus Lotichius*, Hanoviensis, celebris Poeta & Medicus, qvi anno CIↃIↃCLII. decessit, reliqvit *Impp. Romanorum a Iulio Cæsare usq. ad Ferdinandum II. Vitas & res gestas.* (c) Henricus *Thomas Chifletius*: cujus habemus *Seriem Chronologicam a Iulio Cæsare ad Ferdinandum III.* (d) *Iohannes Conradus Dietericus*, Prof. Giessensis, scripsit *Historiam Imperatorum Augusti, Tiberii, Caligulæ, Claudii & Neronis*: (e) item: Impp. ex familia Saxonica, *Henrici I. Ottonis I. II. III. & Henrici II.* (f) Sic & *Christianus Caldenbachius*, Prof. Tubingensis, eorundem Impp. Saxonicorum vitas, sed paulo concisius pertractavit in *Pentade Impp. Romano-Saxonum.* (g) *Sigismundus a Birken*, Comes Palatinus Cæsareus qvi Norimbergæ an. CIↃIↃCLXXXI. XII. Iunii obdormivit, in *Speculo Honoris Austriaco* Germanice edito (h) Historiam Regum ac Imperatorum ex Domo Austriaca oriundorum summa cum cura perscripsit. *Simon Bornmeisterus*, Poeta Laureatus, primum Scholæ ad S. Spiritum, post ad S. Sebaldum Norimbergæ Rector, qvi anno exeunte LXXXVIII. vita excesfit, in *Intro-*

Franc. Pona

Io. P. Lotichius.

Henr. Thomas Chifletius.

Ioh. Conr. Dietericus.

Christ. Caldenbachius.

Sigism. a Birken.

Simon Bornmeisterus.

(a) Prodiit Lugduni 1598. (b) Veronæ 1641. Vid. Hallervordii. *Bibl. Cur. p. 88.* (c) Hanov. 1622. (d) Antverp. 1656. (e) *Giessæ* 1666. (f) *Ibid.* eod. anno (g) *Tubingæ* 1675. (h) Norimbergæ 1668.

ductione ad Historiam universalem Monarchicam (a) de Imperatoribus fere singulis per qvæstiones & responsiones agit. *Iohannes Lehmannus* Theatrum *Historicum* composuit, *in qvo omnes ex ordine Heroes qvatuor summorum Imperiorum usq. ad hodiernum Imp. Leopoldum per Exercitationes Academicas concinna brevitate exhibentur.* (b) *Iohannes Palatius*, I.V.D. in Veneto Lyceo publico Prof. & Venetorum plebanus, tribus distinctis voluminibus emisit *Aqvilam inter lilia: Aqvilam Saxonicam*, & *Aqvilam Sanctam*, sive *Bavaricam*: qvorum primo, *Francorum Cæsarum a Carolo M. usqve ad Conradum I.* altero, *Impp. Saxonum ab Henrico Aucupe usqve ad Henricum Sanctum*: tertio, *seqventium aliqvot Impp.* historiam, *elogiis, hieroglyphicis, numismatibus, symbolis, imaginibus*, majori tamen (ni fallor) cum pompa, qvam usu illustravit. (c) *Iohannes Iustus Winckelmannus*; cujus *Cæsareologia*, seu *qvartæ Monarchiæ Descriptio a C. Iulio Cæsare ad Imp. Leopoldum*, aliqvoties prodiit. (d) *Iohannes Christophorus Wagenseil*, I.V.D. Iuris publ. ac Lingvarum Oriental. Prof. Altorfinus summe celebris: qvi *Disputationes* elegantissimas habuit, ediditqve, *exhibentes Catalogum Impp. Francicorum*: item, *qvi post Francicos ad Interregnum usqve Imperio Germanico præfuerunt.* (e)

Ioh. Lehmannus.

Ioh. Palatius.

Iohan. Iustus Winkelmannus.

Iohan. Christ. Wagenseil.

Scriptores qvi Historiam Impp. ex Nu-

§. XX. Qvoniam autem scriptores illi, qvi in Numismatibus Imperatorum Romanorum illustrandis

(a) Norimb. 1669. (b) Witteb. 1670. (c) *Primum* opus 1671. *alterum* 1673. *tertium* an. 1674. Venetiis prodiere. (d) Lipf. 1666. 1670. (e) Altdorphi 1675. 1676.

dis fuere occupati, interdum etiam nonnulla ad Historiam Ecclesiasticam pertinentia explicuerunt, eorum etiam notitiam hoc loco inculcabimus. Ceterum *Nummorum Veterum in illustranda Imperatorum Romanorum historia usum*, publico Programmate, *Historiarum & Antiqvitatis Cultoribus* ostendit Vir etiam in hoc nummario studio excellens, *Henricus Meibomius, Junior.* (a) Elegantiæ hujus excolendæ principem fuisse *Iacobum Sadoletum*, Cardinalem, in *Illustrium Imaginibus*, Leoni X. Pontifici Rom. inscriptis (suppresso tamen nomine, qvamvis suum præmittere non dubitarit *Andreas Fulvius*) Carolus Patinus in *Historia Numismatum cap.* XXIV. observavit Eum secutus *Iohannes Hutichius*, Moguntinus, in *Imperatorum Rom. libello una cum imaginibus ad vivam effigiem expressis.* (b) In hoc enim non tantum Impp. Occidentis & Orientis, Latinorum, Græcorum & Germanorum vitas describit, sed & eorum imagines, qvales in nummis reperiuntur, exhibet. Imagines tamen *Fulvii* describendo, etiam errores studiose consectatum, iterum monet Patinus *d. l.* Orditur a Iulio Cæsare, finit in Carolo V. (c) Porro *Iacobus Strada*, Mantuanus edidit *Epitomen Thesauri Antiqvitatum*, hoc est, *Imperatorum Romanorum, Orientalium & Occidentalium, Iconum ex antiqvis Numismatibus fidelissime delineatarum.*

mismatibus illustrarunt.

Iac. Sadoletus.

Iohan. Hutichius.

Iac. Strada.

(a) Helmst. 1684. (b) Ed. Argent. 1525. & *Ioh. Sambuci* cura auctior ibidem 1552. item Lugduni 1550. & 1554. (c) Vid. Hankius *de Script. Rer. Rom. l. 2. part. 1. c. 18. p. 133.*

rum.(a) Librum hunc, ſed Gallice a *Ioh. Loveau*, Aurelianenſi verſum, idem cum iisdem imaginibus edidit *Strada.* (b) Succedit *Æneas Vicus*, Parmenſis, qvi ab adoleſcentia cognoſcendis, maxime qvales in nummis reperiuntur, antiqvitatibus ætatem conſecravit. Ob id duodecim annos intra Italiam, & extra eam, inqvirendis nummis impendit: qvorum obviorum figuras ſua manu depinxit, atqve tabulis æneis inſculpſit. Hinc ingens de Romanis nummis opus in XXIII. libros diviſum elaboravit: ſed qvorum non niſi primus in lucem ab ipſo auctore (ut puto) editus. Nam ne reliqvos perficeret, ſubitanea mors prohibuit: ſiqvidem repente concidit, cum Duci Ferrarienſi nummos qvosdam monſtraret. (c) Is autem liber continet I. C. *Iulii Cæſaris vitam*: II. *Tabulas VIII. in qvibus nummorum partim a Cæſare, partim ab aliis, in memoriam Cæſaris cuſorum, figuræ conſpiciuntur.* III. *Commentarium, qvo figuræ nummorum explicantur.* Prodiit Venetiis CIϽIϽLX. Atqve ita Martinus Hankius *de Romanarum Rerum Scriptoribus. lib. II. parte I. cap. XXVI.* Verum Patinus vetuſtiorem editionem laudat Venetam anni CIϽIϽLIV. Præterea habemus ejus *Auguſtarum Imagines*, cum illarum vitis. Qvod opuſculum incipit a Marcia, Iulii Cæſaris avia; finit in Domitia, Domitiani Cæſaris uxore. Latinum ex Ita-

Æn. Vicus.

(a) *Lugduni* 1553. *Romæ* 1557. *Tiguri* 1558. ed. *Andr. Geſnero.* Philippus Labbeus in *Bibliotheca Nummaria p. 259.* inter ipſum *Theſaurum & Epitomen* ejus diſtingvit, ac iſtum 1558. *Lugd.* prodiiſſe, perhibet. Iudicium de hoc libro vide apud Patinum *cap. 24. p. 184.* (b) Integrum titulum Gallicanum affert *Labbeus* d. l. (c) Patinus *in Hiſt. Numiſm. cap. 24. pag. 189.*

Italico fecit *Natalis Comes*: (a) Reliqva librorum Æneæ Vici ad Imperatorum Historiam, a Iulio Cæsare, usqve ad Lucium Verum, a *Iacobo Franco*, Chalcographo Veneto, Venetiis edita sunt anno CIↃIↃCI. ac porro (perinde ac liber I. de C. Iulio Cæsare) a *Ioh. Baptista Duvallio*, Ling. Oriental. interprete Parisiensi restituta sunt. (b) Vico jungimus *Antonium Zantanum*, Comitem & Eqvitem Italum, qvi *primorum XII. Cæsarum imagines, ex antiqvis Numismatibus desumptas, addita perbrevi cujusqve Vitæ descriptione, ac diligenti eorum, qvæ reperiri potuerunt, Numismatum aversæ partis delineatione*, uno volumine complexus est. Prodiit altera vice multis nummorum figuris auctius, *Ænea Vico* sculptore (cui ob id a Patino, aliisqve tribuitur) anno CIↃIↃLIV. (c) *Constantius* (Constantinum vocat Patinus) *Landus*, patria Placentinus, Complani Comes, Alciati, Panciroli aliorumqve doctissimorum virorum consvetudine non mediocrem antiqvitatis notitiam sibi comparavit, *Veterumqve Numismatum Romanorum Miscellaneas Explicationes* vulgavit. In eo commentario nummos, qvorum tamen figuras non addidit, Romanos (in qvibus etiam aliqvot exteros, Lysimachi Thracum, & Antiochi Soteris, Syrorum Regis, exhibet) Augustos a Iulio Cæsare, ad Iustinianum I. non ordine

Ant. Zantanus.

Const. Landus.

(a) Venet ed. 1556. ut habet *Patinus*: sive 1558. ut *Hankius*. Burchardus Gotthelfius Struvius in *Bibliotheca Numismatum cap* 1. §. 38. scribit etiam Latine prodiisse, an. 1619. cura *Ioh. Bapt. du Vall.* (b) Paris. 1629. (c) Vid. Hankius *lib. II. part* 1. c. 23. p. 137. Patinus in *Vico* laudat edit. *Venetam* anni 1553. & Labbeus ac Hallervordius tertiam edit. *Romanam* 1614.

qvidem temporis, sed qvem auctori commoditas svasit, locatos, describit. (a) Venetiis primum, de-

Hub. Goltzig. in Lugduni excusus est an. CIↃIↃLX. *Hubertus Goltzius*, Venlona Gelder, anno CIↃIↃXXVI. patre Rurgero Würtzburgensi, Venlonensium pictore natus, Marci & Gvidonis, Laurinorum fratrum nobilium, ac doctrina clarorum opera ac hortatu, an. CIↃIↃLVIII. antiqvitatum investigandarum gratia, Germaniam, Galliam ac Italiam summo cum fructu lustravit. Enimvero omnia omnium musea illi patuerunt, antiqvorumq; monumentorum armaria plusqvam nongenta & septuaginta. Senatus vero Romanus, advenam licet ac peregrinum, non solum in Capitolium admisit, sed & reliqvos Vrbis thesauros aperiendos curavit, ac civitate donavit. Tantam hinc nominis famam impetravit, ut eruditi totius Europæ viri ad illum explicanda mitterent, qvæ aliis abstrusa videbantur. Decessit Brugis anno CIↃIↃLXXXIII. XXIV. Martii. (b) Ex variis Viri operibus huc potissimum pertinent: *Icones Imperatorum Romanorum e priscis Numismatibus ad vivum delineatæ, & brevi Historica narratione illustratæ*, a Iulio Cæsare, usqve ad Ferdinandi I. annum secundum, CHRISTI vero CIↃIↃLVII. aliqvoties editæ, (c) & in Hispanicam, Gallicam & Germanicam lingvas versæ. (d) Ejusdem

(a) Hankius d. l. c. 24. p. 138. f. (b) Melch. Adamus in *Vitis Philosophor.* Val. Andreas in *Bibl. Belg. p. 390.* Hankius *de Script. Rer. Rom. l. i. part. i. c. 67. p. 239.* (c) Antverp. edit. an. 1557. *Patinus* Brugensem an. 1558. laudat. (d) Labb. *in Bibl. Num- mar.* p. 255. & Patinus p. 194.

dem Goltzii *Thesaurus rei antiqvariæ uberrimus* ex antiqvis tam Numismatum, qvam marmorum inscriptionibus conqvisitus, & in locos communes distributus, bis prodiit Antverpiæ. (a) Omnia autem Goltzii *Opera Numismatica* ad Romanæ & Græcæ antiqvitatis illustrationem spectantia, exceptis *Fastis*, ac *Thesauro*, Tomis III. Antverpiæ edidit Balthasar Moretus anno CIↃIↃCXLIV. & seqventi. (b) Deniqve omnia Goltzii opera *VI. Tomis* conjunctim prodierunt Antverpiæ anno CIↃIↃCLX. (c) *Martinus Rota*, XXIV. Mart. Rota.
Romanorum Impp. *effigies, a C. Iulio Cæsare ad Alexandrum* Severum ex antiqvis marmoribus & Numismatis desumptas excudi fecit Venetiis anno CIↃIↃLXX. (d) *Thomæ Treteri*, Posnaniensis Poloni *Impp.* Th. Treterus.
Romanor. effigies a C. Iul. Cæsare ad Rudolphum II. Romæ prodierunt, cura *Ioh. Bapt. de Cavalleriis.* (e)

§. XXI. Et ut ad præsens seculum accedamus, anno ejus qvinto, Augustæ Vindelicorum octogenarius senex decessit, *Adolphus Occo*, Medicus, Adolpho- Adolph. Occo.
rum, Medicorum Augustanorum, filius & nepos, ex antiqva Occonum Frisiorum familia oriundus. (f) Hic *Imperatorum Romanorum Numismata a Pompejo M. ad Heraclium* accurate descripsit, inspersis subinde doctissimis commentariis. Prodiit hic utilissimus liber primum Antverpiæ anno CIↃIↃLXXIX. absqve tamen

(a) Primum 1579 post 1618. studio *Ioh. Bisi.* Labb. p. 256. (b) Titulum singulorum voll. affert Labbeus *d. l.* (c) Struvius in *Bibl. Numism.* p. 30. (d) Labb. p. 270. Konigius in *Bibl.* p. 703. (e) Anno 1583 & 1590. (f) Vid. Melch. Adamus in *Vitis Med. Germ.* Hanlijus *De Script. Rer. Rom. l. 1. part. 1. c. 78. p. 262.*

men figuris: ſed poſtea multis nummorum millibus locupletatus, Auguſtæ anno CIↃIↃCI. Idem *Iconibus, perpetuis Hiſtorico-Chronologicis Notis, pluribusqve additamentis illuſtratus fuit atqve auctus*, ſtudio & cura *Franciſci Mediobarbi Biragi*, S. Rom. Imp. Comitis, & Regiæ civitatis Papiæ Decurionis: Mediolani anno CIↃIↃCLXXXIII. (a) *Lævinus Hulſius*, Gandavenſis, Notarius Imperialis, Geographus & Mathematicus edidit XII *primorum Cæſarum & LXIII. ipſorum Parentum & uxorum Numiſmata*: (b) qvæ poſtea auctiora *a C. Iulio Cæſare ad Rudolphum usqve II.* prodiere. (c) *Hieronymus Megiſerus*, Stutgardienſis, Comes Palatinus Cæſareus, Archiducum atqve Ordinum Auſtriæ Hiſtoriographus, anno CIↃIↃCXIX. Lintzii demortuus, conſtruxit *Theatrum Hiſtorico-Poeticum, qvo omnium & ſingulorum Rom. Impp. cum Icones ex antiqvis Numiſmatibus expreſſæ, tum vitæ deſcribuntur, cum Elogiis ex optimis qvibusqve Poetis collectis.* (d) *Iacobus Biæus*, vulgo *de Bie*, Antverpiæ anno CIↃIↃLXXXI. natus, rei antiqvariæ, præſertim in Numiſmatibus, ſcrutator aſſiduus, ac ſculptor inſignis, (e) *Numiſmata* primum *aurea Impp. Roman. a C. Iulio Cæſare ad Heraclium* edidit cum Commentariis *Ioh. Hemelarii*, Hagienſis Batavi, Canonici cathedralis Eccleſiæ Antverpiæ, qvi Romæ toto ſexennio in familia Card. Cæſii vixit. (f) Sunt

Læv. Hulſius.

Hier. Megiſerus.

Iac. Biæus.

Ioh. Hemelarius.

(a) De hac editione vid. *Acta Erud. Lipſ. an. 1684. m. Majo p. 199. ſeqq.* (b) *Spiræ* 1590. Francof. 1597. (c) Francof. 1603. & 1605. Vid. Val. Andr. *in Bibl. Belg. p.* 608. & Patinus p. 202. (d) Lentiis ad Iſtrum 1616. Auguſtæ 1617. (e) Val. Andreas *in Bibl. Belg. p.* 401. Hankius *de Scriptor. Rer. Rom. l. 2. part. 1. cap.* 43. *p.* 173. (f) Val. Andreas d. l. p. 514.

Sunt autem ea Numiſmata, qvæ Carolus Croyus, Dux Arſchottanus collegerat. Poſtea prodierunt adjunctis Antonii Auguſtini *XII. Dialogis*, ſed absqve interpretatione, cum hoc titulo: *Numiſmata Imperatorum Romanorum Aurea, Argentea, Ærea, a C. Iulio Cæſare usqve ad Valentinianum Aug. opera* Iacobi Biæi, Antverpiani, æri graphice inciſa. (a) Demum cum inſigni Auctario, & docti cujusdam viri [is erat *Caſpar. Gevartius*] Commentario ſunt edita. (b) In eundem exſtant *Alberti Rubenii* Commentaria. (c) *Octavius de Strada*, Iacobi filius, antiqvitatis ſtudio non minus celebris, qvam Imperatoribus, qvorum cimeliarchiis præerat, gratus (d) hanc literarum partem exornavit libro, qvem inſcripſit: *De Vitis Impp. & Cæſarum Rom. tam Occidentalium, quam Orientalium: nec non Uxorum & Liberorum eorum, item Tyrannorum &c. a C. Iulio Cæſare ad Matthiam Auſtriacum. Opus novum ac longe præclariſſimum, olim incredibili labore, ſumptu magno, peregrinationibus multis iisqve periculoſis*, Octavii de Strada, *a Rosberg, Civis Romani, & S. C. M. Rudolphi ſacratisſimi memoriæ Nobilis Aulici, & Antiqvarii.* (e) Hujus alteri editioni (f) acceſſerunt *Hiſtoria & ſeries belli Bohemico-Germanici, & Genealogia Ducum, Archiducum, Regum & Imperatorum ex illuſtrisſima familia* Oct. de Strada.

 Auſtria-

(a) Antverp. 1615. (1614. apud Val. Andream) 1627. In prima editione *Hemelarii* nomen eſt omiſſum: idqve, ut ex Andreæ *Bibl. Belg.* patet, ex ſtipulatione Biæi. (b) Ibid. 1654. Conf. r. Patinum p. 205 (c) Struvius p. 45 (d) Qvod elogium ei tribuit Patinus p. 204. (e) Francofurti 1615. & *Germanice* ibid. 1618. (f) *Francofurtenſi* an. 1629.

Franc Sweertius. *Austriaca prognatorum.* Franciscus *Sweertius*, Francisci filius, Antverpianus an. CIↃIↃLXVII. natus, annoqve hujus seculi XXIX. Antverpiæ mortuus, (a) *XII. Cæsarum Icones* e Numismatibus expressas, & historica narratione illustratas, ex Analectis Andreæ Schotti vulgavit. (b) Nec prætereundus est, licet nunc operibus Goltzianis insertus sit, *Caspar*, sive,

Casp. Gevartius. ut vocari maluit, *Casperius Gevartius*, IC. Archigrammateus Antverpianus, Consiliarius Regius Hispanicus, & Historiographus Cæsareus: siqvidem Huberti Goltzii Operibus addidit *Imperatorum Romanorum seriem ab Alberto II. Augusto ad Ferdinandum III.* (c) Multa qvoqve ad Historiam Cæsaream

Ezech. Spanhemius. pertinentia affert Vir summus, *Ezechiel Spanhemius*, in aurea *de Præstantia & Usu Numismatum Dissertatione:* qvæ primum Romæ an. CIↃIↃCLXIV. post longe auctior & variis Numismatum iconibus locupletior

Car. Patinus. Amstelodami prodiit anno CIↃIↃCLXXI. (d) *Carolus Patinus*, Gvidonis filius, Parisiensis, Prof. Patavinus summe celebris, inter complura scripta ad rem nummariam pertinentia in lucem qvoqve dedit *Imperatorum Romanorum Numismata ex ære, mediæ & minimæ formæ, cum Commentariis*, magna eruditionis copia

Ioh. Vaillantius. refertis. (e) *Iohannes Vaillantius*, Bellovacensis, D. Medicus, & Regis Galliæ Antiqvarius, *duobus Tomis* (f) edidit Numismata *Imperatorum Romanorum præstantiora a C. Iulio Cæsare ad Posthumum & Tyrannos:* qvorum primus continet *æreos*, alter *aureos & argenteos*

(a) Val. Andreas in *Bibl. Belg. p. 243.* (b) Antverp. 1612. (c) Labbeus p. 256. Patinus p. 209. (d) Vid. Patinus p. 209. (e) Argent. 1671. (f) Paris. 1674.

genteos. (a) Idem porro exhibuit *Numiſmata ærea Imperatorum, Auguſtorum & Cæſarum, in coloniis, municipiis & urbibus Latio donatis, ex omni modulo percuſſa.* Qvo in opere Numiſmata ærea a C. Iulio Cæſare ad Commodum usqve, ſerie Chronologica; Coloniarum vero nummos, alphabetica explicat. Prima pars prodiit Pariſiis anno CIↃIↃCLXXXI. altera autem, qva ad Gallienum perrexit, ibidem anno LXXXVIII. (b) Deniqve Conſtantinopolitanorum Imperatorum Numiſmata illuſtrat *Carolus du Fresne*, in *Hiſtoriæ Byzantinæ Commentario priori:* qvippe qvi *familias ac ſtemmata Impp. cum eorundem Numiſmatibus & aliqvot iconibus* exhibet. (c) In ejusdem *Gloſſarii ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis* tomo II. *Numiſmatum Inſcriptiones in honorem Imperatorum Conſtantinopolitanorum* continentur. (d) *Car. du Freſne.*

(a) Vide Patinum *in Hiſt. Numiſm. p. 211.* (b) Vide *Actor. Lipſ. Suppl. Tom. I. p. 472.* (c) Pariſ. 1680. (d) Prodiit hoc opus Pariſ. 1678. Francof. 1681. & Lugd. 1688.

CAPVT XXIV.

DE SCRIPTORIBVS, QVI IN PARTICVLARI IMPERATORVM ROMAN. AC REGVM GERMANIÆ HISTORIA FVERE OCCVPATI.

§. I.

SVpra hos Scriptores, qvos proximo capite recenſuimus, in univerſa fere Cæſarum hiſtoria occupatos, complures habemus, qvi particulariter Imperatorum *De Scriptoribus Hiſt. Impp. particularis.*

torum

torum Romanorum ac Regum Germaniæ Hiſtoriam, ſive totam, ſive partem aliqvam, integris libris, aut diſſertationibus, diſputationibus, orationibus, epiſtolis, aliisqve ſcriptis illuſtrarunt. Et vero qvoniam in iis non raro obveniunt, qvæ lucem Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ fœnerentur, non ingratum, nec inutile (ceu puto) fuerit lectori, ſi eorum notitiam ſingulari opella tradidero.

AVGVSTI. §. II. Initium autem faciemus ab OCTAVIANO AVGVSTO, ſub qvo ſanctiſſimus Salvator noſter IESVS CHRISTVS natus eſt. De *Auguſti Cæſaris progenie* exſtat libellus ſub *M. Valerii Corvini*

Meſſala. *Meſſalæ* nomine: qvem primus in lucem protulit *Iacobus Bedrotus*, Pludentinus (a) Sed ſcriptorem eſſe ſuppoſititium, jampridem a doctis viris eſt oſtenſum. (b) Ejusdem Cæſaris inſtitutionem libro ſingu-

Nic. Damaſcenus. lari ſcripſit *Nicolaus Damaſcenus*, Herodis Iudæorum Regis ſcriba, & aliqvamdiu in Rhetoricis præceptor, ipſi Auguſto charus & perfamiliaris. (c) Ex eo *Excerpta* qvædam reperiuntur, nonnullorum Auguſti factorum morumqve juvenilium narrationem continentia, ab Henrico Valeſio cum reliqvis *Excerptis Peireſcianis* edita (d) *Vitam & res geſtas Auguſti Cæſaris* ex nummis & inſcriptionibus antiqvis operoſe

Hub. Goltzius expoſuit *Hubertus Goltzius*. (e) Examen *Chronologicum*

(a) Vid. Hankius *de Script. Rer. Rom. l.1. part. 1. c. 7. p. 51. 52* ubi & varias ejus editiones recenſet. (b) Et in his, a Barthio *Adverſar. l. 19. c. 14.* ad qvem provocat Voſſius *de Hiſt. Lat. l. 1. c. 18. p. 88.* item ab Andrea Schotto *libro de claris apud Senecam Rhetoribus.* (c) Vide Voſſium de *Hiſt. Græcis l. 2. c. 4. p. 177.* Hankium *l. 2. part. 1. c. 7. p. 37. ſeqq.* (d) *Pariſ.* 1634. (e) *Brugis* 1577.

rum Scaligeranæ sententiæ de Natali die Octaviani Augusti instituit *Fridericus Mullerus.* (a) Dissertationem *de Imperatorio Augusti titulo;* (b) & aliam, *An Cæsari Augusto qvidqvam de Nativitate CHRISTI innotuerit,* (c) scripsit *Ioh. Fridericus Köberus.* Orationem *de Principatu Augusti* habuit *Iohannus Gerhardus Arnoldi,* Rector Durlacensis. (d) *Regnatricis prudentiæ Augusti exemplum in novo Imperio qværendo, constituendo & augendo, Historica Exercitatione* exhibuit *Adamus Tribbechovius.* (e) Augustum *de successore sollicitum ad Taciti Annal. l. III.* stitit *M. Polycarpus Lyserus.* (f) Augusta *Cæsaris Octaviani Augusti, & Augusti Ducis Brunswic. & Luneburg.* inter se contulit *Ioachimus Hildebrandus,* Theol. Helmstadiensis, ac denique Cellensis. (g) *De Nummo Augusti, cujus Epigraphe,* Asia Recepta, inter *Albertum Rubenium,* & *Casperium Gevartium* disceptatum est: qvorum lucubrationes conjunctim prodiere. (h)

Frid. Mullerus. *I. Frid. Köberus.* *I. Gerh. Arnoldi.* *Ad. Tribechovius.* *Polyc. Lyserus.* *Ioach. Hildebrandus.* *Alb. Rubenius.* *Casp. Gevartius.*

§. III. De TIBERIO *Dissertationem* scripsit B. Noster *Iohannes Andreas Bosius.* (i) Singulari libro politico *Aulam Tiberii* pervestigavit *Cyriacus Lentulus.* (k) Comparationem *Tiberii & Cromwellii* instituit *Petrus Schultzius.* Tiberii *Numismata* vulgavit *Hubertus Goltzius:* qvæ cum Cæsaris & Augusti Nummis doctissimis *Commentariis* illustravit *Ludovicus Nonnius,* Alvari, Medici Lusitani filius, Medicus Antverpianus. (l) Exstat etiam *Iacobi le Roy,* L. Baronis S. Rom.

TIBERII *I. And. Bosius.* *Cyr. Lentulus.* *P. Schultzius.* *Hub. Goltzius.*

(a) *Giessæ 1664.* (b) *Geræ 1674.* (c) *Ibid. 1679.* (d) *Durlaci 1668.* (e) *Kilonii.* (f) *Lips. 1684.* (g) *Helmst. 1662.* (h) Vid. Struvius in *Biblioth. Numism. p. 54.* (i) *Ienæ 1661.* (k) Herbornæ 1663. (l) Antverp. 1620. & 1644.

Imp. *Achates Tiberianus*, sive *Gemma Cæsarea, antiqvitate, argumento, arte, historia prorsus incomparabilis, D. Augusti apotheosin Imp. Cæs. Tiberii, Augustæqve Iuliæ Domus seriem & icones, gentesqve bello captas repræsentans, Notis historicis illustrata.* (a)

CALIGVLÆ. Philo.

§. IV. De CAII CALIGVLÆ *sceleribus & flagitiis librum scripsit* Philo Iudæus, *qvem per cavillationem* de Virtutibus *inscripsit: postmodum Claudio ad Imperium evecto, coram universo Senatu illum fertur recitasse. Qvi quidem tanta omnium admiratione exceptus est, ut ejus scripta digna deinceps judicata sint, qvæ in publicis Bibliothecis consecrarentur.* Eusebius *Hist. Eccles. l. II. cap. XVII.*

CLAVDII Seneca.

§. V. De CLAVDII Imp. morte agit *L. Annæus Seneca*, in libello Satyrico, Ἀποκολοκύνθωσις inscripto: qvi tempore Erasmi in Germania repertus est. (b)

NERONIS. Hier. Cardanus.

§. VI. Hieronymi Cardani *Encomium NERONIS*, qvo facta ejus describens, partim commendat, partim excusat, sæpius prodiit. (c) Nummos qvosdam Neronis intellectu difficiles a Carolo Patino in *Thesauro Numismatum* propositos illustrat

Ioh. Henr. Eggelingius.

Iohannes Henricus Eggelingius, Reip. Bremensi a secretis, Amicus meus singularis, *in de Numismatibus qvibusdam abstrusis Imp. Neronis Disqvisitione per Epistolas* inter Carolum Patinum & seipsum. (d) §. VII.

(a) Antverp. 1683. Vide *Acta Erudit. Lips. m. Iun. 1684. p. 255. seqq.* (b) Vid. Adagium Erasmi: *Aut Regem, aut fatuum nasci oportere:* De eodem libello vide Barthium *Adversar. l. 11. c. 22.* & *in Claudianum pag. 202.* Boxhornium *Qvæst. Rom. 15. p. 85.* & inprimis singularem Danielis Heinsii *Dissertationem*, Orationibus ejus subjunctam. (c) Editiones recensit Hankius *De Script. Rer. Rom. l. 2. part. 1. c. 30. p. 149.* (d) *Bremæ* 1681.

§. VII. *De Neronis Excessu, & GALBÆ Principatu*, Henrici Savilii, Eqvitis Angli, *libellus* ab *Isaaco Grutero* ex Anglico latine versus est. (a) *De Principatu Galbæ* Orationem scripsit, & habuit *Augustus Buchnerus*. (b) Historiam *Galbæ Imp.* Disputatione complexus est *M. Daniel Waltherus*, Regiom. Prussus. (c) Galbæ *Nummum Ægyptiacum* explicat Epistola *Nicolai Toinardi* ad Franciscum Dronium. (d) GALBÆ Henr. Savilius. Aug. Buchnerus. Daniel Waltherus. Nic. Toinardus.

§. VIII. De M. SALVII OTHONIS *Nummis æreis*, acris disceptatio fuit inter Eruditos: siqvidem *Henricus Thomas Chiffletius* adhuc dum juvenis, in *de Ottonibus æreis* docta Dissertatione (qvæ cum Claudii Chifletii *de antiqvo nummo* tractatu, & Nicolai Drackvvitzii *de Othone æreo falso*, ad Ferdinandum III. *Epistola* an. CIↃIↃCLV. scripta, seqventi anno prodiit Antverpiæ) nunqvam percussos esse negavit, omnes, qvos exstant, supposititios arguens. Sic *Antonius le Pois*, Medicus Lotharingus *Sambucum* sugillat, qvod Othonem æreum in lucem protraxerit, qvem nec ipse, nec Italorum antiqvariorum ullus viderit. (e) At enim Chifletius fortioribus argumentis, ac infallibili αὐτοψίᾳ motus, sententiam suam in *Epistola* ad Patinum scripta revocavit. (f) Porro *Ioh. Baptistæ Capponi*, Med. Prof Bononiensis *de Othone æreo* Commentarius Bononiæ an. CIↃIↃCLXIX. impressus, Patino teste OTHONIS Controversia de Othonibus æreis.

(a) *Amstelod.* 1649. (b) Qvæ primum separatim edita, post cum aliis ejus *Orationibus* recusa est. (c) *Ienæ* 1680. (d) *Paris* 1689. (e) Patinus *in Hist. Numism.* c. 21. p. 155. (f) Qvæ exstat inter Impp. Patini Numismata *sub Othone*. Ac ipse Patinus *in Hist. Numism. d. l.* scribit, se 26. *Othones æreos* vidisse.

teste (a) πολυμαθείᾳ & argumenti varietate præstans est. Qvæ *B. Bosius* in hac materie molitus fuit, (nam & ipse *Othonem areum* possedit: qvi una cum omnibus aliis antiqvis nummis Bosianis ad me pervenit) in Collectaneis substitere, nec unqvam (qvod putat Cl. Almelovius in *Bibliotheca promissa & latente*) integram de ea Dissertationem confecit. De *M. Salvii Othonis* Αὐτοχειρίᾳ *Dissertatione Historica* egit *M. Georgius Lütkens*, Hamburgensis. (b)

Georg. Lutkens.

FL. VESPASIANI

I. F. Köberus.

§. IX. Ad FLAVII VESPASIANI Historiam spectat *Ioh. Frid. Köberi* Dissertatiuncula *de Templo Pacis Vespasianeo.* (c)

TITI VESPASIANI

Matth. Berneggerus.

Egesippus.

Apoll. Collatius.

§. X. *Ex Vita* TITI FLAVII VESPASIANI *Speculum boni Principis* repræsentavit *Matthias Berneggerus.* (d) Huc etiam referas *Egesippum*, sive *Hegesippum*, utut supposititium, *de Excidio Hierosolymorum* scriptorem: (e) ut & *Petrum Apollonium Collatium*, Presbyterum Novariensem, qvi *de Excidio Hierosolymorum libros IV.* heroico carmine scripsit. (f) Laudatus etiam *Köberus* edidit Dissertationem *de Excidio Hierosolymitano, & Templo in specie Sacrosancto, qvatenus Gentibus innotuit.* (g)

I. F. Köberus.

§. XI. *De*

(a) *In Hist. Numism. c. 24. p. 210.* (b) *Lips.* 1685. (c) *Geræ* 1680. (d) Argentor. 1625. (e) De qvo vide Gesnerum *in Biblioth. pag.* 300. Casaubonum *ad Svetonii Vespas. cap. 4.* Voss. *de Hist. Lat. l. 3. parte 2. p. 706.* Henr. Valesium *ad Euseb. l. 4. cap. 8.* Barthium *ad Claud. p. 204. & 545.* Labbeum *ad Bellarminum* Tomo I. p. 419. Olearium *in Abacop. 200.* (f) Paris. ed. 1516. & Antverp. *in Append. Poetar. Christianor. Bigneana.* ac *Tomo XII. Bibl. Patrum.* (g) Geræ 1654.

§. XI. *De* DOMITIANI *Nummo Isiaco*, ad Eliam Brackenhoferum elegantem Epistolam scripsit *Vlricus Obrechtus*. (a) *DOMITIANI* *Vlr. Obrechtg.*

§. XII. TRAIANI Imp. Historiæ dicatus est Cunradi Rittershusiii Ic. *Optimus Princeps Trajanus.* (b) Habentur in hoc Opusculo: *I. Nervæ & Trajani Impp. Vitæ ex libello de Cæsaribus* S. Aurelii Victoris, & *Epitome ejusdem:* Eutropii *Breviario Hist. Rom.* Eusebii & Hieronymi *Chronicis*: Paulo Orosio, Suida, I. B. Egnatio Veneto *lib. I. Rom. Principum: & Elogium* ex Ausonii *Cæsaribus.* II. Plinii *ad Trajanum Epistolæ, &* Trajani *ad Plinium Rescripta: inter qvæ eminet illud de Inqvisitione & suppliciis Christianorum.* III. Trajani *Rescripta alia ex Pandectis & Institutionibus in unum collecta locum.* IV. Cunr. Rittershusii *in hæc, & maxime in lib. X. Epist. Plinii Commentariolum.* V. Franc. Balduini *Commentar. in Consultationem Plinii & Rescriptum Trajani de Christianis.* Porro in Plinii *De Christianis Epistolam* commentati sunt *Gerhardus Iohannes Vossius*, & *Christianus Kortholtius.* De *Vita moribusqve Trajani* Orationem habuit *M. Zverius Boxbornius* cum Panegyricum Plinii huic Imp. dictum interpretaretur. (c) *Historiam utriusqve belli Dacici à Trajano Cæsare gesti, ex simulacris, qvæ in ejusdem columna Romæ visuntur,* luculenter exposuit *Alphonsus Ciaconius*, Ord. Præd (d) *TRAIANI* *Cunr. Rittershusius.* *Comment. in Plinii Epist. ad Trajanum de Christianis.* *M. Zv. Boxbornius.* *Alph. Ciaconius.*

(a) *Argentor.* 1677. (b) *Ambergæ* ed. 1608. (c) Qvæ recusa est cum *Plinii Panegyrico* Ioh. Frischmanni *Annotat. illustrato, Argentor.* 1635. (d) Romæ 1576. recus. 1673.

P. Galesinius. *Dedicationem Columnæ Trajani Cæs. Augusti* edidit *Petrus Galesinius*, Protonotarius Pontificius. (a) *Trajani Alexandrina duo Numismata* interpretatus est *Nicolaus Toinardus*. Fuerunt etiam olim monachi, qvi crediderunt animam Trajani precibus S. Gregorii ab infernis liberatam: unde *Alphonsus Ciaconius*, Apologiam composuit, *pro historia Trajani, qvem precibus S. Gregorii Magni Papæ ex inferno ajunt qvidam in cœlum ascendisse.* Contra *Bernardus Bruscus*, Veronensis scripsit *Redargutionem Historiæ de anima Trajani ex inferni suppliciis liberata.* Confer Gisbertum Voetium *Selectar. Dispp. parte V.* (b) Ioh. Meisnerum, & Christianum Kortholtium *de Persecutionibus primitivæ Ecclesiæ:* & ex ipsis Pontificiis Bellarminum *lib. II. de Purgatorio cap. VIII.* & Melchiorem Canum *lib. II. de Sanctis cap. II.*

Nic. Toinardus.

HADRIANI. Claud. Nicasius.

§. XIII. HADRIANI Imp. laudes celebravit *Claudius Nicasius* Divionensis, in Dissertat. *de Nummo Pantheo Hadriani:* in qva, *præter nonnulla de consecrationibus Veterum, illarumqve origine, peculiaris qvædam instituitur comparatio inter Hadrianum & Alexandrum Magnum, multaqve illis communia demonstrantur.* (c)

ANTONINI PII. Rob. Keuchenius.

§. XIV. *In Vitam* ANTONINI PII *Excursus Politicos* scripsit *Robertus Keuchenius.* (d) Singularem *Antonini Pii Nummum, in qvo judicium Paridis de tribus Deabus latum exprimitur*, docta *Epistola* explicuit Caro-

(a) Romæ 1587. (b) pag. 538. (c) Lugduni 1689. Vid. *Acta Erud. Lips. Suppl. Tom. I. sect. 7. pag 372.* (d) Amstelod. 1667.

Carolus Patinus. (a) Selectos *nummos Antoninianos, quorum primus anni novi auspicia, alter Commodum & Annium Verum exhibet*; eruditissime exposuit *Iohannes Petrus Bellorius*, Romanus. (b) *Car. Patinus.* *Ioh. P. Bellorig.*

§. XV. *De Vita sua* ipse libros XII. composuit MARCVS ANTONINVS, Imp. *Philosophus* vulgo dictus: Philosophum tamen agens magis, qvam Historicum; in qvibus multa arroganter jactat se fecisse, qvæ nemo unqvam potest præstare ex Philosophia Stoica. Hi libri *haud paucis repurgati, suppleti, restituti, versione insuper Latina nova, lectionibus item variis, locis parallelis ad marginem adjectis, & commentario perpetuo explicati atqve illustrati sunt*, studio operaqve *Thomæ Gatakeri*, Londinensis. (c) De hujus *Imp. Philosophia* Dissertationem scripsit *Iacobus Schallerus* Prof. Argentoratensis. De *M. Aurelii Antonini Nummo* (uti vocatur) *contuourniato*, ad χαριέστατον Archiatrum nostrum *Georgium Wolfgangum Wedelium*, superiori anno Epistolam scripsit *M. Ioh. Christoph. Olearius*, Hallensis, Ioh. Gotfridi filius. *Columna Antoniana M. Aur. Antonini, Aug. rebus gestis insignis, Germanis simul, & Sarmatis gemino bello devictis, ex Sc. Romæ in Antonini Foro ad viam Flaminiam erecta, utriusqve belli imaginibus anaglyphice insculpta, nunc primum a* Petro Sancti Bartolo, *juxta delineationes in Biblioth. Barberina asservatas, ab illo* cum antiqvis ipsius Columnæ signis collatas ære incisa, *M. ANTONINI Ipse Imp.* *Iac. Schallerus.* *I. Chr. Olearius.*

(a) Patavii 1679. Editionem an. 1683 laudat Struvius *in Bibl. Numism.* p. 58 (b) Romæ 1678. (c) *Cantabrig.* 1652. Confer Hankium *de Script. Rer. Rom. l. 1. part. 1. c. 19. p. 120. & part. 2. p. 291.*

Ioh. P. Bellorius. *Paul. Voetius.* sa, & in lucem edita cum Notis, Excerptis, & Declarationibus *Ioh. Petri Bellorii.* Huc etiam faciunt *Pauli Voetii* Notæ *ad Herodiani Marcum & Commodum Impp.*

COMMODI *Nic. Toinardus.* §. XVI. *De ætate* COMMODI *in nummis inscripta* commentatus est *Nicolaus Toinardus:* (a)

CARACALLÆ *Carolus Patinus.* *Gabr. Carola Patina.* §. XVII. ANTONINI CARACALLÆ *Nummum Iovis natalitia repræsentantem, Epistola* singulari illustravit *Carolus Patinus.* (b) De alio *Nummo Caracallæ,* in qvo Phœnix expressa, Epistolam emisit *Gabrielis Carola,* Caroli *Patini* eruditissima filia.(c)

PHILIPPI ARABIS *Christ. Kortholtius.* *Iohan. Georg. Neumann.* *J. Fr. Köberus.* *P. de la Faye* §. XVIII. *De* PHILIPPI ARABIS & ALEXANDRI *Mamææ*, item *Plinii Iunioris*, *& Annæi Senecæ Christianismo, Dissertatione Historica* egit *Christianus Kortholtius.* (d) De *Philippo Arabe, primo, ut videtur, Christianorum Imperatore* itidem *Dissertat. Historicam* conscripsit *M. Ioh. Georgius Neumann*, Beltiçio-Saxo. (e) Exstat etiam *Ioh. Frid. Köberi Dissertatiuncula de Philippo Arabe, utrum primus Christianus Imp. fuerit, an potius Constantinus Magnus.* (f) De eadem *Qvæstione* ante triennium *Dissertatio* prodiit *P. de la Faye.* (g)

DIOCLETIANI §. XIX. In DIOCLETIANI Historia multum occupatus est liber, qvi inscribitur: *Antonii Bembellonæ de Godenliis*, Tempestivum *Suscitabulum pro Principibus, sive Commentarius ad Edictum Diocletiani*

(a) *Paris.* 1690. (b) *Patav.* 1681. (c) *Venet.* 1685. (d) *Rostoch.* 1662. (e) *VVitteb* 1684. (f) *Geræ* 1680. (g) Basil. ed. 1690. Vide *Acta Erud. Lips. d. an. p.* 492.

tiani Imp. in Christianos, Cod. Hermog. de Maleficis & Mathematicis, pro Defensione Autonomiæ & Eunomiæ in Imperio Romano concessæ & statuta. (a) At verum libri auctorem esse, *Bartholomæum Goericum*, ex Limnæo annotavit Vincentius Placcius in *Catalogo Pseudonymorum*: (b) ac parum abest, qvin credam, eundem esse eum *Bartholomæo Charico*: de qvo fuse a nobis actum in Prolegomenis *ad Historiam Principum Anhaltinorum*. De *duobus Nummis Diocletiani & Licinii*, ex cimeliis Leopoldi Card. Medicei, *Dissertationem*, cum *Auctario Chronologico de Votis decennalibus Impp. ac Cæsarum*, edidit (c) *Franciscus Henricus Noris*, Veronensis, Augustinianus, Magni Hetruriæ Ducis Cosmi III. Theologus, & in Ecclesia Pisana Histor. Eccl. Prof. jamqve Custos Bibl. Vaticanæ. *Barth. Gotricus.* *Fr. Henr. Noris.*

§. XX. CONSTANTINI Magni *Vitam libris qvatuor* scripsit *Eusebius* Pamphili, Cæsariensium in Palæstina Episcopus: item Orationem *de Constantini Imp. laudibus*, in ejus Tricennalibus anno CHRISTI CCCXXXV. habitam. Qvæ qvidem in plerisqve Eusebii editionibus comparent. (d) Orationem *de Constantino Magno*, Wittebergæ anno CIↃIↃLXIX. habuit *D. Ioachimus a Beust.* (e) Iohannis *Christfriedi Sagittarii*, Patruelis mei, tum Historiar. in hac Salana Prof. *Disputatio Historica de Constantino Magno*, anno CIↃIↃCL. habita, reperitur in *Dissp.* ejus *CONSTANTINI M. Eusebius.* *Ioach. a Beust.* *Iohan. Christf. Sagittarius.*

(a) *Serbestæ* 1602. (b) pag. 162. (c) *Florent.* 1675. 4. Struvius citat edit. *Patav.* 1676. fol. (d) Vid. Hankius *de Byzantinar. Rerum Scriptor. Græcis parte I. cap. 1. p. 80. 87.* (e) Exstat. *Tomo 6. Oration. Wittebergensium.*

Ioh. P. Bellorius. sa, & in lucem edita cum Notis, Excerptis, & Declarationibus *Ioh. Petri Bellorii.* Huc etiam faciunt *Pauli*
Paul. Voetius. *Voetii* Notæ *ad Herodiani Marcum & Commodum Impp.*

COMMODI §. XVI. *De ætate* COMMODI *in nummis in-*
Nic. Toinardus. *scripta* commentatus est *Nicolaus Toinardus:* (a)

CARACALLÆ §. XVII. ANTONINI CARACALLÆ *Nummum Iovis natalitia repræsentantem, Epistola* singulari
Carolus Patinus. illustravit *Carolus Patinus.* (b) De alio *Nummo Ca-*
Gabr. Carola Patina. *racallæ*, in qvo Phœnix expressa, Epistolam emisit *Gabrielis Carola*, Caroli *Patini* eruditissima filia.(c)

PHILIPPI ARABIS §. XVIII. *De* PHILIPPI ARABIS & ALEXANDRI *Mamææ*, item *Plinii Iunioris*, *& Annæi Se-*
Christ. Kortholtius. *necæ Christianismo, Dissertatione Historica* egit *Christianus Kortholtius.* (d) De *Philippo Arabe, primo, ut videtur, Christianorum Imperatore* itidem *Dissertat. Hi-*
Iohan. Georg. Neumann. *storicam* conscripsit *M. Ioh. Georgius Neumann*, Beltici-
J. Fr. Köberus. cio-Saxo. (e) Exstat etiam *Ioh. Frid. Köberi Dissertatiuncula de Philippo Arabe, utrum primus Christianus Imp. fuerit, an potius Constantinus Magnus.* (f) De eadem *Qvæstione* ante triennium *Dissertatio* prodiit *P.*
P. de la Faye. *de la Faye.* (g)

DIOCLETIANI §. XIX. In DIOCLETIANI Historia multum occupatus est liber, qvi inscribitur: *Antonii Bembellonæ de Godenliis*, Tempestivum *Suscitabulum pro Principibus, sive Commentarius ad Edictum Diocle-* tiani

(a) *Paris.* 1690. (b) *Patav.* 1681. (c) *Venet.* 1685. (d) *Rostoch.* 1662. (e) *VVitteb.* 1684. (f) *Geræ* 1680. (g) Basil. ed. 1690. Vide *Acta Erud. Lips. d. an. p.* 492.

tiani Imp. in Christianos, Cod. Hermog. de Maleficis & Mathematicis, pro Defensione Autonomiæ & Eunomiæ in Imperio Romano concessæ & statutæ. (a) At verum libri auctorem esse, *Bartholomæum Goericum*, ex Limnæo annotavit Vincentius Placcius in *Catalogo Pseudonymorum*: (b) ac parum abest, qvin credam, eundem esse cum *Bartholomæo Charico*: de qvo fuse a nobis actum in Prolegomenis *ad Historiam Principum Anhaltinorum*. De *duobus Nummis Diocletiani & Licinii*, ex cimeliis Leopoldi Card. Medicei, *Dissertationem*, cum *Auctario Chronologico de Votis decennalibus Impp. ac Cæsarum*, edidit (c) *Franciscus Henricus Noris*, Veronensis, Augustinianus, Magni Hetruriæ Ducis Cosmi III. Theologus, & in Ecclesia Pisana Histor. Eccl. Prof. jamqve Custos Bibl. Vaticanæ. *Barth. Goericus.* *Fr. Henr. Noris.*

§. XX. CONSTANTINI Magni *Vitam libris qvatuor* scripsit *Eusebius* Pamphili, Cæsariensium in Palæstina Episcopus: item Orationem *de Constantini Imp. laudibus*, in ejus Tricennalibus anno CHRISTI CCCXXXV. habitam. Qvæ qvidem in plerisqve Eusebii editionibus comparent. (d) Orationem *de Constantino Magno*, Wittebergæ anno CIƆIƆLXIX. habuit *D. Ioachimus a Beust.* (e) Iohannis *Christfriedi Sagittarii*, Patruelis mei, tum Historiar. in hac Salana Prof. *Disputatio Historica de Constantino Magno*, anno CIƆIƆCL. habita, reperitur in *Disp.* ejus *CONSTANTINI M. Eusebius.* *Ioach. a Beust.* *Iohan. Christf. Sagittarius.*

 Aca-

(a) *Servestæ* 1602. (b) pag. 162. (c) *Florent.* 1675. 4. Struvius citat edit. *Patav.* 1676. fol. (d) Vid. Hankius *de Byzantinar. Rerum Scriptor. Græcis parte I. cap. 1. p. 80. 87.* (e) Exstat. *Tomo 6. Orationum. VVittebergensium.*

Academicis, cum titulo *Otii Ienensis* conjunctim editis. Ch. Kormart. *Christophorus Kormart* de hoc Imperatore *Dissertationem Politicam*; [a] *Historicam*, M. *Ioh. Frid. Durrius*, Fac. Philos. in hac Academia Adjunctus [b] conscripserunt. *Tmemata, quibus primi Christianorum Imperatoris Antiquitates illustrantur*, exposuit Conrad Sam. Schurtzfleisch *Conradus Samuel Schurtzfleischius*, Histor. Prof. Wittebergensis celeberrimus. [c] Ioh. Reiskius. *Iohannes Reiskius*, jam Scholæ Gvelferbytanæ Rector optime meritus, *Programma* elaboravit, *quo Constantini Imp. Historiæ Vindiciæ continentur.* [d] Pet. Francisc. Chifletius. Sic *Petrus Franciscus Chifletius*, Vesontiensis, e Soc. I. Presb. Dissertationem scripsit *de loco & tempore, & ceteris adjunctis conversionis Constantini M. ad fidem Christianam.* [e] Balth. Gvaltherus. *Balthasar Gvaltherus* Diatriben Elenchticam *de Imperatoris Constantini M. Baptismo, Donatione, & Legatione ad Concilium Nicænum Oecumenicum*, contra Card. Baronium institutam in lucem dedit. [f] De *Baptismo Constantini* Ioh. Busæus. *M. Disp. Theolog.* scripsit *Ioh. Busæus*, Noviomagensis e Soc. I. [g] *Constantinum M. Evangelicum*, Iodoci Keddii Iesuitæ *Constantino Romano-Catholico* oppo- Andr. Kunadus. suit *Andreas Kunadus*, SS. Theol. D. & PP. Consist. Eccles. Adsessor, & Electoralium Alumnorum Ephorus Wittebergæ. [h] Ad *Constantini M. Epistolam Irenicam ab Eusebio l. II. de Vita Const. M. cap. LXIII. & seqq. Socrate lib. I. cap. IV. Nicephoro lib. VIII. cap. XIII.* recitatam, *Exercitationem Historico-Theologicam* conscripsit

(a) *Lips.* 1665. (b) *Ienæ* 1684. (c) VVitteb. 1679. (d) *Gvelferbyti* 1618. (e) Qvæ cum duabus aliis Diss. Paris. edita 1676. (f) *Ienæ* 1617. (g) Mogunt. 1589. (h) VVitteb. ed. 1660. recus. 1666.

scripsit *Balthasar Bebelius*, Theologus Argentoratensis. (a) *Constantinum M.* sive *Commentarium de ejus legibus Ecclesiasticis atqve civilibus* congessit *Franciscus Balduinus*, ICtus. (b) Constantini *nummum argenteum*, cum figura utriusqve lateris majuscula ligno incisa *Iosephus Iustus Scaliger* exposuit: qvæ *Dissertatio* una cum *Marqvardi Freberi* Diatribe *de eodem nummo*, aliqvoties impressa est. (c) *De Nummo aureo, qvem Constantinus M. accepto SS. Baptismate jusserit signari*, ad Cosmum III. Magnum Hetruriæ Ducem Epistolam scripsit *Joh. Frid. Hekelius*. (d) Idem aliam ad Iohannem Georgium II. Saxoniæ Electorem *Epistolam* exaravit, *de Nummo illo argenteo, qvem Constantinus M. cudi jusserit, cum anno Imperii sui ultimo Filiis suis Imperium est partitus*. (e) Crucem *in aere somnisque a Constantino M. visam*, cum numismatibus contulit conjunctissimus Collega noster, *Iohannes Andreas Schmidius*, in his qvoqve elegantioribus non minus, qvam severioribus studiis exercitatissimus. (f) CONSTANTINI M. *Donationem* Sylvestro Papæ (ut volunt) factam, ex editione *Bartholomæi Picerni* de Monte Arduo, cum Laurentii Vallæ in *Donationem illam Declamatione*, & Vlrici Hutteni ad Vallæ *Declamationem* præfatione, *& aliorum de eadem Donatione* judiciis, Ortvvinus Gratius in *Fasciculo Rerum expetiendarum & fugiendarum* publicavit.

Franc. Balduinus.

Ios. Scaliger

Scriptores de Donatione Constantini M.

(a) *Argentor.* 1663. (b) Ibidem ed. 1612. (c) *Paris.* 1604. 1610. (d) *Dresdæ* 1679. (e) *Ibid.* 1680. Vtraqve recusa est an. 1693. (f) Habetur in *Otio* ejus *Negotioso* hic impresso 1692.

vit. (a) Eandem *Donationem*, *non ut a Gratiano truncatim, sed integre edita, cum versione duplici*, Theodori Balsamonis, & Matthæi Blastaris, & *Commentariis illustratam*, vulgavit Marqvardus Freherus. (b) *Libros V. de hac Donatione* sub alieno nomine in lucem dedit *Raphael Castellus*, Bononiensis, Soc. I. (c) Fictitiam commentitiamq; hanc Donationem complures singularibus scriptis ostenderunt, & in his *Caspar Bitschius*, Ic. Argentoratensis, *Ioachimus Hildebrandus*, (d) Helmstadiensis, *Iohannes Himmelius* (e) Ienensis, & *Gisbertus Voetius*, Vltrajectinus Theologi: (f) *M. Michael Haynovius*: (g) ut alios taceam, partim ab Hottingero *in Elencho Scriptorum suppositi-tiorum* (h) laudatos.

CONSTANTII Iulianus Imp

§. XXI. *Iuliani Imp. de* CONSTANTII *Imp. laudibus Orationes II.* cum reliqvis Iuliani *Operibus* prodierunt. (i) *Sapphirum Constantii Imp. Aug.* anno CIↃIↃCII. exposuit *Marqvardus Freherus*: qvam scriptiunculam cum Notis suis iterum edidit *Henricus Güntherus Thulemarius*, I. V. D. & Heidelb. Acad. Prof. (k)

Marq. Freherus.

§. XXII.

(a) Colon. 1535. Eadem scripta a Simone Schardio edita sunt Basil. 1566. 8. inter Scriptores *de Potestate Imperiali*. Vallæ *Declamatio* separatim prodiit Lugd. Bat. 1620. Vallæ autem sigillatim se opposuit *Augustinus Steuchus Eugubinus* libris duobus Lugd. 1547. editis. (b) *Heidelb.* qvod latuisse videtur Henr. VVhartonum in *Append. ad Hist. literar.* Gvil. Cave: qvem vide in *Matth. Blastare* p. 21. (c) VVittius in *Diar. Biogr. an.* 1656. 5. *Apr.* (d) *Helmst.* 1661. (e) *Ienæ* 1608. (f) *Select. Diss. part.* 2. *num.* 55. p. 865. (g) Regiom. 1688. (h) *in Pentade Dissertat. Miscellanear.* pag. 77. (i) Vid. Hankius de *Script. Rer. Rom.* L. 1. *part.* 2. c. 39. p. 300. (k) *Heidelb.* 1681.

§. XXII. In IVLIANVM Imp. Orationes duas *Gregorius Nazianzenus*; *libros* vero *X.* contra eundem scripsit *Cyrillus Alexandrinus*: qvæ in eorum Operibus habentur. De *Iuliani Imp. Apostasia* singularem *Dissertationem* edidit celeberrimus Lipsiensium Prof. *Adamus Rechenbergius.* (a) De *Philosophia Imp. Iuliani* singulari libello (b) egit *Paganinus Gaudentius*, Theol. & Ic. in Academia Pisana Eloq. Professor. Scripsit etiam *de Iuliano Apostata* Magnus *Matthia*, *Danus.* *IVLIANI* *Gregor. Nazianzenus.* *Cyrillus Alex.* *Adam Rechenberg.* *Pag. Gaudentius.*

§ XXIII. IOVIANVM *Imperatorem, seu Historiam Fortunæ adversæ, cum Elogiis aliqvot*, produxit *Lambertus Thomas Schenckelius*, Sylvæducensis. (c) *IOVIANI* *Lamb. Thom. Schenckelius.*

§. XXIV. In VALENTINIANI II. sive Iunioris funere *Orationem* habuit *Ambrosius*, Mediolanensis Episcopus: qvæ in *Operibus* ejus exstat *Tomo III.* (d). *VALENTINIANI* *B. Ambrosius.*

§. XXV. THEODOSIVM *Magnum* ex variis auctoribus adornavit *Ioachimus ab Hirtenberg*, *Pastorius.* (e) De *Theodosio M. Imperatore* (ab Ambrosio) *excommunicato Dissertationem Historicam* habemus laudati Rechenbergii. [f] *Oratio*, qvam *de obitu Theodosii*, die XL. depositionis ejus, habuit *Ambrosius*, dicto *Tomo III. Operum* ejus comparet. *THEODOSII M.* *Ioach. Pastorius.* *Adam Rechenberg.* *B. Ambrosius.*

§. XXVI. Ad THEODOSII II. Historiam pertinet *Matthæi Raderi*, e Soc. Ies. *Aula S. Theodosii Iunioris*, *S. Pulcheriæ sororis*, *Eudociæ uxoris Augg. res* *THEODOS. II.* *Matth. Raderus.*

(a) *Lips.* 1684. (b) *Pisis* ed. 1641. (c) Pragæ 1617. Vid. Val. Andreas in *Bibl. Belg.* p. 615. (d) in Colon. ed. an. 1616. *Tom. V.* (e) Qvi una cum aliis ejus scriptis Politicis ed. *Ienæ* 1664. (f) Lips. 1683.

complexa. [a] Orationem *de laudibus Theodosii II.* scripsit *Eberhardus a Weyhe.*

Eb. a Weyhe.

IUSTINIANI

Procopius.

§. XXVII. IUSTINIANI Imp. Historia complures nacta est scriptores. Et ex veteribus qvidem *Procopius Cæsariensis*, res maxime sui temporis, qvas Constantinopolitanorum Imperatores, præcipue Iustinianus I gesserunt, *octo libris* complexus est. [b] His, qvos imperante Iustiniano edidit, addidit nonum, editorum qvoddam supplementum, ac Ἀνέκδοτα, primus autem ejus editor Nicolaus Alemannus, *Historiam Arcanam* inscripsit: quo, qvæ a Belisario, post ab ipsis Iustiniano primo, & conjuge illius Theodora, scelerate gesta, aperte exponit. Verum uti id magna cum cura agit Alemannus, ut veritatem hujus historiæ probet; ita contra *Thomas Rivius*, [c] *Iohannes Eichelius*, [d] *Balthasar Bonifacius* [e] sollicite in eo elaborarunt, ut dubiam suspectamqve fidem facerent Procopii. Qvam litem heic loci meam non fecero. Præterea Procopius *de Imp. Iustiniani ædificiis* libros sex composuit; in qvibus urbes, templa, monasteria, pontes, vias, muros, & alia qvæ Iustinianus Imp. passim seu condidit, seu reparavit, describit. [f] Qvadamtenus etiam Iustiniani historiam illustrant ejusdem Procopii de *Bello Vandalico*, duo, & *de Bello Gothico*

(a) *Augustæ* ed. 1608. (b) De editionibus vide Hankium *de Byzant. Rer. Scriptor.* part. 1. c. 5. p. 154. (c) in *Defensione Iustiniani contra Alemannum an.* 1628. edita, & opera *Eichelii* recusa cum Procopio, Helmstadii 1654. (d) in præfat. *Historiæ Arcanæ* Procopii præmissa. (e) *in literis ad Dominicum Molinum:* cujus verba repetit Haukius *d. l. p.* 161. (f) Vide de *edd.* Hankium p. 157. 158.

thico, qvatuor libri; qvorum priores in anno Iustiniani XIX. posteriores in anno imperii ejus XXVIII. terminat. Speciatim autem *Templum Constantinopolitanum, S. Sophiæ* dicatum, qvod Iustinianus Imp. a seditiosis anno imperii sui V. CHRISTI IↃXXXII. flammis deletum, maximis a se impendiis instauratum, anno imperii XXXVI. solenniter iterum Divinæ Sapientiæ consecrari curavit, *Paulus Silentarius*, id est, *Secretarius*, carmine prolixo descripsit: qvod *Carolus du Fresne* cum amplissimo *Commentario*, Iohannis Cinnami historiarum libris subjecit. [a] Porro *Agathias Scholasticus* Iustiniani I. res ultimis imperii annis gestas libris V. complexus est: in qvibus historias & sui temporis exponit, & Procopii historiam continuat. [b] Ex recentioribus vitam, studia, ac reliqva gesta Iustiniani exposuerunt *Obertus Gifanius*, *Franciscus Balduinus*, [c] *Ægidius Perrinus*, [d] *Franciscus Guinetus* [e] *Conradus Tiburtius Rango* [f] *Cornelius Margarinus*. [g] Iustinianum *Imp. Optimum* Oratiuncula ostendit *Iohannes Staden*. [h] Eundem Imp. contra Cardinalem Baronium defendit *Richardus Krakanthorpius*. *Iustinianum Orthodoxum* asseruit *Conradus Samuel Schurtzfleischius*. (i) De *Iustinianei seculi moribus nonnullis* Dissertationem scripsit *Paganinus*

Paulus Silentiarius.

Agathias.

Scriptores varii.

Ioh. Staden.

Rich. Krakanthorpius.

C. S. Schurtzfleisch.

(a) De hoc *Paulo* vide Hankium d. l. cap. 6. p. 163. seqq. (b) De *Agathia*, & edd. ejus v. eundem Hankium *cap. 7. p. 172. seq.* (c) *Basil.* 1560. (d) *Paris.* 1576. (e) *Paris.* 1628. *Gifanius* & *Guinetus* etiam conjunctim excusi. *Norib.* 1660. (f) *Francof.* ad Od. 1661. (g) *in Iustiniano M. Anicia familia restituto.* (h) *Altdorphi* 1622. (i) *Witteb.* 1682.

Pag. Gaudentius. *ninus Gaudentius.* (a) De *nummo Aureo Iustinianeo* (qvalem Imp. in legibus intelligat) *Disputationem adversus Iacobum Cujacium* emisit *Franciscus Hotomannus,* Ictus. (b)

Fr. Hotomannus.

CAROLI. M. Eginhardus.

§. XXVIII. Inter scriptores Vitæ CAROLI MAGNI primas merito damus EGINHARDO, qvi & *Eginbartus,* & *Einhardus* scribitur, ex Ottoniano nemore oriundo, Caroli ipsius Cancellario, ac præfecto regiorum ædificiorum in palatio Aqvisgranensi, post Monacho Benedictino, atqve Abbati primo cœnobii Mulenheimensis, qvod postea *Salingenstadense* dictum. Hunc Caroli generum multi crediderunt, decepti relatione *Chronici Laurisbamensis,* ad annum IↃCCCV. (c) Scripsit autem is Vitam Caroli tam terse atqve eleganter, ut Vossius *de Historicis Lat. lib. II. cap. XXXIII.* in suspicionem venerit, ac si *Hermannus Comes Nuenarius,* primus ejus editor, passim floridius loqventem induxerit. (d) At vero non aliter scripsisse Eginhardum, loqvuntur mss. codices, testanturqve excerpta apud Albertum Stadensem, & Conradum Vrspergensem Abbates, in *Chronicis.* Post *Nuenarium,* cujus editio prodiit Coloniæ anno CIↃIↃXXI. Carolo V. inscripta, aliqvoties editus est Eginhar-

(a) Qvæ juxta ed. Florent. recusa *Argentor.* 1654. (b) Prodiit cum Hotomanni *de re nummaria* libro Genevæ 1585. (c) Apud Freherum *Tomo I. Rerum German.* Qvam narrationem etiam *Scriptor. Germ.* a se editis præfixit *Iustus Reuberus.* Confer. Hub. Thomam Leodium *de Palatinorum Origine,* Lipsium *lib. II. Monit. Polit. cap.* 12. Ioh. VVolfium *Cent. 8. Rer. Memorab. ad annum* 800. Christoph. Lehmannum *Chron. Spirensis lib.* 2. *c* 32. (d) Vossio præivit Freherus, in Iudicio de Eginhardo *Corpori Hist. Francicæ* præmisso.

ginhartus: nempe Basileæ anno CIϽIϽXXXII. in Iusti Reuberi *Tomo Rerum Germanicarum Scriptorum*, Marqvardi Freheri *Corpore Historiæ Franciæ*, Andreæ du Chesne *Tomo II. Scriptorum Historiæ Francorum*: eundemqve subjunxit *Historiæ de Carolo M.* Iohannes Ioachimus Franzius: deniqve cum elegantissimis annotationibus publicavit *M. Fridericus Besselius*, Tilsa-Prussus. (a) Eginharto succedat *Monachus cœnobii Engolismensis* S. Eparchii, scriptor *Vitæ Caroli M.* a Petro Pithæo editus. (b) Seqvatur *Monachus San-Gallensis*, cujus habemus *libros II. de Gestis Caroli M.* ad Carolum Crassum Imp. scriptos, & ab *Henrico Canisio* e bibliotheca Monachiensi (c) editos: eidemqve Canisio debemus Incerti Auctoris *Carmen de Carolo M. & Leonis Papæ ad eum aduentu*. (d) Aliorum de gestis *Caroli M. Annalium libros V.* Auctoris qvidem anonymi, sed Paderborna Saxonis, & Historici & Poetæ antiqvissimi, Arnulfo Imp. æqvalis, ex Gvelferbytana Bibliotheca in lucem protulit, ac Notis illustravit *Reinerus Reineccius*. (e) Ex recentioribus hujus Imp. vitam conscripsit *Donatus Acciajolus*, Neri filius, ab antiqva stirpe Florentino, Mediolani mortuus an. CIϽCCCCLXXIII. qvi tamen pleraqve ex *Eginhar-*

Monachus Engolismensis.

Monachus San-Gallensis.

Anon. Poeta.

Alius Poeta anon.

Don. Acciajolus.

 do

(a) Helmstadii 1667. *Lipsiensem* Eginhardi edit. anni 1617. laudat Val. Andreas in *Bibl. Belg. pag.* 196. (b) in *Annalium & Hist. Francorum Script.* coætaneis Paris. 1588. ed. & Francof. recusis 1594. item a Kulpisio, cum Æn. Sylvii vita Frid. III. Argent. (c) Tomo I. *Antiq. Lectionis*. Vide Vossium *De Hist. Lat. l. 2, c. 38. p. 333* (d) Tomo V. *Ant. L. c.* (e) Helmstadii 1594. Idem Poeta editus est a Kulpisio cum Æn. Sylvii *Vita Friderici III.*

bardo hausit. (a) *Selectum Chronicon de Gestis Caroli M.* congessit *Marcus Wagnerus*, Frimariensis. (b) Gemina *Chronica de ejusdem Imp. Gestis*, Germanice scripserunt *Erpoldus Lindenbrogius.* (c) & *Ioh. Letznerus.* (d). *Carolum M. Redivivum*, hoc est, *Caroli M. Germanorum, Gallorum, Italorum, & aliarum Gentium Monarchæ potentissimi, cum Henrico M. Gallorum & Navarrorum Rege florentissimo comparationem, & in eo utriusqve Regis historiam* nobis dedit *Ioh. Gvilielmus Stuckius*, Tigurinus. (e) De ejusdem *Imp. Regis & Principis vita togata*, commentatus est *Arnoldus Schleuferus.* (f) De eodem in Academia Marburgensi *Orationem* habuit, ediditqve *Bartholdus Becmannus.* Historiam *Caroli Magni Imp. Rom.* ex præcipuis Scriptoribus eorum temporum concinnavit *Iohannes Ioachimus Frantzius*, Argentoratensis. (g) Historicam de Carolo M. *Disputationem* in hac Academia an. CIↃIↃCL. *Iohannes Christfried Sagittarius*, Prof. P. (h) & in Wittenbergensi anno CIↃIↃCLXIII. habuit *M. Gottlieb Balduinus*, Cycneus. *Discursum Politicum de Carolo M. qvatenus vitam ejus describunt* Claudius Fauchetus, & Iohannes Serres, *Scriptores Gallici*, instituit *Christianus Weisius*, tum Poli-

M. Wagnerus. *Erp. Lindenbrogius.* *Io. Letznerus.* *Ioh. Gvil. Stuckius.* *Arn. Schleuferus.* *Barthol. Becmannus.* *Io. Ioach. Frantzius.* *Ioh. Christfr. Sagittarius.* *Gottl. Balduinus.* *Christ. Weisius.*

(a) Vid. Vossius *d. l. 3. c. 8. p. 642.* Habetur in *Corpore Hist. Francicæ Freheri.* (b) Auserlesenes Chronicon von den herrlichen/ wunderlichen/ und grossen Thaten Caroli M. &c. Magdeb. 1579. (c) Newvermehrte Chronica von dem Großmechtigsten ersten Deutschen Kayser Carolo M. &c. Hamburgi 1593. (d) Historia Caroli M. des Großm. Christl. Römischen und ersten Teutschen Kaysers/ Hildesheim 1602. (e) Tiguri 1592. (f) 1590. (g) Argentor. 1644. (h) Qvæ in *Otium* ejus *Ienense* relata.

Politices Prof. Gymnaſii Auguſtei Weiſenfelſenſis. (a) *De Statura Caroli M.* φιλοπόνημα habemus *Marqvardi Preberi:* & *de Sororibus Caroli M.* Diſputationem *Henrici Güntheri Thulemarii.* (b) Huc etiam referri merentur, qvi *de Translatione Imperii Romani a Græcis ad Francos, ſive Germanos*, commentati: in qvibus ſunt *Marſilius Patavinus, Menandrinus* dictus, ſcriptor ſeculi XIV. ac Ludovici IV. Imp. temporibus doctiſſimus: (c) *Radulphus de Columna*, Romanus, Canonicus Carnotenſis: (d) *Michael Coccinius*, Tubingenſis: (e) *Matthias Flacius*, Illyricus: (f) *Robertus Bellarminus*, qvi ſe Flacio; (g) *Franciſcus Iunius* (h) & *Matthæus Dreſſerus* (i) qvi ſe iterum Bellarmino; *Gaſpar Hap*, Poſnanienſis, Theol. Baccalaureus & Auditor (k) qvi ſe viciſſim Dreſſero, oppo-

Marqv. Freberus.

Hen. Gunth. Thulemarius.

Scriptores de Translatione Imperii.

(a) VVeiſenfelſæ 1674. (b) Heidelberg. 1681. (c) Cujus Tractatus de *Translat. Imperii* exſtat in *Antilogia Papæ* a Flacio & VVeiſſemburgio edita Baſil. 1555. item apud Goldaſtum *Monarchia Imperial. Tom. II.* & in Appendice ad *Faſciculum Rerum Expetendarum* Ortvvini Gratii recudi fecit *Eduardus Brovvn*, Londini 1690. Vide *Acta Lipſ. anno 1691. m. Martio p. 136.* (d) Apud Schardium *in Syntagm. de Iurisdict. Imper.* & Goldaſtum *Tom. II. Monarch.* (e) Apud Schardium *d. l.* (f) Baſil. 1566. & Francof. 1612. (g) *Libris III.* Antverp. 1589. & Colon. 1599. editis. (h) *Animadverſionib. ad tres libros Bellarmini* Genevæ editis. (i) In *Confutatione commentitiæ opinionis Rob. Bellarmini de Translat. Imp. Rom.* Urſellis 1591. Francof. 1592. (k) In *Defenſione librorum Card. Bellarm. de Translat. Imperii adverſus Dreſſerum*, Moguntiæ ed. 1601. qva in ſeqvitur ineditum Apologeticum, qvod Poſſevinus editum putaverat, *Ludovici Rogorii, Itali.*

fuerunt. Gisberti Voetii *Quæstio Historico-Theologica de hac Translatione Imperii*, in *Selectis* ejus *Disputationibus* habetur. (a) De eodem argumento Dissertationes Historicas *M. Ioh. Ernestus Heringius*, Wittebergæ (b) *Henricus Vagedes*, Rhintelii; (c) *Exercitationes Anti-Baronianas*, *Iohannes Fridericus Krebsius*, tum Heilsbrunnensis Gymnasii Rector & Prof. (d) scripserunt. Taceo *Henningem Arnisæum*, *Dominicum Arumæum*, *Arnoldum Engelbrechtium*, *Henningem Grossium*, *Danielem Ottonem*, ac, qvi Germanice de hoc argumento egit, *M. Iacobum Chæricum*, Qvedlinburgensem, Pastorem & Superintendentem Francohusanum. (e)

LVDOV. PII

Theganus.

§. XXIX. LVDOVICI PII vitam & res gestas, ipso adhuc superstite, scripsit *Theganus*, Chorepiscopus Trevirensis, a P. Pithœo editus in *Annalium & Historiæ Francorum Scriptor. coætaneis*, inqve Tomum II. Andreæ du Chesne relatus. (f) Hunc librum *Walafridus Strabo*, Abbas Augiensis in partes sive capita LVIII. secuit, ac singulis argumentum suum præfixit. Desinit anno Imperii ipsius non XXIII ut Pithœus & ex ipso Vossius habent: sed, uti Petrus Lambecius *lib. II. Comm. de Bibliotheca Cæsarea*

(a) de-

a) Parte II. num. 56. p. 882. (b) an. 1668. (c) De ludibriis Aulæ Rom. in transl. Imperii Rom. 1678. (d) Onoldi impress. 1678. seq. (e) Teutsches Keyserthumb Das ist: Ein gründlicher Bericht/ wie das Römische Keyserthumb auff den Fränckischen/ und nach Abgang desselbigen auff den Sachsischen Stamm gebracht &c. Mülhausen 1594. (f) Editus est etiam a Kulpisio cum Æn. Sylvio de vita Frideric. III. Imp.

(a) demonstrat. xxv. idqve ex *codice membranaceo ms. Historicorum Latinorum num.* CCCXVI ex qvo etiam *Appendicem duorum annorum*, qvi apud Pithœum desiderantur, adjecit. Paulo fusius ejusdem Imperatoris vitam consignavit *Anonymus*, itidem a Pithœo, sed & a Iusto Reubero, atqve emendatius ex mss. Palatinis a Marqvardo Frehero, ac deniqve ab Andrea Duchesnio editus: qvi extrema etiam Ludovici, mortemq; ejus exponit. Vixisse ipsum temporibus Ludovici qvæ de cometa an. IↃCCCXXXVI. observavit, edocent. Ex junioribus *Vitam hujus Imp.* Germanice qvidem, sed satis curate conscripsit *Iohan. Letznerus.* (b) *Anonymus.*

§. XXX. LOTHARII I. Imp. Ludovici Pii majoris natu filii, ejusqve fratrum historiam non parum illustrat *Nithardus*, Angilberti filius, Caroli M. ex Bertha filia nepos: qvi vitam monasticam amplexus anno IↃCCCXLIV. Centulensis Abbas postea factus est: cui tamen monasterio paucis diebus præfuit: siqvidem in prælio adversus Danos, qvi oram Franciæ maritimam vastabant, occubuit. Habemus ejus *lib. IV. de dissensionibus filiorum Ludovici Pii:* qvos ab excessu Caroli M. exorsus, ad annum IↃCCCXLIII. producit. Ediderunt eum Pithœus, Duchesnius, & Kulpisius. Qvamvis autem Iohanni Gryphiandro *de Weichbildis Saxonicis cap. IV. §. XVI.* suspecta est narratio Nithardi, qva se Carolino stemmati inseruit, alia tamen mens est *LOTHARII I.* *Nithardus.*

 Barthio

(a) cap. 5. n. 31. p. 391. (b) Chronica, und historische Beschreibung/ des Lebens/der Händel und Thaten des Aller-Großmächtigsten und Hocherleuchten andern und teuschen Röm. Kaysers Lodovvici Pii. Hildesheim, 1604.

Barthio *Adversariorum lib.XLVI. cap.IX.* cujus verba repetit Vossius *de Histor. Latinis lib.II. cap.XXXIV.* ac dignum lectu est Pauli Petavii, in Franciæ Curia Consiliarii, *Syntagma de hoc Nithardo ac tota ejus prosapia*: qvod ex ejus *Bimestri Rerum prolatarum Otio* desumtum, Andreas du Chesne suæ Nithardi editioni *Tomo II. Scriptorum Hist. Francorum* præmisit.

HENRICI I. AVCVPIS
Ernestus C. Mansfeld.

§. XXXI. *De* HENRICO I. AVCVPE *Orationem* habuit *Ernestus*, Comes & Dominus in *Mansfeld.* (a) De eodem Rege Wittebergæ *M. Iohannes Fridericus Artzberger*, Westhemio-Francus, (b) & Lipsiæ (c) *M. Conradus Hulsius*, Disputationes Historicas habuerunt.

Conr. Hulsius.

OTTONIS I.
Helena a Rossow.

§. XXXII. *Historiam*, seu *Panegyricum de Gestis* OTTONIS I. *Magniqve*, heroico carmine, tempore Ottonis II. composuit *Helena a Rossow*, vulgo *Hroswitha* dicta, monialis in Gandersheim, ætate sua doctissima. Prodiit ille *Panegyricus* cum reliqvis hujus monialis operibus Conradi Celtæ Protucii Franci studio, qvi ea in monasterio qvodam Benedictino invenerat. (d) Postea hoc scriptum Iustus Reuberus in *Syntagmate Scriptorum Rerum Germanicarum*, ac iterum cum Witichindi *Annalibus* recudi fecit, suasqve

Notas

(a) Quæ cum aliis ejus *Orationibus* Jenæ, cum Rectorem Magnificentiss. ibi ageret, recitaris, Francof. prodiit 1581. (b) 1675. (c) 1686. (d) Titulus ita habet literis majusculis: *Opera Hrosvite illustris virginis & monialis Germanice, gente Saxonica orte, nuper a Conrado Celte invента.* In calce hæc legas: *Finis Operum Hrosvitha Clarissimæ virginis & monialis Germanicæ gente Saxonica ortæ. Impressum Norunbergæ sub privilegio sodalitis* (sodalitatis) *Celticæ a senatu rhomani Imperii impetratæ. Anno Qvingentesimo supra millesimum.*

Notas addidit Henricus Meibomius, ſenior : ac demum in *Tomum I. Rerum Germanicarum* relatum eſt ab Henrico Meibomio Iuniore. *Diſſertationem Hiſtoricam de Ottone Magno*, Wittebergæ (a) edidit *M. Nicolaus Chriſtophorus Remlingius.* *Nic. Chr. Remlingius.*

§. XXXIII. *De* OTTONE III. *ejusqve inſtituto Conciliorum Imperatoriorum, & Septemviris Electoribus* Orationem conſcripſit, ac Heidelbergæ habuit, *Nicolaus Ciſnerus*, IC. & Cameræ Imperialis Aſſeſſor. (b) *OTTONIS III.* *Nic. Ciſnerus.*

§. XXXIV. *Libri II. de Vita* HENRICI Imp. II. ſive *Sancti*, qvi apud Laurentium Surium *Tomo II. Sanctorum ad XIV. Iulii*, Henricum Caniſium *Tomo VI. Antiqvæ Lectionis*, & Iacobum Gretſerum *in Sanctis Bambergenſibus*, exſtant, *Adelboldo*, viro Nobili ac inclyto tribuuntur, qvi monaſticam vitam amplexus, anno CIↃVIII. Epiſcopus Vltrajectinus factus eſt, annoqve CIↃXXVII. XXVII. Novembris obiit. (c) *HENRICI II.* *Adelboldus.*

§. XXXV. *Vitam* CONRADI II. SALICI ſcripſit, ac Henrico III. inſcripſit *Wippo* Presbyter, ſacellanus ipſius Conradi II. & Henrici III. Primus eam in lucem protraxit Ioh. Piſtorius. (d) *CONRADI SALICI.* *VVippo.*

§. XXXVI.

(a) an. 1680. (b) Qvæ cum aliis qvibusdam Orationibus Ciſneri excuſa Argentor. 1608. & in *Operibus Ciſnerianis* a Qvirino Reutero Francof. an. 1611. editis comparet. (c) De *Adelboldo* vide Ioh. a Beka in *Hiſt. Epiſcop. Vltrajectinorum* p. 37. & VVilh. Heda in *eorundem Epiſc. Hiſt.* p. 110. Valer. Andream *in Bibl. Belg. p. 5.* Voſſ. *de Hiſt. Lat. l. 2. c. 42. p. 359.* Gvil. Cave *in Hiſt. literaria p. 418.* (d) cum *Magno Chronico Belg* & aliis. Qvis autem ſit *Marinus* qvi VVipponem Francofurti an. 1607. publicaſſe dicitur Lehmanno *Chron. Spir. l. 5. c. 18. p. 416. b.* nondum mihi conſtat.

HENRICI III. §. XXXVI. In laudem HENRICI III. exstat Carmen cum *Tetralogi* titulo, apud Canisium *Tomo II. Antiq. Lect.* qvod laudato Wipponi etiam solet tribui. Verum de eo vel ob id dubites, qvod in Historia Conradi scribat Wippo: *Qvidam de nostris in libello, qvem* Tetralogum *nominavit, & postea Regi Henrico, cum Natalem Domini in Argentina civitate celebraret, praesentavit, inter alios duos versus edidit.* Nisi dicere velis, modestiæ ergo nomen suum reticuisse Wipponem.

HENRICI IV. §. XXXVII. HENRICI IV. Vita & res gestæ plures nactæ sunt scriptores: qvi tamen mirum inter se discrepant, aliis, & paucioribus qvidem pro Henrico facientibus, longe vero pluribus in gratiam sedis Pontificiæ, & Gregorii illius VII. qvi antea Hildebrandus, a Germanis vero nostris Hellebrandus vocabatur, in contrarium abeuntibus. Plerosqve hos scriptores in *Notis ad Helmoldi Chronicon Slavorum lib. I. cap. XXVIII.* recensuit Henricus Bangertus: ex qvibus præcipuos afferemus, &, qvod a Bangerto plerumqve est omissum, ubi reperiantur, ostendemus. Ad priorem igitur classem pertinet Anonymus *Auctor vitæ Henrici IV.* qvæ primum ab *Aventino*, Ratisbonæ in æde S. Emmerani reperta, ac cum Epistolis qvibusdam ad Regem Franciæ, Principes & Episcopos, anno CIↃIↃXVIII. Augustæ publicata est. Postea *Iohannes Herwagius*, Typographus Basileensis, opera Martini Frechti, cum Witichindo Corbejensi, vitam hanc Henrici & Epistolas illas edidit. Biennio post

Auctor Vitæ Henrici IV. De variis ejus editionibus.

Ort-

Ortwinus Gratius in Academia Colonienſi Prof. in libro, qvi inſcribitur, *Faſciculus Rerum expetendarum & fugiendarum*, publicavit, lectorem monens, *in ea admiranda qvædam lectuqve digna & rara admodum reperiri.* Edita porro eſt cum Commentariis Æneæ Sylvii *de Concilio Baſileenſi*, aliisqve multis nunqvam antea impreſſis: in qvo tamen volumine locus annusqve impreſſionis deſiderantur. Deinceps *Reinerus Reineccius* hunc libellum cum Epiſtolis Imperatoris Helmoldo a ſe locupletato adjecit, & Francofurti anno CIↃIↃLXXXI. excudi fecit. Porro Iuſtus Reuberus *Scriptoribus Rerum Germanicarum* Francofurti anno CIↃIↃLXXXIV. evulgatis inſeruit. Deniqve *Chriſtianus Vrſtiſius* in primum Tomum *Hiſtoricorum Germaniæ illuſtrium* transtulit Baſileæ impreſſum an. CIↃIↃLXXXV. Tot igitur hujus libelli vetuſtas cum habeamus editiones, mirum qvid Baronio Cardinali in mentem venerit, ſuſpicanti, ac ſi Reineccius eundem primum ſit commentus: a qua ſuſpicione egregie nuper Reineccium vindicavit Vir ſummus, *Henricus Meibomius* Iunior, in *Introductione ad Hiſtoriam Saxonicam:* (a) qvi apologiam tandem his concludit: *Sane, aut extrema hæc eſt malitia, aut cum turpi oſcitantia conjuncta inſultandi bonis libido.* Etſi autem, qvisqvis fuerit hujus ſcripti auctor, metu Romanæ curiæ nomen ſuum reticuit, Melchior tamen Goldaſtus in *Diſſertatione* de Auctoribus *Apologiæ pro Henrico IV. adverſus Gregorii VII. Criminationes* (b) *num.*

(a) p. 95. ſeqq. Confer Calixtum *de Conjug. Cleric.* p. 588. (b) Hanoviæ ed. 1611.

XI. valde fecit verosimile, *Otbertum*, seu Obertum Leodicensem Episcopum esse scriptorem. Certe, non ex plebe aliqvem, neqve ex minori nobilitate, sed ex Optimatibus, & Principibus Imperii, potentem in Cæsaris palatio, familiaremqve ipsi fuisse, satis legentibus manifestum est. Gvilielmus Cave in *Scriptor. Ecclesiast. Historia Literaria seculo XII.* scribit, se Reuberianum volumen accepisse, qvod olim possederit Isaacus Casaubonus, eiqve seqventia inscripserit: *Ex omnibus scriptoribus, qvi hoc volumine continentur, nullus conferendus ulla ex parte cum eo, qvi vitam maximi Principis Imp. Henrici IV. descripsit. Qvo in libello qvid prius admirer, nescio: elegantiam sermonis illis temporibus stupendam; an sententiarum gravitatem; an pietatem, qvæ fuit ingens in eo auctore. Qvem eqvidem si felicioribus seculis vixisset, putem nemini veterum, aut Latinorum, aut Græcorum postponendum; nec illud opusculum postposuerim Taciti libello de Vita Agricolæ.* Qvod tanti viri elogium merito excitare deberet Iuventutem Studiosam, hoc scriptum cum cura ut perlegat. Seqvitur *Auctor Historiæ de Bello Saxonico*, hexametris versibus conscriptæ *libris III.* in Reuberiano *Syntagmate*, & Goldasti *Apologiis* editus. Pervenit is usqve ad finem anni CIↃLXXV. qvo Principes Saxoniæ se Imp. potestati permiserunt. Succedat *Waltramus*, Episcopus Numburgensis, qvi in *Epistola ad Ludovicum Landgravium Thuringiæ*, Imperatorem strenue defendit. Servavit illam *Dodechinus*, Abbas S. Dysibodi, in Appendice ad Mariani Scoti

Auctor de Bello Saxon.

Waltramus.

Scoti Chronicon an. CIↃXC. apud Pistorium *Tomo I.* *Scriptorum Rer. German.* Idem creditur *Auctor Apologiæ pro Imp. Henrico* primum ab Vlrico Hutteno, cum titulo *de Vnitate Ecclesiæ*, post a Marqv. Frehero *Tomo I.* editæ, & a Goldasto Opere laudato *in tres libros* distributæ: in cujus tamen *libro III.* qvædam desiderantur. Male autem Bangertus inter hanc *Apologiam*, & Venerici Vercellensis librum *de Vnitate Ecclesiæ conservanda* distingvit: cum hæc *Apologia*, id nominis in qvibusdam præferat, ac a nonnullis pro Auctore ejus Venericus ille habeatur. De summa ipsius scripti pluribus egit Goldastus in dicta *De Auctoribus Dissertatione.* Et in hoc ipso qvidem Goldastino Fasciculo porro comparent Num. V. *Episcoporum & Clericorum Imperialium Apologetica pro Imperatore, contra Papæ excommunicationem*, ex Aventino desumta: Num. VI. Conradi Episcopi Trajectensis *Oratio pro Imp. contra Papam, dicta in Conventu Gerstungensi an.* CIↃLXXXV. cujus summam refert VValtramus *lib. II. Apologiæ*, integram excerpsit Aventinus *lib. V.* Num. IX. Ivonis Episcopi Carnotensis *Epistola ad Hugonem Archiep. Lugdunensem, de Investituris Episcoporum & Abbatum, pro Henrico IV. Imp. & Philippo I. Rege Francorum, contra Vrbani II. Papæ novationes*, scripta an. CIↃXCIX. estqve inter Ivonis *Epistolas* a Francisco Iureto editas *LX.* Num. X. Sigeberti Gemblacensis *Epistola, nomine Ecclesiæ Leodiensis* an. CIↃCIII. *scripta contra Epistolam* Paschalis II. Papæ, *Ecclesias Henrico Cæsari & Imperio fideles ex*

Varia scripta pro Henr. IV.

Kkkk 2 *com-*

communicantis & devastantis. Num. XIV. Eberhardi Archiepiscopi Salisburgensis *Oratio* de *Hildebrandi Papæ Antichristiano Imperio, recitata in Comitiis Imperii Ratisponensibus sub Friderico II. Imp. Aug. habitis:* apud Aventinum *lib. VII.* Alterius generis Scriptores, qvi Gregorio adhæserunt, ejusqve causam defensitarunt, in Notitia Historiæ Pontificiæ potissimum afferemus, contenti hic adduxisse virulentum

Bruno de bello Sax.

Brunonis Monachi libellum *de bello Saxonico*: qvem in Bibliotheca Fuldensi repertum, primum Vlricus Huttenus, post Marqvardus Freherus *Tomo I. Scriptor. Germanicorum* ediderunt. Præterea Excellen-

G. Schubartus.

tissimus Collega noster, *Georgius Schubartus*, I. V. D. *Henricum IV. Imp. exemplum turbatæ Reip.* eleganti *Dissertatione Politica* descripsit. (a)

LOTHARII II. Iac. Stintius.

§. XXXVIII. De LOTHARII. II. Imp. laudibus *Orationem* in hac Academia scripsit *Iacobus Stintius*, Hamburgensis, I. V. D. (b)

FRIDERICI I. Otto & Radevicus Fris.

§. XXXIX. *De Gestis* FRIDERICI I. *Ottonem* Episcopum Frisingensem *libros II.* scripsisse, eosdemqve Radevicum Canonicum Frisingensem continuasse, jam supra (*cap. IX. §. XIV.*) (c) monuimus, ac primum *Cuspinianeam*, ut & *Vrstisianam* editionem laudavimus. Qvod ad Radevicum attinet, eum Vien-

(a) Ienæ 1680. (b) Hamburgi ed. 1599. De hoc *Stintio* an. 1615. 16. Febr. sic ad Hortlederum Heiderus: *Non sum animi dubius, qvin olim noveris D. Iacobum Stintium, virum qvidem bonum, sed infeliciorem, & qvarta luna, qvod dici solet, natum. Decessit ille, & uxorem viduam, liberos orbos, & rem familiarem prope nullam reliqvit.* Epistolam ms. servat *Dn. Zollmannus*, Cons. Saxon. (c) pag. 61.

Viennæ primum reperit Iacobus Spigelius. Qvo de *in Notis ad Guntheri Ligurinum* lib. V. ita scribit: *Qvi seqvuntur duo de rebus item Ænobarbicis libri, sunt Radevici, alumni nuper Othonis ipsius atqve Frisingensis Canonici: qvos nobis debes, lector candide, qvi in eos casu apud ædem Scotorum Viennæ Austriæ incidentes, primum Cuspiniano & Chelidonio prodidimus.* Qvoniam autem *Radevicus* obitum Imp. non est vivendo assecutus, alius *Append.* XI. annorum historiam complectentem adjecit. Ligato autem sermone hujus Imperatoris gesta præcipue autem Italica *lib. X.* prosecutus est *Guntherus*, Monachus Elnonensis Belga, Poetarum sui seculi princeps. Qvod opus *Ligurinum* propterea vocavit, qvia Imperatori inprimis belligerandum fuit cum Mediolano, Ligurum metropoli. Hunc Poetam in Franconiæ qvodam monasterio a Conrado Celte repertum primus edidit *Conradus Peutingerus*: post doctissimis scholiis illustratum *Iacobus Spigelius*, Selestadiensis: eandemqve editionem Syntagmati suo inseruit *Reuberus*. Deniqve multis eum locis, qvinqve editionibus inter se collatis, restituit, & luculentis Notis illustravit *Cunradus Rittershusius*, ICtus. (a) *Ottonis Morenæ*, Laudensis, *Acerbiqve* ejus filii *Historiam Rerum Laudensium tempore Friderici I. Imp.* cum Notis edidit Felix Osius. (b) *Burchardi*, Notarii Imp. ad Nicolaum Sigebergensem Abbatem *de Victoria Friderici Imp. & excidio Mediolanensi* Epistola ex ms. edita est a Frehero *Tomo I.* In cujus

Guntherus.

Burchardus.

(a) Tubingæ 1598. (b) Venetis 1639.

Tageno. *Appendice* etiam exſtat *Tagenonis* Decani Patavini, (*Passaviensis*) oculati teſtis *Deſcriptio Expeditionis Aſiaticæ in Turcas Friderici Imp.* Et habetur *Tomo V. Antiq. lect.* Henrici Caniſii, *Friderici I. Imp. Expeditio Aſiatica, & ad ſepulchrum Domini, ab æqvævo auctore conſcripta.* Præterea Vitam hujus Imp. ex variis au-*Ioh. Adolphus.* ctoribus contexuit *Iohannes Adolphus*, Medicus Schaffhuſianus: qvam poſtea Germanice etiam vertit. (a) Singularem *Orationem de hoc Imperatore* ſcripſit *Mar-* *Mart. Cruſius.* *tinus Cruſius*, Prof. Tubingenſis. (b) Duas *de* eodem *Imp.* ex *Hiſtoria civili Diſputationes* Wittebergæ habuit *Elias VVeienmaier.* M. *Elias Weienmajerus*. Vlm. (c) Qvæ de hoc Imperatore, qvod ab Alex. III. Papa Venetiis pedibus ignominioſe fuerit calcatus traduntur, ſingularibus ſcriptis *Georg. Remus.* examinarunt, *Georgius Remus*, cujus exſtat *Diſſertatio, qva commentum eſſe, calcaſſe collum Imp. Friderici Alexandrum III. Pontificem Rom. oſtenditur.* (d) *Fortuna-* *Fort. Vlmus.* *tus Vlmus*, Italus, Abbas Benedictinus Congregat. Caſſinenſis: cujus habemus *Hiſtoriam de occulto adventu Venetias Alexandri III. Pontif. Max.* Italice ſcriptam. (e) Ad hanc Animadverſiones ſcripſit *Felix Contelo-* *Felix Contelorius.* *rius* Cæſius, Theol. & Iuris D. & ex Cuſtode Bibliothecæ Vaticanæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſa-*Ier. Hoffmannus.* rius. (f) Contra M. Ieremias Hoffmannus *Diſputationem*

(a) Germ. edit. prodiit Argent. 1535. Vide Herm. ab Haart. *Tom. III. Autograph.* Lutheri p. 245. (b) Francof. ed. 1593. (c) An. 1689. (d) Norimb. 1625. (e) Venet. 1629. (f) Libri Paril. 1632. ed ti titulus ita habet: *Concordiæ inter Alexandrum III. ſummum Pont. & Fridericum I. Imp. Venetiis confirmatæ Narratio ad veritatis ſcriptum ſtabilita. Criminationes*

tionem Historicam scripsit, *de tyrannica ignominia, qvam Friderico Ahenobarbo Imp intulit Alexander III. Pont. Rom.* (a) At Ludovicus Liebhardus *Apologiam* composuit *pro Friderico Imp. qvem a Rom. Pontifice pedibus conculcatum esse, nonnulli scribunt.* (b) Verum M. Ioh. Daniel Artopœus *Dissertat. Anti-Baronianam* elaboravit, *Num Alexander III. Fridericum Barbarossam calcaverit pedibus.* (c) Et affirmanti qvidem sententiæ multis a se rationibus munitæ accedit qvoqve Vir celeberrimus *Ioh. Christophorus Wagenseilius*, in Disp. circulari, *exhibente Catalogum Imperatorum, qvi post Francicos, ad Interregnum usqve Imperio Germanico præfuerunt.* (d) Lud Liebhardus. Ioh. Dan. Artopæus. Ioh. Christoph. VVagenseil.

§. XL. *Apologiam pro Divo Imp.* Cæs. OTTONE IV. *contra falsas criminationes & convitia, qvibus Opt. Principem onerare & insectari non sunt veriti Conradus abbas Ursperg. Ioh. Cuspinianus, Sebastianus Munsterus, qviqve hos seqvuntur, recentiores nonnulli*, composuit ediditqve *Henricus Meibomius* senior. (e) OTTONIS IV. Henr. Meibomius.

§. XLI. Nicolai Cisneri *Oratio de* FRIDERICO FRID. II.

tiones ab Auctore Actorum Alex. III. & Chronico Romualdi Archiep. Salernitani depulsæ. Cæsaris Card Baronii auctoritas a calumniis vindicata, ex Notis & Animadversionibus Felicis Contelorii, *Bibl Vat. Custodis* ad Fortunati Ulmi *libellum de Alex. III. occulto adventu Venetias an. 1578.* Contelorio, teste Lud. Iacobo in Bibl. Pontif. lib. 1. p. 9. consentit N. Bardius *in explicatione picturarum palatii majoris S. Marci*, ed. Venet. Idem ibid. laudat Andreæ Saussaii *Concordiam Alexandri & Friderici.* (a) VVitteb. 1661. (b) Baruthi 1668. (c) Lipsiæ 1673 (d) Altdorphi hab. 1676. (e) Helmst 1624. & habetur in Ejus *Opusculis Historicis variis* ibid. an. 1660. & *Tomo III. Rer. German.* ab Henr. Meibomio juniore editis.

CO II. Imp. Heidelbergæ anno CIϽIϽLXII. habita, totam ferme hujus Imp. vitam complectitur. (a) *De Interregno Imperii Germ. ab excessu Conradi IV. ad Rudolphum Habsburgicum*, Exercitationem Historicam scripsit *M. Ioh. Ioachimus Zentgrafe.* (b)

RVDOLPH. I. *Casp. Dornavius.* §. XLII. *De* RVDOLPHO I. Habsburgico *Panegyricum Historicum* edidit *Caspar Dornavius.* (c) Eundem *Imperatorem Germaniæ Instauratorem* descripsit, & Ioh. Henr. Bœclero præside, solenne ad *I. Seb. Gambsius.* examen proposuit *Iohannes Sebastianus Gambsius*, Argentoratensis. (d)

ALBERTI I. *Casp. Dornavius.* §. XLIII. ALBERTVM I. Austriacum itidem *Panegyrico Historico* celebravit laudatus *Dornavius.* (e)

HENRIC. VII. *Alb. Mussatus.* §. XLIV. *Historiam Augustam* HENRICI VII. Cæsaris libris XVI. scripsit *Albertinus Mussatus*, Patavinus, *Historicus prudens & gravis, & pro temporibus illis, qvibus tum vivebatur, elegans ac disertus, tum veritatis longe amantissimus:* (f) qvi Clodii exul obiit an. CIϽCCCXXIX. cadavere Patavium relato. Hoc opus, auspiciis Dominici Molini, Senatoris Veneti, edidit, ac animadversionibus notisqve doctissimis illustravit *Felix Osius*, Eloq. in Acad. Patavina Prof. additis etiam Laurentii Pignorii *Spicilegio*, & Nicolai Villani *Casti-* *Conr. Veccrius.* *gationibus.* (g) Conradi *Veccrii*, qvi Maximiliano I. Imp.

(a) Recusa est Argent. 1608. cum aliis *Cisneri* Orat. & habetur etiam in *Opusculis* Cisnerianis Francof. 1611. editis. (b) VVitteb. 1668. (c) Gorlici 1613. & habetur *Tom. I. Orationum* Dornavii Gorlicii ed. 1677. *num. 1.* (d) Argentor. 1672. (e) Bethaniæ hab. 1619 Exstat Tomo II. Orat. ejus n. 2. (f) Qvod elogium ei tribuit Vossius *de Hist. Lat. lib. III. parte 4. cap. 9. pag. 792.* ubi plura de eo. (g) Venet. 1636. Confer Hertzii *Biblioth. German. n. 759.*

Imp. a secretis fuit, libellus de *rebus gestis Henrici VII.* sæpius est editus. (a) *De vero mortis genere, ex qvo Henricus VII. Imp. obiit,* eruditissimam *Dissertationem* conscripsit *Mart. Diefenbachius*, Ecclesiastes jam in patria Francofurto optime meritus: *qva qvicqvid ejus apud antiqvos pariter ac recentiores Historicos reperiri potuit, discutitur, variaq; scitu non injucunda admiscentur.* (b)

Mart. Diefenbachius.

§. XLV. *Iohannis Georgii Herwarti* ab Hohenburg LVDOVICVM IV. *Imperatorem defensum, Bzovium injuriarum postulatum, qvod eundem Divæ memoriæ Imperatorem, contra jus--- gravissimis calumniis oneraverit,* jam in alio argumento supra laudavimus. (c) De eodem Imperatore *Nicolaum Burgundum*, elegantissimæ doctrinæ Ictum, singularem librum scripsisse, ex optimi Præceptoris mei, B. Conringii ore me audire memini. Ipsum tamen scriptum ad conspectum meum nondum pervenit. De hoc ipso item Imperatore *M. Ioh. Franciscus Buddeus*, Anclama-Pomeranus, qvi superiori anno Gymnasii Coburgensis, hoc autem, qvo hæc scribo, Octobri mense anno XCIII. novæ Academiæ Hallensis Prof. factus, Disputationem habuit. (d) De *Marsilii Patavini, Gvilielmi Ockami*, aliorumqve pro hoc Imperatore contra *Iohannem XXII. Pont. Rom.* scriptis, alibi forte erit agendum. Ipsius Iohannis *Bulla, qva Ludovico Imp.* (qvantum

LVDOVICI IV.
I. G. Herwartus.
Nic. Burgundus.

LIII

(a) Haganoæ 1531. cum VVitichindo Basil. 1532. ibid. 1541. item inter Scriptores a *Reubero*, ut & *Frstio* editos. Vide qvæ de eo affert Diefenbachius *de morte Henrici VII p. 2. 3. s.* (b) Francof. 1685. Summam hujus libri exhibent *Act. Erud. Lipsiens. Iun. an. 1686.* ac insigni elogio Auctoris concludunt p. 313. (c) Cap. 14. §. 15. pag. 320. (d) Ienæ 1689.

tum in se erat) *Imperium abdicavit* an. CIↃCCCXXIII. una cum *Imperatoris Appellatione*, exstat apud Goldastum in *Tomo I. Constitut. Imperialium*. Ejusdem *Imperatoris contra Iohannis XXII. Papæ Bullam Responsio*, *concernens Iura Regni & Imperii*; ut &, *Alia Informatio de Nullitate Processuum Papæ Iohannis XXII. contra Ludovicum Bavarum*, habentur in *Appendice Tomo I.* Freheriani. *Henrici Chachemii*, Franciscani, & Cancell. Imperialis in aula Ludovici IV. *Informationem de nullitate processuum Papæ Iohannis XXIII contra Ludovicum Imp.* exhibet Goldastus *Tomo I. Monarchiæ*.

GVNTHERI SVVARTZB. Ahasv. Fritschius. §. XLVI. GVNTHERI SCHWARTZBVRGICI, *Regis Romanorum* Gesta singulari *Discursu Historico* illustravit pientissimus æqve ac doctissimus Ictus, *Ahasverus Fritschius*, Cancellarius Schvvartzburgicus. (a)

CAROLI IV. Ipse Carolus. §. XLVII. Vitæ suæ *Historiam* ipse CAROLVS IV. Imp. admodum diligenter scribere cœpit: qvod Fragmentum cum titulo *Commentarii de Vita Caroli Bohemiæ Regis, & postea Imp. IV.* in *Rerum Bohemicarum* antiqvis Scriptoribus edidit *Marqvardus Freherus*. (b) Pleriqve etiam Icti, qvi in Auream Caroli IV. Bullam commentati, de vita & gestis hujus Imp. fuere solliciti. *Comment. in Aur. Bullam.* Ex his mihi innotuerunt *Dominicus Arumæus, Iohannes Volckmannus Bechmannus, Gerlacus Buxtorfius, Benedictus Carpzovius, Iacobus Andreas Crusius, Georgius Dietericus, Nicolaus Mylerus ab Ehrenbach, Martinus Rumelinus.* Sermo *post mortem Imp.*

(a) An. 1677. (b) Ex edit. Vecerii jam prodiit Helmstad. 1585.

Imp. Caroli IV. ab Iohanne Archiepiscopo Pragensi *feria IV. post Epiphaniam habitus*, laudatæ Caroli IV. vitæ in *Opere Freberiano* subjunctus est. *Causam prudentis, sapientis Caroli IV. Romano-Germ. Imp.* in Oratione qvadam Altdorfii habita, egit *Iohannes Iacobus Seyppelius*, Noribergensis. (a) *Qvod Carolus IV. Aug. non dissipaverit Imperii patrimonium, qvatenus pertinet ad Regnum Arelatense*, singulari Dissertatione asseruit celeberrimus *Schurtzfleischius.* (b) *Ioh. Iac. Seyppelius.* *C.S. Schurtzfleisch.*

§. XLVIII. *Sententia Exauctorationis & privationis* WENCESLAI Rom. Regis lata,& pronuntiata anno CIↃCCCC. exstat apud Goldastum *Const. Impp. parte I.* & alibi. *VVENCESLAI.*

§. XLIX. *De* FRIDERICI, *Ducis Brunsvic. & Luneburgensis in Imperatorem Romanum Electione* elegantem habemus *Dissertat. Historicam* Henrici Meibomii junioris. (c) *FRIDERICI* *H. Meibomii.*

§. L. Ramassi *Vitam Cæsaris* SIGISMVNDI, in *Epitome Rerum Bohemicarum* aliqvoties laudat *Bohuslaus Balbinus.* *SIGISMVNDI.* *Ramassus.*

§. LI. *Diarium Vitæ* FRIDERICI III. (rectius V.) manu ipsius propria exaratum,& inchoatum anno CIↃCCCCXXXVII. ætatis XXII. ex ms. codice Bibliothecæ Vindobonensis Petrus Lambecius *Diario Sacri Itineris Cellensis* inseruit, (d) *Æneæ Sylvii*, Episcopi Senensis, postea Pii Papæ II. *Historiam Rerum Friderici III. Imp.* ex ms. optimæ notæ, cum specimine Anno- *FRIDERICI III.* *Ipse Imp.* *Æn. Sylvius.*

(a) An.1663. (b) VVitteb.1684. (c) Qvæ Helmst edita 1681.& post in *Tomum III. Rerum German.* relata. (d) Viennæ ed.1666.

notationum Ioh. Henr. Bœcleri in eandem, edidit *Ioh. Georgius Kulpius,* in Acad. Argentor. Instit. Impp. & Iuris publ. Prof. Ord. (a) Accesserunt *Diplomata & Documenta varia, rebus Friderici III. illustrandis, ut & figuræ, imagines, Nummi.* Neqve tamen integram Friderici Imp. Historiam absolvit Æneas, sed in motibus Vngaricis substitit. (b) *Antonii Panormitæ*, ab Alphonso Rege Arragoniæ legati, *Oratio*, Romæ *in coronatione Friderici III. Imp. Romæ habita anno* CIϽCCCCLII ut & *Iannotii Maneti*, Florentinorum legati, *in eadem coronatione sub Nicolao V. Pontifice facta, ad utrunqve Oratio Gratulatoria;* item, *de Friderici Imp. in Italiam profectione votiva, anno* CIϽCCCCLXVIII. *suscepta, Narratio*, e libro Ceremoniali desumta, habentur *Tomo III. Germanicarum Rerum Scriptorum* Freheri. (c) *Augustini Patricii*, sub Innocentio VIII. Ceremoniarum magistri, dein ab anno CIϽCCCCLXXXIII. Episcopi Pojentini, *Descriptio adventus Friderici III. Imp. ad Paulum* Papam II. primus eruit, inqve lucem dedit Ioh. Mabillonius *Musei Italici Tomo I. parte II.* Sic Tomo II. Freheriano multa apparent monumenta literaria ad vitam resqve gestas hujus Imp. pertinentia: utpote *M. Iacobi Motzii*, Theol. Legati Cæsarei, coram Seren. Alphonso Rege Portugalliæ *Oratio, pro filia ejus Leonora Friderico Cæsari desponsanda.* Incerti Auctoris *ad eundem Regem Oratio Gratulatoria, de Connubio Friderici & Leonoræ.* Legati Cæsarei *Oratio pro Coro-*

Ant. Panormita.

Iannotius Manettus.

Aug. Patricius.

Iac. Motzius.

(a) Argentor. 1685 dignaqve lectu est præfatio Kulpisiana *de Instituto hujus editionis.* (b) Vid. Bœclerus in *Annotat. n.1. pag* 121.
(c) Hanov. ed. 1611.

Coronatione Friderici R. Rom. ad Nicolaum V. P. R. cum petitione ad eundem pro Concilio Generali, habita anno CIↃCCCCLI. Oratio ſvaſoria ad Nicolaum V. P.R. *ut Cæſarem Fridericum in Turcos paſſagium parantem modis omnibus adjuvare velit.* Thadæi Qvirini, Patricii Veneti *ad Fridericum Imp. nomine ſuæ Reip.* Oratio *Gratulatoria.* Alia Oratio *pro Vicario Cremonæ, ad eundem Imp. Fridericum adventantem, habita penes Lauretum.* Michaelis Apoſtolii, Byzantini, *Oratio acclamatoria ad Imp. Frider. III. rogatu Ariſtonymi* habita an. CIↃCCCC. LVII. Æneæ Piccolominei, Senenſis, Cardinalis, *de his, qvæ Friderico III. imperante in Germania, & per totam Europam geſta ſunt.* Iacobi Piccolominei, Senenſis, Card. *Narratio de Friderici Imp. in Italiam profectione votiva, & honorifico Romam adventu, qvidqve ibi cum Paulo II. Pont. egerit, ex Commentariorum ejus lib. VII.* Ex Auguſtini Patricii Commentationibus *de Comitiis Imperii ſub Friderico Imp. apud Ratisbonam celebratis anno* CIↃCCCCLXXI. Ioh. Antonii Campani *ad Iacobum Card. Papienſem ex iisdem Comitiis, de rebus ibi geſtis, Epiſtolæ familiares.* De congreſſu *Friderici III Imp: & Caroli Ducis Burgundionum apud Treverin facto anno* CIↃCCCCLXXIV. *Hiſtoriola perelegans*, ex Arnoldo de Lalain. *Epiſtola Gallica* a Rudolpho Agricola *verſa.* Friderici III Imp *Epiſtolæ aliqvot.*

Thad. Qvirinus. *Mich. Apoſtolius.* *Æn Sylvius.* *Iac. Piccolomineus.*

§. LII. Ad Hiſtoriam MAXIMILIANI I. pergentibus obvenit *Hiſtoria vitæ & rerum geſtarum Friderici V. & Maximiliani Impp. ab ipſo Maximiliano I. proſa oratione compoſita, & a Secretario ejus Marco* *MAXIMIL. I.*

 Treitz-

Treitzsaurwein ab Ehrentreitz pure descripta, atque elegantissimis imaginibus ligno insculptis exornata. Quod opus MS. in Bibliotheca Cæsarea asservatur. Deinde huc pertinent *Adversaria Historiæ rhythmicæ variorum periculorum Imp. Maximiliani I.* vernaculo sermone, sub titulo der Theurdanck/scriptæ, variisqve imaginibus distinctæ: cujus libri Auctor habetur

Melch. Pfinzing. *Melchior Pfintzingus*, Patritius Norib. ad S. Sebaldum Præpositus Noriberg. & Caroli V. Capellanus. (a)

Iac. Maynus. Porro *Tomo II. Freberi* reperiuntur seqventia scripta ad Maximiliani I. historiam facientia: *Iasonis Mayni*, Ic. *ad Maximil. R. Rom. in Ejus, & Augustæ Blancæ Mariæ Nuptis Epithalamium.*

Pand. Collenutius. Pandulphi Collenutii, IC. & Eqvitis, Ferrariæ Ducis legati, *ad Max. Imp. Oratio.*

Henr. Glareanus. Henrici Glareani *ad Maxim. Imp. Panegyricon.* (b) Maximiliani I. Imp. *Privilegium Erectionis Collegii Poetarum & Mathematicorum in Vienna.*

Vinc. Longing. Vincentii Longini Eleutheri Silesitani, Art. & Phil D. Poetæqve laureati, *ad Maximil. R. Rom. Panegyricus, pro instituto & erecto Collegio Poetarum & Mathematicorum in Vienna Panonniæ.*

Henr. Bebelius. Henrici Bebelii *Ecloga triumphalis de Victoria Cæsaris Maximil. contra Bohemos, cum qvibusdam aliis ejus Carminibus.*

Mich. Coccinius. Michaelis Coccinii Tubing. *de bello Maximil. Imp. cum Venetis gesto anno* CIƆIƆXI. *liber unus.*

Hier. Nogarolus. Hieronymi Nogaroli Comitis, *ad Max. Cæs. pro Vicentinis habita Oratio.*

Ioh. Cuspinianus. Ioh. Cuspiniani *Diarium de Congressu Cæsaris Maximiliani, & trium*

(a) Vid. Mart. Zeilerus *part. II. Histor. & Chronol. p. 209.* Vincentius Placcius *de Script. Anonymis detectis cap. 11. p. 91.* (b) Habetur etiam *Tomo I.* Schardii.

trium Regum, Vladislai Hungariæ, Ludovici Bohemiæ, & Sigismundi Poloniæ, in urbe Viennensi facta XVII. *Iulii anno* CIϽIϽXV. (a) *Richardi Bartholini*, Perusini *Hodæporicon, seu Itinerarium* Matthæi, Cardin Gurcensis, *quæque in conventu Maximil. Cæs. & Regum Vladislai, Sigismundi & Ludovici, memoratu digna gesta sunt, multis insignibus Orationibus, Epistolis, Carminibus insertis.* Iacobi Manlii, Friburgensis *Historiola duorum actuum anno* CIϽIϽXVIII. *Augustæ habitorum:* I. *Investitura Cardinalitiæ dignitatis Alberto Brandenb. Archiep. Moguntino collata.* II. *Gladii & Pilei per Pontificis legatum Maximil. I. Imp. donati.* Ioh. Fabri, Theol. *Oratio funebris in depositione gloriosiss. Imp. Maximiliani, in oppido Wels Austriæ, die XVI. Ian. anno* CIϽIϽXIX. (b) Georgii Sauromanni *Oratio ad Augg. Principes, Carolum, electum Rom. Imp. & Ferdinandum Germ. post obitum Maximiliani.* Petri Ægidii *θρηνῳδία, qua Genius Maximiliani Cæsaris inter præficas in pompa funerali mortem ejus deplorat, cum scholiis Spiegelianis.* (c) Tomo vero III. Freheri hæc comparent scripta: Incerti Auctoris *Descriptio accurata Electionis Maximiliani Regis Romanorum apud Francofurtum anno* CIϽCCCCLXXXVI. *legitime factæ: itemque Coronationis ejusdem continuo subsecutæ apud Aquisgranum.* Henrici VIII. Angliæ Regis *ad Maximil.*

Rich. Bartholinus.

Iac. Manlius.

Ioh. Faber.

Georg. Sauromannus.

Pet. Ægidius.

Anonymus.

(a) Hoc Diarium etiam *Operi ejus de Cæsaribus* subjunctum in edit. Argentor. 1540. & Francof. 1601. (b) Excusa primum Augustæ 1519. Vide Herm. ab Haart *Tom. III. Autographorum Lutheri & coætan. p.* 35. (c) Prodiit primum Antverp. 1519. Vide Andreæ *Bibl. Belg. p.* 720. & *Tom. III. Autograph. p.* 29. item Augustæ 1519. Vide Autograph. p. 35.

mil. Regem & Principes in Comitiis habitis Confluentiæ anno CIϽCCCCXCII. *legatio, cum eorundem Responsoria.*

Bil. Pirckheimerus. Bilibaldi Pirckheimeri, Noriberg. & Cæsarei postea Consiliarii, *Maximiliani Cæsaris Bellum Svitense, sive Helveticum anno* CIϽCCCCXCVIII. *gestum.* (a)

Camillus Gilinus. Camilli Gilini, Romani, *de ejusdem Cæsaris expeditione Italica anno* CIϽCCCCXCVII. *suscepta, Commentariolus.*

Ioh. Tritthemius. Ioh. Tritthemii, Abbatis tunc Spanheimensis, *Belli Bavarici anno* CIϽIϽIV. *Philippo, Palatino Electori, & Ruperto Filio a Maximiliano Imp. indicti.* Leonis X. Pontif. *Epistolæ tres, super obitu Maximiliani I. Imp. & novi Cæsaris electione facienda, ad Ludovicum Electorem Palatinum an.* CIϽIϽXIX. *missæ.* Præterea in Bilibaldi Pirckheimeri *Operibus Politicis* a Goldasto editis reperiuntur: *Currus Triumphalis, honori & memoriæ immortali D. Maximiliani I. Imp. dicatus, cum figuris æneis Alberti Dureri:*

Ioh. Stabius. Iohannis Stabii, Consiliarii & Historiographi Cæsarei *Porta Honoris, eidem Imp. dicata, cum figuris æneis ejusdem Dureri:* Maximiliani I. Imp. *Mausolæum Oeniponte in aula nova conspiciendum.*

Iust. Goblerus. Præterea habemus *Iustini Göbleri*, Goarini, ICti, Erici Ducis Brunsvvico-Luneburgensis Consiliarii, & Curiæ Iudicis, *Chronica Actorum bellicorum Maximiliani I. contra Venetos & Gallos, ab Erico Duce Brunsw. & Luneb. ut & Casimiro, Marchione Brandenb. gestorum*, Germanice scripta: (b)

Iac. Balde. *Iacobi Balde*, Soc. I. *Maximiliani I. Res gestas, novo scribendi gene-*

(a) Hoc scriptum etiam habetur in *Operibus* Pirckheimeri Francof. an. 1610. a Goldasto editis. (b) Francof. ed. 1566.

genere, modo sententiis metro illigatis, modo in diffusius dicendi genus affine epidictico sparsis explicatas : (a) Hermolai *Barbari* Orationem, qva Maximiliano nomine Reip. Venetæ de electione in Regem Rom. gratulatur : (b) Bartholomæi Latomi *Imp. Cæsarem Maximilianum defunctum.* (c) *Barth. Latomus.*

§. LIII. CAROLI V. Cæsaris *Genealogiam* scripsit *Iohannes Gvilielmus Ruchius*, Gandavus Presbyter. (d) *De Ortu Caroli V. & omnium Archiducum Austriæ ac Comitum Habsburgicorum* egit *Hieronymus Gebweillerus.* (e) *De Caroli Hispan. Regis præeminentia* commentatus est *Cyprianus Benetus*, Aragonius, Ord. Domin. Theol. D. Paris. qvi post an. CIↃIↃXXII. obiit. (f) De *Electione & coronatione Caroli V. Imperatoris* aliqvot scripta prodierunt, qvæ collegit, ac conjunctim edidit *Christianus Eberhart*, Histor. in Acad. Helmstad. Prof. (g) Scripta autem sunt seqventia : I. Phil. Melanchthonis *de electione & coronatione Caroli V. Historia, primum sub nomine Georgii Sabini edita.* (h) II. *De ejusdem Caroli electione Excerpta* ex Franc. Gvicciardini *Histor. lib. XIII.* Arnoldi Ferroni *de Rebus Gestis Gallorum lib. V.* Erasmi Roterod. lib. XIII.

CAROLI V. Ioh. Gvil. Ruchius.

Hieron. Gebvveillerus.

De ejus Elect. & coronatione scripta varia.

(a) Absqve auctoris nomine libellus primum prodiit Ingolst. 1631. & auctarium ejus Monach. 1639. (b) In Orat. clarorum hominum in Acad. Veneta 1559 editis p. 39. (c) Augustæ, 1519. (d) Prodiit Hagan. 1530. & cum Achillis Gassari *Historiar. Epitome* Antverp. 1536. (e) Lovan. 1550. (f) Vide Henr. VVarthonum *in App. ad Gvil. Cave Hist. liter. Scriptor. Eccles.* p. 136. ubi hoc scriptum cum ejus *Dialogo de excellentia & utilitate Theologiæ* Romæ an. 1518. prodiisse monet. (g) Helmst. 1660. (h) Extat. sub *Sabini* nomine apud Schardium *Tomo II.*

XIII Ep. IV. Iac. Aug. Thuani *Histor. l. I.* Polydori Vergilii *Anglic. Hist. lib. XXVII.* III. *S. Rom. Imperii Principum Rescriptum datum Legato Rom. Pontificis.* IV. Caroli Hispan. R. Archid. Austriæ *Mandatum procuratorium super sua electione acceptanda, & præstanda.* V. Electi Rom Regis Imp. *Pacta, seu Articuli oligationis præstandæ Principibus Electoribus Francofurti in Electione, & Aqvisgrani in coronatione.* VI. Caroli V. Imp. Aug. *Iuramentum post impositam sibi coronam Regiam Aqvisgranensem.* VII. *Collatio Caroli V. Imp. & Francisci Gall. Regis ex* Francisci Belcarii *Comment Rer. Gallic. l. XVI.* VIII. *De abdicatione Imperii a Carolo V. facta, ejus in Hispaniam discessu, obitu & virtutibus,* e Thuani *Histor. l. XVI. & XXI.* IX. *Imperatorum Austriacorum a Friderico III. Imp. & Regum ex eadem familia Hispanorum series.* Habemus etiam *Hartmanni Mauri,* Consil. Archiep. Colon. *de Coronatione Caroli V. Imp. apud Aqvisgranum* scriptum: (a) & *Hieronymi Balbi,* Episcopi Gurcensis, *de futuris Caroli V. successibus, Vaticinium:* (b) Qvi idem & *de Coronatione Caroli* scripsit, Item: *Nicolai Mamerani,* Luxemburgii, Poetæ & Historici *Historiam Electionis Caroli V. Imp.* In Freheri autem *Tomo* III comparent: Francisci I. Regis Francorum *Legatio ad Principes Electores Francofordiam missa, pro suffragiis ad Imperium conciliandis:* Hermanni, Comitis Nuenarii, *in eisdem Comitiis ad Senatum Electorum*

Hier. Balbus.

(a) Basil. 1574. Francof. 1614. & apud Schardium *Tomo II.* (b) Apud Eundem *d. l.*

ctorum pro Carolo electo Rege Rom. Oratio perelegans: itemque ad ipsum Regem electum Gratulatio nomine Studiosorum Germaniæ: Iacobi Sobii LL. D. *Exhortatio Nobilium Germaniæ, ad Eundem Imp.* (a) Principum Electorum *legatio ad Carolum Hisp. Regem decretum Electionis ei insinuans: qua functus est* Fridericus Palatinus anno CIↃIↃXIX *perorante* Bernhardo Wurmsero Ic. *cum responsoria Ejusdem Regis, electi Cæsaris, per* Mercurinum Albonensem de Gattinaria, Cancellarium: *Literæ, quibus Rex Carolus Electoribus gratias egit, quod eum Augustum designaverint.* (b) Flandriæ Ordinum *legatio ad Carolum Regem in Hispaniam, edita per* Stephanum Comitem Bellocassium, *cum quibusdam ejus Poematis de Carolo V.* Hypotheses Spectaculorum *apud Antverpiam in honorem Caroli V. Cæs. editorum,* per Petrum Ægidium *descriptæ:* Clementis VII. Pont. R. *Literæ, seu Brevia, in quibus, quas potuit, criminationes, etiam falsissimas, adversus Carolum Cæs. congessit: & ad easdem* Caroli Imp. *Responsio, cum appellatione, & generalis Concilii postulatione ad Collegium Cardinalium, acta anno* CIↃIↃXXVI. (c) Capitula Fœderis, *quod Sanctissimum vocarunt, inter Clementem VII. P. R. Regem Gallorum, Remp. Venetam, Franciscum Sfortiam,*

(a) Hæc præcedentia scripta una cum aliis jam an. 1519. excusa sunt. Vide *Autographorum T. III. p.* 29. (b) VVurmseri, & quæ seqvuntur scripta habentur etiam in *Orat. doctorum virorum* Hannov. ed 1613 (c) Colon. jam ed. 1527. ac iterum cum aliis uno fasciculo comprehensis Moguntiæ eod. anno Vid. *Tom. III. Autogr. Lutheri p.* 150.

Ducem Mediolani, ac Florentinos, adversus Cæsarem Carolum percussi. Porro de capta a milite Cæsareo
Cæs. Grolier. ROMA, exstant: Cæsaris Grolieri *Historia expugnatæ & direptæ urbis Romæ per exercitum Caroli V. Imp.* (a) Commentarius *captæ urbis, ductore Carolo Borbonio ad exqvisitum modum confectus, ubi non modo ordine magis, qvam hactenus ab aliis exposita omnia, sed multa etiam aliter reperire liceat,* Auctoris innominati. (b) *Direptio expugnatæ Vrbis Romæ ab exercitu Caroli V. Cæsaris,* a Caspare Barthio *ex Italico Latine versa.* (c) Multa etiam singularia de hac Historia reperias in Georgii & Casparis Frundspergiorum
Ad. Reisnerus. *Vita & rebus gestis bellicis ab Adamo Reisnero* scriptis. (d) *De duplici coronatione Caroli V. Cæsaris apud Bo-*
H. C. Agrippa. *noniam, Historiolam* scripsit *Henricus Cornelius Agrippa,* armatæ militiæ Eqves auratus, V. I. D. & S. Cæs. M. Consil. (e) *Expeditionem Caroli Cæsaris in Africam*
Nic. Villagagnonius. *ad Algieram* descripsit *Nicolaus Villagagnonius,* E-
Iac. Sluperius qves Rhodius. (f) Iacobi Sluperii *de Bello Africano a Carolo V. gesto* libros decem, laudat Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica.* (g) *De Aphrodisio a Carolo expugnato, Commentariam* composuit *Iohannes Chri-*
I. C. Calvetus Stella. *stophorus Calvetus Stella.* (h) De bello Caroli V.

ad-

(a) Paris. 1537. (b) Ibid. 1538. (c) Edita est cum Barthii *Pornodidascalo* Cycneæ 1660. (d) An. 1568. ed. (e) Exstat apud Schardium *Tomo II & parte IV°. Polit. Imperial.* Goldasti. (f) Ibidem & cum Auctoribus aliqvot *Commentariorum rerum a Carolo V. in Africa gestarum* prodiit Antverp. 1554. item separatim Norimb. 1542. (g) pag. 429. (h) Apud Schardium *Tom. II.* Non igitur simpliciter *de Aphrodisio* commentatus est: uti habet *Bibliotheca* Konigii.

adversus Protestantes, fœderis Smalcaldici socios gesto, præter Sleidanum, scripsere *Ludovicus ab Avila* (a) *Lambertus Hortensius*, *Hieronymus Faletus*, *Iohannes Godojus*, & Græce, *Ioachimus Camerarius*, a Simone Stenio, Latine versus. (b) Qvo etiam referas *Nicolai Mamerani* Diarium Belli Germanici. (c) *Historiolam de Abdicatione, seu Renuntiatione Imperii & Regnorum a Carolo V. Imp. facta anno* CIↃIↃLV. *& Electione Ferdinandi Imp. rebusqve, qvæ inter utrumqve acciderunt*, debemus *Wilhelmo Godelevæo*. (d) *De Morte Caroli V. Evangelica*, Dissertationem emisit *D. Ioh. Fridericus Maierus*, Lipsiensis. (e) Incerti Auctoris *Oratio funebris*, ut & Iohannis Antonii Viperani *Laudatio funebris Caroli V. Imp.* ad Mamertinos, habita Messanæ anno CIↃIↃLVIII. exstat *Tomo III.* Freheri. *Georgii Ederi*, V.I.D. Oratio funebris Caroli V. habetur in *Orationibus doctorum virorum* Hanoviæ editis. *Immortalitatem Caroli V. Cæsaris Rom. Imp. Max. & fortissimi*, exposuit *Anatolius des Barres*, Seqvanus, Philippi Hisp. Regis Nobilis Domesticus. Insuper, *de Republ. Vita & Gestis Caroli V. Aug. libros septem* composuit (f) *Gvilielmus Zenocarus*, alias *Snoeckaert* dictus, a Schavvenburgo, Brugensis, Eqves, Carolo V. Cæsari a Bibliothecis, & in Hollandiæ Senatu

Scriptores Belli Smalcaldici.

Wilh. Godelevæus.

I. F. Maierus.

Anonymus.

Ioh. Ant. Viperanus.

Georg. Ederus.

Anatolius des Barres.

Gvil. Zenocarus.

Mmmm 3 a Con-

(a) Qvem Latine *Gvilielmus Molina*, Germanice vertit *Philippus Magnus*, Dux Brunsvvico-Luneburgicus. (b) Exstat Græce & Lat. apud Freherum *Tomo III.* (c) Latine apud Chytræum in *Appendic Saxoniæ*; Germanice apud Hortlederum *de Origine & Caussis Belli Germanici.* (d) Apud Schardium *Tom. II.* (e) Lips. 1682. (f) Gandavi 1560.

a Consiliis. (a) *De dictis & factis Caroli V.* commentatus est *Bartholomæus Honorius*, Leodiensis, Canonicus Floreffiensis Ord. Norbertini in Comitatu Namurcensi (b) *Iob Voerthusius.* *Iohannes Voerthusius*, Zutphaniensis, Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ Trajecti ad Rhenum, Præpositus Daventriensis, edidit *Phœnicem* sive *Apotheosin Consecrationis Augustæ:* qvo libro Caroli Magni, & Caroli Maximi, Cæsarum, res gestæ, consilia, eventus & utriusqve seculi historiæ invicem componuntur. (c) *Orationem* insignem *de Carolo V. Imp. Cæsare Aug.* *David. Chytræus.* scripsit David Chytræus, a Belga qvodam recitatam, (d) & a Iohanne *Georgio Godelmanno*, Icto, Germanice versam. (e) *Animam Historiæ hujus temporis in juncto* Caroli V. & Ferdinandi I. Fratrum *imperio*, repræsentavit *Iacobus Masenius*, Soc. Ies. (f) *Iac. Masenius.*

FERDINANDI I. §. LIV. Ad FERDINANDI I. Historiam pertinent *Ioh. Iessenii a Iessen*, Eqvitis Vngarici, Cæsareiq; Medici *Divorum Impp. Ferdinandi I. & Maximil II. Progenies Augusta:* (g) *VVolfg. Lazius.* Wolfgangi Lazii *Rei contra Turcos gestæ an.* CIↃIↃLVI. *brevis Descriptio cum adjecta Chorographia, ubi præliorum pugnarum, oppugnationum & expugnationum, locorum item, in qvibus præclarum qvidqvam gestum, regionisqve situs & confinia elegantissime exprimuntur:* (h) *Bas. Ioh. Heroldus.* & Basilii Iohannis Heroldi *Rerum contra Turcas, auspiciis Ferdinandi Austriaci Cæsaris in Inter-*

(a) Val. Andreas in *Bibl. Belg.* p. 336. (b) Idem *p. 105.* (c) Antverp. 1562. (d) Qvæ prima est inter *Orationes* Chytræi Hanov. an. 1614 ed. eas. (e) Lips. ed. 1595. (f) Colon. 1671. (g) Francof. 1613. ed. una cum Ejusdem *Panegyrico ad Matthiam Cæsarem Boemiæ regnum capessentem.* (h) Apud Schardium *Tomo II.*

teramnensi Pannonia gestarum Historiola. (a) Idem Heroldus *Orationem in obitum hujus Imp.* conscripsit. (b) De eodem Imp. *Orationem* doctam composuit *Chytraus*, anno CIↃIↃLXXIV. Græciæ in Stiria post Introductionem Scholæ Provincialium, a Sigismundo a Sarau recitatam. (c)

Dav. Chytræus.

§. LV. De MAXIMILIANO II. Imp. qvæ seqvuntur scripta, collegit, & in *Tomum III.* retulit Simon Schardius: *Vera Narratio, qvo modo & forma Maximilianus --- electus fuerit in Regem Romanorum apud Francofurtum anno* CIↃIↃLXII. XXIV. *Novembris:* Altera Narratio *de gloriosa & solenni coronatione Rom. R. Maximiliani facta eodem loco & anno, die vero ultimo Novembris:* Convivii Cæsarei *Descriptio eodem die celebrati:* De *Electione & Inauguratione Maximil. R. Rom. Historia per* Adamum & Nicolaum Heydenos, *fratres gemellos, ad Iohannem a Leyhen, Archiep. & Electorem Trevirensem:* Iohannis Posthii, Germershemii *Carmen Gratulatorium ad Maximilianum R. R.* Iohannis Lauterbachii *ad Eundem Maximil. Regem Rom. Carmina Gratulatoria, & in Ejusdem Coronationem Epigrammata:* Catalogus *Electorum, Principum, Legatorum, Comitum, Baronum, Nobilium, & Doctorum Virorum, qvi huic inaugurationi interfuerunt.* Porro *de majorum Maximiliani II. monumentis* scripsit Iacobus Menlius: (d) *Iohannes Voerthusius* in lucem dedit *Academia Veteris & Nova Legationem:* qva

MAXIMILIANI II. Scripta varia.

Iac. Menlius. Iob. Voerthusius.

(a) Ibid. In *Orat. doctor. Viror.* Hanov. impressis 1613. habetur ejus *Panegyricus Ferd. I. dictus pro rebus contra Turcam feliciter gestis an.* 1556. (b) Francof. 1564. (c) Qvæ secunda est inter *Orat.* Chytræi. (d) Augustæ 1593.

qva Maximiliano II. Aug. recens inaugurato doctorum hominum nomine gratulatur. (a) Prolixum huic Imp. *Panegyricum* dicavit *Basilius Ioh. Heroldus*. (b) *De Symbolo Maximiliani II.* Dominus providebit, libros duos emisit *Iohannes Hantschmannus.* (c) In mortem Maximiliani II. Imp. Rom. *Orationem* Ratisbonæ anno CIↃIↃLXXVI. scripsit *Christophorus Varsevicius*, Eqves Polonus. (d) In eundem Cæsarem mortuum, Florentiæ anno CIↃIↃLXXIV. Orationem habuit *Petrus Victorius.* (e) Exstant etiam *Ioh. Cratonis a Crastheim*, Medici (f) & *David Chytræi*, de hoc Imperatore *Orationes.* (g)

Ioh. Hantschmannus.

Chr. Varsevicius.

RVDOLPH. II

§. LVI. *Singularia qvæ* RVDOLPHI II. *Imp. temporibus contigerunt*, Germanice enarravit *Matth. Meifartus.* Christophori *Parsevicii* ad Rudolphum II. *Oratio de Christianorum contra Turcas victoria, in Slavonia ad Sissek parta*, habetur *in Orationibus doctorum virorum.* Funebri *Oratione* hunc Imperatorem laudavit *Aubertus Miræus* (h) Super ejusdem Imp. obitum *Panegyricum* in Academia Giessensi habuit *Christophorus Helvicus.*

Mat. Meifartus.

Chr. Varsevicius.

MATTHIÆ.

§. LVII. *Historica Relatio actus Electionis & Coronationis* MATTHIÆ Imp. & Annæ Austriacæ Conjugis, singulariter prodiit. (i)

§ LVI.

(a) Val. Andreæ *Bibl. Belg. p. 578.* (b) In *Orat. doctor. viror. p. 255.* sqq. (c) Lipf. 1591. (d) Qvæ Ratisbonæ dicto anno edita, & Rudolpho Imp. inscripta. (e) Qvæ exstat in *Oratt. doctor. viror.* Hanov. ed. (f) Vratislav. 1577. (g) Chytræi tertia est inter Orationes. Prodierunt etiam Orationes ejus *de Carolo V. Ferdin. I. & Maximil. II.* Argentor. 1570. & VVitteb. 1593. (h) Antverp. 1612. Exstat in *Orationibus doctor vir.* Hanov. 1613. edit. (i) Francof. 1612. Integrum titulum affert Hertzius in *Bibl. Germ. n. 853.*

§. LVIII. De FERDINANDI II. Vngariæ & Bohemiæ Regis *parentela, electione, & coronatione in Regem Romanorum*, libros tres conscripsit *Ioh. Frider. Matenesius*, S. Th. D. & Prof. Colon. ad D. Cuniberti Canonicus & Pastor, R. Eccl. Protonotarius. (a) Totam Ferdinandi vitam qvatuor libris complecti voluit *Gvilielmus Lamormaini*, S. I. Sacerdos: qvorum *primus* ageret de ejus nativitate, & exercitiis juventæ: *alter*, qvomodo terras suas hæreditarias ut Princeps rexerit: *tertius* de Gestis ejus Imperatoriis: *qvartus*, de ipsius virtutibus. Ex his ultimus primum scriptus singulariter prodiit: qvem mox *Iohannes Iacobus Curtius*, itidem Sacerdos Ord. Ies. Germanice vertit. (b) An autem reliqvi etiam lucem adspexerint, non habeo affirmare. Ad hujus qvoqve Ferdinandi, ut & filii ejus successoris, FERDINANDI III. historiam spectant scriptores *de Bello Tricennali Germanico* varii: qvorum aliqvos jam supra laudavimus, reliqvos autem (si vixerimus) alibi enumerabimus.

FERDIN. II.

I. Fr. Matenesius.

Gvil. Lamormaini.

FERDIN. III.

§. LIX. Potiora LEOPOLDI Nostri AVGVSTI Gesta aliqvot voluminibus exposuit Italice, *Galeacius Gvaldus*, Abbas.

LEOPOLDI.

§. LX. De IOSEPHI in Regem Romanorum *electione & coronatione* Augustana, complura scripta prodierunt.

IOSEPHI.

(a) Colon. 1612. (b) Viennæ ed. 1638.

CAPVT XXV.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ PONTIFICVM ROMANORVM VNIVERSALIS.

§. I.

CÆsareologia absoluta pergimus ad Historiam Pontificum Romanorum. Et hujus qvidem non vulgarem notitiam pandit *Ludovicus Iacobus a S. Carolo*, Cabilonensis Burgundus, Ordinis Carmelitarum alumnus, in *Bibliotheca Pontificia*, duobus libris distincta: qvorum primo *agitur ex professo de omnibus Romanis Pontificibus a S. Petro usqve ad Vrbanum VIII. ac de Pseudopontificibus, qvi scriptis claruerant:* in secundo vero, *de omnibus Auctoribus, qvi cum in generali, tum in particulari eorum vitas, & laudes, nec non præcellentiam auctoritatemve posteritati consecrarunt.* Cui adjungitur *Catalogus Hæreticorum, qvi adversus Romanos Pontifices aliqvid ediderunt.* Qvia igitur hunc librum Lugduni in Gallia anno CIƆIƆCXLIII. editum benevole mecum nuper communicavit Thomas Ittigius, Lipsiensis, SS. Theol. Licent. celeberrimus, & ad ædem D.Nicolai in patria Archidiaconus optime meritus, Vir in Historia Ecclesiastica summe eruditus, non parum per eundem nos profecisse, merito fatemur: sic tamen ut & aliam methodum (qvæ alphabetica est Iacobi, nostra Chronologica) delegerimus, errores etiam auctoris aliqvot annotaverimus,

Lud. Iacobi Carmelitæ Biblioth. Pontificia.

mus,

mus, ac multa deniqve cum cura hoc argumentum suppleverimus.

§. II. Iam seculo IV. Valentiniani & Valentis temporibus floruit *Damasus*, Antonii filius, Hispanus, qvi primum Ecclesiæ Romanæ sub Liberio Diaconus, post Presbyter, deniqve anno CCCLXVI. Episcopus constitutus, cum annis XVII. sedisset, prope octogenarius tempore Theodosii I. mortuus est. Sub hujus nomine circumfertur *Pontificale*, sive liber *de Gestis summorum Pontificum*. At neutiqvam esse fœtum Damasi, Episcopi Romani; sed vel *Damasi*, Portuensis Episcopi, vel *Anastasii* Bibliothecarii, ipsi scriptores agnoscunt Pontificii. (a) Qvamqvam nec Anastasii esse potest, qvia ab scriptoribus Anastasio antiqvioribus citatur. Ex variis igitur Pontificum Romanorum Catalogis, pro varia temporum sorte, & interpolatorum ingenio, ortum & incrementa accepisse, vero admodum est simile. Et prima hujus opusculi fundamenta posuisse videtur Anonymus, qvi sub Alexandro Severo scripsit: cujus solus superest titulus: ut patet ex Indice præfationis ad librum *de Divisione & Generat. Gentium*, post Henricum Canisium in *Antiqva Lectione*, a Philippo Labbeo editum *Tomo I. Bibliothecæ Novæ Mss.* ubi hæc habentur verba: *Nomina Episcoporum Romæ, & qvis qvos annos præfuit.* Hunc indiculum expressit, & ad sua usqve tempora perduxit Catalogi auctor, qvi in Liberio desinit, & sola Ponti-

Scriptores Hist. Pontif. Sec. IV. DAMASUS.

De Scriptoribus Catalogorum Pontiff. Rom.

 tifi-

(a) Vid. Bellarminus *de Script. Eccl.* & ad Eum Labbeus *Diss. Philol. Tom. I. pag. 252.* Vossius *de Hist. Lat. lib. 2. cap. 8. pag. 200.*

tificum nomina, successionem & tempora cum Impp. & Coss. concurrentia notat. *Commentariis* illum suis inseruit *Cuspinianus*; paulo magis integrum, *Ægidius Bucherius* suo in *Victorem Commentario*. Istum additamentis aliqvot auxit Catalogi conditor, qvi sub Iustiniano vixit, primum ab *Gothofrido Henschenio*, deinde a *Daniele Papebrochio* editus. Qvem postea interpolarunt alii, & non modo Pontificum Rom. nomina atqve tempora, verum etiam patres eorum, gentem, sepulturæ loca, ordinationes & decreta, sedisqve vacantis dies addiderunt: atqve ita tandem in hanc, qvam habemus, formam excrevit *liber Pontificalis*. Deniqve probabile est, Anastasium, additis nonnullis totum opus recensuisse, cujus proinde nomen vulgo præfert. (a) In hunc Catalogum Pseudo-Damasi commentatus est *Petrus*, Caroli VI. Francorum Regis Capellanus: teste Iacobo du Breul, *Notis ad cap. X. lib. II. Aimoini.*

SECVL. IX. ANASTASIVS BIBLIOTH.

§. III. Seculo IX. non vulgare inter doctos ejus ævi nomen habuit *Anastasius*, Abbas Romanus, Ecclesiæ Romanæ Presbyter & Bibliothecarius, qvi anno IↃCCCLXIX. cum Suppone & Eberhardo Comitibus a Ludovico II. Imp. Constantinopolin missus est. Si vera est Baronii Chronologia, ad annum IↃCCCLXXXVI. vitam perduxit. (b) Huic Anastasio tribuitur *Historia de Vitis Romanorum Pontificum*: qvarum ultima est Nicolai I. Sed Baronius Cardinalis Ha-

drian

(a) Videatur VVilh. Cave *Hist. literaria Scriptor. Eccles. pag* 119 130.

(b) De ætate Anastasii vide qvæ fuse disserit Spanhemius *in Papa Fœmina* §. 55. *pag.* 271. *seqq.*

driani II. & Stephani VI. vitas, qvas alii *Gvilielmo*, Romanæ itidem Ecclesiæ *Bibliothecario* tribuunt, ipsi qvoqve adscribit Anastasio. Qvod autem pars libri prior, qvæ a S. Petro ad Liberium protenditur, Anastasium non habeat auctorem, inde probat Labbeus, (a) qvod viderit ms. codicem optimæ notæ, tempore Caroli M. exaratum, in qvo vitæ illæ jamjam Damaso adscriptæ, ante qvam aut natus esset Anastasius, aut saltem ex primis infantiæ crepundiis emersisset. Codicem haut dissimilem in Bibliotheca Cæsarea haberi, Petrus Lambecius testatur. (b) Neqve tamen desunt, qvi Anastasium hujus fœtus auctorem nolunt admittere, eo qvod is Græce & Latine impense fuerit doctus; hæc autem scriptio multum sæpe rudis & agrestis, ac indigna Bibliothecario Romano sit. Exstat qvaliscunqve Historia ista Pontificia in *Conciliorum* editionibus, ac anno CIↃIↃCII. Moguntiæ prodiit cura *Iohannis Busæi*, e S. I. item Parisiis anno CIↃIↃCXX. studio *Iacobi Sirmondi* senioris, Soc. I. Theologi, & Confessarii Regii: nec non ibidem CIↃIↃCXLIX. ad calcem *Historiæ Ecclesiasticæ*, cum Notis *Caroli Annibalis Fabroti*; ac iterum ibidem an. CIↃIↃCLXXX. cum Notis & Observationibus *Antonii Dadini Alteserræ*, V. I. D. Prof. & Decani Tolosani. Dignus autem lectu liber est *Iohannis Ciampini*, Romani, Magistri Brevium Gratiæ, nec non Majoris Præsidentiæ Abbreviatoris, ac in utraqve Signatura Referendarii, qvem inscripsit *Examen libri Pontificalis, seu Vitarum Romano-*

De Edd. Anastasii.

(a) *Tomo I. ad Bellarm.* p. 252. *in Damaso.* (b) lib. 2. Comment. p. 927.

rum Pontificum, quæ sub nomine Anastasii Bibliothecarii circumferuntur : Romæ editum an. CIƆIƆCLXXXVIII. cujus summam nobis repræsentarunt celeberrimi Lipsienses. (a)

SEC. X. LIUTHPRANDUS.

§. IV. Seculo X. vixit *Liuthprandus*, Ticinensis Ecclesiæ primum Diaconus, dein Episcopus Cremonensis. Huic adscribitur liber *de Pontificum Romanorum Gestis a S. Petro usque ad tempora Formosi Papæ,* cum Anastasio Moguntiæ a Busæo editus, & in Operibus Liuthprandi Antverpiæ anno CIƆIƆCXL. recusus. Sed ipsi suspectus est editori primo, qvi auctorem conjicit fuisse monachum Corbejensem, vel Hirsfeldensem, ac partim sub Pontificibus ante Formosum, partim sub Formoso claruisse. Nam, si Liuthprandus Historiam Pontificiam scribere voluisset, procul dubio ad sua tempora perduxisset: qvippe qvi vixit L. annis post: intra qvod spatium plures fuerunt Pontifices. (b)

ABBO FLORIACENSIS.

§. V. Eodem seculo exeunte floruit *Abbo*, Aurelianensis Gallus, Læti & Ermengardæ filius, qvi sub Wilfaldo Abbate in cœnobio Floriacensi educatus, & in Parisiensi, Remensi, & Aurelianensi Academiis bonis literis imbutus, demum monasterii Floriacensi scholæ præfectus est. Postea ab Osvvaldo, Episcopo Wigorniensi in Angliam accitus, ac Presbyter factus, cœnobii Ramesejensis a se nuper fundati scholæ præponebatur : sed post biennium Floriacum repetiit,

(a) *Suppl. Tom. I. sect. 4. p. 167.* (b) Vide Vossium *de Hist. Lat. l. 2. c. 40. p. 344.* & Labbeum *Tom. II. ad Bellarm* pag. 35.

repetiit, ubi ab Oylboldi morte Abbas electus est. Post annum IↃCCCCLXXXVI. Romam proficiscebatur, ut privilegia monasterio suo ampliora a Iohanne XVI. obtineret. Post annum - XCVI. Romam iterum petiit, ut Arnulpho Remensi Archiepiscopo sede sua per injuriam spoliato apud Gregorium V. patrocinaretur, utqve monasterium Floriacense Episcopi Aurelianensis ditione eximeretur, impetravit. Anno CIↃIV. ad monasteriũ Sqvirs (hodie *Regulam* vocant) in Vasconiam itinere suscepto, ut res istius Cœnobii Floriacensibus pristino jure subjecti disponeret, orto inter comites suos, & monachos Vascones tumultu, lancea ventrem transforatus obiit Idibus Novembris, natali die S. Briccii, ac inter martyres a suis fuit repositus. (a) Scripsit hic Abbo *Epitomen de Vitis Pontificum*, ex Anastasio excerptam: qvæ cum Anastasio, cura Busæi, Moguntiæ prodiit.

SEC. XI. BONIZO.

§. VI. Seculo XI. claruit *Bonizo*, Sutrinus & Placentinus Episcopus, anno CIↃLXXXIX. occisus, qvi composuit *Epitomen Historiæ Pontificum Rom. a S. Petro usqve ad Urbanum* II. Videatur de hoc scripto Lambecius *lib. II. Biblioth. Vindobonensis*, & ex eo Hallervordius *in Spicilegio de Historicis Latinis.*

SEC. XII. PAND. MASCA.

§. VII. Seculo XII. *Pandulphus Masca*, Pisanus Tuscus, Rom. Eccl. Presbyter Cardinalis titulo SS.

(a) Vid. Vita *Abbonis* per Aimoinum monachum scripta apud Pithœum in *Annal. Francor.* ut & in *Bibliotheca Floriacensi*, Iohannis a Bosco, Cœlestini, an. 1605. Lugduni publicata: unde sua contraxit Cave *in Hist. literar. pag.* 410.

XII. Apoſtolorum, ſcripſit *Romanorum Pontificum Vitas a S. Petro usqve ad Innocentium III.* (a)

SEC. XIII. GVIL. GATADEGVS.

§. VIII. Medio ſeculo XIII. floruit, ac circa an. CIƆCCLVI. obiit *Gvilielmus Gatadegus*, Parmenſis, ſcholarum Magiſter, Rom. Eccl. Vicecancellarius & Bibliothecarius, qvi *Vitas Rom. Pontificum* conſignavit *a S. Petro usq; ad Innocentium IV.* (b) Qvem tamen, ut & *Iohannem Rufum*, Anglum, Ord. Præd. Theologum; *Landulphum de Columna*, Canonicum Carnotenſem; *Gervaſium Ricobaldum*, Ferrarienſem; *Martinum Carſulanum*; Bernardum *Gvidonem* (*Speculum* is ſcripſit *Hiſtoricum Romanorum Pontificum, atqve Imperatorum & Regum Galliæ* (c)) prætermittere licet; qvod eorum labores in Hiſtoria Pontificia nondum publicæ luci fuerint expoſiti. Neqve etiam ea, qvæ *Iacobus Zenus*, Patricius Venetus, Epiſcopus Patavinus, anno CIƆCCCCLXXVIII. demortuus, in eodem argumento elaboravit, (d) publicata credo.

SEC. XV. BONIF. SIMONETA.

§. IX. Seculo XV. finiente *Bonifacius Simoneta*, nobilis Mediolanenſis, Iohannis Hiſtorici fratris filius, (e) Ord. Ciſtercienſis Monachus, ac demum Abbas monaſterii S. Stephani de Cornu, in regione Pla-

(a) Venet. ed. 1547. & 1600. Vid. Lud Iacob *Bibl Pontif. lib. 2. p. 410.* & Voſſ. *de Hiſt. Lat.* l. 2. c. 53. p. 437. (b) Lud Iacob *in Bibl. Pontif. l. 2. p. 330.* (c) MS. ſervant *Bibliotheca Avenionenſis, Colbertina, Pariſ. Lugdunenſis. Batav.* Vitam hujus Gvidonis affert Labbeus *Tomo II. Biblioth. Nova MSS.* (d) Vide Voſſium *de Hiſt. Lat. l. 3. p. 604.* (e) VVhartonus in *Suppl. Hiſt. Lit.* Cave p. 120 *Bonifacium* vocat *Iohannis patruum*: contra Voſſius *lib. 3. de Hiſt. Lat. p. 626*, Iohannem dicit Bonifacii fuiſſe patruum.

Placentina. Scripſit is ad Carolum VIII. Galliæ Regem *Commentarios de Perſecutionibus Chriſtianis*, & *Pontificum Rom. hiſtoria*, a S. Petro usqve ad Innocentium VIII. Hos tamen non continuo narrationis filo contexuit, ſed nova plane methodo Epiſtolarum libris ſex complexus eſt. Prodiit hoc opus Mediolani anno CIↃCCCCXCII. & Hieronymi Emſeri cura, Basileæ CIↃIↃIX. Voſſius ait, *ſcriptorem* fuiſſe *non exiguæ lectionis, ſed qvi, qvantum videre poſſit, nihil habeat ceteris indictum, ut carere eo tuto poſſit Hiſtoriæ ſtudioſus.* (a)

§. X. Nunc ad *Baptiſtam Sacchum*, ſive *de Sacchis*, nos convertimus, in vico *Platina*, agri Cremonenſis natum, ac ob id *Platinam* dictum. (b) *Bartholomæum* multi eum vocant, ac pro hoc prænomine potiſſimum pugnant Voſſius (c) & Whartonus: (d) ſed *Baptiſtæ* prolixe defendit Lambecius. (e) Obſcuris parentibus genitus, juventutem militiæ dedit. Annis provectior, non infelicem literis navavit operam. ac ſub Calixto III. in Vrbem veniens, a Beſſarione Cardinale inter Domeſticos adſcitus eſt. Mox a Pio II. Abbreviator Apoſtolicus factus, opima ſacerdotia accepit. Poſt Pii mortem a Paulo II. loco motus eſt, *BAPT. PLATINA.*

 &

(a) de Hiſt. Lat. *d. l.* (b) Ipſe in vita Cononis Papæ: *Hunc* (Iohannem Platinam Exarchum) *ego crediderim dediſſe nomen meo natali ſolo, qvod Platina appellatur, in agro Cremonenſi poſitum.* Hodie vicus ille *Piadena* dicitur. (c) *de Hiſt. Lat. l. 3. c. 7. p. 589.* (d) in Supplem. ad Cave Hiſt. lit. p. 103. ubi inprimis provocat ad Richardi Flemyngi Cremonenſis *Lucubrationum Tiburtinarum lib. 1.* (e) in Annotat. ad *Hiſt.* ejus *Mantuanam*, 1675. Viennæ editam pag. 443. ſ.

& bonis omnibus ſpoliatus, non alio nomine, qvam qvod apud Pium in honore fuiſſet. Ægre admodum id tulit Platina, & palatium continuis viginti diebus obſidens, cum ad Pontificis colloqvium neutiqvam admitteretur, miſſa epiſtola, ſe ad Reges & Principes dilapſurum minabatur, eosqve adhortaturum, ut Concilium ipſi indicerent, in qvo geſtorum rationem reddere cogeretur. Platinæ hanc ferociam carcere duriſſimo & compedibus caſtigavit Paulus: in qvibus poſtqvam per qvadrimeſtre ſpatium egiſſet, Pauli Gonzagæ, Cardinalis Mantuani precibus liberatus, in hujus Cardinalis clientelam tranſiit. Poſt triennium Paulus illum iterum comprehendi jubet, læſæ majeſtatis reum agit, negantem eqvuleo imponit, & graviſſimis tormentis excruciat. Cum vero nulla ſævitia criminis confeſſionem extorqvere poſſet, miſerum hominem hæreſeos accuſavit: ideo ſcilicet, qvod de *Animæ immortalitate* diſputare ſoleret, & Platonis aliorumqve Philoſophorum ſcripta freqventer legeret. Beſſarionis demum & Gonzagæ Cardinalium precibus fatigatus, Pontifex Platinam poſt annuam moram dimiſit, & biennio ſeqventi dignitatis reſtituendæ vana ſpe lactavit. At Sixtus IV. Pauli ſucceſſor, doctrinæ ac innocentiæ Platinæ ſatis conſcius, eum inter contubernales recepit, ædibus in Qvirinali donavit, & Bibliothecæ Vaticanæ præfecit. Obiit Romæ peſtilentia anno CIↃCCCCLXXXI. ætatis ſexageſimo, in æde S. Mariæ majoris ſepultus. Auctor ille eſt *Hiſtoriæ de Vitis Pontificum Romanorum* a

CHRI-

CHRISTO nato ad Pauli II. obitum, seu ad annum CIↃCCCCLXXXI. Sixto IV. nuncupatæ, ac sæpissime editæ. (a) De fide Platinæ in utramqve sententiam habemus testimonia. Sane Volateranus *lib. XXI.* ait, *virum fuisse gravem, & procul mendacio:* & Iacobus Spigelius *in scholiis ad Guntheri Ligurinum lib. X.* scribit: *Platinæ historia de vita & moribus Pontificum aliqvanto verior est existimanda, qvod eam ex publicis tabulis & diplomatibus aliisqve legitimis documentis, deprompserit.* Contra Robertus Creyghton in *Notis ad Sylvestri Sguropuli HistoriamConcilii Florentini:* (b) Platinam, *auctorem siccum & strigosum, sæpe verba, sæpe sensus, multoties rerum experientia, nonnunqvam integritas destituunt. Et qvod magis miremur, nunqvam lapsus est gravius, qvam in Eugenii vita, sub cujus temporibus floruit.*

§. XI. Platinæ Operis supplementum a Sixto IV. incipiens, scripsit *Onuphrius Panvinius.* Sed qvorsum pervenerit, non satis liqvet. Qvo de non pigrabor adscribere integram Martini Hankii observationem ex *libri II. de Romanarum rerum scriptoribus parte II. cap. LIX.* (c) Vbi *desierit, diu non habuimus exploratum satis, eorum culpa, per qvod hoc supplementum, alterius cura nonnihil adauctum, sub Onuphrii Panvinii nomine totum est editum, nullo inter ipsum Panvinii laborem, & accessionem alienam relicto discrimine.*

Platinam continuavit ON. PANVINIUS.

(a) Venet. . . . . Colon. 1479. Norimb. 1481. *1485. Colon. 1529. 1540. 1562. 1568. 1574 1593. 1599. 1600. 1610. 1612. 1626. & Germanice Monachii 1604. Francofurti 1615. (b) sect. 5. cap. 12. (c) pag 360.

mine. Qvod cum petendum fuerit ex editione, seu prima, seu primæ omnino respondente, qvalis conspectum nostrum subterfugerat, ultima, in qvibus acqvievit Panvinius anno 1568. mortuus, invenire non potuimus. Qvippe supplementum istud, cum additamento suo, in Pii V. Pontificis excessu, anno 1572. desinit: sicut autem ab Onuphrio relictum nobis est, terminatur in ejusdem Pontificis coronatione, qvam die Ianuarii XVII. anno 1566. peractam narrat. Nempe, cum Pii V. res omnes consignare non potuerit, qvicqvid de Pio V. scripsit Panvinius, hoc in editionibus recentioribus missum, sive potius substituta, nescio qvo auctore, vita Pii V. universa, permutatum deprebenditur. (a) Lingva Italica Onuphrium continuavit *Hieronymus Beroaldus*, Italus, Ord. Prædic. a Gregorio XII. usq; ad Paulum V. (b)

Alii continuatores Platinæ.

§. XII. Postea Platinam continuavit *Iohannes Antonius Petramellarius*, Bononiensis, nempe a Paulo IV. usqve ad Clementem VIII. (c) item *Antonius Cicarellus*, a Pio V. usqve ad eundem Clementem. (d) Etiam in Epitomen redactus est Platina, cumqve iconibus *Iohannis a Glano* Leodii impressus. (e)

Panvinii alia scripta in Hist. Pontificia.

§. XIII. Ipse præterea Panvinius *Epitomen Romanorum Pontificum* elaboravit: in qva non modo Pontifi-

(a) De Editionibus ita *Hankius* ibidem: *Prodiit integrum, sicut ab Onuphrio confectum est, Platinæ subjectum, Lovanii 1572. in fol. Coloniæ Agrippinæ 1574. in fol. Vsqve ad Pium IV. cum vita Pii V. sed alio, qvam Onuphrio auctore, scripta, Platinæ subditum, Coloniæ Agrippinæ 1626. in 4.* (b) Venet. 1612. (c) Prodiit Bonon. 1599. (d) Colon. 1600. ed. & postea alibi. (e) An. 1597.

tificum vitas, ſed etiam Cardinalium, & qvi crearunt qvemqve Pontificem, & qvos creavit qvisqve Pontifex, nomina, dignitatum titulos, inſignia, legationes, deniqve fatales annos exponit. Eum incipit a S. Petro, terminat in Carolo Carafa, qvem Paulus IV. anno CIↃIↃLV. die VII. Iunii Cardinalem Diaconum fecit. (a) Idem inſuper *Pontificum Romanorum Chronicon* compoſuit: qvo in Pontificum natales, electionis, coronationis & fatales annos, cum pauciſſimis aliis rebus, tradit. Exorditur a S. Petro, deſinit in Pii V. coronatione, qvam anno CIↃIↃLXVI. XVII. Ianuarii peractam refert. (b)

§. XIV. *Albertum Krantzium* Metropoli ſuæ inſeruiſſe brevem Pontificum Romanorum hiſtoriam, jam capite XX. §. CXVI. monuimus. (c) *Alb. Krantzius.*

§. XV. Adhæc ſuperiori ſeculo Hiſtoriam Pontificiam ſcripſerunt duo Angli, *Robertus Barns*, & *Iohannes Balæus*. Et ille qvidem S. Theol. D. ac Prof. & Henrici VIII. Capellanus, aliqvamdiu in Germania, ac potiſſimum Wittebergæ egit: ubi etiam *Vitæ Romanorum Pontificum* collectæ, ac cum præfatione Lutheri anno CIↃIↃXXXVI. ſunt editæ. Incepit a S. Petro, & pervenit ad Alexandrum III. Inſcripſit eas Henrico Regi die X. Septembris an. - XXXV. laudatqve Re- *Rob. Barns.*

 gis

(a) Prodiit Iacobi Stradæ cura, Venet. 1557. & multis in locis immutatus in *Chronico Chronicorum Eccleſiaſtico* Iani Gruteri, *Tomo I.* (b) Prodiit Platinæ conjunctum Lovanii 1572. Colon. 1562. 1574. & 1626. (c) Hoc ſi Lud. Iacobo conſtitiſſet, non ſcripſiſſet *lib. 2. Bibl. Pontif.* p. 243. *Alb. Crantzius, natione Germ. edidit de Romanis Pontificibus, & præſertim de Victore II. Papa, alias Epiſcopo Aiſtetenſi,*

gis consilium, qvod Papæ tyrannidem sustulerit: & hunc ita culpat, ut Cæsares & Reges, qvos Papæ persecuti sint, inter Martyres & Sanctos Dei numerandos, Papas vero persecutionis auctores, pro *Domitianis*, & *Neronibus* habendos esse statuat. Sub finem libelli reliqvorum qvoqve Pontificum historiam scripturum se esse pollicetur, si Rex mandaverit. (a)Postea tamen in Angliam reversus, Evangelicæ religionis causa damnatus, vivusqve exustus est anno CIↃIↃXL. Confessionem ante supplicium a Barnesio editam, Lutherus Germanice vertit, ac cum præfatione sua publicavit: in qva & hæc legas: *Qvis ante annos decem hoc decus in Barnesio qvæsivisset, & qvod CHRISTVS ipse in eo versatus esset? Domesticum enim & commensalem habuimus.*(b)

Ioh. Balæus. §. XVI. Qvod autem ad *Balæum* attinet, is patria Suffolciensis, Ordini Carmelitarum addictus, postea falsis Papatus dogmatibus renuntiavit, ac inter alia scripta *Romanorum Pontificum Acta* usqve ad Paulum IV. libris septem complexus est. (c) Ipse anno CIↃIↃLVIII. sive, ut Waræus refert, an. - LXIII. obiit. Verum sicuti alias in antiqvioribus non raro claudicat Balæi fides; ita qvoqve in Historia Pontificia non semper accuratus est. Barnesium æqve ac Balæum recensuit, & additionibus locupletavit *Iohannes Martinus Lydius.* (d)

§. XVII.

(a) Vid. Seckendorfius in *Supp. Ind. Historici Historiæ Lutheranismi num 10.* (b) Confer. Eundem *Hist. Lutheran. l. 3 sect. 21. p. 78. pag. 261. b. 262.* & Burneti *Hist. Reform. Angl. l. 3. p. 465. seqq.* (b) Francof. 1567. (d) Lugd. Bat. 1615.

§. XVII. Porro superiori seculo in Historia Pontificia occupati fuere, *Alphonsius Alvarez Guerrero*, Hispanus, Consiliarius Regius: cujus *Speculum sacrorum ac summorum Pontificum, Imperatorum, Regum ac Episcoporum, seu utriusque dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam politicæ*, aliquoties prodiit. (a) *Petrus Canisius*, Noviomagus, Soc. I. Theologus, Friburgi apud Helvetios anno CIↃIↃXCVII. XXI. Decembris demortuus (b) qvi *Catalogum Romanorum Pontificum a S. Petro, usque ad Paulum V.* edidit. *Franciscus Ioanetus*, Italus, ICtus Bononiensis: cujus liber *de Romanis Pontificibus* Bononiæ impressus est. (c) *Georgius Lilius*; qvi *Pontificum Romanorum seriem* ex Antonii Possevini *Apparatu sacro* desumpsit. (d) *Ianus Pyrrhus Pincius*: cujus exstant libri XII. *de Vitis Pontificum.* (e) *Henricus Schorus*, cujus habemus *Breviarium Romanorum Pontificum.* (f) *Iohannes Stella*, sacerdos Venetus: cujus superest liber *de vitis ac moribus Pontificum Romanorum* usqve ad Iulium II. sive an. CIↃIII. (g) *Iacobus Strada*: cujus *Romanorum Pontificum Epitomen* in lucem emisit Onuphrius Panvinius. (h) *Stephanus Szegedinus*, Pannonius, qvi *Speculum* composuit *Pontificum Romanorum*: in qvo *Imperium, Decreta, Vita, prodigia, interitus, elogia proponuntur cum jucundis de Traditionibus Pontificiis*

Alph. Alvarez. *P. Canisius.* *Fr. Ioanetus.* *Georg. Lilius.* *I. Pyrrhus Pincius.* *Ioh. Stella.* *Iac. Strada.* *Steph. Szegedinus.*

Quæ-

(a) Venet. 1559. Florent. 1563. Colon. 1581. 1586. 1607. (b) Vid. Val. Andreæ *Bibl. Belg.* p. 729. (c) An. 1570. *Lud.* Iacob. *in Bibl. Pont. l. 2. p. 312.* (d) Venet. 1548. Lud. Iacob. d. l. p. 321. (e) Mantuæ 1546. (f) Argentor. 1588. (g) Venet. 1504. Basil. 1507. & alibi. (h) Venet. 1567. Lud. Iacob. p. 347.

Dom. Tempesta. *Qvæstionibus.*(a) *Dominicus Tempesta*, Romanus, qvi *Vitas Summorum Pontificum usqve ad Clementem VIII.* Latino Italicoqve sermone breviter conscripsit, cum effigiebus eorum ex nummis & picturis excerptis. (b) C. Vrs. Velius. *Caspar Vrsinus Velius*, Silesius, Cardinali Gurcensi primum, post Maximiliano I. a Secretis, qvi *Monosticha* scripsit *Summorum Pontificum.*(c) R. VVasseberius. *Richardus Wassebergius*, Gallus, Archidiaconus Virdunensis; cujus *Compendium* laudatur *Vitarum* Rom. Pontificum & G. VVicelius. Cæsarum.(d) *Georgius Wicelius*, qvi *Epitomen Romanorum Pontificum a S. Petro usq; ad Paulum III.* scripsit.(e)

§ XVIII. Deniqve præsenti seculo floruerunt seqventes Historiæ Pontificiæ scriptores: Christoph. Besoldus. *Christophorus Besoldus:* qvi *Romanorum Pontificum seriem & Vitas* consignavit.(f) *Ioh. Franciscus Bordinus*, Congregation. Oratorii de urbe Presbyter, Theol. & Archiepisc. Avenionensis, qvi *Romanorum Pontificum Vitas* ex Baronii Annalibus contraxit.(g) Iohan. Ant. Brandus. *Iohannes Antonius Brandus*, Salernitanus Siculus, anno CIↃIↃCXXVI. demortuus, qvi *Chronicon Pontificum Romanorum* condidit.(h) Abr. Bzovius. *Abrahamus Bzovius*, cujus habemus *Pontificem Romanum* in tres tomos distinctum: hoc est, *de præstantia, officio, seu auctoritate, virtutibus, felicitate, rebusq; præclare gestis summorum Pontificum a S. Petro usqve ad Paulum V. Commentarium*

(a)

(a) Genevæ 1584. Francof. 1592. Basil. 1599. 1602. (b) Romæ 1596. & 1600. Leod. 1597. (c) Viennæ ed. 1517. & Francof. *cum Epit. Chron. mundi.* (d) Paris. 1549. (e) Colon. 1549. (f) Argentor. 1633. (g) Paris. 1604. (h) VVittius in *Diar. Biogr.*

(a) *Franciscus Carriere*, Aptensis Minorita, cujus exstant *Ingesta Chronologia Pontificiæ*. *Alphonsus Ciaconius*, Biacensis Hispanus, Ord. Prædic. Pœnitentiarius Apostolicus: qvi *Vitas ac res gestas Pontificum Romanorum, & Rom. Eccl. Cardinalium*, cum eorundem insignibus edidit: (b) cui mox accessit continuatio *Francisci Cabreræ Moralis*, Hispani, a Pio III usqve ad Clementem VIII. (c) Sed auctiores prodierunt studio *Andreæ Victorelli*, Bassanensis Itali, Presbyteri & Theologi, & *Ferdinandi Vghelli*, Florentini, Ord. Cisterciensis, & Abbatis Trium Fontium extra muros Romæ. (d) *Annotationes marginales in Ciaconium, & collationes ejus historiæ cum Baroniana*, suppresso tamen nomine, scripsit *Cæsar Becillus*, Vrbinas Italus, Presb. Congregat. Orator. de Vrbe. (e) Deniqve Ciaconii & aliorum *Vitæ & Res gestæ Pontificum Romanorum, & R. E. Cardinalium*, ab initio nascentis seculi usqve ad Clementem IX. ab *Augustino Oldoino*, S. Iesu recognitæ, & ad qvatuor tomos ingenti ubiqve rerum accessione productæ sunt. (f) Ejusdem *Oldoini* habemus *Athenæum Romanum*, in qvo *Summorum Pontificum, & Pseudo-Pontificum nec non R. Eccl. Cardinalium & Pseudo-Cardinalium* scripta publice exponuntur. (g) *Iohannes Conradus Dictericbius*, Prof. Acad. Giessensis: cujus *Breviarium Pontificum Rom.* breviter succincteqve exhibet

Alph. Ciaconius.

Franc Cabrera.

And. Victorellus.

Ferd. Vghellus

Cæs. Becillus.

Aug. Oldoinus.

Ioh. Conr. Dictericbius.

(a) Colon. 1619. (b) Lugduni 1663. (c) Ibid. 1602. (d) Romæ 1630 typis Vaticanis. (e) Lud. Iacob. *in Bibl. Pont. p.* 285. (f) Romæ 1677. (g) Perusiæ 1676. 1678.

ex testimoniis avitis & domesticis Vitam omnium Pontificum a Lino usque ad Alexandrum VII. (a) *Andreas Duchesnius*, Turonensis Gallus, Historiographus Regius, anno CIↃIↃCXL. Parisiis vita functus cujus *Romanorum Pontificum vitæ a S. Petro usque ad Paulum V.* duobus tomis, sed Gallice, prodierunt. (b) *Lucas Holstenius*, Hamburgensis, primum Card. Barberino a Bibliotheca, post Custos Biblioth. Vaticanæ & Canonicus S. Petri, cujus habemus *Collectionem Romanam in II. partes* distinctam. *Wilhelmus Hulsius*, qvi itidem *Vitas Romanorum Pontificum* scripsit. (c) *Papyrius Massonus*, cujus prostant libri sex *de Episcopis Urbis, qvi Romanam Ecclesiam rexerunt, eorumq; rebus gestis.* (d) *Hieronymus Megiserus:* qvi *Icones & Vitas Paparum una cum eorundem insignibus*, nobis conspiciendas dedit. (e) *Claudius du Molinet*, Canonicus Regularis Augustini S. Genovefæ, Congregationis Gallicanæ anno CIↃIↃCLXXXVII. VI. Septembris exstinctus: qvi *Historiam summorum Pontificum a Martino V. ad Innocentium X. per eorum Numismata*, ab anno CIↃCCCCXVII. ad an. CIↃIↃCLXXVIII. illustravit. [f] Danielis Papebrochii *Conatus Chronico-Historicus ad Catalogum Romanorum Pontificum* elegantissimis figuris exornatus, tum separatim, tum ante *Tomum IV. Sanctorum* Maji prodiit. *Camillus Peregrinus*, Italus, utriusqve Signaturæ Referendarius; cujus

And. Duchesnius.

VVilh. Hulsius.

Pap. Massong.

Hier. Megiserus.

Claud. du Molinet.

(a Giessæ 1663. (b) Paris. 1616. (c) Vesaliæ 1639. (d) Paris. 1586. *Scriptorem admodum accuratum & eruditum* vocat Gvil. Cave in *Prolegom. ad Hist. literar. Script. Eccles. sect. 6. §. 4.* (e) Germanice Francof. 1602. (f) Paris. 1679.

jus *Vitæ summorum Pontificum a S. Petro usqve ad Clementem VIII.* simul *cum eorundem effigiebus* prodierunt. (a) *Theodorus Petrejus*, Campensis Belga, Carthusianus, qvi tam *Romanorum Pontificum*, qvam *Imperatorum Historiam Chronologicam* consignavit: & illam qvidem, a B. Petro usqve ad Vrbanum V. (b) *Iacobus Revius*: (*Rivium* perperam vocat Ludovicus Iacob (c)) qvi edidit *Historiam Romanorum Pontificum contractam, & compendio perductam usqve ad an.* CIↃIↃCXXXII. (d) *Emanuel a Schelstrate*, qvi *seriem Chronologicam Romanorum Pontificum* vulgavit.

Theod. Petrejus.

Iac. Revius.

Em. a Schelstrate.

(a) Romæ 1596. (b) Colon. 1626. & 1628. (c) *Bibl. Pontif. l. 2. p. 346.* (d) Amstelod. 1632.

CAPVT XXVI.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ PONTIFICIÆ PARTICVLARIS.

§. I.

QVi in particulari HistoriaPontificia elaborarunt, distingvi possunt in eos, qvi vel de pluribus, aut aliqvot, aut tantum de unico Pontifice fuere solliciti. Et illi qvidem vel nomen considerarunt Pontificium; vel nominis numerum; vel patriam, unde oriundi Pontifices; vel ordinem, in qvibus ante Pontificatum fuere, sacrum.

§. II. Ad primam igitur classem spectant, *Iacobus Heerbrandus*, Theologus Tubingensis, qvi Orationem scripsit de *septem ejus nominis CLEMENTIBVS*

Iacob. Heerbrandus.

BVS Romanis Pontificibus. (a) *Gregorius Polydorus* Piſtorienſis Hetruſcus, Ord. S. Auguſtini Theologus, cujus habemus *Gregorianum*, qvo in libro *de quatuordecim GREGORIIS Summis Pontificibus, de XIII. Gregoriis Epiſcopis, de uno Gregorio Presbytero, eorumve vitis, moribus, & rebus geſtis agit.* (b) *Stephanus Bonafaccia*, qvi Opus *de decem STEPHANIS Pontificibus, ac ſimul de omnibus illuſtribus viris, qvi Stephani nomen habuerunt*, conſcripſit. *Thomas Wegelinus*, Auguſtanus, Theologus Argentoratenſis, qvi *de qvinqve PAVLIS Epiſcopis Romanis* Orationem emiſit. (c)

Greg. Polydorus. — Steph. Bonafaccia. — Thom. Wegelinus.

§. III. Ad alteram claſſem referendus eſt *Iohannes Rivadellus*, Tarviſinus: qvi ſcripſit *Elogia Bonifacii V. Iohannis V. Stephani V. Leonis V. Benedicti V. Gregorii V. Innocentii V. Hadriani V. Cœleſtini V. Clementis V. Vrbani V. Martini V. Nicolai V. & maxime Sixti V. Romanorum Pontificum.* (d)

Ioh. Rivadellus.

§. IV. In tertia claſſe locum habent *Franciſcus Bosqvetus*, Narbonenſis Gallus, qvi ſcripſit *Hiſtoriam Pontificum Romanorum, qvi e Gallia oriundi, in eadem ab anno* CIↃCCCV. *usqve ad* CIↃCCCXCV. *ſederunt.* (e) *Petrus Frizonius*, Gallus, D. Pariſienſis, ac Canonicus Remenſis, cui debemus *Galliam purpuratam*, in qva *de omnibus Romanis Pontificibus & Cardinalibus e Gallia oriundis* diſpicit. (f) *Tabulam Pontificum & Cardinalium Bononienſium* edidit Franciſcus Cavazzonius. Bononienſis (g) §. V.

Franc. Bosqvetus. — Pet. Frizonius. — Fr. Cavazzonius.

(a) Tubingæ 1580. (b) Florentiæ 1598. (c) Tubingæ 1609. (d) Romæ 1586. (e) Paris. 1632. (f) Paris. 1638. (g) Hanc mendis *falſitatibus plenam*, teſtatur Ciaconius in *Vita Honorii II.*

§. V. In qvarta classe sunt, *Caspar Iongelinus*, Antverpiensis, Ord. Cisterciensis, ad S. Salvatorem in patria monachus, deinde Abbas Eusserthalensis in diœcesi Spirensi:(a) qvi conscripsit *Purpuram D. Bernhardi*, sive *Elogia & insignia gentilitia Pontificum, Cardinalium, Archiepiscoporum, & Episcoporum, qvi ex Ordine Cisterciensi assumpti in S. Rom. Ecclesia floruerunt.* (b) *Ferdinandus Vghellus*, qvi itidem *Elogia Pontificum & Cardinalium Ord. Cisterciensis* composuit. (c)

Casp. Iongelinus.

Ferd. Vghellus.

§. VI. Iam etiam ordine considerabimus, qvi de uno aliqvo Pontifice scripserunt, initium facturi a S. PETRO Apostolo: non, qvod eum cum Pontificiis pro primo Romano Papa habeamus; sed ut complures afferamus scriptores, qvi in ejus vita ac laudibus desudarunt. Duæ autem qvæstiones potissimum inter nos & Pontificios controversæ agitantur: prima, *An unqvam Petrus Romæ fuerit*: altera, *An Vrbis fuerit Episcopus, adeoq; Pontificum Romanorum primus.*

§. VII. Qvod ad primam, pridem eam superiori seculo negavit, sententiamqve suam multis rationibus confirmavit *Vlricus Velenus*, Minhoniensis: sive id verum nomen fuerit auctori, sive alius sub eodem latuerit. (d) Huic se opposuit *Iohannes Cochlæus*, Artium & Theol. Prof atqve Ecclesiæ D. Virg. Francofurti Decanus, libris IV *de Petro & Roma*: (e) item *Iohannes*

An PETRVS fuerit Romæ.

Vlr. Velenus.

Ioh. Cochlæus.

(a) Ita Hallervordius in *Bibl. Cur.* p. 98. sed *Electum Abbatem Dusenbergensem* vocarimus pag. 548. secuti Val. Andreæ [illegible] *Belg* p. 256. (b) Colon. 1644. (c) Florent. 1634. (d) Ed. 1520. recusus Argentor. 166.. Habetur etiam *Tomo III. Monarchiæ Imp. Goldasti*. (e) Colon. 1525.

hannes Fisherus, Episcopus Roffensis in Anglia, & Cardinalis Rom. jussu Henrici VIII. cujus divortium & supremam in Ecclesiasticis potestatem improbabat, securi percussus, anno CIↃIↃXXXV. Sed contra eundem Apologiam scripsit *Simon Hessus*, super *concertatione cum Vlrico Veleno, An Petrus fuerit Romæ, & qvid de Primatu Rom. Pontificis sit censendum.* (a) De eodem argumento (*Qvod S. Petrus Romæ fuerit*) singularem librum scripsit (b) *Gregorius Cortesius*, Mutinensis, Ord. S. Bened. Abbas Cassinensis, deinde Rom. Eccles. Cardinalis, qvi anno CIↃIↃXLVIII. vivere desiit. Sic Francisci Agricolæ exstat *Attestatio SS. Patrum, tam Græcorum, qvam Latinorum, Petrum Romæ fuisse.* (c) Librum, *Qvod Petrus sit sub Nerone martyrio affectus*, composuit *Iohannes Fabri*, ex Monacho Tornusiano dioecesis Cabilonensis, Abbas Vedastinus Atrebatensis, & Cancellarius Ludovici Andegavensis, Siciliæ Regis, deinde Episcopus Carnotensis. (d) Contra *de temere credita Petri in Urbem Romam profectione*, elegantem Dissertationem scripsit *Fridericus Spanhemius*, filius (e) Item *Ioh. Henricus Otto*, Qvæstionem Theologico-Historicam, *An & Qvando B. Petrus fuerit Romæ.*

Ioh. Fisherus. *Simon Hessus.* *Greg. Cortesio.* *Fr. Agricola.* *Ioh. Fabri.* *Fr. Spanhemius.* *Io. Henr. Otto.*

An PETRUS Romæ fuerit Episc. *Æg. Hunnius.*

§. VIII. Alteram sententiam multi ex Nostratibus ut & Reformatis impugnarunt, & in iis *Ægidius Hunnius*, tractatu singulari Germanico. (f) Sic habe-

(a) Impress. 152[illegible] (b) Venet. 1[illegible]. (c) Colon. 1605. (d) Lud. Iacob. *Bibl. Pontific. l. 2. p. 362.* (e) Qvæst. 1. in *Dissert. Histor. Qvaternione* Lugd. ed. 1679. (f) An. 1618.

habemus Ioh. Georg. Brunneri *Orationem de causis corrupti Papatus, & in specie nullitate & vanitate Petrini Episcopatus contra modernos Papicolas, inprimis Card. Bellarmini φλυαρίας.* (a) Contra de *hoc Episcopatu & Primatu Petri*, inter alios ex Pontificiis scripserunt *Franciscus Agricola*, Parochus Rhodingensis in Ducatu Iuliacensi, jamjam laudatus. (b) *Laurentius Arthurus*, Anglus, Soc. Iesu. Theologus, qvi Vilnæ in Polonia decessit anno CIƆIƆXCI. (c) *Iacobus Latomus*, Camberonensis Hannonius Canonicus & Prof. Lovaniensis, qvi anno CIƆIƆXLIV. XXIX. Maji decessit. (d) *Iohannes Maria Verratus*, Ferrariensis, Ord. Carmelitarum Theol. Ac fere in hoc argumento occupantur, qvi de *Primatu Pontificio*, & *contra eundem* scripserunt: qvos magno numero inferius enumerabimus.

I.G. Brunnerg.

Franc. Agricola.

Laur. Arthurus.

Iacob. Latomus.

Io. M. Verratus.

§. IX. Præter illos, qvi Vitas Apostolorum omnium consignarunt, singulariter de S. PETRI vita scripserunt, *Fridericus Nausea*, Blancicampanus, Consiliarius Cæsareus, & Episcopus Viennensis; *Theodorus Bibliander*, Theologus Helvetius anno CIƆIƆLXIV. mortuus. (e) *Antonius Georgius*, Bononiensis, Archipresbyter S. Mariæ Rotundæ de Urbe. (f) Petri ac Pauli Vitas simul contexuit *Paulus Æmilius Sanctorius*, Casernas Italus, utriusqve Signaturæ Referendarius, Consultor S. Officii, Pœnitentiariæ Datarius, ac Archiepiscopus Cusentinus. (g) Idem ligato sermone fecerunt *Annibaldus Ceccanus*, Romanus, primum Archie-

Qvi de Vita S. PETRI scripserunt

Frid. Nausea.

Ant. Georgius.

P. Æmilius Sanctorius.

Annibaldus Ceccanus.

(a) Francof. 1614. (b) Colon. 1599. 1605. (c) Lud. Iacob in Bibl. Pont. l. 2. p. 384. (d) Val. Andreas in *Bibl. Belg. p. 416.* (e) Basil. 1550. (f) Romæ ed. 1570. (g) Ibid. 1597.

chiepiscopus Neapolitanus, post Episcopus Cardinalis Tusculanus, qvi anno CIƆCCCXXVII. floruit: (a) &
Amatus. *Amatus*, monachus Cassinensis.

PONTIFICES Sec. I.

LINI. *Io. Iac. Chifletius.* §. X. LINI Papæ elogium exstat in Ioh. Iacobi Chifletii *Vesontione.* (b)

CLEMENT. I. *Bernhardus.* *Iohan. Diac.* §. XI. De CLEMENTE I. Papa & Martyre superest *Bernhardi* Abbatis Clarevallensis *Homilia.* Gesta *S. Clementis I.* scripsit *Iohannes Diaconus*, Monachus Cassinensis, R. Eccles. Card. qvi claruit anno CIƆCCLX. (c) *De Exceptione Capitis S. Clementis Papæ & Martyris ab Constantinopoli in Cluniacum translati*, tempore Hujonis Abbatis XVI. tractatum scripsit *Rostangus*, Monachus Cluniacensis, qvi habetur in Andreæ Duchesnii *Bibliotheca Cluniacensi.* *Rostangus.*

Sec. II.

TELESPHORI *M. Ant. Alegre.* §. XII. TELESPHORI *Elogium* legitur in *M. Antonii Alegre* de Casanate, Turiasonensis Hispani, Ordin. Carmel. Theol. *Paradiso Carmelitici Decoris.* (d)

ANICETI *I. Ang. ab Altaemps.* §. XIII. ANICETI Papæ & Martyris *Vitam*, cum *rebus memorabilibus, quæ eo Pontifice sedente in Ecclesia acciderunt*, exposuit (e) *Iohannes Angelus ab Altaemps*, Romanus, Gallesii Dux, Soriani Marchio, Tussigrani Comes, qvi anno CIƆIƆCXX. obiit. (f)

Sec. III.

CORNELII. §. XIV. De CORNELIO Papa & Martyre Hy-

(a) Vossius *de Hist. Lat. l. 2. c. 64* p. 510. (b) Lugd. ed. 1618. (c) Lud. Iac. in Bibl. Pont. l. 2. p 361. (d) Lugd. ed. 1639. (e) Romæ ed. 1617. (f) VVittius *Diar. Biogr. T. II. p. 26.*

Hymnus exſtat *Cornelii Muſii*, Delphenſis Batavi, qvi in patria ſacris Agathæ Virginibus præfuit, annoqve CIƆIƆLXXII. x. Decembris Lugduni Batavorum fuit interfectus. (a) *Corn. Muſius.*

§. XV. Vitam DIONYSII Papæ *Iohannem Damaſcenum* ſcripſiſſe, non memini me alibi, qvam in Ludovici Iacobi *Bibliotheca Pontificia* legiſſe. (b) Ejusdem *Vita* habetur in M. Antonii Alegre *Paradiſo Carmelitici Decoris*, & *Petri Thomæ Saraceni* Bononienſis, Ord. Carmel. Theol. & S. Inqviſitionis Conſultoris *Menologio Carmelitico*. (c) *DIONYSII* *Ioh. Damaſcenus.* *M. Ant Alegre.* *P. Thomas Saracenus.*

§. XVI. *Acta* S. CAII Papæ & Martyris, cum Notis ſuis edidit *Cæſar Becillus*, Vrbinas, Presbyter Congreg. Orat. de Vrbe. (d) De eodem fuſe agit *Iohannes Tomeus*, Epiſcopus Boſnenſis in Sardinia, libro *de unica Gentis Aureliæ Valeriæ Salonitanæ Dalmaticæ Nobilitate*. (e) *CAII* *Cæſar Becill.* *Ioh. Tomeus.*

SEC. IV.

§. XVII. De MARCELLO Papa & Martyre, ſcripſit *Petrus*, cognomine *Venerabilis*, Nobilis Arvernus, Mauricii & Raigardæ filius, Abbas Cluniacenſis IX. qvi Cluniaci an. CIƆCLVIII. deceſſit. (f) *MARCELLI* *Petrus Venerabilis.*

§. XVIII. De SYLVESTRO I. Papa pluribus agit *Iohannes Morinus*, Bleſenſis Gallus, Congreg. Orat. Presb. & Theol. in *Hiſtoria Conſtantiniana*. (g) *SYLVESTRI* *Ioh. Morinus.*

§. XIX. DAMASI *Vita* præmiſſa eſt operi- *DAMASI*

Qqqq bus

(a) Val. Andreas *in Bibl. Belg. p. 163* (b) lib. 2. p. 361. (c) Bonon. ed. 1625. (d) Romæ 1628. (e) Ibid. eod. anno. (f) Voſſius *de Hiſt. Lat. l. 2. c. 50 p. 410* (g) *Paris. 1630.*

Mart. Milesius Sarazanius. bus ejus cum Notis *Martii Milesii Sarazanii*, Ic. Romani editis. (a)

SEC. V.

LEONIS I. P. Canisius. §. XX. LEONIS I. Magni *Vitam* scripsit *Petrus Canisius*, Soc. I. Theol. qvæ præfixa est Operibus Leonis.

SEC. VI.

GREGORII I. Paulus Diac. §. XXI. GREGORII I. Magni *Vita* conscripta est a *Paulo Diacono*. Qvæ an superfit, non satis liqvet. Nam licet Henricus Canisius, *Tomo VI. Antiqvæ Lectionis*, sub ejus nomine illam ediderit, ipse tamen eo inclinat, ut potius alterius sit. (b) Deinde in ejusdem Vita elaboravit *Iohannes Diaconus*, Card. Monachus Cassinensis, *libris qvatuor*, qvos Laurentius Surius expressit *Tomo II. Sanctorum ad diem XII. Martii*. Meminerunt hujus operis Ekkehardus *in vita Notkeri cap. IX.* & Sigebertus Gemblacensis *in Chronico* ad an. IↃCCCLXXXIII. & in *Catalogo cap. CVII.* Ex recentioribus Vitam ejus consignavit *Fronto Ducæus*, Burdegalensis Vasco, Soc. I. Theol. *Scholia in S. Gregorii M. ejusqve parentum imagines, & a Iohanne Diacono diligentissime descriptas, atqve in eorundem vestimenta, & calceamenta, præsertim vero in sandalia S. Gregorii, hoc est, in calceos Pontificios cruce insignitos, ad summi Pontificis pedes osculandos, nec non in Pallium Pontificium, ac deniqve in tabulam qvadratam ad occiput ejusdem Sancti effictam*, scripsit *Angelus Rocca*, Camerinus, Augustinianus, D. Theol. ex Apostolici

Iohan. Diac. *Fronto Ducæus.* *Ang. Rocca.*

(a) Romæ 1638. (b) Vid. Vossius de *Hist. Lat. l. 2. c. 36. p. 326.*

ftolici Sacrarii Præfecto, Episcopus Tagastensis. (a) *Apologiam pro Gregorio Magno, adversus Q. Septimium Florentem Christianum super Phoca Imp.* composuit *Andreas Hojus*, Brugensis, primum Seminario Mariano Atrebatis, hinc Scholæ Bethuniensi Præfectus, inde in Acad. Duacena Græcarum literarum, Eloq. ac Historiarum Prof. Regius. Pro *Monachatu Gregorii*, contra Baronium scripsit *Constantinus Bellotus*, monachus Casinensis: cui *Apologeticum librum pro Assertis in Annalibus Ecclesiasticis de monachatu Gregorii*, opposuit *Antonius Gallonius*, Romanus, Presb. Congreg. Orat. de Vrbe; an. CIƆIƆCV. mortuus. (b) Sic *Matthæus Lauretus* Disputationem emisit *de Monachatu Gregorii Magni sub regula S. Benedicti.* (c) Paulo post *Henricus Zypæus*, Machliniensis, monachus primum Iprensis in Abbatia S. Iohannis, post ibidem Prior, hinc & Prior, deinceps Præpositus Affligemiensis, postremo Abbas ad S. Andream juxta Brugas (d) librum scripsit hoc titulo: *S. Gregorius Magnus Ecclesiæ Doctor, primus ejus nominis Pont. Rom. ex nobilissima & antiqvissima in Ecclesia Dei familia Benedictina oriundus:* qvo S S. Gregorium & Eqvitium Ordini suo adversus Baronium vindicat. (e) Deniqve habemus *Constantini Cajetani*, Syracusani, Abbatis S. Baronti Congregat. Casinensis S. Benedicti, & Præsidentis Collegii Gregoriani in Vrbe, *libros II. pro Iohanne Diacono Cardinali de S. Gregorii Magni ejusqve discipulorum monachatu Benedictino.* (f)

And. Hojus.

Const. Bellotus.

Ant. Gallonius.

Matth. Lauretus.

Henr. Zypæus.

Const. Cajetanus.

(a) Romæ ed. 1595. & cum *Operibus Gregorii*, Paris. 1605. (b) Rom. ed. 1604. (c) Neapoli 1616. (d) Val. Andreas in Bibl. Belg. p. 375. (e) Ipris 1611. (f) Salteburgi 1620.

SEC. VIII.

LEONIS III. Flaccus Alcuinus.

§. XXII. De laudibus LEONIS III. *Poema* scripsit *Flaccus Alcuinus*, sive *Albinus*, natione Anglus, Caroli M. præceptor, ac postea eidem a sanctioribus consiliis. Edidit illud Andreas Duchesnius *in Vitis Pontificum.*

SEC. IX.

De IOHANNA PAPISSA.

§. XXIII. Ventum nunc est ad IOHANNEM VIII. de qvo acris est controversia, *An fœmina fuerit, nec ne.* Et sane diutissime id fuit creditum, cum præsertim scriptores, qvi hoc affirmarunt, diu ante Reformationis tempora vixerint, utpote in qvos nulla cadere potuit suspicio, ac si hoc in odium Romanæ sedis confinxerint. At enim postqvam deprehenderunt Pontificii, magnam labem sacro Papatui inustum iri, si pro vero haberetur hæc traditio, eandem impugnare certatim cœperunt, ac, qvantum in ipsis fuit, destruere. Ceterum qvod primus, eodem, qvo res gesta, seculo literarum monumentis id consignaverit *Anastasius Bibliothecarius*, docent qvidam ejus auctoris mss. codices, qvorum unum in Bibliotheca Regia Parisiensi vidit Samuel Maresius: (a) nec diffitetur David Blondellus, *nonnulla Anastasii exemplaria manu exarata Iohannæ mentionem facere:* (b) item: *exstitisse penes Cl. Virum Gabrielem Naudæum Anastasii ms. codicem,*

An ejus meminerit Anastasius Bibl.

(a) Vide Maresii *Papissam Restitutam pag. 32.* Ac idem forte codex est, de qvo ad Salmasium Sarravius in Epp. an. 1645. *disertu fere: in eo legi Vitam Iohannæ Papissæ.* Sic Carolus Annibal Fabrotus de Codice utroqve Regio. & Mazarinio: *Heic interseritur Vita Ioh. Anglici, in utroqve Codice.* (b) in *Ἀνακρίσει de Iohanna Papissa p. 47.*

codicem, in qvo Papissæ elogium habeatur. (a) Qvid? qvod Iesuitæ Moguntini Anastasium anno CIↃIↃCII. edituri, ex bibliotheca Palatina duo acceperint mss. sed ea lege, ut publici juris facerent, qvicqvid illis contineretur: qvi tamen contra datam fidem, nonnisi in duobus exemplis Heidelbergam cum mss. missis ea de Iohanna reliqverint, ex reliqvis vero omnibus expunxerint. Qvo de non possum non repetere, qvæ ex Claudii Salmasii ore excepit Iohannes Henricus Bœclerus, ac *Commentario de Rebus Seculi IX. & X.* inseruit. (b) *Ajebat se Heidelbergæ agente, & incomparabili isti Bibliothecæ operam dante, factum esse, ut Moguntini, Anastasium Bibliothecarium edituri, duos codices manuscriptos a Serenissimo Electore peterent, acciperentqve. Qvibus remissis adjuncta fuisse aliqvot exempla novæ editionis, in qvibus Historia Iohannis fœminæ ex mss. bona fide expressa erat. Id cum aliqvi mirarentur, apud ceteros ortam suspicionem, dedisse occasionem, ut & in cetera exempla per officinas Bibliopolarum inqvireretur: tum fraudem manifestam fuisse; dum omissa deprehendebantur in omnibus, qvæ paucis inserta diximus. Ea de re clarissimæ memoriæ virum Marqvardum Freherum, epistolam ad amicum exarasse; qvam in aliqvot Bibliothecis reperiri dicebat Salmasius. ... Confirmabat mihi deniqve in Svecia, se, ut primum per valetudinem posset, literis mandaturum, qvæ ad adstruendam rei fidem pertinerent.* (c) Addit

Iesuitæ editores corruperunt Anastasium.

(a) Ibid. p. 57. (b) pag. 118. (c) Spanhemius in Papa Fœmina p. 194. *Partim Miltoniano bello, partim scriptis aliis, distractus, mox interceptus fato, fidem haud præstitit.*

Boeclerus: *Hoc eqvidem inter ea, qvæ circa hoc negotium comperi, palmarium est: qvod ob caussas non unas, reticendum hoc loco minime videbatur.* Blondellus qvoqve hujus imposturæ facit mentionem, his verbis: *A. D. plus minus 1600. cum Augustanæ Reip. lumen M. Velserus, Anastasium nunqvam antea editum Albino, typographo Moguntino excudendum tradidisset, commendatæ editionis procuratores Iesuitæ, literis ad Amplissimum, totaqve Europa celeberrimum Marqvardum Freberum datis Heidelbergensium codicum copiam sibi fieri rogarent, ea lege, ut qvicqvid communicatis Codicibus expressum invenirent, bona fide publici juris facerent, voti compotes redditi, conditionem nonnisi in speciem impleverunt, eo nomine a Frehero os sibi præter spem penissime sublitum qverente publico scripto exagitati.* Subjungit qvidem Blondellus: *Cujus hodie (post direptam Palatinam Bibliothecam avectamqve librariam prædam) ne minimus apex ostendi potest, sed sola in Freberianæ indignationis testium animis restat memoria.* At vero qvam facile ex Vaticana (modo eo pervenerint) exulare jussi sunt duo illi codices impressi Anastasiani, ut vere hodie *ne minimus* eorum *ostendi possit apex.* Qvæ Salmasius Bœclero narravit, ab eodem item accepit Maresius: (a) ac adolescens admodum, *Fridericus Spanhemius:* (b) qvi & seqventia affert ab Andrea Riveto codici suo adscripta: *Ioh. Fœminam ab hoc ipso Anastasio inter Papas fuisse relatam, in exemplari MS. Freberi, auctor mihi fuit Cl. Salmasius.*

(a) Ut testatur *in Papissa Restituta p.* 178. (b) Qvem vide *in Papa Fœmina p.* 292.

sius. Quod exemplar editoribus Moguntinis communicatum fuisse ipsi fatentur. Quod cum restituerent, miserunt ad eundem duo exemplaria impressa, in quibus Historiam illam expresserunt, in aliis omnibus omissam aut rejectam, ut in hoc nostro. De qua fraude conquestum fuisse publice Freherum, testatus mihi idem Salmasius. Vt nihil jam supersit, nisi ut epistola illa Freheriana in lucem proferatur, ne Salmasius toties a Iesuitis mendacii accusetur. Post deperditam, aut vitiatam illam Anastasii scripturam, antiqvissimus nunc est rei auctor *Marianus Scotus*, qvi in Chronico ad annum IↃCCCLIII. ita: *Leo Papa obiit Kl. Aug. Huic successit IOANNA mulier, annis II. mensibus V. diebus IV.* (a) Deinde Seculo XII. Sigebertus Gemblacensis ad annum IↃCCCLIV. ita: *IOANNES Anglicus. Fama est hunc Ioannem fœminam fuisse, & uni soli familiari tantum cognitam, qvi eam complexus est, & gravida facta peperit Papa existens. Qvare eam inter Pontifices non numerant qvidam, ideo nomine numerum non facit:* item *Radulphus Flaviacensis*, sive, ut qvidam volunt, *Flaicensis* in diœcesi Bellovacensi Monachus: (b) Otto Frisingensis Episcopus in *Chronico:* Galfridus Arthurus, Monumethensis Ecclesiæ Archidiaconus, in *Historia Britanniæ:* (c) Godefridus Viterbiensis, in *Pantheo.* Seculo XIII. Martinus Polonus, in *Chronico*

Mar. Scotus.

Sig. Gemblaci.

Plures alii Scriptores.

(a) Alii *Herchempertum*, sive *Herembertum* monachum, auctorem *Historiæ Longobardicæ*, vel *Chronici*, editi cum aliis Neapoli an. 1626. Mariano præponunt. Vide Spanhemii *Papam Fœminā p.* 341 (b) Hunc qvidem alii vetustiorem faciunt, ac ante Marianum Scotum vixisse volunt. Vide Spanhemium d.l. p 342. (c) Paris. 1517. & inter *Scriptores Britanniæ* Heidelb. ed. 1587.

co, & Iohannes Parisiensis Dominicanus, *Libro de potestate regia.* Seculo XIV. Bernardus Gvido, Luteveensis Episcopus, in *Chronico:* Amalricus Augerii, in *Chronico Pontificali:* (a) Ranulphus ab Hygeden, *in Polychronio:* Gvilielmus Occam, in *Dialogo inter Magistrum & Discipulum, adversus usurpationes Papales:* Theodoricus Niemius *de Privilegiis & Iuribus Imperii:* qvi primus statuæ Romæ in memoriam partus Papissæ positæ meminit: (b) Iohannes Boccacius, Certaldus, *libro de claris Mulieribus:* Franciscus Petrarcha, *de Pontificibus & Imperatoribus.* Seculo XV. Antoninus, Archiepiscopus Florentinus, in *Chronico:* Matthæus Palmerius Florentinus, in *Chronico:* Gvillelmus Brevinus, in *libro de septem principalibus Ecclesiis Vrbis Romæ:* qvi primus attrectationem genitalium in Paparum electione ex hoc casu qvondam institutam memorat: (c) Baptista Platina *de Vitis Pontificum:* Baptista Fulgosus, Genuensis, in *Dictis & Factis memorabilibus:* Wernerus Rolevinck de Laer, in *Fasciculo Temporum:* Martinus Minorita in *Chronico*, cui titulum fecit, *Flores Temporum:* (d) Iacobus Philippus Forestus, Bergomas, Augustinianus, in *Supplemento Chronicorum*, & *de claris mulieribus:* Roderi-

(a) Apud Voss. *de Hist. Lat. l. 3. c. 1. p. 530.* (b) Statua Iohannæ Senis posita nondum (qvod falso putavit Baronius) est abolita, sed anno 1634. adhuc superfuit: Launojo teste: sive in virilem speciem immutata, Zachariæ nomen accepit. Ita Mabillonius *in Museo Italico.* Vide Spanhemii *Papam Fœminam* p. 101. (c) Alii Robertum Gallum, Dominicanum, scriptorem *Visionum*, primum auctorem tradunt. Vid. Spanhemius d. l. p. 152. (d) Vimæ impress. 14:6.

dericus Sanchez in *Historia Hispanica:* Hartmannus Schedelius, in *Chronico Noribergensi.* Deniqve ex seculo superiori: M. Antonius Sabellicus, in *Enneadibus:* Iohannes Nauclerus, in *Chronico:* Raphael Volaterranus, in *Anthropologia;* Iohannes Lucidus, in *Chronico:* Iohannes Stella, *de Vitis Pontificum:* Caspar Vrsinus Velius, in *Monostichis Summorum Pontificum:* Iohannes Pierius Valerianus, in *Apologia pro Sacerdotum Barbis:* Iohannes Major, Belga, in *Promptuario Conciliorum:* Albertus Krantzius, in *Metropoli:* Baptista Mantuanus in *Alphonso*, seu *de Granata a Ferdinando & Isabella expugnata:* Liber Romanarum Indulgentiarum, Romæ ed. CIƆIƆXV. Iohannes Tritthemius in *Chronico Hirsaugiensi:* Iohannes Laziardus, in *Epitome Historiarum:* Franciscus Irenicus, in *Exegesi Germaniæ:* Iohannes Nevizanus, Astensis IC. in *Sylva Nuptiali:* Christianus Massæus Cameracensis, Ord. B. Hieronymi in Gandavo Presbyter, in *Chronico:* Ludovicus Cælius Rhodiginus in *Antiqvis Lectionibus:* Iohannes Episcopus Chemensis in *Onere Ecclesiæ:* Nicolaus Ægidius, Regi Galliæ ab Epistolis, in *Annalibus Francorum:* Henricus Corn. Agrippa, *de Vanitate Scientiarum:* Andreas Tiraqvellus, *in Legibus Connubialibus:* Auctor *Annalium Aqvitaniæ:* Iohannes Ravisius Textor, *in Officina:* Amandus Ziriczæus, in *Chronico:* Achilles Pirminius Gassarus, in *Epitome Historiarum:* Leander Albertus Dominicanus, in *Descriptione Italiæ:* Iohannes Marconville *de bonitate & malitia fœmina-*

 rum:

rum: Marcus Gvazzus in *Chronico*: Petrus Mexias, Eqves Hispalensis, in *Diversis lectionibus*: Alphonsus a Castro, in *de justa Hæreticorum punitione*: Iohannes Noviomagus, in *Continuatione Chronici Bedæ*: Dominicus a Soto, in *Ius Canonicum*: Bartholomæus Caranza, in *Summa Conciliorum*: Suffridus Petri, *Notis in Chronicon Mart. Poloni*: Petrus Bellojus, fisci in Tolosano Senatu Patronus, in *Mediis abusuum adversus Bullam Sixti V.* Ioh. Nicolaus Dolionus, in *Compendio Histor.* Huc accedunt e Græcis, Barlaam Calaber, S. Basilii monachus, ac exin Hieracensis Ecclesiæ Præsul, *de Primatu Papæ*, & Laonicus Chalcocondylas *de rebus Turcicis*: item e Iudæis, Rabbi David Gans, in *Zemach*: Abraham Zachut *in libro Iuchasin*, & auctor *Schalschelet-Hakkabbala*, a Ioh. Christoph. Wagenseilio laudati. (a)

Qvi contra IOHANNAM PAP. scripserunt.

§. XXIV. Ceterum historiæ hujus veritatem negare, ac partim refellere ausi sunt seqventes Scriptores: Iohannes Aventinus in *Annalibus Bojorum*: Michael Buchingerus ut & Onuphrius Panvinius in *Hist. Rom. Pontificum*: Nicolaus Sanderus in *Visibili Monarchia*: Alanus Copus, sive potius Nicolaus Harpsfieldus, *adversus Summi Pontificis oppugnatores*: Gilbertus Genebrardus, in *Chronographia*: Papirius Massonus, *de Vitis Romanorum Pontificum*: Arnaldus Pontacus, in *Chronico*, Baronius Cardinalis in *Annalibus*, ejusqve Continuator Abraham Bzovius: Aubertus Miræus *in Scholiis ad Chronicon Sigeberti*:

Nico-

(a) In *Catal. Impp. Francicorum* §. 7. Confer Spanhemium p. 208. f.

Nicolaus Serarius in *Rebus Moguntiacis* : Iacobus Gretſerus *in Defenſ. Bellarmini Tomo II.* Iodocus Coccius *Tomo I. Theſauri Catholici* : Petrus Maturus in *Annotat. ad Chronicon Antonini Flor.* Georgius Schererus, e Soc. Ieſ. *libro ſingulari* Italice & Germanice edito: (a) Anonymus in *Simplici Narratione, indicante & exponente, meretriculam qvandam Anglam nunqvam Papam fuiſſe, neqve unqvam in rerum natura exſtitiſſe, & unde figmentum illud originem duxiſſe creditur.* (b) Florimundus Ræmundus, Vaſco, Senator Parlamenti Burdegalenſis, ſub cujus nomine Ludovicus Richeomus, Ieſuitici Sodalitii Theologus, Gallice ſcripſit *Errorem popularem de Iohanna Pſeudo-Pontifice, dicta Papiſſa*, Latine poſtea verſum. (c) Iohannes Stalenus, Paſtor & Canonicus Reſenſis, in libro, qvem inſcripſit: *Papiſſa monſtroſa, & mera fabula, ſeu Diſſertatio Hiſtorico-Theologica, qva ex vulgi errore ortum de Papiſſa figmentum, ex vera Chronologia & alto Scriptorum in ſubſeqventibus annis de ea ſilentio, uti & levi ac incerta recentiorum narratione penitus profligatur, & eliminatur.* (d) Marcus Antonius Petilius, Monte-Corvinas, IC. Neapolitanus, qvi edidit *Fabulæ de Iohanne id nominis VIII. Papa parturientis rationem.* (e) Leo Allatius in *Confutatione fabulæ de Iohanna Papiſſa ex recenſione Bartoldi Nibu-*

(a) Titulus Germ. ita habet: Gründlicher Bericht / obs wahr sey / daß auff eine Zeit ein Pabst zu Rom schwanger gewesen / und ein Kind gebohren habe. Ingolst. 1584. (b) Anno 1588. Citatur a Lud. Iacobo in *Bibl. Pontificia lib. 2. p. 260.* (c) Gallice Burdegalæ 1602. Latine, Colon. 1624. (d) Colon. 1639. (e) Vid. Lud. Iacob *Bibl. Pontif. l. 2. p. 394.*

ſſæ, adjunctis *Prologo, Epilogo, ac Teleſcopio.* (a) Idem Allatius *Commentationem* ſcripſit *in Iohannæ Papiſſæ fabulam.* (b) Inter alios autem Allatium excitavit *Alexander Raynaldus*, Italus, I.V. D. & Cuſtos Bibliothecæ Vaticanæ: qvippe qvi in lucem dedit *Parenæticon*, qvo eum hortatur *ad ulteriorem defenſionem Romanæ Apoſtolicæ ſedis ſuper impoſtura Iohannæ Papiſſæ.* Porro hanc hiſtoriam negant Iohannes Launojus, *in Epiſtolis*, & in *libro de Auctoritate Negantis argumenti:* Iohannes Chifletius in *Iudicio de Fabula Iohannæ.* (c) Natalis Alexander *Hiſtor. Eccleſ. sec. IX. & X. parte II. Diſſ. III.* Iohannes Mabillonius *in Muſeo Italico, & Itineris Italici Tomo I.* Philippus Labbeus in *Cenotaphio Iohannæ Papiſſæ everſo:* qvod habetur *Tomo II. ad Bellarminum de Script. Eccleſ.* Deniqve ex Reformatis David Blondellus, Catalaunenſis, olim in Gallia Paſtor, poſt in Gymnaſio Amſtelodamenſi Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Prof. *Elucidationem* edidit de hoc argumento, fratriq; ſuo inſcripſit. (d) At cum Gallica uſus eſſet lingva, poſt Latine eundem, ſed non parum immutatum emittere voluit. Verum fato occupatus, id fecit *Stephanus Curcellæus*, Amſtelodamenſium Remonſtrantium primipilus, & Socinianus famoſus. Titulus libelli Amſtelodami anno CIƆIƆCLVII. emiſſi hic eſt: *De Ioanna Papiſſa, ſive Famoſæ Quæſtionis, An Fœmina ulla inter Leonem IV. & Benedictum III. Romanos Pontifices media ſederit, Ανάκρισις.* In eandem

(a) Colon. ſeu potius Amſtelod. 1645. nam primum Romæ edita 1630. & habetur qvoqve inter *Symmicta* 1633. edita. (b) Romæ 1650. (c) An. 1658. edito. (d) Amſtelod. 1647.

dem ſententiam concedunt M. Zverius Boxhornius, & Timannus Geſſelius in *Hiſt. Univerſali,* Martinus Schoockius *in præfat. Fabulæ Hamelenſis:* & Gvilielmus Cave in *Hiſtor. literaria Scriptor. Eccleſiaſticorum,* in Martino Polono.

§. XXV. Contra pro veritate hujus hiſtoriæ maſcule decertarunt: *Hermannus Witekindus,* tractatu ſingulari, *Quod mulier fuerit Papa:* (a) Alexander *Cooke,* in *Dialogo inter Pontificium & Reformatum,* qvi inſcriptus, *Iohanna Papiſſa toti orbi manifeſtata.* (b) *Conradus Deckerus,* Iuliacenſis Collegii Sapientiæ Heidelbergæ Præceptor, qvi an. CIƆIƆCXX. de vita deceſſit, *in de Papa Romano, & Papiſſa Romana.* (c) *Egbertus Grim,* Anglus, S. Theol. Lic. in Veſalienſi Gymnaſio aliqvamdiu Profeſſor doctiſſimus, ſed præmatura morte, ætatis ſuæ anno XXXVI. mundo ereptus: qvi anno CIƆIƆCXXXVI. paulo ante obitum lingva Belgica *Commentarium* locupletiſſimum *de Iohanna Papiſſa* evulgavit: in cujus parte I. CXXXV. teſtimonia produxit, qvorum nemo Proteſtantium caſtra ſecutus eſt. (d) Blondello autem ſe ſpeciatim oppoſuerunt *Congnardus* in Normannia qvondam Advocatus, libro Gallice ſcripto, & *Samuel Mareſius,* Theologus Groningenſis, *in Iohanna Papiſſa Reſtituta,* ſive *Animadverſionibus & Annotationibus Hiſtoricis ad Davidis Blondelli librum poſthumum de Ioanna Papiſſa.* (e) Cui tamen Auctor incognitus oppoſuit

Scriptores pro IOHANNA PAP.

(a) Laudatur a VVittio in *Diar. Biogr.* 1603. 7. Febr. (b) Vide Antonii a VVood. *Hiſtor. & Antiq. Univ. Oxonienſis lib.* 2. *p.* 64. (c) Oppenh. 1612. (d) Vide Mareſii *Papiſſam Reſtit. p.* 12. (e) Groningæ 1658.

Animadversiones Chronologicas. (a) Auctor *Historiæ Iohannis VIII. Romani Pontificis Virum primum simulantis, postea sexum suum partu in publica via edito prodentis, a Iesuitarum inprimis technis vindicatæ.* Accedunt in fine Viri cujusdam Clarissimi (*Matthiæ Berneggeri*) celebrisqve Critici *eandem in rem Collectanea.* (b) *Rudolphus Capelle* in Dissertatione *de Iohanna Papissa*, Giessæ Præside Iohanne Cunrado Dieterichio habita. *M. Iohannes Lehmannus*, Fac. Philos. in Acad. Witteb. Adjunctus, *in Infelici puerpera Iohanne Pontifice.* (c) M. Iohannes Daniel *Artopæus*, Trarbacensis, in *Iohanne VIII. Papissa* (d) Petrus Megerlinus in *Disqvisitione Chronologica de Iohanna Papissa.* (e) Fridericus *Spanhemius, in Disqvisitione Historica de Papa Fœmina inter Leonem IV. & Benedictum III. qva, ut Onuphrii, sic præcipue Allatii, Labbei, Blondelli, Launoji, Mabilloni, adversus Papissam præsidia excutiuntur.* (f)

SEC. X.

SYLVESTRI II. §. XXVI. SYLVESTER II. Magiæ a nonnullis scriptoribus accusatur: qvorum testimonia afferunt *Iac. Usserius.* Iacobus Usserius, Archiepiscopus Armachanus in *de Christianarum Eccl. successione:* (g) *I. C. Dieterichius.* Ioh. Cunradus Dieterichus *in Ottone III.* Imp. & *Breviario Pontificum:* sed

(a) An. 1661. Ex VVittii *Diar. Biogr. an.* 1678. 10. Nov. didici, Auctorem esse *Danielem Zwikerum*, Dantiscanum, Med. D. Socinianum. (b) Helmstad. recus. 1662. (c) VVitteb. 1669. (d) Lips. 1673. (e) Qvæ habetur in fine *Commentarii Chronologici in Tabulam Mathematico-Historicam.* (f) Lugd. Bat. 1691. (g) cap. 3. §. 15. seqq.

ſed ab hoc crimine eum vindicat *Gabriel Naudæus* in *Apologia pro claris viris, qvi falſo Magiæ inſimulati ſunt cap. XIX.* (a) De eodem Pontifice ſcripſit *Alexander Raynaldus.*(b) *Al. Raynaldg.*

Sec. XI.

§. XXVII. IOHANNIS XX. *Vitam* ſcripſit *Bernhardus Gvidonis:* qvam publici juris fecit *Franciſcus Bosqvetus.* *IOHAN. XX. Bernh. Gvidonis.*

§. XXIIX. LEONIS IX. *Vitam* conſignarunt *Wibertus* Archidiaconus Tullenſis, ipſi Leoni coævus:(c)& *Bruno*, Abbas Caſſinenſis, deinde Epiſcopus Signienſis, & Rom. Eccl Cardinalis, qvi obiit anno CIϽCXXV. (d) *Itinerarium Leonis IX. ex Vrbe in Germaniam & Galliam*, compoſuit *Anſelmus Remenſis*, Monachus Benedictinus, qvi anno CIϽL. claruit. (e) Ex junioribus hujus Papæ Vitam ſcripſit *Iacobus Sirmondus*, Ricomagenſis Arvernus, Soc. I. *LEONIS IX. Bruno Card. Anſelmus Rem. Iac. Sirmondus.*

§. XXIX. STEPHANI X. Vitam in *Monarchia Francorum Sancta*, ſive *Faſtis Regiis*, expoſuit *Thomas Aqvinas a S. Ioſepho*, Claro-Monferrandus, Arvernus, Carmelita Excalceatus. (f) *STEPH. X. Thomas Aqv. a S. Ioſeph.*

§. XXX. GREGORII VII. antea Hildebrandi dicti, *Vitam* ſcripſit *Benno*, Germanus, Eccl. Rom. Archipresbyter & Cardinalis, a Clemente III. Antipapa in Gregorii VII. ſententia Synodali depoſiti locum anno CIϽLXXX. a Concilio Brixienſi ſurrogato, factus *GREGOR. VII. Benno Card.*

(a) Liber Gallice ſcriptus Paris. ed. 1653. (b) Lud. Iacob. l. 2. p. 245. (c) Prodiit Pariſ. 1615. (d) Habetur in Oper. *Brunonis* Venet. 1651. editis (e) Vide Sigebertum Gemblac. *in Catal. cap.* 153. (f) Lud. Iacob. p. 444.

factus, qvi anno CIↃXCVIII. Concilio Romano inter alios Cardinales subscripsit. Vita hæc, tum ab Ortvvino Gratio (a) & Matthia Flacio, (b) tum ab aliis edita, (c) lectu est dignissima. Baronius qvidem horrendis Bonnonem conviciis proscindit. Enimvero *Historici hujus plura mendacia esse*, asserit, *qvam verba*: nec *Historicum dicendum*, censet; *sed satyricum, eundemqve calumniosum invectorem, falsarum rerum contextorem, fabularum consarcinatorem: nam mentiendi, carpendi, detrahendi, monstruosaqve de insignibus pietate viris fingendi, de neqvissimis vero optima qvaqve componendi, sumsisse sibi licentiam.* (d) Idem de eo: *Admireris ampliusqve detesteris Bennonis nebulonis impudentem ad mentiendum atqve calumniandum procaciam.* Ac iterum: *Benno mendax improbus, nundinator pudendarum mercium.* Verum hæ intemperiæ ob id agitant Baronium, qvod veris vivisqve coloribus depinxerit Gregorium, hominem illum peccati, & Deo, Deiqve his in terris præcipuo vicario, Imperatori Rom. tam præfracte adversum. Qvam in rem graviter Goldastus in *Dissertat. de Auctoribus Apolog. pro Henrico IV.* Convicia *Bellarmini*, *Baronii*, *Gretseri*, *& consimilium furiosorum hominum flocci non facimus, & eodem loco ponimus, qvo Antichristianorum blasphemias esse habendas Apostoli & SS. Patres præmonuerunt. Si Benno pro Hildebrando in*

(a) In *Fascic. Rer. Expetendarum.* (b) In *Catalogo Testium Veritatis.* (c) A Melch. Goldasto in Variis *Opusculis Anti-Gregorianis*, Hanov 1611. & separatim Franc. ad Viadrum 1581 editis. Goldastus etiam *Reineccianam & VVolfianam* editionem laudat. (d) Annal. Tomo XI. ad. an. 1048.

in Henricum Imp. arma filii sui distrinxisset, nemo illo doctior, nemo eruditior, nemo nervosior, nemo orthodoxior, nemo καθολικώτερος, *nemo beatior, aut sanctior apud Papanos celebraretur: nunc qvia CHRISTVM, & unctum ejus Imperatorem, propugnavit; indoctus, insulsus, barbarus, & inconditus calumnioso horum judicio habetur. Qvod tanti apud Catholicos bonos ac laudatos æstimetur, qvanti fungus putidus.* Negare eqvidem non possumus, Gregorium VII. suos contra præcones & defensores nactum, & in his *Paulum Bernrietensem: Stephanum Herrandum: Lambertum Gerochum,* Reichersbergensem: *Gebhardum,* Archiepiscopum Salisburgensem: *Anselmum Mantuanum,* Lucensem Episcopum, & Rom. Eccl. Presbyterum Cardinalem: qvos partim Melchior Goldastus (a) partim *Iacobus Gretserus*, Goldasti adversarius, (b) Sebastianus Tegnagelius (c) & Henricus Canisius (d) ediderunt. At enim uti aliqvos temporum illorum infelicitas abripuit, ita nonnulli nimis aperte adulantur sedi Pontificiæ, adeoqve & se & causam Hildebrandinam evidenter prostituunt. Præterea *Vitam & res gestas* hujus Papæ, qvinqve libris se descripsisse, memorat *Onuphrius Panvinius.* (e) Orationem de hoc Gregorio VII. edidit *Zacharias Scheferus.* *Scriptores pro Greg. VII.*

§. XXXI. An VICTOR III. veneno in calice immixto sit exstinctus, disqvirit Christophorus Sandius *VICTORIS III. Chr. Sandius.*

(a) In *Apolog. pro Henrico IV.* (b) In Defensione Goldasto opposita. (c) In *Monumentis hactenus ineditis pro Gregorio VII aliisqve Pontificibus:* Ingolst. 1612. (d) *In Antiqva Lectione Tomo 6.* (e) In *Notis ad Platinam.*

in Notis & Animadversionibus ad Vossium de Historicis Lat. (a) & Martinus Diefenbachius, *de Morte Henrici VII. Imp.* (b)

Mart. Diefenbachius.

Sec. XII.

PASCHLIS II
Henr. Meibomius.

§. XXXII. PASCHALIS II. Historiam mirifice illustrat Henrici Meibomii Tractatus, *De Iure Investitura Episcopalis, Imperatoribus Romanis a Pontificibus per vim & tyrannidem adempto.* (c)

GELASII II.
Pandulphus Pisanus.

§. XXXIII. GELASII II. Vitam scripsit *Pandulphus Masca*, Pisanus, qvi vixit circa annum CIϽC-LXXXIV. qvam *Constantinus Cajetanus* edidit, ac Commentariis illustravit. (d)

CALIXTI II.
Thom. Aqvin. a S. Ioseph.

§. XXXIV. CALIXTI II. *Vitam* habemus in *Thomæ Aqvinatis a S. Ioseph*, Monarchia *Francorum Sancta.*

LVCII II.
Io. Bap Signig.

§. XXXV. LVCII II. *Vitam* e mss. Annalibus fuse describit *Iohannes Baptista Signius*, libro *de Ortu & Statu Canonico cap. VI.*

EVGENII III.
Hugo Card.

§. XXXVI. *De obitu* EVGENII III. ad Bernardum Abbatem Clarævallensem scripsit, *Hugo Gallus*, Monachus Cisterciensis, Abbas monasterii SS. Vincentii & Anastasii ad tres Fontes Romæ, deinde Presbyter Cardinalis, Episcopus Ostiensis & Veliternus.

HADR. IV.
I. Chrys. van den Sterre.

§. XXXVII. HADRIANI IV. Vita exstat in Iohannis *Chrysostomi van den Sterre*, Sylvæ-Ducensis, Ord. Præmonstr. Theol. Prioris, ac demum Abbatis S. Michaelis Antverpiæ (e) *Natalibus Sanctorum Ord.*

Præ-

(a) Pag. 195. (b) pag. 148. seq (c) In Meibomii *Opusc. Historicis variis*, & *Tomo III. Rer. Germ.* recuso. (d) Romæ 1638. (e) Val. Andreas in *Bibl. Belg. p.* 483.

Præmonstratensis. (a) item in *Elogiis* Antonii Sanderi. (b)

§. XXXVIII. De Qæstione, An ALEXANDER III. Friderici collum conculcaverit, actum in *Historia Cæsarum cap.* xxiv. §. xxxix. Huc etiam pertinet Petri Opmeeri, *Concordiæ inter Alexandrum III. & Fridericum I. Imp. Venetiis confirmatæ Narratio.* (c) *ALEX. III.* *P. Opmeer.*

§. XXXIX. VRBANI III. Elogium legas in Donati Bossii & Iosephi Ripamontii *Archiepiscoporum Mediolanensium Historiis.* *VRBANI III.* *Don. Bossius.* *Ios. Ripamont.*

§. XL. COELESTINI III. *Vitam*, sub nomine *Cencii Camerarii* scripsit *Honorius II.* Papa anno CIƆCCXXVII. mortuus (d) *COELEST. III.* *Honorius III.*

§. XLI. Gesta INNOCENTII III. cum ejusdem Epistolis edidit *Stephanus Baluzius.* (e) *INNOC. III.*

Sec. XIII.

§. XLII. Compilationem Epistolarum Decretalium HONORII IV. ope trium veterum mss. Bibliothecæ Albiensis, in lucem produxit, Notisqve ac Observationibus suis illustravit, *Innocentius Cironius*, Acad. Tolosanæ Cancellarius. (f) *HONORII IV.* *Innoc. Cironius.*

§. XLIII. GREGORII IX. *Elogium* exstat *Tomo I. Collectaneorum Doctorum, tam veterum, qvam recentiorum, in Ius Pontificium* universum. (g) *Augustini Barbosæ*, Vimanarensis Lusitani, Protonotarii Apostolici, Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarii Majoris, & S. Congregationis Iudicis in Vrbe Consultoris. (h) *GREGOR. IX.* *Aug. Barbosa.*

(a) Antverp 1625. (b) Lovan. 1626. (c) teste L. Iacob. in *Bibl. Pont. l. 2. p. 424.* (d) L. Iacob. *lib. 1. p. 41. & 112.* (e) Paris. 1682. (f) Tolosæ 1645. (g) Lugd. ed. 1636. (h) Lud. Iacob. l. 2. p. 270.

COELEST.IV. *Ant.Nigrinus*

§. XLIV. COELESTINI IV. *Elogium* scripsit *Antonius Nigrinus.* (a)

CLEMEN.IV. *Cl.Clemens.*

§. XLV. CLEMENTEM IV. hoc est, *librum de Eruditione, vitæ sanctimonia, rerum gestarum gloria, & Pontificatu Clementis IV.* composuit (b) *Claudius Clemens*, Oniacensis Burgundus, Soc. I. anno CIƆIƆCXLII. XXIII. Decembris demortuus.

GREGOR. X. *Sylv. Petrasancta.* *Petr. Maria Campus,*

§ XLVI. *Vitam* GREGORII X. scripsit *Sylvester Petrasancta*, Romanus, Soc. Ies. Human. literarum & Philos. Prof. Picenus, postea Collegii Lauretani in Italia Rector, qvi anno CIƆIƆCXLVII. VI. Maji obiit. *Petrus Maria Campus*, Italus, Canonicus Placentinus, *Relationem* ad Gregorium XV. misit anno CIƆIƆCXXI. X. Martii *super processu & causa canonizationis seu beatificationis Gregorii X.* qvæ deinceps ab eodem remissa fuit S. Congregationi Rituum examinanda. (c)

COELEST. V. *Ipse Papa.* *P. ab Alliaco.* *Dion. Faber.* *Iac.Cajetanus.*

§. XLVII. *Relationem de Vita propria*, consignavit COELESTINVS V. qvæ exstat inter *Opera* ejus a Cœlestino Telera, Sipontino Theol. D. & Abbate Ord. Cœlestinorum edita. (d) Eandem scripserunt *Petrus ab Alliaco*, Archiepiscopus Cameracensis, & Cardinalis, qvi Avenione decessit an. CIƆCCCCXXVI. (e) *Dionysius Faber*, Gallus, Prior Cœlestinorum Parisiensium, qvi Parisiis vita defunctus anno CIƆIƆXXXVIII. (f) *Iacobus Cajetanus de Stephanescis*, Cardinalis, *libris IV.* qvi pas-

(a) L. Iacob p. 264. Sed forte id factum in *Elogiis Gentis Castillioneæ*, ex qva hic oriundus Papa. (b) Lugd. ed. 1624. (c) Placent. ed. 1621 (d) Neap. 1640. (e) Exstat apud Surium *Tom. 3. Sanctior.* ad 19. Maji & seorsim impressa Paris. 1539.

passim mss. exstant. (a) Hanc a Cajetano scriptam Cœlestini vitam prosecutus est Italice *Paulus Regius*, Neapolitanus, S. Theol. D. (b) *Iacobus Alitiensis*, Apulus, Monachus Ord. Cœlestinorum: (c) *Andreas Du-Valius*, Gallus, Sorbonæ Decanus & Prof. Regius, (d) qvi anno CIƆIƆCXXXVIII. IX. Septembris Parisiis vita excessit: *Stephanus Binetus*, Divionensis Burgundus, Soc. Ies. Theol. Provincialis Lugdunensis, ac Regi a Confessionibus, (e) qvi anno CIƆIƆCXXXIX. vivere desiit: *Benedictus Gononus*, Burgensis Sebusianus, Monachus Cœlestinus Lugdunensis. (f)

P. Regius. *And. Du-Val.* *Steph. Binetus.* *Ben. Cononus.*

§. XLVIII. BONIFACII VIII. Vitam scripsere *Paulus Morigia*, Mediolanensis, Ord. Iesuatorum: *Constantinus Cajetanus*, (g) & *Iohannes Rubeus*. (h) *Acta inter Bonifacium VIII. ejusqve aliqvot successores, & Philippum Pulchrum, Francorum Regem*, aliqvoties sunt edita. (i) *Ægidii Columnæ*, Romani, ex Priore Generali Augustinianorum Archiepiscopi Bituricensis & Cardinalis designati, *Qvæstio in utramqve partem, pro & contra Pontificiam, potestatem seu literam, sive Bullam Bonifacii Papæ ad Philippum Pulchrum Francorum*

BONIF. VIII. *P. Morigia.* *Const. Cajetanus.* *Ioh. Rubeus.* *Æg. Columnæ.*

(a) Vid L. Iacob. p. 343. (b) Neapoli ed. 1581. L. Iacob. p. 414 (c) Idem p. 342. (d) Legitur Gallice in Petri Ribadeneiræ *Flore Sanctorum*, Paris. & Lugd. ed. (e) In libro *de Vitis Principalium Fundatorum Ordinum Ecclesiæ*, Antverp. 1634 & Paris. 1636. edito. (f) In *Vitis Patrum Occidentis*, Lugduni editis. (g) *Vita Bonif. VIII. cum Apologia pro ejusdem Bonifacii ingressu ad Pontificatum legitimo, prudenti regimine, & gloriosa morte*: apud L. Iacob. in *Bibl. Pont. l. 2. p. 29.* (h) Romæ 1651. (i) Primum 1613. post auctiora 1641. Sed editis locupletiora asservantur in Bibl. Card. a Balneo: teste L. Iacob. *B. Pont. lib. 1. p. 33.*

corum Regem ſcriptam, *exſtat Tomo II. Monarchiæ S. Rom. Imperii* Melch. Goldaſti.

SEC. XIV.

BENED. XI. *Nic. Maurus.* §. XLIX. BENEDICTI XI. *Vitam* Italice ſcripſit Nicolaus Maurus, Tarviſinus, Legum D. Res qvoqve ejus geſtas conſignavit *Gregorius Luzianus*, Tarviſinus, Ord. Prædicat. (a)

CLEM. V. *Bernh. Gvido.* §. L. Vitam CLEMENTIS V. deſcripſit *Bernhardus Gvidonis*, qvam publicavit *Franciſcus Bosqvetus.*

IOHANNIS XXII. *Iac. Fontanus.* §. LI. IOHANNIS XXII. *Vitam* ex variis auctoribus collegit *Iacobus Fontanus*, Brugenſis, Ic. & Iudex appellationum populi Rhodienſis. (b)

BENED. XII. *M. Ant. Alegre.* §. LII. BENEDICTI XII. *Elogium* habetur in *Marci Antonii Alegre* de Caſanate, *Paradiſo Carmelitici Decoris.*

VRBANI V. *Fr. de Romany.* §. LIII. VRBANI V. Vitam compoſuit *Franciſcus de Romany*, Avenionenſis, Theol. D. Protonotarius Apoſtolicus, ac Cardinalis Richelii Eleemoſynarius. (c) *Ant. Ruffius.* Legitur etiam *Elogium* ejus in *Antonii Ruffii* Conſiliarii Regii præfecturæ Maſſilienſis, *Hiſtoria Maſſilienſi*, Gallice ſcripta. (d)

GREGOR. XI. *Anonymus.* §. LIV. GREGORII. XI. *Vitam* ab Anonymo ſcriptam, ex Bibliotheca Fuxenſi edidit *Franciſcus Bosqvetus.*

VRBANI VI. *Ang. Acciajolus.* §. LV. De VRBANI VI. Electione, *Apologeticum librum* compoſuit *Angelus Acciajolus*, civis & Epiſco-

(a) Lud. Iacob. l. 2. p. 327. (b) Qvæ Pariſ. cum aliis ejus ſcriptis edita. Val. Andreas *in Bibl. Belg. p. 409.* (c) L. Iacob. p. 314. (d) An. 1642. ed.

piscopus Florentinus, deinde Presbyter Cardinalis titulo Laurentii in Damaso, post Episcopus Ostiensis & Veliternus, Collegii Card. Decanus, & Rom. Eccl. Cancellarius, anno CIϽCCCCVII. demortuus. (a) Ejusdem Pontificis *Vitam* scripsit *Petrus Boninsegnius*. (b) De *Schismate inter Vrbanum VI. & Clementem VII.* scripsit *Theodoricus Niemius*. (c) *P. Boninsegnius.* *Theod. Niemius.*

§. LVI. BONIFACII. IX. *Vitam* Italice composuit *Franciscus Maria Vialardus*, Italus. (d) *BONIF. IX.* *Fr. M. Vailardus.*

SEC. XV.

§. LVII. INNOCENTII VII. *Elogium* habetur in Caroli Sigonii *Episcopis Bononiensibus*. *INNOC. VII* *Car. Sigonius.*

§. LVIII. ALEXANDRI V. *Vitam* scripsit *Iohannes Baptista a Glano*, Leodiensis, Augustinianus. Ejusdem Elogium exstat in Bossii & Ripamontii, *Historia Archiep. Mediolanensium*. *ALEX. V.* *Io. B. a Glano.*

§. LIX. IOHANNIS XXIII. *Vitam* a *Theoderico Niemio* satis diligenter scriptam, primus publicavit Henricus Meibomius senior, cujus Nepos Henricus, in *Tomum I. Rerum Germanicarum* retulit, additis aliqvot elegantibus observationibus. *IOHANNIS XXIII.* *Th. a Niem.*

§. LX. MARTINI V. *Vitam* edidit *Felix Contelorius*. (e) Vide etiam Baptistam Fulgosum *lib. VIII. Rerum memorabilium*. *MARTINI V.* *F. Contelorius.*

§. LXI. EVGENII IV. *Vitam* scripsit *Iohannes le Ieune*, Cardinalis. De ejus & Felicis V. successoris Controversiis agitur in libro, qvi inscribitur: *Amedeus* *EVGEN. IV.* *Ioh. le Ieune.*

(a) Vid. Lud. Iacob. *l. 2. p. 253.* (b) Idem p. 417. (c) Vide supra *cap. X. §. 8. p. 83.* ac confer. VVhartonum *in Append. ad Cave Hist. Lit. p. 60.* (d) Venet. 1613. (e) Romæ 1641.

deus Pacificus, sive *de Eugenii IV. & Amedei Sabaudiæ Ducis Felicis V. Papæ nuncupati controversiis.* (a) De morte Eugenii *Orationem* composuit *Æneas Sylvius.*

Æn. Sylvius.

NICOLAI V. *Nic. Philelphus.*

§ LXII. NICOLAI V. Historiam libris II. complexus est *Nicolaus Philelphus*, Talentinus. (b) Ladislai Regis Vngariæ *Oratio in laudem Nicolai V.* exstat in *Alberti de Byb*, IC. Germani, & Canonici Basileensis, *Margarita Poetarum.* (c)

CALIXTI III. *Æn. Sylvius.* *I. Ant. Campanus.*

§. LXIII. Ad CALIXTVM III. potissimum spectat *Æneæ Sylvii* liber, *de Nicolai X. obitu, & Callisti III. creatione.* (d) *Orationem funebrem* Calixto scripsit *Iohannes Antonius Campanus*, Italus, Episcopus Aretinus, Interamnensis & Aprutinus. (e)

PII II. *Anonymus.* *Ioh. Gobelinus.* *I. Ant. Campanus.*

§. LXIV. PII II. antea dicti *Æneæ Sylvii*, Vita ab *Anonymo* scripta legitur ante editionem *Operum* Æn. Sylvii Basileæ editorum an. CIↃIↃLXXV. *Iohannis Gobelini*, Vicarii Bononiensis *Vita Pii II.* exstat ante ejus *Commentaria rerum memorabilium Pii II.* Qvamvis nonnulli hæc *Commentaria* ipsi Pio tribuant. (f) Præterea Vitam ejus consignavit *Iohannes Antonius Campanus.* Atqve idem *Orationem* habuit Senis in exeqviis ejus. (g)

PAVL. IV.

§ LXV. Ad PAVLVM II. Reip. suæ nomine *Oratio*

(a) Taurini 1624. ed. (b) Lud. Iac. l. 2. p. 405. (c) Ed. 1495. Lud. Iacob p. 381. (d) Hunc, sed ms. aliqvoties citat Lud. Iacob Vid. *Bibl. Pont. l. 1. p. 38.* & 189. (e) Idem p. 351. (f) Romæ ed. 1584. recus. Francof. 1614. (g) Qvæ inter *Opera* Campani edita Romæ 1495. Vide porro de Pio II. Iacobum Phil. Bergomatem in *Supplem. lib. 15. ad an* 1454. Ioh. Iacobum Boissardum *in Elogiis*, Vossium *de Hist. Lat. l. 3. c. 7. p. 591.* & *de Scient. Mathem. cap. 68. p. 413.* VVhartonum in *Append. ad Cave Hist. Liter. p. 95*, Freherum in *Theatro pag. 2.*

rationem habuit *Bernardus Iustinianus*, Venetus Legatus. (a) *B. Iustinian.*

§. LXVI. Ejusdem *Iustiniani Oratio*, nomine Venetorum Romæ ad SIXTVM IV. habita, aliqvoties prodiit. (b) *SIXTI IV. Bern Iustinianus.*

§. LXVII. *De laudibus* INNOCENTII VIII. *Epistolam* ad Petrum Vrbinatem Episcopum scripsit *Angelus Politianus.* Ejusdem *Elogium* composuit *Vbertus Folieta*, Genuensis. Nec minus *Hector Fliscus*, Nobilis Genuensis, ac ejusdem Reip. Orator, *de laudibus* hujus Papæ *Orationem* habuit. *Orationem* ad eundem Innocentium, a *Iohanne Camerario* Dalburgio, Wormaciensi Episcopo, nomine Bavariæ Ducis habitam, composuit *Rudolphus Agricola.* (c) Itidem ad eundem, Orationem, Ferrariensium Ducis nomine, habuit *Titus Vespasianus Stroza.* (d) De *bello Innocentii, urbeqve a Calabrum Duce obsessa*, libros tres concinnavit *Camillus Portius*, Italus. In funere Innocentii VIII. in freqventi consessu Cardinalium, & aliorum Prælatorum, Romæ *Orationem* habuit *Leonellus*, Episcopus Concordiensis. (e) *INNOC VIII. Ang. Politianus. Vb. Folieta. Hector Fliscus Rud. Agricola T. V. Stroza. Camillus Portius. Leonellus.*

§. LXVIII. ALEXANDRI VI. *Diarium* scripsit *Iohannes Burchardus*, ceremonialium Papalium Magister. (f) *Iacobi Spinolæ* Oratio ad hunc Pontificem *ALEX. VI. Ioh. Burchardus. Iac. Spinola.*

(a) Habetur in *Orat. doctorum Fitorum* Hanov. ed. 1631. n. 1. (b Venet. 1495. cum aliis ejus *Orationibus* ac iterum anno 1559. & Hanov, 1613. in *Orat. clarorum hominum.* (c) Extat in *Orat. doctorum.* (d) In eod. Opere. (e) Patav. ed. 15 9. Paris. 1577. & in *Orationibus* Hanov. 1613 editis. (f) Lud. Iacob. l 1. p. 14. ubi tanqvam editum citat, sed lib. 2. p 356. *jus ms.*

Genuensium nomine habita, exstat in *Orationibus*
Iason Mainus. *clarorum hominum*: ut & alia *Iasonis Maini*, Ic. Me-
Gentilis. diolanensis Principis; item *Gentilis*, Episcopi Are-
Ang. Politianus. tini, Florentinorum; ut & *Angeli Politiani*, Senen-
Nic. Tygrinus. sium; ac *Nicolai Tygrini*, Lucensium nomine, dictæ.
Hadr. Castellensis. *Hadrianus Castellensis*, Cornetanus Italus, Presb.
Card. S. Chrysogoni, *Orationem de fœdere inter Alexandrum VI. & Regem Hisp.* habuit.

Sec. XVI.

IVLII II. *Car. Sigonius.* *Vb. Folieta.* *Had. Castellensis.* §. LXIX. *Elogium* IVLII II. habetur in Caroli Sigonii *Episcopis Benoniensibus*. Ejusdem *Elogium* texuit *Ubertus Folieta*: Hadriani *Castellensis* Cardinalis *Itinerarium Iulii II.* carmine conscriptum exstat *Tomo II. Vitarum Rom. Pontificum* Alphonsi Ciaconii. *Cœl. Calcagninus.* Cœlii Calcagnini *Apologia pro Alphonso I. Duce Ferrariæ III. ad Iulium II.* exstat in *Orationibus Doctorum Virorum*. *De ejus morte* habetur *Dialogus*, qvem in *Indice Romano* prohibitum, monet Ludovicus Iacob in *Bibl. Pontificia*. (a)

LEONIS X. *P. Jovius.* §. LXX. LEONIS X. *Vitam* scripsit *Paulus Jovius*, a Ludovico Dominico Italice versam. De *laudibus* hujus Pontificis, *Orationes II.* scripsit *Iohannes* *I. Cam. Zaccagnius.* *Camillus Zaccagnius*, Romanus. (b) *Pro Alphonso I. Duce Ferrariæ*, ad hunc Pontificem *Orationem* habuit *Cœ-* *Cœl. Calcagninus.* *lius Calcagninus*. (c) Qvam in funere anniversario Leonis X. Romani Gymnasii fundatoris, *Orationem* *Pomp. Vgonius* anno CIƆIƆLXXXVII. habuit *Pompejus Ugonius*, Romanus, seqventi anno Romæ edita est.

§. LXXI.

(a) Lib. 2. p. 297. (b) Romæ 1622. (c) Qvæ est in Orat. doct. virorum.

§. LXXI. HADRIANI VI. *Vitam* itidem ſcripſit *Paulus Iovius*, a Lud. Dominico etiam Italice verſam. Ejusdem *Vitam* (a) conſignavit *Gerardus Moringus*, Bommelanus Gelder, Theol. Lovanienſis, Lector primum ad S. Gertrudem Lovanii, deinde Canonicus, Paſtor, Lectorqve ad S. Trudonem, in diœceſi Leodicenſi, qvi an. CIↃIↃLVI. IX. Octobr. Trudonopoli obiit. (b) *Orationem hortatoriam vehementem* ad hunc Papam, *ut accelararet iter Romam*, ſcripſit *Cyprianus Benetus*, Aragonius, Theol. Dominicanus. *Itinerarium* ejus *ex Hiſpania Romam*, confecit *Blaſius Ortizius*, Canonicus Toletanus, & Hadriano VI. a domeſticis. (c) *De Adventu* ejus *ad Vrbem*, librum ſcripſit *Conradus Vecerius*. Hieronymi *Nigri* Epiſtola *de Virtutibus Hadriani*, ad M. Antonium Michaelium, exſtat *parte I. Literarum Principum*. Pro *Oratoribus Faventinis* ad hunc Pontificem *Orationem* habuit *Cælius Calcagninus*. (d) Elogium Hadriano ſcripſit *Aubertus Miræus*, inter *Elogia illuſtrium Belgii Scriptorum*. (e) Exſtat etiam ejus Elogium in *Ioh. Iacobo Boiſſardo*. In funere hujus Pontificis, Romæ in Cardinalium conſeſſu, an. CIↃIↃXXIII. *Orationem* habuit laudatus *Conradus Vecerius*, qvi inter clientes hujus Papæ totis XV. annis vixit. (f)

HADRIANI VI. — *P. Iovius.* — *Ger. Moringus.* — *Cypr. Benetus.* — *Blaſ. Ortizius.* — *Conr. Vecerius.* — *Hier. Niger.* — *C. Calcagninus.* — *Aub. Miræus.* — *I. I. Boiſſardus.*

§. LXXII. *De* CLEMENTIS VII. *Electione*, Epiſtola *Hieronymi Nigri* habetur *parte I. Literarum Principum*.

CLEMENTIS VII. — *Hier. Niger.*

Tttt 2 De

(a) Lovan. 1536. ed. (b) Val. Andreas *in Bibl. Belg. p. 281.* (Ludovicus Iacob in *Bibl. Pontif. l. 2. p. 322.* (c) Toleti ed. 1548. (d) Qvæ eſt in *Orat. doct. viror.* (e) Antverp. ed. 1609. (f) Val. Andreas in *Bibl. Belg. p. 141.*

Bapt. Pizacarus. *Hier. Maripetrus.* De eadem *electione Orationem* edidit *Baptista Pizacarus.* (a) Vitam ejus scripsit *Hieronymus Maripetrus*, Venetus, Ord. Minorum. (b) *Orationem super* hujus Pontificis *in Galliam adventu*, in lucem dedit *Antonius Saxanus* (du Saix) Sabaudus, Beneficiarius S. Antonii Burgensis apud Sebusianos, Abbas Chesceriaci, diœcesis Genevensis in Beugesio, ac Caroli Ducis Sabaudiæ Præceptor, & Eleemosynarius. (c) *Orationem*, in funere Clementis VII. habuit *Laurentius Granius*, Episcopus Signius.

Ant. Saxanus.

Laur. Granig.

PAVLI III. *Marius Podianus.* §. LXXIII. *De Adventu* PAVLI III. *Perusium*, & *pompa, qua exceptus est*, scripsit *Marius Podianus*, Italus. (d) *Pro Hercule II. Ferrariæ Duce IV.* ad Paulum III. *Orationem* habuit *Cœlius Calcagninus.* (e) In funere ejus *Orationem* dixit *Romulus Amusæus.*

Cœl. Calcagninus. *R. Amusæus.*

IVLII III. *Ant. Franc. Rainerius.* § LXXIV. *De Creatione* JVLII III. librum scripsit *Antonius Franciscus Rainerius*, Mediolanensis. (f) *Elogia Iulii III. & Cardinalium ab eo creatorum*, emisit *Ianus Vitalis*, Panormitanus Siculus. (g) Nomine Ducis Florentini ad hunc Pontificem *Orationem* habuit *Petrus Victorius.* (h) Anonymi Itali liber, *de Commissionibus & facultatibus a Iulio III. Papa datis M. Paulo Odescalco*, *in Indice Romano* prohibetur. (i)

Ianus Vitalis. *P. Victorius.* *Anonymus.*

MARCELLI II. *Franc. Rogerius.* §. LXXV. *Laudationem* MARCELLI II. composuit *Franciscus Rogerius*, Italus. (k)

§. LXXVI.

(a) L. Iacob. p. 275. (b) Idem p. 338. (c) Lugd. 1534. Lud. Iacob. p. 266. (d) Idem p. 395. (e) Quæ exstat in *Orat.* Hanov. ed. 1613. (f) Romæ ed. 1550. (g) Ibid. 1553. (h) Habetur in Orat. Hanov. editis. (i) Lud. Iacob p. 258. (k) Idem p. 334.

§. LXXVI. *De Vita & obitu* PAVLI IV. aliqvot Scriptores conjunctim editi sunt Coloniæ anno CIↃIↃCXII. & in his *Cynius Campanus*, Italus, *Antonius Caracciolus*, Neapolitanus, Clericus Regularis: *Antonius Carafa*, Neapolitanus, primum Diaconus, post Presbyter Cardinalis, ac Bibliothecarius: *Iohannes Franciscus Firmanus*, Italus: *Iohannes Paulus Flavius*, Albetanus: *Pyrrbus Ligorius*, Neapolitanus: *Hieronymus Magius*. Præterea *Vitam* Pauli IV. scripsit *Iohannes Baptista Castaldus*, Neapolitanus, Clericus Regularis.(a) Exstat & Elogium hujus Papæ in *Stephani Bineti* libro *de Vitis Principalium Fundatorum Ordinum Ecclesiæ.*

PAVLI IV. *Cyn. Campan.* *Ant. Caracciolus.* *Ant. Carafa.* *Ioh. Fr. Firmanus.* *Ioh. P. Flavius.* *Pyrrhus Ligorius.* *Hier Magius.* *Io. Bapt. Castaldus.* *Steph. Binetus.*

§. LXXVII. *De laudibus* PII IV. Orationem scripsit *Alexander Leonardi*, Italus.(b) *Orationem* ad hunc Pontificem, *cum Gymnasium Soc. Ies. Romæ inviseret*, habuit *Petrus Iohannes Perpinianus*, Valentinus Hispanus, Soc. Ies. Theologus. (c) Antonii Borbonii, Navarræorum Regis nomine, *Orationem* ad hunc Pontificem habuit *Marcus Antonius Muretus.* (d)

PII IV. *Alex. Leonardi.* *P. Ioh. Perpinianus.* *M. Ant. Muretus.*

§. LXXVIII. PII V. *Vitam* composuerunt *Hieronymus Catena* (e) & Hieronymus *Manfredus*, Ferrariensis; (f) Libros V. *de Vita & rebus gestis hujus Pontificis* emisit *Ioh. Antonius Gabutius*, Novariensis Lombardus, Presbyter Congregat. Clericor. Regular. S. Pauli. (g) Porro in ejusdem Pontificis *Vita* elabora-

PII V. *H. Catena.* *H. Manfredus.* *I. Ant. Gabutius.*

 vit

(a) Romæ 1615 (b) Quæ Italice & Lat. prodiit Patavii 1565. (c) Exstat inter ejus *Orationes* num. 9. (d) Exstat. in Mureti, & *Orat. Doctor. Vir.* Hanov. ed. (e) Cæsenæ an. 1586. (f) Romæ 1587. (g) Ibid. 1605.

Arch. Caracc- cia. vit *Archangelus Caraccia* de Ripalta, Montis-Ferratus Italus, Ord. Præd. Theol. D. ac Prof. (a) Idem publicavit *Brevem Narrationem Gestorum Pii V. ex processibus canonizationis extractam.* (b) An autem prægrande, qvod *de Gestis Pii V.* opus parabat Romæ anno CIↃIↃCXXXII. cujus in *Apibus Urbanis* (c) meminit *M. Ant. Muretus.* Leo Allatius, lucem viderit, dicere neqveo. Mureti *Orationes* ad Pium V. pro Carolo IX. Francorum, & Sigismundo, Poloniæ Regibus habitæ, anno CIↃIↃLXVI. & seqventi, aliqvoties sunt editæ. (d) Idem etiam *Orationem* habuit Romæ in funere hujus Pontificis anno CIↃIↃLXXII. v. Idus Martii. (e) In ejusdem funere Pa- *Ant. Riccobonus.* tavii Orationem dixit *Antonius Riccobonus*, Rhodiginus, IC. & Humanit. in Acad. Patav. Prof. (f) *Orationem de translatione corporis Pii V. in sacellum Sixti- Ant. Buccapadulus.* num, scripsit *Antonius Buccapadulus.*

GREGOR. XIII. §. LXXIX. *De Electione* GREGORII XIII. *Orationem* ad populum Ravennatem habuit *Hieronymus Rubeus*, *Hier. Rubeus.* Nobilis Ravennas, Medicus & Historicus. (g) *Elogium de Gregorio XIII. Collegii Rom. Soc. I. Franc. Bencius. fundatore*, conscripsit *Franciscus Bencius*, ab Aqvapendente Italus, Soc. Ies. Theol. qvi Romæ obiit anno CIↃIↃXCIV. *Historiam Pontificatus Gregorii XIII.* elaboravit *Ignatius Bomplanus*, *Ignat. Bomplanus.* Anconitanus Italus, Soc. I. Rhetor. ut & Ling. Hebrææ Prof. Romanus, anno CIↃIↃCLXXIV. I. Ianuarii demortuus. Græce eandem consignavit *Neophytus Rhodinus*, *Neoph. Rhodinus.* Cyprius, monachus Ord.

(a) Papiæ 1615. (b) Romæ 1629. (c) pag. 52. (d) In *Oratt.* Mureti, & in *Doctor. Viror.* Hanov. (e) Romæ ed. (f) Patav. ed. 1572. (g) Cæsenæ ed. 1572.

Ord. S. Basilii. (a) *Vivam imaginem* hujus Pontificis *Anonymus* qvidam delineavit. (b) *Solarium Gregorianum*, seu *de Beneficiis, qvibus Gregorius XIII. Solis instar orbem illustravit*, composuit *Leo Sanctius*, Senensis Tuscus, Soc. Ies. Theologus. (c) *Orationem de laudibus hujus Pontificis* vulgavit *Cæsar Laurentius*, Romanus, Soc. Ies. Græcæ L. in patria Prof. qvi anno CIƆIƆCXXI. XXIII. Iunii vita excessit. *Acta Consistorii Regum Iaponiorum legatis* Romæ anno CIƆIƆLXXXV. XXIII. Martii *publice exhibiti*, separatim prodierunt. (d) Sub *Leonhardi* etiam *Warmundi* nomine in lucem exiit *Admonitio in Anathematismum, qvo Gregorius XIII. Gebhardum Truchsessium, Archiepisc. Coloniensem, Electorem Imperii damnavit.* (e) Exstat qvoqve *Oratio*, qvam *Baptista Gvarinus*, senior, Alphonsi Atestini Ferrariæ Ducis Orator, hujus nomine ad Gregorium Papam habuit. *Orationes funebres* hujus Pontificis habuerunt *Stephanus Tuccius*, Siculus, & *Horatius Tursellinus*, Romanus, Soc. Iesu. (f) *De translatione Pii V. qvam solenni sanctoq; pietatis officio Sixtus V. celebravit*, librum emisit *Petrus Galesinus*, Mediolanensis, Th. D. ac Protonotarius Apostolicus. (g)

Anonymus. *Leo Sanctius.* *Cæsar Laurentius.* *Leonh. Warmundus.* *Bapt. Gvarinus.* *Steph. Tuccius.* *Hor. Tursellinus.* *P. Galesinus.*

§. LXXX. De SIXTI V. VI. Idus Ianuar. anno CIƆIƆLXXXVIII. *creatione* scriptum edidit *Iohannes Antonius Perottus*, Tarentinus. (h) *Panegyricum*

SIXTI V. *Io. Ant. Perottus.*

(a) Lud. Iacob p. 402. Leo Allatius in *Apibus Urb.* p. 108. (b) Venet. excus. 1572. (c) Viterbii 1618. (d) Patav. 15... (e) Lugd. Bat. 1583. (f) Tuccii Oratio in Vaticano ad Collegium Cardinal. habita, ed. Patav. 1585. Romæ 1588. Duaci 1592. (g) Romæ edit. (h) Lud. Iacob p. 352.

Fr. Svaresius. *ricum* Sixto V. dixit *Franciscus Svaresius*, Avenionensis Ictus, Iosephi Mariæ, Episcopi Vasionensis pater. (a) *De Obelisco a Sixto Romæ in foro Vaticano erecto*
Ang. Bargæus. *scripsit* Angelus Bargæus, Italus. (b) *De Dedicatione* hujus *Obelisci, & benedictione item Crucis, qvam in e-*
P. Galesinus. *jus fastigio collocavit Papa*, Orationem emisit *Petrus Galesinus*. (c) De *Stationibus a Sixto V. Romæ institutis*, Orationem Romæ in Ecclesia S. Sabinæ Patrum
Fr. Panigarola. Dominicanorum, habuit *Franciscus Panigarola*, Mediolanensis, Ord. Minor. Episc. Astensis. In funere
Bald. Cataneus. Sixti *Orationem* habuit *Baldus Cataneus*, Italus, & aliam *Lelius Peregrinus*, Romanus, Theologus, Philos. in Gymnas. Rom. Prof. De *anniversaria Sixti V. Coro-*
Io. B. Stella *nationis celebritate*, scripsit *Iob. Bapt. Stella*, Romanus, Ictus & Poeta, qvi obiit anno CIƆIƆCXXII. *Bellum Papale*, seu *Concordiam discordem Sixti V. & Clementis VIII. circa Bibliorum Latinorum Editionem*, vulgavit *Tho-*
Th. Iamesius. *mas Iamesius*, Vecta Neuportensis, Anglus, Proto Bibliothecarius Oxon. Bodlejanus, deinde Th D. Subdecanus Wellensis, & Eirenarcha, qvi obiit anno CIƆIƆCXXIX. XV. Augusti.

VRBANI VII. §. LXXXI. VRBANI VII. *Vitam* ad Iohannem Garsiam Millinum Cardin. & Principem, Pauli V.
L. Arrigho. Vicarium, scripsit *Laurentius Arrigho*, Bononiensis, Ordinis Cruciferorum. (d) *Relationem de morte ejus* [ante coronationem obiit, die XII. ab electione] Italice consignavit *Iohannes Petrus Rubeus* [Rossus] Italus,
Io. P. Rubeus. Soc. Ies. Theol. ac S. Petri in Vaticano Pœnitentiarius

(a) Romæ 1582. (b) L. Iacob. p. 254. (c) Romæ 1586. (d) Bonon. 1614.

rius, (a) *Orationem funebrem* huic Papæ habuit *Pompejus Vgonius*. (b)

§. LXXXII. GREGORII XV. *Vitam* composuit *Lucas Waddingus*, Waterfordiensis Hibernus, Ord. Minor. Theologus & Historicus, Gvardianus S. Isidori de Vrbe, & S. Officii Consultor. *De felici* ejus *Pontificatu*, ad Rom. Eccles. Cardinales, *Orationem* apud S. Petrum anno CIↃIↃXCI. v. Idus Ian. habuit *Vincentius Blasius Garcias*, Valentinus Hispanus. (c). *GREGORII XV. Lucas VVaddingus. V. Blas. Garcias.*

§. LXXXIII. *Commentariolum de Nuce*, ad INNOCENTIVM IX. *stemma ejus Gentilitium mystice repræsentante*, elaboravit *Angelus Rocca*. In funere ejus *Oratio* habita est a *Benedicto Iustiniano*, Italo, Soc. Ies. Theologo. *INNOCENT. IX. Angel. Rocca. Bened. Iustinianus.*

§. LXXXIV. CLEMENTIS VIII. Vitam elaboravit *Lucas Waddingus*. Libros II. *Clementiados*, seu *de Actionibus Clementis VIII.* carmine scripsit *Mutius Sfortia*, Monopolitanus, vel Iustinopolitanus Italus. (d) *Commentarium de Ferraria a Clemente VIII. Apostolicæ sedi recuperata*, composuit *Angelus Rocca*. Idem etiam publicavit *Itinerarium Societatis sanctissimi Sacramenti Clemente VIII. Pontif. Ferrariam proficiscente, ejusdemqve Pontificis solennem in eam civitatem ingressum, & ibidem res gestas, atqve in Vrbem Romam reditum, nec non brevissimas civitatum, & oppidorum, per qvæ transeundum erat, descriptiones complectens.* (e) Orationem *de Ferraria recepta* ad hunc *CLEMENT. VIII. L. VVaddingus. Mut. Sfortia. Ang. Rocca.*

(a) Romæ 1590. (b) Romæ ed. 1592. (c) Romæ impr. 1541. (d) Romæ 1593. Lud. Iacob p. 402. (e) Romæ 1599.

Oct. Meninus. hunc Pontificem scripsit *Octavius Meninus*, IC. Forojuliensis, ac Cenetensis Præfectus. (a) Exstat etiam *Controversia Ferrariensis, sive Responsum Iuris feudale in causa Sereniss. Dn. Cæsaris, Ducis Ferrariæ, contra Clementem VIII. Pontif. Rom.* (b)

Sec. XVII.

Leonis XI. L. Waddingus. Franc. Bochius. Iul. Cæs. Lagalla. §. LXXXV. LEONIS XI. *Vitam* itidem scripsit *Lucas Waddingus*. Laudes ejus celebrarunt *Franciscus Bochius*, Florentinus, & *Iulius Cæsar Lagalla*, Lucanus Italus, Comes Palatinus, Protonotarius Apostolicus, Philos. & Med. Prof. Romanus, qvi anno CIↃIↃCXXIV. XIV. Febr. obiit. (c)

Pauli V. Ant. Qvarengus. §. LXXXVI. *De Electione* PAULI V. *Relationem* Italice scripsit *Antonius Qvarengus*, Canonicus Patavinus, Referendarius Pontificius, Pauli V. Gregorii XV. & Urbani VIII. Prælatus domesticus, Collegio Cardinal. a secretis, nec non Canonicus Patavinus, qvi anno CIↃIↃCXXXIII. I. Sept. vita functus est. (d) *Orationem Panegyricam ad perpetuam memoriam assumptionis Pauli Papæ V. ad S. Sedis Apostolicæ culmen & apicem supremumq; Ecclesiæ Romanæ Pontificatum*, habuit *Franciscus de Rosieres*, Nobilis Patricius Barroducæus, Archidiaconus Tullensis. (e) Vitam *Pauli V.* operose scripsere *Abrahamus Bzovius*: (f) *Ferdinandus Carolus*, & *Lucas Waddingus*: Compendio eandem persecutus est *Lælius Gvidiccionius*. Panegyricum *de laudibus ejus* composuit (g) *Henricus Kifelius*, Ant-

Fr. de Rosieres. Ab. Bzovius. Ferd. Carolus. Lucas Waddingus. Lel. Gvidiccionius. H. Kifelius.

(a) Venet. 1598. (b) Francof. 1606. (c) V. Vittius in *Diar. Biogr.* (d) Vid. Allatii *Ap. Urb.* p. 44. seqq. (e) Mussiponti 1605. (f) Romæ 1626. (g) Ibid. 1613.

Antverpianus, anno CIↃIↃLXXXIII. natus, I.V.D. ac licet utroqve oculo per catarrhum orbatus, Romæ Eloqv. Prof. (a) De ejusdem Papæ *laudibus, Musarum & Gratiarum Panegyrin*, Romæ in basilica Antoniana ad Cardinalem Burghesium nepotem anno CIↃIↃCXI. habuit *Iustus Rycqvius*, Gandavensis, Canonicus D. Bavonis, Bonon. Pontificius Prof. Eloqv. qvi Bononiæ obiit CIↃIↃCXXVII. x. Decembr. *Clavem Apostolicam, sive Demonstrationem Theologicam, qva dilucide ac solide concluditur, divina fide credendum esse, Paulum V. esse summum maximumqve Pontificem* (b) fabricavit *Iacobus Brouwerus*, Hoochstratanus, Ord. Præd. Conventus Antverpiensis Theol. D. Philos. Duaci Prof. & Studii ibidem Theologici Regens primarius (c) De ejusdem Pontificis dissidio cum Rep. Veneta, hujusqve excommunicatione, superius egimus cap. XIX. §. LIII. (d) qvibus addideris *Ioh. Baptistæ Fragnani*, Itali scriptum *de justa censura Pauli V. Papæ adversus Venetos:* Adami *Tanneri*, Oenipontani, Soc. Ies. *Defensionem Ecclesiasticæ libertatis contra Venetos:* Ioh. *Cordesii*, Galli, Canonici Lemovicensis, *Tractatum de controversiis Pontificis Pauli V. & Reip. Venetorum.* De *Sacello Exqvilino a Paulo V. Romæ extructo*, egit *Andreas Victorellus*, Bassanensis Italus, Presbyter & Theologus. *Baptistæ Gvarini*, junioris, Nob. Ferrariensis, Oratoris Pontificii *Oratio, in præstanda Paulo V. P. M. pro civitate Ferraria obedientia*, Venetiis prodiit

I. Rycqvius.

Iac. Brouwerus.

I.B. Fragnanus.

Ad. Tannerus.

And. Victorellus.

Bapt. Gvarinus.

(a) Vid. Valerius Andreas in *Bibl. Belg.* pag. 557. (b) Duaci ed. 1621. (c) Val. Andr. in *Bibl. Belg.* p. 404. (d) pag. 470. seqq.

diit (a) *Parentalia* in funere hujus Pontificis habuit, paulo ante laudatus *Rycqvius*. (b) Exſtat etiam *Gvidiccionii* Brevis *Relatio Delationis corporis Pauli V. R.P. e basilica Vaticana S. Petri in illam S. Mariæ majoris.* (c)

Iuſt. Rycqvig. *Lel. Gvidiccionius.*

GREGOR. XV. §. LXXXVII. *Romam jubilantem pro nova electione & coronatione* GREGORII XV. *facta in Vaticano IX. & XIV. Febr.* anno CIↃIↃCXXI. emiſit *Franciſcus Maria Turrigius*: in qva ſimul mentionem facit omnium Pontificum, qvi nomen *Gregorii* habuerunt, qviqve nati Bononiæ. (d) *Veri, Opt. Maximi S. Rom. Eccl. Paſtoris ſimulacrum, ſeu de laudibus beatiſſimi Papæ Gregorii, Fragmentum* exſtat *Iohannis Superantii*, Presbyteri. (e) Vitam ejus compoſuit *Lucas Waddingus*. In funere Gregorii XV. Romæ in baſilica Vaticana ad Cardinales Orationem habuit *Famianus Strada*, Soc. Ieſ. Theol. (f) Bononiæ *in funebri commemoratione* hujus Pontificis, *Orationem* dixit CIↃIↃCXXIV. IX. Kl. Aug. *Federicus Albergatus*, Italus. In *funere anniverſario ejusdem Pontificis*, Romæ in Eccleſia S. Iohannis Evangeliſtæ, dum Sodalitas Bononienſis juſta faceret Gregorio XV. an. CIↃIↃCXXIX. XVI. Kl. Auguſt. Orationem habuit *Iacobus Accariſius*, D. Theol. Bonon. (g)

Fr. M Turrigius. *Ioh. Superantius.* *L. VVaddingus.* *Fam. Strada.* *Fed. Albergatus.* *Iac. Accariſius.*

VRBAN. VIII. §. LXXXVIII. *Electionem* VRBANI VIII. *Heroico Carmine* recenſuit *Stephanus Bubalus de Cancellariis*, Romanus, Soc. Ieſu. *Elogium in coronatione* ejus compoſuit *Andreas Bajanus*, Goanus Indus, Sacerdos, Th. Baccal.

Steph. Bub. de Cancellariis. *And. Bajanus.*

(a) An. 1606. (b) Antverp. 1616. (c) Romæ 1623. (d) Ibid. 1621. (e) Ibid. eodem anno. (f) Ibid. 1623. (g) Bonon. ed. 1614.

Baccal. Conimbricensis. (a) *De felici ejus ad Pontificatum assumptione*, Panegyricum scripsit *Theodorus Amydenus*. (b) *Triumphum Urbani VIII. ad Lateranum equitantis* vulgavit *Alexander Raynaldus*. *Panegyricum*, cui titulus, *Orbis felicitas, seu Pontificatus Urbani VIII.* composuit *Iustus Rycqvius*. Heros *Divinitatis*, sive *de Rebus gestis in sacro principatu Urbani VIII.* exstat *Panegyricus* Andreæ *Turelli* (Thoureau) Divionensis Burgundi, Icti, in Acad. Bonon. L. Græcæ Prof. P. in qvo continentur Elogia ipsius Urbani, & Cardinalium ab ipso creatorum. (c) Sic *Andreas Brogiottus* librum edidit, exhibentem *Urbani ac illustrium Cardinalium LXV. effigies, insignia, nomina, & cognomina.* (d) *Vitam* hujus Pontificis consignavit qvoqve *Lucas Waddingus*. Porro Panegyricos ad hunc Papam scripserunt, *Laurentius de Franchis*, Neapolitanus, V. I. D. & Protonotarius Apostolicus: (e) *Balduinus de Monte-Simoncello*, Italus: (f) *Theodorus Amydenus*: (g) *Gregorius Portius*, Anconitanus. (h) *In Decennalia Urbana* Orationem panegyricam habuit *Ferdinandus Carolus*, Parmensis. *Sylvas Urbanianas*, sive *Gesta* hujus Pontificis cecinit *Stephanus Simoninus*, Seqvanus. (i) *Abelii Sanmarthani*, Pictavi, in S. Regis Galliæ Consistorio Assessoris, *Carmina de laudibus Urbani VIII.* habentur

Theod. Amydenus. *Alex. Raynaldus.* *I. Rycqvius.* *And. Turellus.* *And. Brogiottus.* *L. Waddingus.* *Laur. de Franchis.* *Bald. de Monte-Simoncello.* *Greg. Portius.* *Ferd. Carolus.* *Steph. Simoninus.* *Ab. Sanmarthanus.*

 lib.

(a) Romæ 1623. & in *Collectan.* Aug. *Barbosæ* Vid Leonis Allatii *Apes Urb.* p. 31. (b) Lugd. 1625. (c) Bonon. 1639. (d) Romæ 1628. (e) Ibid. 1623. (f) Mantuæ 1624. (g) Lugd. 1625. (h) Romæ 1632. & auctior 1633. (i) Antverp. 1637.

lib. I. Carminum ejus. (a) *Carmen Panegyricum, Vrbani VIII. virtutum & actionum schema continens,* vulgavit *Augustinus Tersagus,* Canonicus Mediolanensis. (b) Bullas Vrbani VIII. *de Iesuitissis, de Imaginibus, de Festis,* una cum scholiis publicavit *Iohannes Hoornbeekius.* (c)

Aug. Tersagus.

Io. Hoornbeek.

INNOCENT. X.

Laur. Banck.

§. LXXXIX. *Romam triumphantem,* seu *Inaugurationem* INNOCENTII X. scripsit *Laurentius Banck,* Norcopensis Gothus, Prof. Franeqveranus. (d) De *vita* ejus scripsit *Levinus Nicolaus Moltken,* Consiliarius Ducis Slesvvici & Holsatiæ intimus. (e) *Historiam bujus Pontificis,* publica disputatione Wittebergæ proposuit M. *Ioh. Georgius Rossteuscher,* Rotenburgo Francus. (f) Innocentii X. *Bullam contra Pacem Germanicam* confutarunt *Hermannus Conringius,* (g) & sub *Amandi Flaviani* nomine, *David Blondellus.* (h) itemqve *Iohannes Hoornbeekius. De vita & rebus gestis Dominæ* (Donnæ) *Olympiæ Maldachinæ,* fratris Papæ uxoris, post viduæ, libellum habemus posthumum Abbatis Gvaldi.

Lev. Nicolaus Moltken.

Ioh. Georgius Rossteuscher.

H. Conringius.

D. Blondellus.

I. Hoornbeekius.

ALEX. VII.

Sforcia Pallavicinus.

Vitus Erbermannus.

§. XC. ALEXANDRI VII. *Vitam* scripsit *Sforcia Pallavicinus.* Cum hujus Pontificis *Conclave* edidisset Conringius, *Vitus Erbermannus* Iesuita Conringio se opposuit: cui tamen mascule respondit Con-

(a) Paris. ed. 1633. (b) Mediol. 1624. (c) Vltraj. 1653. (d) An. 1656. (e) Qvæ præmissa *Conclavi*, in qvo *electus Alexander VII.* Slesvici 1656. (f) Anno 1674. [g] Cujus secunda editio prodiit 1680. (h) Titulus integer hic est A. F. *Pacis Augustæ municipis, de Fulmine nuper ex Esqviliis vibrato, ad Reges, Ordines, Principes Populos Christianos Commonitorium.* Eleutheropoli 1651.

Conringius. (a) Inprimis autem digna lectu est Veneti cujusdam Legati *Relatio de notabili Aula Romana, de moderni Pontificis* (Alex. VII.) *ejusqve Cognatorum & Cardinalium natura, proprietatibus, affectibus, inclinationibus animi, & studio erga præcipuas Europæ nationes, ex Italica lingva in Latinam versa,* opera Agathi Securi. (b) *Franciscus a S. Augustino Macedus* scripsit *Rosas Alexandrinas*, id est *Electionem Pontificis Alex. VIII. cum Panegyrico, & Poematis omnis generis.* (c) *Herm. Conringius.* *Fr. Macedus.*

§. XCI. Elegantem *Relationem de Aula Romana* tempore CLEMENTIS IX. *Anonymus* qvidam emisit, ex Italico Germanice versam. *CLEMENT. IX. Anonymus.*

§. XCII. *De Ceremoniis & Solennitatibus, qvæ circa electionem* CLEMENTIS X. *tam in conclavi, qvam extra illud*, anno CIↃIↃCLXX. XX. Aprilis *observata, Relationem* habemus singularem. (d) Eundem effuse laudavit *Recannati*, Capuccinus. (e) *CLEMENT. X. Recannati.*

§. XCIII. Deniqve huc referas *Conclavia Romana*, in qvibus de forma modoqve, sed & de variis artibus circa electionem Romanorum Pontificum nimis qvam aperte agitur. Horum aliqva conjunctim, qvædam separatim prodierunt. Conjunctim scilicet anno CIↃIↃCLXVII. edita sunt: Conclave *Clementis V. Vrbani VI. Nicolai V. Calixti II. Pii II. Pauli II. Sixti* *Scriptores de Conclavibus.*

IV.

(a) Huc spectat Conring. *Epist. de Electione Alex. VII oppositæ Appendici Examinis Erbermanniani.* Helmst. 1655. & Erbermanni *Alex. VII. Papæ Electio & Auctoritas a cavillis Conringii denuo vindicata:* Mog. 1657. (b) An. 1663. (c) Romæ 1655. (d) Francof. Ital. & Germ. ed. (e) Heideggerus in *Hist. Papatus p.* 526.

IV. Innocentii VIII. Alexandri VI. Pii III. Iulii II. Leonis X. Adriani VI. Clementis VII. Pauli III. Iulii III. Marcelli II. Pauli IV. Pii IV. Pii V. Gregrogii XIII. Sixti V. Vrbani VII. Gregorii XIV. Innocentii IX. Clementis VIII. Leonis XI. Pauli V. Gregorii XV. Urbani VIII. Innocentii X. Alexandri VII. item *Urbani VII. Gregorii XIV & Clementis VIII.* ex Italico in Latinum sermonem fideliter translata (a) Sic *Vrbani VIII. & Innocentii Conclavia*, per Franciscum Henricum Witzendorfium, Patritium Luneburgensem, ex Italico Latine versa, publicavit *Conringius:* (b) addiditqve I. Bullam Gregorii XV. *de Conclavi.* Romæ datam anno CIↃIↃCXXI. II. Iohannis Francisci Lottini *Dissertat. de sacris Cardinalium Comitiis, sive de Conclavi,* III. Anonymi *Dissertationem de Creatione Pontificum* IV. *Excerpta ex Onuphrii Panvinii Notis ad Platinæ Gregorium X.* V. *Pii IV. & Gregorii XV. Bullas de Conclavi ejusqve ceremoniis.* Relationem *de Conclavi, in qvo electus Gregorius XV. Pontifex,* Gallice contexuit *Franciscus Annibal Dux de Estrees.* (c) Conclave, *in quo Fabius Chisius, nunc dictus Alexander VII. summus Pontifex creatus est*, edidit Levinus Nicolaus Moltken: (d) cui præmisit I. *Vitam Innocentii X.* II. *de Cardinalium origine, auctoritate, & factionibus:* III. *De Pontificum electione, potentia, provinciis iis subjectis, eorum sedibus, reditibus & regimine:* ac subjunxit II. *Vrbani VIII. confirmationem Bullæ Gregorii XV. de electio-*

(a) Francof. 1617. (b) Helmst. 1651. (c) VVittius in *Diar. Biogr. an. 1670.* (d) Slesvvici 1656.

electione Rom. Pontificis. III. *Nomina & Titulos Cardinalium tunc viventium.* IV. *Bullam, qvæ die Cœnæ Dominicæ promulgari solet.* V. *Matthæi Palmerii, Florentini, de Captivitate Pisarum Historiam.* Ejusdem *Alexandri VII.* Pontificis *Conclave* Hermannum Conringium edidisse, jam monuimus. *De Conclavi & Conclavistis*, librum conscripsit *Julius Lavorinus* de Laurino, Protonotarius Apostolicus. (a) *Jul. Laverinus.*

(a) Romæ 1628. *Conclavia Romana resarata* edidit *Ioh.Georg.Fueslinus.*

CAPUT XXVII.

DE SCRIPTORIBUS, QUI PRO PRIMATU PONTIFICIS ROMANI, ET CONTRA EUNDEM SCRIPSERUNT.

§. I.

PRæterea Historiam Papalem non parum illustrant Scriptores Pontificii, qvi Primatum Papæ, ejusdemqve potestatem supremam in Ecclesiasticis æqve ac secularibus, asserere ac defensare sunt ausi; ac multo magis, qvi ex Nostratibus & Reformatis, qvin & ex ipsis Pontificiis aliqvi, eandem impugnarunt.

§. II. Utriusqve generis scripta secundum seriem Alphabeticam enumerabimus: & primum qvidem, qvi pro Pontificia potestate scripserunt.

Iohannes Hieronymus Albanus, Bergomensis, Ictus, Protonotarius Apostolicus, Piceni Gubernator, ac R. Eccles. Presbyter Card. titulo S. Iohannis ante Portam Latinam, *de auctoritate summi Pontificis.* (a) *I. Hier. Albanus.*

Xxx x Pe-

(a) Ita L.Iacob *Bibl.Pontif.* l.2.p.366. Alii citant *de Potestate Papæ & Concilii.* Lugd. 1558. Venet. 1584.

P. Albinianus. *Petrus Albinianus*, Trotius, Italus, *de Potestate Pontificia.* (a)

Franc. Agricola. *Franciscus Agricola*, Lona-Iuliacensis, primum Rodingensis, post Sittardiensis Ecclesiæ Pastor, & Canonicus, Conciliique Susterensis Archipresbyter, qvi Sittardiæ decessit anno CIↃIↃCXXI. mense Decembri, (b) *de Primatu D. Petri Apostoli, & Successorum ejus Romanorum Pontificum.* (c)

Ov. de Amicis. *Ovidius de Amicis*, Pedemontanus, IC. Canonicus Capuanus, & Protonotarius Apostolicus, *de Primatu in Ecclesia, tam in spiritualibus, qvam temporalibus.*

Mart. Becanus. *Martinus Becanus*, Hilvarenbeca-Brabantinus, Soc. I. Theol. Moguntiæ, Würtzburgi, & Viennæ Prof. tum Ferdinando II. Cæsari a Confessionibus, qvi Viennæ anno CIↃIↃCXXIV. XXIV. Ianuarii obiit. (d) Scripsit is libros IV. *de Republ. Ecclesiastica*, contra M. Antonium de Dominis: (e) item, *Refutationem Apologiæ* Iacobi Regis Angliæ, *de Primatu Ecclesiæ, & Monitoriæ præfationis ad Imperatores, Reges, & Principes:* (f) item, *Refutationem* Torturæ Torti, *in Sacellanum Regis Angliæ,* (Lancellotum Andrevvs) *qvod causam Regis sui negligenter egerit:* (g) item, *Duellum cum* Gvilielmo Tooker, *de Primatu Ecclesiæ Regio:* (h) item *Controversiam Anglicanam, de potestate Regis & Pontificis*: cui tamen libro se opposuit Sorbona Parisiensis. (i)

Ro-

(a) Venet. an. 1584. (b) Val. Andreas in *Bibl. Belg.* p. 221. (c) Colon. 1559. & 1604. (d) Val. Andreas d. l. p. 646. (e) Moguntiæ 1610. & *Tomo V. Operum*, Mog. 1620. & Duaci 1641. impressorum. (f) Mog. 1600. & *Tomo II. Operum.* (g) Mog. 1610. & ipso nomine *Lancellotti Andrevvs* expresso 1612. (g) Mog. 1612. & *Tomo III. Op.* (i) Hinc scriptum prodiit se-

Robertus Bellarminus, Cynthiæ Cervinæ, ſororis Marcelli II. Papæ filius, patria Politianus Italus, e Soc.I.Presbyter, Rom. Eccl. Cardinalis, ac Paulo V.& Gregorio XV. a ſecretioribus conſiliis, qvi anno CIↃIↃCXXI. XVII. Septembris, ætatis LXXIX. mortuus. Scripſit hic *Tractatum de poteſtate Pontificis Romani in Temporalibus, contra Gvilielmum Barclajum.* (a) Sed hic liber juribus Principum ſumme infenſus, primum a Senatu Veneto, poſt in Gallia, decreto Parlamenti Pariſienſis cenſura notatus, & prohibitus eſt. (b) Idem tamen Bellarminus ſcripſit *Reſponſionem ad Apologiam Iacobi Regis, pro Iuramento Fidelitatis:* ut & *Apologiam pro hac Reſponſione ſua.* (c) *Rob. Bellarminus.*

Zachariæ Boverii, Salutienſis Itali, Ord. Capuccinorum, Piloſ. & Theol. Prof. an. CIↃIↃCXXXVIII. XXXI. Maji demortui (d) *Paræneſis Catholica ad M. Ant. de Dominis.* (e) Ejusdem *Cenſura parænetica in M. Antonii de Dominis libros de Republ. Eccl.* (f) *Zach.Boverii.*

Thomæ Bozii, Eugubini, Presbyteri Congreg.Orat. de Vrbe, *de temporali Eccleſiæ Monarchia & Iurisdictione adverſus impios Politicos.* (g) *Thom.Bozius.*

ſeqvens: *Sorbonicæ laudes Martini Becani Ieſuitæ*; hoc eſt, *Summa Actorum Facultatis Theolog. Paris. contra librum inſcriptum, Controverſia Angl.* recuſ. 1614. (a) Romæ ed. 1610. Colon 1611. (b) Ludov. Servini *Commonefactio & poſtulationes adverſus librum Bellarmini, de Poteſtate Pontificis in temporalibus* cum Arreſto Parlamenti, exſtat apud Goldaſtum *Tomo III. Monarchiæ.* Decretum Pariſienſe etiam affert Georgius Calixtus in *Append. ad Tract. de Conjugio Clericorum.* (c) Colon 1610. (d) VVittius in Diar. Biogr. (e) Lugd. 16 8. (f) Madriti 1621. (g Colon. 1602. *Tomus I.* Romæ prodiit 1601.

Ab. Bzovius. Abrahami Bzovii, *Romanus Pontifex, seu de præstantia, officio, authoritate, virtutibus, felicitate, rebusque præclare gestis summorum Pontificum.* (a)

Thom. Cajetanus. *Thomas de Vio,* patria *Cajetanus,* Ord. Prædic. Magister Generalis, deinde R. Eccl. Presb. Cardin. tit. S. Sixti, & Legatus, Episcopus Cajetanus, & Archiepisc. Panormitanus, qvi Romæ decessit an. CIↃIↃXXXIV. scripsit *Qvæstiones de potestate summi Pontificis, & Concilii.* (b)

Thom. Campegius. *Thomæ Campegii,* Bononiensis, Episcopi Feltrensis, Tractatus *de auctoritate & potestate summi Pontificis.* (c)

M. Ant. Capellus. *Marci Antonii Capelli,* Franciscani, Disputationes II. *De Pontificatu B. Petri, & de successione Episcopi Romani in eundem Pontificatum, contra* Anonymos duos, *De Papatu Romano, & de Suburbicariis regionibus ac Ecclesiis.* (d) Idem scripsit *adversus Primatum Ecclesiasticum Regis Angliæ.* (e)

I. M. Caryophilus. *Ioh. Matthæi Caryophili,* Cretensis, Archiepiscopi (titularis) Iconiensis, *Confutatio Nili Thessalonicensis de Primatu Papæ.* (f)

Al. Carrerius. *Alexandri Carrerii,* Patavini Ic. liber *de Potestate Romani Pontificis adversus impios Politicos, & hujus temporis hæreticos.* (g) De hoc libro ita Gisbertus Voetius *de Temporali potestate Papæ* parte *secunda Disputationum Selectarum:* (h) *Alexander Carrerius, IC. Patavinus in tractatu de Potestate Papæ anno* CIↃIↃLXXXIX. *edito Bellarminum breviter in-* *secta-*

(a) Colon 1619. (b) *In Operibus Cajetani.* (c) Exstat. in Tract. Tractatuum Venet. ed. (d) Colon. 1621. (e) Bonon. 1610. Colon. 1611. (f) Græce & Lat. Paris. 1626. (g) Patav. 1599. Colon. 1601. (h) pag. 793.

sectatur, & probare contendit, Papam, non secus ac CHRISTVM, cujus Vicarius sit, jure divino & directe totius orbis Dominum esse. De eodem *Iacobus Philippus Tomasinus* in *Illustrium Virorum Elogiis* Tomo I. (a) *Multa fœcundi ingenii sui monumenta edidit, ac inprimis de potestate summi Pontificis libros duos, qvi typis excusi cum a politicis parum admodum probarentur, a Principibus nihil, obtrectationibus expositi apologias aliqvot a Iacobo Gretsero, & Adamo Schardio reportarunt: qvibus ille tam celeri, qva erat doctrinæ præstantia, calamo satisfecit, licet hoc scriptum in privatis tantum amicorum bibliothecis extet.* Ludovicus Iacob in *Bibliotheca Pontificia lib. II.* (b) monet, qvod in Edicto VII. Augusti anno CIϽIϽCIII. *donec corrigatur, prohibitus sit* Carrerii liber.

Iohannis de Carthagena, Hispani, Soc. I. Presb. *Propugnaculum Catholicum de jure belli Romani Pontificis adversus Ecclesiæ jura violantes.* *Ioh. de Carthagena.*

Nicolai Coeffteau, Cenomanensis Galli, Ord. Prædic. D. Parisiensis, Concionatoris Regii, Episcopi Dardanensis, & Suffraganei, Metensis, deinde nominatione Regia Episcopi Massiliensis, qvi Parisiis vita excessit an. CIϽIϽCXXIII. XI. April. *libri IV. pro Monarchia Ecclesiæ Romanæ adversus M. Antonium de Dominis.* (c) *Nic. Coeffteau.*

Leonhardi Coqvæi, Aurelianensis, Ord. Eremit. S. Augustini, D. Parisiensis, & Magnæ Ducis Hetruriæ Theologi, & a Confessionibus, *Examen Præfationis Monitoriæ* Iacobi I. Magnæ Britanniæ Regis *Apologiæ suæ pro Iuramento Fidelitatis.* (d) *Leonhard. Coqvæus.*

(a) pag. 364. (b) pag. 245. (c) Romæ 1623. (d) Friburgi Brisg. 1611.

Ioh. Delphius. *Iohannes Delphius*, a natali solo in Belgio ita dictus, Argentorati munere Episcopi suffraganei (sic interpretor, qvem Valerius Andreas *Coepiscopum* vocat (a)) gavisus, scripsit *de potestate Papæ.* (b)

Hier. Donato. *Hieronymi Donati*, Patricii Veneti, ejusdemqve Reip. Oratoris ad Pontif. Rom. *Apologeticum ad Græcos, de Principatu Romanæ sedis.* (c) Ejusdem *Epistola* ad Oliverium Cardinalem, *in qva probatur, Romanam Ecclesiam Primatum Ecclesiasticæ dignitatis obtinere, & Petrum fundamentum esse Ecclesiæ.* (d)

Casimirus Dourmann *Casimirus Dourmann* (sub qvo nomine latet *Adrianus Crommius*, Belga Iesuita) edidit vernacula lingva *Controversiam de S. Petri primatu, sive prærogativis sedis Apostolicæ adversus calumnias* Iacobi Triglandii, Verbi Calviniani apud Amstelodamenses Ministri, qvi libellum *de Cathedra S. Petri, & successione Sanctissimorum Romæ Pontificum* evulgaverat. (e) Videatur Placcius *De Pseudonymis* (f) ex Alegambe *Bibliotheca Iesuitica.*

Andreas Du-Val. *Andreas Du-Val*, Gallus, *de suprema Pontificis Romani in Ecclesia potestate.* (g)

Alex. a S. Elpidio. *Alexandri a S. Elpidio*, natione Vmbri, ex Priore Generali Augustinianorum, Archiepiscopi Ravennatis a Iohanne XXII. Papa designati, liber *de auctoritate Romani Pontificis.* (h)

Ant. Eringtonus. *Antonii Eringtoni*, Angli, Th. D. *Missionarium*, seu *Opusculum practicum pro fide propaganda & conservanda*,

(a) in *Bibl. Belg.* pag. 491. (b) Colon. 1580. (c) Romæ 1515. (d) Ibid. eodem an. (e) Antverp. & Amstelod. ed. (f) pag. 186. (g) Paris. 1614. (h) Lugduni 1498. teste L. Iacob *in Bibl. Pontif.* p. 245.

da, in qua vera CHRISTI Ecclesia per legitimi Pontificis Primatum ostenditur, & Pontificis Romani Primatus agnoscitur. (a).

Andreæ Eudæmonis Iohannis Cydonii, Græci Cretensis, Iesuitæ, *Parallelus Torti, ac Tortoris ejus.* (b) Sed hunc librum nihil aliud, nisi *fœdissimam convitiorum, & impudentissimorum mendaciorum cloacam* esse, Casaubonus in *Epistola ad Frontonem Ducæum* monuit. (c) Idem Eudæmon scripsit *Epistolam ad Amicum Gallum, super Dissertatione Politica Leidbresseri.* *Andr. Eudæmon.*

Philippus Faber, Faventinus Italus, Philos. & Theol. Prof. Patavinus, Ord. Minor. Convent. qvi anno CIↃIↃCXXX. XXVIII. Augusti vita functus, *de Primatu Petri & Pontificis, contra Marcum Antonium de Dominis.* (d) *Phil. Faber.*

Pauli Fabuloti Disp. *de Potestate Papæ supra Concilium.* (e) *Paulus Fabulotus.*

Francisci Fernandez de Minano, *Basis Pontificiæ Iurisdictionis, & potestatis supremæ.* (f) *Fr. Fernandez.*

Iacobi Gretseri, Βασιλικὸν Δῶρον, seu *Commentarius exegeticus in Iacobi Regis M. Britanniæ præfationem monitoriam; & in ejusdem Apologiam, pro Iuramento Fidelitatis.* (g) Ejusdem Tonsura Gordoniana, seu *Antitortor Bellarminianus bene tonsus, & Iacobo Regi remissus.* (h) *Iacobus Gretserus.*

Francisci Hallerii, D. Sorbonici, qvi floruit circa an. CIↃIↃCXL. *Defensio Ecclesiasticæ Hierarchiæ.* (i) *Fr. Hallerius.*

Gerar-

(a) Romæ 1673. (b) Colon. 1611. (c) pag. 159. (d) Vvittius *in Diar. Biogr.* Mirum, hujus libri non meminisse Allatium in *Apibus Vrb. pag.* 228. (e) Venet. 1613. (f) Madriti 1674. (g) Ingolst. 1610. (h) Ibid. 1611. (i) Paris. 1646.

Gerh. Ianfe- nius.

Gerardi Ianſenii, de *Auctoritate Eccleſiæ, & Romani Pontificis* Tractatus decem. (a)

Lel. Iordanus.

Lælius Iordanus, Romanus, Epiſcopus Acernenſis, *de majoribus, rerumqve capitalium Epiſcoporum cauſis ad Pontif. Max. deferendis, ac de Romanæ ſedis Origine, atqve auctoritate.* (b)

Coſmas Ma- gallianus.

Coſmæ Magalliani, Bracarenſis Luſitani, Soc.I. Stud. Rhetor. Prælectoris, Præfecti, & S. Script. Interpr. Conimbric. qvi obiit an. CIↃIↃCXXIV. IX. Octobr. *Operis Hierarchici*, ſive *de Eccleſiaſtico Principatu libri III.* (c)

Lud Maim- burg.

Ludovici Maimburgii Tract. Hiſtoricus *de Inſtitutione & prærogativis Eccleſiæ Romanæ, ejusqve Epiſcoporum.* (d)

Celſ. Manſin9.

Celſi Manſini, Ravennatis, ex Canonico Regulari Lateranenſi Epiſcopi Alexani in Apulia, *de Poteſtate Romani Pontificis & Principum*, liber. (e)

Leonh. Mari9.

Leonhardi Marii, Goeſa-Zelandi, Theol. D. & Prof. Colon. *Hierarchiæ Eccleſiaſticæ Catholicæ Aſſertio: qva B. Petri & Romanæ Sedis Primatus adverſus M. Antonii de Dominis hæreſin & ſchismata defenditur.* (f)

Iſid. Moſco- nius.

Iſidorus Moſconius, Peruſinus IC. Archiepiſcopatus Bonon. Vicarius Generalis, *de Majeſtate militantis Eccleſiæ.* (g)

Balth. Nard9.

Balthaſaris Nardi, Aretini Itali, *Aſſertio ſupremæ poteſtatis Rom. Pontificis adverſus primam partem M. Antonii de Dominis.* (h)

Lu-

(a) Colon. 1576. (b) Venet. 1572. & 1584. & in *Tract. Tractat. tomo 13. part. 2* (c) Alegambe in *Bibl. Jeſ* (d) An. 1685. Videantur Acta Erudit. Lipſ. an. 1685. m. Majo pag. 216. (e) Romæ 1596. (f) Colon. 1619. (g) Venet. 1602. (h) Antverp. 1619.

Ludovicus Orianus, Italus, *de Potestate S. Pontificis*. (a) *Lud. Orianus.*

Nicolai Mariæ Pallavicini, Soc. Ies. *Defensio Pontificatus Romani Romanæqve Ecclesiæ: qva demonstrantur suprematus, infallibilitas, sanctitas, aliæqve dotes sublimes Apostolici Principatus, refutantur hæreses modernæ universæ, detegitur impietas schismatum Orientalis atqve Anglicani, erroris deniqve indirecte convincuntur omnes sectæ Religioni Catholicæ contrariæ*. (b) *Nic. M. Pallavicinus.*

Petrus a Palude, Burgundus, filius Girardi Varembonii, Toparchæ in Bressia, ex Ord. Prædicatorum, D. Theol. Patriarcha Hierosolymitanus, qvi anno CIϽCCCCXLII. obiit. Scripsit is Tractatum *de causa immediata Ecclesiasticæ potestatis*, in sex partes distinctum: qvarum I. agit *de potestate S. Petri:* II. *de potestate Apostolorum:* III. *de potestate Discipulorum:* IV. *de potestate Papæ:* V. *de potestate Episcoporum:* VI. *de potestate Curatorum*. (c) *Petrus Paludanus.*

Onuphrii Panvinii de *Primatu Petri & Apostolicæ sedis potestate libri III.* (d) *On. Panvinius.*

Ludovici a Patrono, Boroxensis, Archidiaconi Madritensis, *de Rom. Pontificis auctoritate*. (e) *Lud. a Patrono.*

Alexandri Pesantii, Romani, *de Immunitate Eccle-* *Al. Pesantius.*

 siæ

(a) Venet. 1534. (b) Romæ 1687. Tomis III. Vide *Act. Lips. Suppl. sect. 4. p. 182. seq.* ubi Excerpta sic finiunt: *Cum ergo præsens Author tantum non ubivis elegantiæ ac eloqventiæ magis, qvam ἀκριβείας historicæ studiosus fuerit, cordatioribus forsan lectoribus æqve facile videbitur* Pallavicinum Enervatum, *ac Amesio* Bellarminum Enervatum, *in Christiani orbis scenam producere.* (c) Paris. 1506. Vid. Labbeus *Tom. II. ad. Bellarmin. p. 211.* & VVhartonus *in App. ad* Cave *Hist. literar. p. 19.* (d) Veronæ 1589. (e) Antverp. 1614.

siastica, & Potestate Romani Pontifici liber, Paulo V. inscriptus. (a)

Alb. Pighius. *Alberti Pighii*, Campensis Transisalani, ad S. Iohannem Præpositi Vltrajecti, anno CIↃIↃXLIII. demortui, *Assertio Ecclesiasticæ Hierarchiæ*. [b]

Ant. Polus. *Antonii Poli*, Veneti *Lucidarium Potestatis Papalis*. (c)

Regin. Polus. *Reginaldi Poli*, Angli, Richardo nati, ex regia materno genere prosapia oriundi, Archiep. Cantuariensis, Primatis Angliæ, & Concilii Regii Præsidis, Rom. Eccl. Diaconi Card. titulo SS. Nerei & Achillei, deinde Presb. Cardinalis ac Legati; sed ab Henrico VIII. Angliæ Rege, constituta in caput ejus magna pecunia, ad supplicium qvæsiti, qvi anno CIↃIↃLVIII. decessit, (d) liber *de Summo Pontifice CHRISTI Vicario in terris, ejusqve officio ac potestate*, per modum *Dialogi* compositus. (e)

Gebh. Razenriedt. *Gebhardi Razenriedii*, Razenriedensis Svevi, Soc. I. Rhetor. & Humanit. Lectoris, Collegiorum Eistadiensis & Augustani Rectoris, Claræ Eugeniæ Austriæ & Mantuæ Duci a sacris confessionibus, an. CIↃIↃCLII. XIV. Aug. exstincti, *Vindiciæ pro Pontificis in Ecclesiam potestate*.

Ioh. Roa Avila. *Ioh. Roa Avila*, Hispanus, Ord. Canon. Regul. S. Augustini Prior Caberi, *de Potestate, Ecclesiæ & concursu potestatis Principum*. (f)

An-

(a) Romæ. ed. (b) Colon. 1574. (c) Venet. 1576. Lud. Iacob p. 264. in *Ind. Romano* hunc librum prohibitum scribit. (d) Vid. Anton. Mariam Gratianum *de Casibus Virorum illustrium*. (e) Lovan. 1569. (f) V. Leon. Allatii *Apes Vrb.* p. 165.

Angeli Roccæ Commentarius *de summi Pontificis potestate spirituali ac temporali.* (a) *Ang. Rocca.*

Raymundi Ruffi, Galli, IC. *Summi Pontificis, Cardinalium, Episcoporum, totiusqve Ordinis Sacri defensio*, adversus Carolum Molinæum, IC. Parisiensem. (b) *Raym. Ruffus*

. . . . *Santarelli*, e Soc. Ies. Presb. *Tractatus de hæresi, schismate, apostasia, sollicitatione Summi Pontificis; & de potestate Summi Pontificis in his delictis puniendis.* (c)

Nicolaus Sanderus, Anglus, *de visibili Ecclesiæ Monarchia:* (d) Ejusdem, *Sedes Apostolica, seu de militantis Ecclesiæ Romanæ potestate, Romanorumqve Pontificum Primatu & auctoritate.* (e) *Nic. Sanderus.*

Adolphi Schulckenii, Geldri, Theol. D. & Prof. Colon. ac Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici, & Vicarii Generalis, *Apologia pro Rob. Bellarmino, R.Eccl.Card. adversus librum falso inscriptum, Apologia Card. Bellarmini pro Iure Principum, auctore Rogero Widdringhtono, Cathol. Anglo.* (f) *Ad. Schulckenius.*

Casp. Sciopii, Epistola *de Antichristo, Petri primatu, adoratione summi Pontificis, splendore Ecclesiasticorum, & Papæ potestate in secularibus.* (g) *Casp. Sciopius.*

Iosephi Stevani liber *de Potestate coactiva, qvam Romanus Pontifex exercet in negotia secularia.* (h) *Ios. Stevanus.*

Iacobi e Theramo, Canonici Aprutini, deinde Aversani Theologi, *Monarchialis*, sive *de Romani Pontificis Monarchia*, liber. *Iac. e Theramo.*

(a) Vide L. Iacob pag. 256 (b) Paris. 1553. Rom. 1629. (c) Vid. de hoc libro Heideggerum in *Hist. Papatus, periodo 7. § 238. p. 361.* (d) Ant. 1578 Paris. 1580. (e) Venet. 1603. (f) Colon. 1613. (g) Ingolst. 1605. (h) Romæ.

Matth Tortus. *Matthæi Torti*, Theologi Papiensis, Responsio ad librum inscriptum, *Triplici Nodo triplex Cuneus.* (a) Hujus libri auctorem esse Cardinalem Bellarminum, certum est. De eodem ita Casaubonus Append. Ep. CVI. *Vidimus hic nuper librum a Torto quodam scriptum, adversus libellum gravissimum & summæ pietatis de triplici nodo. --- Nunc omnes boni responsum ex eadem officina expectant.*

Aug. Triumphus. *Augustini Triumphi*, Anconitani, Augustiniani, D. Sorbonici, qvi Neapoli obiit an. CIↃCCCXXVIII. *Summa de Potestate Ecclesiastica.* (b)

Alex. Turrianus. *Alexandri Turriani*, Cremensis Itali, ex Canonico Regulari Lateranensi Episcopi Sithiensis, *Hierarchiæ Ecclesiasticæ libri X.* (c)

Fr. Turrianus. Francisci Turriani, Legionensis Hispani, qvi anno CIↃIↃLXVI. XXV. Decembris, decessit, *de Summi Pontificis supra Concilium auctoritate libri tres.* (d) Ejusdem *de Ecclesia & Romano Pontifice adversus cavillationes Antonii Sadeelis libri tres.* (e)

P. Tyræus. *Petri Tyræi*, Novesiensis, Soc. I. Theologi, qvi vita excessit an. CIↃIↃCI. III. Decembris, liber *de Potestate Ecclesiastica.* (f)

Herm. Wesselingus. Hermannus Wesselingus, *De Iure Superioritatis Romani Pontificis.* (g)

Ed. Westonus. *Eduardi Westoni*, Angli, Prof. Duaceni, *Sacrarium Iuris Pontificii contra Widdringhthonum.*

§. III. Seqvuntur nunc qvi contra Potestatem illam

(a) Colon. 1608. (b) Augustæ 1473. Romæ 1584. (c) Venet. 1604. (d) Florent. 1559 (e) Colon. 1580. Ingolst. 1581 (f) Mogunt. 1586. (g) Colon. 166x.

Iam Pontificiam atq; affectatum Primatum calamum ſtrinxerunt. Iam *Simon Schardius*, celebris ille Ictus, & Dicaſterii Spirenſis Aſſeſſor, collegit *Syntagma Tractatuum de Imperiali iurisdictione, Auctoritate, & præeminentia ac poteſtate Eccleſiaſtica, deqve juribus Regni & Imperii:* qvod anno CIↃIↃLXVI Baſileæ editum, ac Maximiliano II. Rom. Imp. inſcriptum, Argentorati an. CIↃIↃCIX. & XVIII recuſum eſt In qvo opere etſi aliqvi ſunt Scriptores, qvorum paſſim jam in Hiſtoria Cæſarum, Romanorumqve Pontificum meminimus, placet hic tamen ſingulos ordine enumerare. Sunt igitur *ſub Henrico IV. Imp.* I. *De Vnitate Eccleſiæ conſervanda, & ſchismate qvod fuit inter Henricum IV. Imp. Rôm. & Gregorium VII. Pont. M. cujusdam ejus temporis Theologi liber: qvem qvidam* Venericum Vercellenſem *eſſe exiſtimant, alii* Walthramum Naumburgenſem: anno CIↃXCII. (a) *Sub Henrico V. Imp.* II. *Epiſtola Leodienſium adverſus Paſchalem II. Papam:* an. CIↃCVII. III. Walthrami, *Epiſcopi Naumburgenſis Tractatus de Inveſtitura Epiſcoporum per Imperatorem facienda:* an. CIↃCIX. *Sub Ludovico IV. Imp.* IV. *Diſputatio inter Clericum & Militem, ſuper poteſtate Prælatis Eccleſiæ atqve Principibus terrarum commiſſa: incerto authore, temporibus Bonifacii VIII. ſcripta:* an. CIↃCCXCIX. *Catalogus teſtium veritatis* tribuit *Wilhelmo Occam* circa an. CIↃCCCXXIV. (b) V. Dantis Aligherii, Florentini, *Monarchia, ſcripta temporibus Ludovici*

Sim. Schardius.

(a) Vide ſupra pag. 627. (b) Hujus Occami ſcripta, qvotqvot inveniri potuerunt, in Gallia aliqvando fuiſſe exuſta, ſcribit Geſnerus in *Biblioth.* pag. 291. b.

vici Bavari, an. CIƆCCCXX. (Ipse obiit Ravennæ in exilio an. C. CIƆCCCXXI.) VI. *Chronica* Mag. Iordanis: *qvaliter Rom. Imperium translatum fuit in Germanos.* (Ponitur statim post Dantem, qvia simul impressus.) VII. *Fratris* Joannis de Parisiis, *D. Theol Ord. fratrum Prædic. de potestate Regia & Papali*, an. CIƆCCCXXII. (Alibi nominatur *Ioannes de Poliaco*, Concionator & M. Parisiensis.) VIII. Marsilii Patavini *Tractatus de Translatione Imperii, tempore Ludovici Bavari editus*; an. CIƆCCCXXIV. (a) IX. Radulphi de Columna *Tractatus de Translatione Imperii: eod. anno.* (b) (Alii *Pandulphum*, alii *Landulphum* nominat.) X. Lupoldi de Babenberg, *Tractatus de Iuribus Regni & Imperii Rom.* an. CIƆCCCXL. XI. *Ejusdem* Lupoldi *libellus, de Zelo Catholicæ fidei veterum Principum Germanorum.* Paulo *ante Concilium Constantiense:* XII. Francisci de Zabarellis, *Card. Florentini, de Schismatibus authoritate Imp. tollendis:* an. CIƆCCCCVI. XIII. *Privilegia & Iura Imperii, circa Investituras Episcopatuum & Abbatiarum, restituta a Papis Impp. Romanis: & simul varia historia ad eorum illustrationem utiles, per* Theodoricum a Niem. *Tempore Concilii Basileensis* XIV. Nicolai de Cusa, *Decani S. Florini Confluentiæ, postea Cardinalis, tit. S. Petri ad Vincula, de Concordantia Catholica libri tres, oblati Concilio Basileensi* : anno CIƆCCCCXL. Sub *Friderico III. Imp.* XV. Æneæ Sylvii *libellus de ortu & authoritate Imperii Romani, ad Fridericum III. Imp.* anno CIƆCCCCLXV. XVI. Laurentii Vallensis, *Patricii Romani, de falso credita & ementita Constan-*

(a) Vide supra pag. 619. (b) Vide ibid.

stantini donatione Declamatio. (a) Sub *Maximiliani I. Imp.* XVII. *De Imperii a Græcis a Germanos translatione Opusculum* Michaelis Coccinii, *Tubingensis:* (b) an. CIↃIↃVI. Sub *Maximiliano II. Imp.* XVIII. *De Principum qvibus Electio Imperatoris in Germania commendata est, origine seu institutione, liber* Simonis Schardii: an. CIↃIↃLXV.

Deinde Francofurti anno CIↃIↃCXII. prodierunt *Varia, tam Facultatis Theologicæ & Curiæ Parisiensis, qvam aliorum Theologorum & Ictorum Opuscula, Decreta & Censuræ:* item *Commonefactiones & Postulata Regiorum in Gallia cognitorum, qvibus primarium fidei Iesuiticæ caput, de* Romani Pontificis potestate super omnes Reges & Principes, eorumqve subditos, Regna & Principatus, *evertitur, & de legitima insuper Iudicum secularium potestate in personas Ecclesiasticas agitur.*

Porro *Melchior Goldastus, Haiminsfeldius*, complures ejusmodi Scriptores collegit in Opere, qvod *de Monarchia S. Rom. Imperii* inscripsit, qvo in habentur *Tractatus de Iurisdictione Imperiali, seu Regia, & Pontificia, seu Sacerdotali; deqve potestate Imperatoris ac Papæ, cum distinctione utriusqve Regiminis, Politici & Ecclesiastici: ex singulari mandato aut permissu Imperatorum Romanorum & Græcorum, nec non Regum Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hungariæ, Angliæ, Bohemiæ, &c. a Catholicis Doctoribus conscripti atqve editi, & nunc iterum ex tenebris producti, recensiti, ac oppositi* *Mel. Goldast9.*

(a) Vide Nos supra pag. 611. (b) Vide p. 619.

positi Tractatibus eorum, qui utramque Potestatem in spiritualibus & temporalibus aut adulatorie, aut imperite confundunt. Tomi hujus operis tres sunt: qvorum I. Hanoviæ an. CIↃIↃCXII. alter & tertius Francofurti anno CIↃIↃCXIII. & XIV. prodierunt. Sed anno CIↃIↃCXXI Francofurti apud Emmelium recusi, ordine immutato: sic ut *tertius*, volumen I. *primus*, II. *secundus*, tertium absolveret. Nos primam editionem secuti, tomorum singulorum Scriptores enumerabimus. Primi igitur sunt: I. Agobardi, Archiep. Lugdun. *Epistola de Monarchia Imperii Francici, & divisione Regnorum, Italiæ, Galliæ, Germaniæ &c. inter hæredes Ludovici Pii Imp. sub recognitione unius Monarchæ.* Anno IↃCCCXXXIII. II. Hincmari, Archiep. Rhemensis, *Admonitio de potestate Regia & Pontificia, & de utriusque Regiminis administratione* an. IↃCCCLXXXIV. III. Eutropii, Presb. Longobardi, *Tractatus de Iuribus ac Privilegiis Imperatorum in Imperio Rom.* an. IↃCCCC. IV. Petri Cassiodori, Eqvitis Angli, *Epistola de Tyrannide Pontificis Romani in jura Regni & Ecclesiæ Anglicanæ:* [a] an. CIↃCCL. V. M. Gvilhelmi Okami, Monachi Franciscani, & Prof. Parisiensis, *Disputatio super potestate Prælatis Ecclesiæ, atque Principibus terrarum commissa:* anno CIↃCCCV. VI. M. Henrici Chachemii, Monachi Franciscani & Cancellarii Imperialis in Aula Ludovici IV. Imp. *Informatio de Nullitate processuum Papæ Iohannis XXII. contra Ludovicum Imp.* [b] anno CIↃCCCXXVIII.

(a) Vide supra p. 401. (b) Vide p. 634.

CCCXXVIII. VII. M. Gvilhelmi Okami, *Tractatus de Iurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus* an. CIↃCCCXLII. VIII. Anonymi Auctoris, *Tractatus de ætatibus Ecclesiæ, contra primatum & superioritatem Papæ:* an. CIↃCCCL. IX. Nili, Archiepiscopi Thessalonicensis, *de Primatu Papæ Romani, libri II.* an. CIↃCCCLX. X. Rudolphi Prællæi, Consiliarii Regii, *Tractatus de potestate Pontificali & Imperiali, seu Regia, ad Carolum V. Regem Galliæ:* an. CIↃCCCLXX. Gallice. XI. Philothei Achillini, Consiliarii Regii, *Somnium Viridarii, de Iurisdictione Regia & Sacerdotali:* an. CIↃCCCLXXI. XII. Parisiensis, Oxoniensis, Pragensis, & Romanæ Academiarum *Epistola, de Auctoritate Imperatoris in schismate Paparum tollendo, ad Vrbanum Papam, & Wenceslaum Imp.* an. CIↃCCCLXXX. XIII. M. Ioh Hussi, Rectoris Pragensis, *Determinatio de Civili dominio Clericorum, quem de Ablatione temporalium a Clericis, inscripsit:* an. CIↃCCCCX. XIV. Anonymi cujusdam Græci *Disceptatio cum Cardinalibus Romanis, de Primatu Papæ.* XV. Barlaami Monachi, *de Primatu Papæ libri II.* an. CIↃCCCCXL. XVI. Iohan. Charlerii Gersonensis, Cancellarii Parisiensis *Opusculum de Excommunicationis valore.* XVII. Ejusdem *Resolutio circa materiam excommunicationum & irregularitatum.* XVIII. Antonii Roselli, Ic. & Consil. Cæsarei, *Monarchia.* XIX. Gregorii Heimburgii, Ic. & Consiliarii Austriaci, *Admonitio, de injustis usurpationibus Paparum Rom ad Imp. Reges, & Principes Christianos.* XX. M. Wesseli Groningensis, *Tractatus de Dignitate & Potestate Eccle-*

ſiaſtica: an. CIƆCCCCLXXVI. XXI. Ejusdem, *Propoſitiones de Poteſtate Papæ & Eccleſiæ.* XXII. Ejusdem *Reſponſio de Poteſtate Papæ & materia indulgentiarum* XXIII. M. Iacobi Almaini, D. Theologi Pariſienſis, *Expoſitio de ſuprema Poteſtate Eccleſiaſtica, & Laica:* an CIƆIƆXI (a) XXIV. Beati Rhenani, Seleſtadienſis, *Præfatio in Marſilii Defenſorem Pacis, pro Ludovico IV. Imp. adverſus iniqvas uſurpationes Eccleſiaſticorum:* an. CIƆIƆXXII. XXV. Georgii Wicelii, Theol. D. *Adhortatiuncula ad Archiepiſcopum Moguntinum, ut vocetur Concilium:* an. CIƆIƆXXXII. XXVI. Stephani, Epiſcopi Wintonienſis, *Oratio de Vera Obedientia:* an. CIƆIƆXXXVI. XXVII. Ioh Bekinſau, Angli, *de ſupremo & abſoluto juris Imperio liber unus:* an. CIƆIƆXLVI. XXVIII. Claudii Gouſtani, IC. & Prætoris Senenſis, *Tractatus de Poteſtate Regia in Eccleſia:* an. CIƆIƆLXI. XXIX. I.C G. (is eſt *Iſaacus Caſaubonus, Genevenſis*) *de Libertate Eccleſiaſtica, liber ſingularis, ad viros Politicos, qvi de controverſia inter Paulum V. Pontificem Max & Remp. Venetam edoceri cupiunt:* an. CIƆIƆCVII. (b) XXX. *Narratio veriſſima eorum, qvæ contigerunt in Diſputatione publice propoſita Pariſiis de abſoluta Papæ Poteſtate:* an. CIƆIƆCXI. (c) Se-

(a) Exſtat & apud Gerſonem Tomo I & ſeorſim Pariſ. 1526. De ipſo *Almaino* vide Bellarmin. *de Scriptor. Eccleſ.* & ad eum Labbeum *Tomo I.* p 488. VVhartonum in *Append. ad Cave Hiſt. lit.* p. 133. (b) Neqve tamen hic Caſauboni peregregius liber integer eſt: ſed cum capite demum XI. finire debuiſſet, ibi ſit cap. III. In fine hæc legas: *Cætera deſiderantur, per Papam Paulum V. effecti a, ut Regio mandato inhiberentur.* V. Caſaub. Ep. 492. ad I. Scal. Scriptum eſt incomparabile, ſummaqve cum cura confectum. (c) In exemplari, qvod poſſidet Exc. Collega

Na-

Secundi Tomi hæc habe: I. B. Ambrosii, Episc. Mediol. *Epistolæ de Potestate Imperiali & Episcopali.* II. B. Hieronymi, Stridon. Presb. Rom. *Epistola ad Evagrium, de differentia Presbyteri & Diaconi.* III. Ejusdem *Tractatus de Correctione, vita, & conversatione Episcopi, & Clericorum.* IV. B. Gregorii M. Papæ Romani, *Epistolæ de Obedientia erga Imperatorem, & de nomine* Vniversalis Papæ, *in Ecclesia Catholica non usurpando.* V. B. Agobardi, Archiep. Lugd. *Tractatus de Comparatione utriusque Regiminis, Ecclesiastici & Politici.* VI. B. Petri Damiani, Card. Rom. *Tractatus de Correctione Episcopi & Papæ.* VII. Ejusdem *Disceptatio synodalis inter Imperii Rom. Advocatum, & Ecclesiæ Romanæ Defensorem, de Electione Pontificis Romani.* VIII. B. Bernhardi, Abbatis Claræ vallensis, *Epistolæ de Iuribus Imperii & Sacerdotii.* IX. Ejusdem, *de Consideratione ad Eugenium III. Papam libri V.* X. Innocentii III. Papæ Romani, *Epistola Decretalis pro Iure Regis, & Regni Francorum.* XI. Radulphi Columnæ, Canonici Carnotensis, *Tractatus de Translatione Imperii.* XII. Ægidii Romani, Archiepiscopi Bituricensis, *Quæstio in utramque partem, pro & contra Pontificiam potestatem.* XIII. Ioannis, Parisiensis Dominicani, D. Theol. *Tractatus de Potestate Regia & Papali.* XIV. Marsilii Menandrini Patavini, *Tractatus de Translatione Imperii.* XV. Ejusdem *Defensor*

Noster D Schubartus, ad marginem nonnemo adscripsit: *Hunc libellum rogabar a Iacobo Bongarsio transferre de Gallico in Latinum anno* CIƆIƆCXI. Forte igitur hæc ab ipsius sunt *Goldasti* manu.

Pacis, de Potestate Imperiali & Papali. (a) XVI. Gvilh. Ockami, Franciscani, D. famosissimi, *Octo qvæstionum Decisiones super potestate summi Pontificis.* XVII. Ejusdem *Dialogus de Potestate Imperiali, & Papali.* XVIII. Ejusdem *Compendium errorum Ioannis Papæ XXII. De utili dominio rerum Ecclesiasticarum.* XIX. Iodoci Badii Ascensii, *Summaria seu Epitomata CXXIV. Capitulorum Operis xc. Dierum M. Gvilhelmi Ockam.* XX. Gvilhelmi Ockami *Opus xc. Dierum, de utili dominio rerum Ecclesiasticarum.* XXI. Michaelis Cæsenatis, Magistri Generalis Ord. Minorum, *Tractatus tres contra errores Ioannis Papæ, super utili dominio Ecclesiasticorum.* XXII. Petri Cugnerii, Consiliarii Regii, & Petri Bertrandi, Archiepiscopi Senonensis, *Actio coram Rege habita de Iurisdictione Ecclesiastica & Politica.* XXIII. Marsilii Menandrini Patavini, *Tractatus de Iurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus.* XXIV. Richardi, Archiepiscopi Armachani, *Defensio Curatorum, contra eos, qvi se dicunt Privilegiatos.* XXV. Rogerii Chonnoe, Ord. Minorum, *Defensio Religionis Mendicantium contra Armachanum.*

XXVI.

(a) Hoc opus prodiit Basil. 1522. Francof. 1612. cura & studio Danielis Pattersonii, Dantiscani. & 1623. De eo ita VVhartonus in *Append. ad Cave Hist. lit.* pag. 16. *In hoc opere Imperatorem Pontifici adeo non subesse, ut Pontifex Imperatori non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus qvoad externam Ecclesiæ disciplinam moderandam subjici debeat, acute & erudite probat; aulæ Romanæ fastum, ambitionem & luxuriam luculenter depingit, Pontifici Romano ne minimam qvidem supra reliqvos Episcopos potestatis aut præeminentiæ prærogativam jure divino competere, fuse demonstrat.* Obiit Marsilius apud Montemaltum, medio Sept. an. 1328.

XXVI. Francisci Petrarchæ, Canonici Senensis, *Epistols, de Iuribus Imperii Romani adversus Papam.* XXVII. M. Iordani Argentinensis Augustiniani, *Chronica de Translatione Imperii.* XXVIII. Theodorici Niemi, Episc. Cameracensis, *Excerpta de potestate Imperiali & Papali.* XXIX. Ioannis Card. & Episcopi Leodiensis *Epist, de Obedientia, quatenus Papæ sit præstanda.* XXX. Ioannis Carlerii Gersonis, Cancellarii Parisiensis, *Tractatus de potestate Ecclesiastica, & de Origine Iuris.* XXXI. Ejusdem *Concordia, quod plenitudo potestatis Ecclesiasticæ sit in summo Pontifice, & in Ecclesia, quamvis non omnino simpliciter.* XXXII. Ejusdem *Sermo de Viagio Regis Romanorum, ad Anti-Papas.* XXXIII. Ejusdem *Tractatus de auferibilitate Papæ ab Ecclesia.* XXXIV. Ejusdem *Sententia de modo habendi se tempore schismatis.* XXXV. Theophori cujusdam *Tractatus, Qualis fuerit status Ecclesiæ in V. & N. Testamento, & primitivis temporibus.* XXXVI. Anonymi Auctoris Tractatus de Vnitate Ecclesiastica. XXXVII. Ejusdem Gersonis *Tractatus de statibus Ecclesiasticis.* XXXVIII. Ejusdem *Tractatus de modo vivendi omnium fidelium.* XXXIX. Ejusdem *Epistola Pacis, sive Sermo de Tribulationibus, ex defectuoso Ecclesiasticorum regimine adhuc Ecclesiæ proventuris.* XL. Ejusdem *Tractatus de Schismate.* XLI. Ejusdem (ut putatur) *alius Tractatus de Schismate.* XLII. Ejusdem *Quædam edita tempore schismatis Ecclesiæ de Concilio Generali unius obedientiæ.* XLIII. *Decretum Concilii Constantiensis super futuris Conciliis celebrandis, &*

provisione adversus futura schismata. XLIV. Ejusdem Gersonis *Sermo de Pace, coram Papa Benedicto.* XLV. Ejusdem *Considerationes de Pace, prædicatæ coram Papa Benedicto in Urbe Tarasconensi.* XLVI. Ejusd. *Sermo coram Papa Alexandro.* XLVII Ejusd. *Sermo coram Papa Benedicto habitus Massiliæ.* XLVIII. Ejusd. *Propositio facta coram Anglicis, Parisiis euntibus ad Concilium Pisanum.* XLIX. Ejusdem *Trilogus in materia schismatis.* L. Christianissimi Regis Franciæ Caroli VI. *Epistola justificativa subtractionem factarum a Pseudo-Papa Petro de Luna, non obstante obedientia suo prædecessori, & sibi qvandoqve præstita.* LI. Ejusdem Gersonis *Disceptatio Mendicitatis & Proprietatis, sive de utili dominio Bonorum Ecclesiasticorum.* LII. Ejusdem *Sermo factus in Concilio Constantiensi post fugam Ioannis Papæ.* LIII. Ejusdem Tractatus, *Quomodo, & an liceat in causis fidei a Papa appellare, seu ejus judicium declinare.* LIV. *Ejusdem Tractatus contra Papam super potestate & auctoritate Ecclesiæ.* LV. Ejusdem *Excerpta de Articulis contra Papam in processu productis.* LVI. Decreta S. Facult Theol. Parisiensis *de potestate Ecclesiastica, & Primatu Rom. Pontificis.* LVII. Pauli Decretor. D. Angli *Aureum Speculum super plenitudine potestatis Papalis.* LVIII. Æneæ Sylvii Piccolominei, postea Papæ Pii II. *Tract. de ortu & auctoritate Roman. Imperii.* LIX. Iacobi de Paradyso, Carthusiensis, *Collectum de auctoritate Ecclesiæ, & ejus reformatione.* LX. Sigismundi Archiducis Austriæ *Processus contra Papam Pium II,* LXI. Gregorii de Heimburg, Consiliarii Austriaci, *Scholia*

in

in Breve Papæ Pii super Excommunicatione. LXII. Ejusdem *Appellatio ab Excommunicatione.* LXIII. Theodori Lælii, Episcopi Feltrensis, *Replica pro Papa & Sede Romana.* LXIV. Ejusdem Heimburgii *Apologia contra Episcopum Feltrensem, pro Iure Principum.* LXV. Ejusdem *Invectiva in Nicolaum Cusanum Cardin. Papalis plenitudinis defensorem.* LXVI. Ioannis Francisci Pici, S. Rom. Imperii Comitis Mirandulæ, *Apologia pro Savonarola, contra Excommunicationem Papalem.* LXVII. S. Concilii Turonensis *Decreta contra plenitudinem Papalis potestatis in temporalibus.* LXVIII. S. Concilii Pisani *Apologia pro Ecclesiæ Catholicæ auctoritate contra edicta Papalia.* LXIX. Ejusdem *Epistola ad Imperatorem pro auctoritate Ecclesiæ & Concilii generalis.* LXX. Philippi Decii, Consiliarii Regii, *Consilium pro auctoritate Concilii generalis supra Papam.* LXXI. Ejusdem *Sermo super eadem materia, pro justificatione Concilii Pisani contra Papam Iulium congregati.*

Deniqve Tomo III. ista habentur: I. Vlrichi Veleni Minhoniensis, *Tractatus qvo asseritur, Petrum Apostolum nunqvam Romæ fuisse, adversus prætensum Primatum in Rom. Ecclesia.* II. Francisci Gvicciardini, Patritii Florentini *Discursus de Origine potestatis secularis in Rom. Eccl.* III. Innominati Auctoris Angli *Opus eximium, de vera differentia Regiæ potestatis, & Ecclesiasticæ, & qvæ sit ipsa veritas, ac virtus utriusqve.* IV. Caroli Molinæi, Ic. *Tractatus de origine, progressu, & præstantia Monarchiæ Regniqve Francorum.* V. *Qvæ-*

stio

stio in Thomam Watsonum, Episcopum Lencolniensem, aliosqve nonnullos Anglos, super articulis qvibusdam de Bulla Papali, qvæ contra Reginam Elizabetham recens exierat. VI. Francisci Hotomanni Ic. *Fulmen Brutum Papæ Sixti V. adversus Henricum Franciæ & Navarræ Regem.* VII. *Iudicium* cujusdam boni Sorbonistæ, non addicti Ligæ, *super Monitorio Papæ contra Regem Christianiss.* VIII. Innominati Auctoris *Pium Consilium super Papæ Monitorialibus Bullis, & Excommunicationis ac Interdicti in Galliæ Regem, Ecclesiam & Regnum minis.* (a) IX. Ludovici Servini Ic. *Vindiciæ secundum Libertatem Ecclesiæ Gallicanæ, & Regii Status Gallo-Francorum.* (b) X. Iacobi Leschasseri, Icti, & Advocati Regii, *Tractatus de Libertate antiqva & Canonica Ecclesiæ Gallicanæ.* (c) XI. Leonardi Donati, Ducis Venetiarum *Edictum contra Bullam injustam Pauli V. Papæ Romani.* (d) XII. Pauli Veneti, Monachi Servitæ, *Considerationes Censurarum Pauli V. Papæ contra Remp. Venetam.* XIII. Antonii Qvirini, Patritii Senatoris Veneti, *Relatio rationum Reip. Venetæ difficultatibus Pauli V. oppositarum.* XIV. Theologorum Venetorum *Tractatus de Interdicto Pauli V. Papæ contra Remp. Venetam.* XV. Marcii Antonii Peregrini, Ic. Patavini *Responsum pro Decretis Reip. Venetæ* XVI. Marci Antonii Othelii, Ic. Patavini, *Responsum pro Decretis Reip. Venetæ.* XVII. Joachimi Scaini, Ic. Patavini *Responsum pro Decretis Reip. Venetæ.* XVIII. *Respons.* D. Theol. *super Censuris, seu* Ex-

(a) Vide supra p. 421. (b) Vide p. 471. (c) Ibid. (d) Horum & plurium seqq. scriptorum jam meminimus p. 470. seq.

Excommunicatione Pauli V. Papæ contra Remp. Venetam, pro nullitate dictarum Censurarum, seu Excommunicationum. XIX. Ioannis Marsilii, Theol. Neapolitani, *Votum pro Republ. Veneta, oppositum Voto Card. Baronii.* XX. Innominati Auctoris *Sermo Apologeticus pro Reip. Venetæ vetustissima & incorrupta, & a majoribus summa virtute summisque laboribus parta ac constituta libertate.* XXI. Octavii Menini, IC. & Præfecti Cenetensis, *Oratio de immensa Curiæ Romanæ potentia moderanda.* XXII. Ejusdem *Oda in Adulatores Papæ Romani.* XXIII. Alexandri Lyscæ, IC. Veronensis, *Epistola, de Romanæ Curiæ rapacitate, perfidia, & tyrannide, contra Card. Baronium.* XXIV. Iohannis Simonis Surdi, *vel verius*, Ioannis Baptistæ Leonis, Consiliarii apud Ducem Vrbinensem. *Discursus super potestate Ecclesiastica, & Rom. Curiæ Monarchia.* XXV. Gallo Franci *ad Philænetum Epistola, pro libertate Status & Reip. Venetorum.* XXVI. Nicolai Crassi, IC. Veneti, *Antiparænesis ad Card. Baronium pro Rep. Veneta.* (a) XXVII. Parisii, *sive* Iacobi Leschasseri, IC. Parisiensis (ut putatur) *Consultatio, de Controversia inter Sanctitatem Pauli V. Papæ, & Remp. Venetam.* XXVIII. Hieron. Vendrameni, Sacerdotis Theologi, *Disquisitiones Controversiarum inter Paulum V. Papam & Remp. Venetam vergentium.* XXIX. Ioannis Marsilii, Presb. Neapol. *Exceptio contra citationem per Edictum Cardinalium Rom. in causa Veneta.* XXX. Pauli Veneti, Monachi Servitæ, *Exceptio contra citationem*

Aaa aa *per*

(a) Vide supra pag. 474.

per Edictum Card. Rom. in causa Veneta. XXXI. Fulgentii Manfredi, Monachi Franciscani, *Exceptio contra citationem per Edictum Card. Rom. in causa Veneta.* XXXII. Venturæ Vicentini, Philos. ac Icti Veneti, *Consilium super controversia vertente inter Paulum V. Papam, ac Remp. Venetam, occasione nonnullorum Statutorum, ac cujusdam Censuræ.* XXXIII. Annibalis Crancii, Philos. & Capitanei Dalmatæ, *Sententia super Quæstione, An injurias a Paulo V. Papa Venetæ Reip. illatas liceat bello & armis propulsare.* XXXIV. *Quæstio bipartita in Georgium Blacvellum, Angliæ Archipresbyterum: cujus actio prior jusjurandum de fidelitate præstitum, altera ejusdem juramenti assertionem contra Card. Bellarmini literas continet.* XXXV. Ascanii Columnæ, Card. Rom. *judicium de iis, quæ Cardinalis Baronius de Monarchia Siciliæ scripsit:* (a) XXXVI. Philippi, Hispan. Regis Catholici, *Edictum contra tractatum Card. Baronii de Monarchia Siciliæ.* (b) XXXVII. Gvilielmi Barclaji, IC. Pontomossani, & Consiliarii Lotharingici, *Tractatus de Potestate Papæ, An & quatenus in Principes seculares jus & imperium habeat.* (c) XXXVIII. Rogerii Widringtoni, Catholici Angli, *Apologia Card. Bellarmini pro Iure Principum.* XXXIX. Lud. Servini, Icti, & Advocati Regii, & Cognitorum Regiorum, *Commonefactio & Postulationes adversus librum Bellarmini de Potestate Summi Pontificis in temporalibus: cum Arresto Parlamenti.* (d) XL. Benigni Milleloti, Consil. Regii, *Tractatus de Delicto*

(a) Vide p. 798. (b) Ibid. (c) Editus est etiam Paris. 1611. (d) V. pag. 715.

licto communi, & casu privilegiato : vel de legitima Iudicum secularium potestate in personas Ecclesiasticas. XLI. Emundi Richerii, D. & Syndici Sorbonici, *liber de Ecclesiastica & politica potestate.* XLII. Ioannis Bedæ de la Gormandiere, Advocati Paris. *Tractatus de Iure Regum, contra Bellarminum & alios Iesuitas.* XLIII. Innominati Auctoris *Commentatio ad Bellarmini librum de potestate Papæ.* XLIV. Ioannis Barclaji, IC. *Pietas, sive publicæ pro Regibus ac Principibus, & privatæ, pro Gvil. Barclajo parente Vindiciæ adversus Bellarminum.*

Seqventur nunc ordine alphabetico scriptores alii. *Rob. Abbot.*

Roberti Abbot, Episcopi Sarisburiensis an. CIↃIↃCXVII. XI. Martii demortui, Exercitationes *de suprema potestate regia, contra Bellarminum & Svaresium.* (a)

Georgii Ackworth, Prolegomenon *libri II. de visibili Romana Anarchia contra Nicolai Sanderi Monarchiam.* (b) *G. Ackworth.*

Lancellotti Andrews, Episcopi primum Cicestrensis, deinde Eliensis, ac tandem Wintoniensis, *Responsio ad Apologiam Bellarmini, qvam edidit contra præfationem Monitoriam Iacobi Regis Angliæ.* (c) Atqve idem Auctor est *Tortura Torti, sive Responsionis ad Torti* (Bellarmini) *librum, editum contra Apologiam Regis Angliæ pro Iuramento Fidelitatis.* (d) Huic cum responderet Martinus Becanus, *Refutatione Torturæ Torti* postea editus fuit *Elenchus Refutationis Torturæ Torti, pro Reverendiss. in CHRISTO Patre, Dn. Episcopo* *L. Andrews.*

Aaaaa 2 *Eli-*

(a) Londini 1619. (b) Ibid. 1573. (c) Ibid. 1610. (d) Ibid. 1609. Vide Placcium *de Anonymis detectis cap. 2. p. 32.*

Eliensi, adversus Martinum Becanum, auctore *Richardo Thomsonio*, Cantabrigiensi: (a) item *Roberti Burbilli* Glocestriensis Angli, Theol. Baccal. anno CIↃIↃCXLI. XIII. Octobris demortui, *Responsio pro Tortura Torti*, ad P. Martinum Becanum. (b) Ejusdem habemus librum de *Potestate Regia & Vsurpatione Papali, pro Tortura Torti, contra Parallelum Torti ac Tortoris Andreæ Eudæmon-Iohannis.* (c)

Hen. Arnisæus. Henninges Arnisæus *de potestate temporali Pontificis in Principes* (d)

Anonymus. Auctor *Examinationis succinctæ Assertionis* Leonardi Marii, *in qua Pontificis Romani usurpatum in Ecclesia dominatum, totamque Synagogæ Romanæ hierarchiam, sub vocabulo Primatus, adversus Marcum Antonium de Dominis defendendam suscepit.* (e)

Al. Anonymus. Auctor *Commentationis ad Card. Bellarmini librum de temporali potestate Papæ.* (f)

Al. Anonymus. Auctor *libri*, cui titulus, *Mastix Iesuitarum, seu Demonstratio efficax, doctrinam Romanam esse conjurationum & seditionum fautricem, ejusdem fautores non esse ferendos in Regno Angliæ aliisque provinciis Reformatis.* (g)

Al. Anonymus. *Auctor* Considerationum *ad Tractatum Historicum P. Maimburgii de Institutione & Prærogativis Ecclesiæ Romanæ ejusque Episcoporum.* (h)

Th. Banosius. *Theophilus Banosius*, de *Politia Civitatis Dei, & Hierar-*

(a) Lond. 1612. (b) Ibid. 1613. Ita *Catal. Bibl. Bodl. p.* 117. Placcius laudat edit an. 1611. (c) Oxon 1613. (d) Francof. ad Od. 1612. (e) Londin. 1618. (f) Francof 1612. (g) Oppenh 1614. (h) Colon. 1686. Vide *Acta Erud. Lips. Suppl. Sect.* I *p.* 30. *seq.*

varchia Romana. (a) Ejusdem *Censura in Excommunicationem Sixti V. contra Henricum Borbonium, Galliæ & Navarræ Regem.* (b)

Gvil. Barclajus. *Gvilielmi Barclaji*, Aberdona Scoti, Ducis Lotharingiæ Consiliarii, supplicum libellorum magistri, & Prof. Acad. Mussipontanæ, qvi Andegavi obiit an. CIϽIϽCXI. *De Regno & Regali potestate, adversus Buchananum, Brutum, Boucherium, & reliqvos Monarchomachos, libri VI.* (c)

Ant. Betancor. *Antonii Betancor*, I. V. D. *Anti Diana*, sive *Admonitio Apologetica ad R. P. Antonium Dianam circa suum Tractatum de Potestate exauctorandi Reges, decimæ parti suarum Resolutionum nuper additum.* (d)

Dav. Blondellus. *David Blondellus* de *Primatu Ecclesiæ*, Gallice. Qvod opus dignissimum esset, qvi Latine verteretur.

Ioh. Buckerigius. *Iohan. Bukerigii (Buckeridge)* Wiltoniensis Angli, Theol. Prof. Oxoniensis, Regi Iacobo a sacris, post Collegii D. Iohannis Baptistæ Præsidis, inde Episcopi Roffensis, ac demum Eliensis, qvi anno CIϽIϽCXXXI. XXX. Maji vivere desiit, (e) *de potestate Papæ in rebus temporalibus, sive in Regibus deponendis usurpata, pro Gvilielmo Barclajo contra Bellarminum.* (f) De hoc libro ita Franciscus Godvvinus, *in Comment. de Præsulibus Angliæ:* Librum *certe nuper is perscripsit de potestate Papæ in temporalibus, qvem si vidisset Fisherus antecessor ejus, in dogmatis tam palam falsi de-*

(a) Francof. 1592. (b) Ibid. (c) Paris. 1600. & Gallice 1609. & in Gold. V. supra p. 73. (d) 1653. (e) Vide Antonium a VVood in *Hist. & Antiq. Univ. Oxoniensis lib. 2. p. 307.* (f) Londin. 1614.

fensione vitam nunquam abjecisset. Neque enim inter doctos quenquam reperiri posse credo tam parum oculatum, ut hoc Buckerigii nostri opus cum perlegerit, a nobis stare veritatem statim non perspiciat. Iohannem itaque Roffensem habemus, quem Iohanni Roffensi opponamus, Fishero Buckerigium, cujus argumentis (si quid ego video) ne a mille quidem Fisheris unquam respondebitur.

Georg. Calixtus. *Georgii Calixti*, Theologi Helmstadiensis, *de Visibili Ecclesiastica Monarchia contra Pontificios. Exercitationes II.* (a) Ejusdem *Disp. de Primatu Rom. Pontificis.* (b)

If Casaubonus. *Isaaci Casauboni*, Epistola *ad Iacobum Perronium*. Ejusdem *Responsio ad Epistolam Card. Perronii.* Ejusd. *Responsio ad II. Epistolam Card. Perronii.* Ejusdem *Epistola ad Frontonem Ducæum, de Apologia, Jesuitarum nomine Parisiis* edita. (c)

Wilh. Cave. *Wilhelmi Cave*, Theol. D. & Capellani Regii Anglicani, Dissertatio *de Regimine Veteris Ecclesiæ:* Anglice. (d) Summam docti hujus libri exhibent celeberrimi Lipsienses in *Actis* anni CIƆIƆCLXXXV. (e)

D. Chamier. *Danielis Chamieri*, Disp. *Scholastica & Theologica de Oecumenico Pontifice.* (f)

M. Ant. de Dominis. *Marcus Antonius de Dominis*, Italus, Episcopus primum Segiensis, deín Archiepiscopus Spalatensis, Primas Dalmatiæ & Croatiæ, post a Pontificiis ad Refor-

(a) Helmst. 1643 (b) Ibid. 1650 (c) Londin. 1611. In hanc ad Ducæum Epist. *Scriptura ish prodromum* scripsit Eryc. Puteanus Lov. 1612. ed. (d) Lond. 1683. (e) m. Martio. p. 117 s. (f) Genev. 1601.

formatos in Angliam transiens, ibidem Decanus Windelsoriensis factus est: sed Hispanici legati pollicitationibus inescatus, Bruxellas primum, post Romam contendit, ubi anno CIↃIↃCXXV. in arce S. Angeli vitam finivit, corpore in Campo Floræ XXI. Decemb. exusto. (a) Insigne, summe eruditum, ac elaboratum scripsit Opus *de Republica Ecclesiastica*, in decem libros distinctum, cujus tamen duo posteriores libri desiderantur. (b) In his *verum & proprium Ecclesiæ regimen, qvale a CHRISTO fuit institutum, ab Apostolis Apostolicisqve viris usurpatum, a sanctis Patribus traditum, a Conciliis Catholicis inculcatum, & ab universali CHRISTI Ecclesia per plura incorrupta secula usu receptum, ex ipso sacrarum Scripturarum fonte, Patrumqve & Conciliorum ac Scriptorum Orthodoxorum monumentis fuse explicatur.* His libris seqventes senarii præfixi sunt:

Scriptura, Patres, Concilia nolunt cogi,
Et ipsa gestit evolare Veritas.

Sum

(a) Vid. Nicius *Pinacoth. III.* p. 78 79. Voetius parte III. *Dispp. Select.* p. 781. Calixtus in *Epist. dedicat. ad Augustum Ducem Br. L. præmissam Cassandri Dialogo de Communione sub utraq; specie.* (b) Londin. 1617. 1620. Heidelb. 1618. Hanov. 1622. ed. Qvanti hoc opus æstimaverit *Boineburgius*, ante suum ad Pontificios transitum, indicio sunt seqventia ad Prutschenckium scripta an. 1649. 13. Dec. *Iam lego M. Antonii de Dominis Rempubl Ecclesiasticam. At vero qvanti librum nominis! qvam carum Calixto! Meretur namqve & famam, & amorem Eruditi cujuslibet.* Ac iterum 1650 9. Decembr. *Baronium optime emendat M. noster Antonius de Dominis, immortali opere pro Rep. Ecclesiastica; qvo erroribus Papæis utrumqve cornu felicitate admirabili confregit: qvicqvid contra mugiunentur sive Mandgrus, sive Castrus, sive denique Leonardus Marius.*

Sum Christianus, Catholicus, Præsul, Pugil,
Episcopatum, Ecclesiam, CHRISTUM, Fidem
Mea penna, vita, lingua, morsque ipsa asserent.
Nec plus obire valeo, nec fas est minus.

Ch. Dreierus. *Christiani Dreieri*, Theologi Regiomontani, Dispp. *de Primatu Petri, de successore Pontificis in locum Petri, de Primatu Rom. Pontificis, de Potestate Pontificis temporali*, habentur in ejus *Opere Controversiarum cum Pontificiis præcipuarum.* (a)

Stat. Fabricius *Statii Fabricii*, Theol. Helmstad. qvi anno CIↃIↃCLI. XXIX. Maji decessit, *Dispp. Theologica de fictitio Pontificis Romani in Ecclesia CHRISTI Principatu.* (b)

Matth. Flacius *Matthiæ Flacii*, Historia *Certaminum inter Romanos Episcopos, & sextam Carthaginensem Synodum Africanasqve Ecclesias, de Primatu seu Potestate Papæ, bona fide ex authenticis monumentis collecta.* (c)

Hen. Gebhardus. *Henricus Gebhardus*, de *Iurisdictione Ecclesiastica.* (d)

M. Grat. Gertichius. *Martini Gratiani Gertichii*, Poloni, *Protestatio*, seu *Assertio Theologica contra Primatum Ecclesiæ Romanæ.*

P. Gonzalez. *Petri Gonzalez de Salcedo*, Hispani, Opus *de Lege Politica.*

Iac. Grossius. *Iacobi Grossii*, Brandenburgensis, Pastoris primum ac Superint. Soltqvellensis, post ad S. Catharinæ Pastoris Hamburgensis, qvi vitam finivit an. CIↃIↃCLII. XIV. Sept. *Antiprimatus contra Papam.*

Rich. Harris. *Richardi Harris*, Angli, *Concordia Anglicana de Primatu Ecclesiæ Regio, adversus Becanum.* (e)

Iacobi

(a) Disp. 9. --16. (b) Helmst. 1640. (c) Basileæ 1565. Adjecta est *Catal. Testium Veritatis* Francof. ed. 1566. (d) Ienæ 1616. (e) Lond. 1612. & Anglice ib. 1614.

Iacobi Heerbrandi, Genga Norici, primo Diaconi Tubing post Theol D.March.Badensis Conc. Aulici, inde Theol. Prof. & Cancellarii Academiæ Tubing. Disp. *de Primatu Pontificis.* (a) Ejusdem *de auctoritate Cathedræ Romanæ.* (b) *Iac. Heerbrandus.*

Leonhardi Hutteri, Vlmensis, Theologi Wittenbergensis, an. CIↃIↃCXVI. XXVII. Sept. demortui, *Ilias malorum Regni Pontificii*, sive *de injustissimo Pontificis Romani in Ecclesia Dominatu.* (c) *Leonh. Hutterus.*

Iacobi, Magnæ Britanniæ Regis, *Triplici Nodo triplex Cuneus*, sive *Apologia pro Iuramento Fidelitatis, opposita duobus Brevibus Pauli V. Rom. Pontificis, & Bellarmini Cardinalis literis ad Blackwellum, Archipresbyterum.* Ejusdem, *Monitoria Præfatio, ad Rudolphum II. Cæsarem, aliosqve Christiani Orbis Monarchas, ac Reges, item Liberos Principes, Resp. atqve Ordines.* Ejusdem, *Catalogus Mendaciorum Torti, una cum brevi eorundem Confutatione.* Ejusdem, *pro Iure Regio, qvod potestas Regum summa sit, Deoqve uni obnoxia, contra Card. Perronii Orationem habitam Lutetiæ in Consessu trium Ordinum an.* CIↃIↃCXV. *VIII. Kl. Februarii.* Qvæ qvidem singula separatim primo prodierunt, post in Opera Regis, a *Richardo Montacutio* Londini CIↃIↃCXIX. edita, relata sunt. *Iacobus M. Brit. Rex.*

Henrici Isselburgii, SS. Theol. D. atqve apud Bremenses CHRISTI servi, *de Iure Protestantium Orthodoxorum contra Pontificem Rom. ejusqve Concilia, Imperium, atqve anathemata.* (d) *Henr. Isselburg.*

Danielis Lipstorpii, Lubecensis, *Formatio & Exclu-* *Dan. Lipstorp.*

(a) Tubing. 1575. (b) Ibid. 1582. (c) VVitteb. 1609. (d) Bremæ 1616.

compendiaria, & una propemodum periodo comprehensa ratio, per qvam totus doctrinarum Romanensium complexus, de qvibus lis est inter Protestantes & Pontificios, & una Papæ ejusqve Imperium funditus evertuntur. (a)

Thomæ Mortoni, Episcopi Lichfeldiensis & Coventiensis in Anglia, *Causa Regia*, seu *de auctoritate & dignitate Principum Christianorum, adversus Bellarmini librum de Officio Principis Christiani.* (b) Idem Tractatum scripsit lingva vernacula: *Magna impostura præsentis Ecclesiæ Romanæ, detecta in uno hoc articulo: Credo sanctam, Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, matrem & magistram, seu Dominam omnium aliarum Ecclesiarum, sine qva nulla est salus.* Eundem Mortonum, Gisbertus Voetius, Auctorem putat libri Anglice scripti, annoqve CIϽIϽCV. editi, eodemqve anno in lingvam Belgicam traducti, cui titulus: *Plena Detectio Romanæ Doctrinæ in materia conspirationis & rebellionis.* *Th. Morton.*

Henr. Mulleri, Theol. Rostoch. tum temporis Acad. Rectoris, *Causa Augustorum, sive Cæsarum, Regum atqve Principum, contra Pontificem Romanum, ejusq; parasitos, Bellarminum Bzovium, & alios, defensa.* (c) *H. Mullerus.*

Davidis Parei, Qvæstiones *Theologicæ controversæ, de jure Regum & Principum contra Papam Romanum, illum Antichristum, pro Iacobo M. Britanniæ Rege, adversus Bellarminum, Becanum, & id genus alios Pontificios Parasitastros.* (d) *Dav. Pareus.*

(a) Iuxta exemplar Lond. an. 1671. recus. Vid. Placcius *de Anonymis detectis cap. 2. pag. 21.* (b) Lond. 1620. (c) Rostoch. 1666. (d) Ambergæ 1612.

Gabr. Powel. *Gabr. Powel*, Considerationes *libelli supplicis Papistarum*, qvo a Rege (Iacobo) petebant libertatem suæ religionis. (a)

Ioh. Raynolds. *Ioh. Raynoldi*, Angli, Præsidis Collegii Corporis CHRISTI Oxoniæ, *Summa Colloqvii inter eum, & Iohannem Hartum, de Fide & Capite Ecclesiæ.* (b)

Abr. Ramburtius. *Abrahami Ramburtii*, Theologi Reformati Sedanensis, *Disp. de Regimine universæ Ecclesiæ militantis*: item, de *Monarchia Petri in totam Ecclesiam derivata*: item, *de fictitia Petri monarchia in successores, sive in Pontifices Romanos transmissa.* (c)

Em. Richerius. *Emundus Richerius*, D. Sorbonicus, qvi an. CIƆIƆCXXXIII. obiit, *de Ecclesiastica & Politica potestate.* (d)

And. Rivetus. *Andreæ Riveti*, Iesuita *Vapulans*, seu *Castigatio in Sylvestri Petrasanctæ Notas in Epistolam Petri Molinæi ad Balzacum.* (e)

Gvil. Rivetus. *Gvilielmi Riveti*, Libertatis *Ecclesiasticæ Defensio, sive adversus potestatem & auctoritatem supremam, qvam Rom. Pontifex sibi in Ecclesiam universalem arrogat.* (f)

Fr. Salgado. *Francisci Salgado*, Hispani, grandis liber, cui titulum fecit: *De Supplicatione ad Sanctissimum.* (g)

Cl. Salmasius. *Claudii Salmasii* de *Primatu Papæ pars I. cum Apparatu.* (h) Accessere *Nili*, Thessalonicensis (i) & *Barlaami*, Monachi (k) de eodem *Primatu* Tractatus. Huic

(a) Anglice 1604. (b) Lond. 1610. Vide Kempii *Biblioth. Anglic. Theolog.* p. 379. (c) Habentur *Tomo II. Dispp. Sedanensium.* p. 575. 645. 713 (d) Francof. 1613. 1623. V. supra p. 737. (e) Lugd. Bat. 1635. (f) Genev. 1625. (g) Vide Conringii *Animadv. in Bullam Innoc. X. p. 172.* (h) Lugd. Bat. 1645. (i) Nili libellus a Flacio versus, jam Francof. 1555. editus. (k) Hunc librum ex versione *Ioh. Luidi* Oxon. 1592. publicatum, Salmasius Græce & Latine editis

Huic libro Salmasii *Iohannes Dartes*, Antecessor & Prof. Regius, Senior ac Decanus Facult. Iurid. Iuris Canon. in Acad. Paris. P. libros tres opposuit *de Ordinibus & Dignitatibus Ecclesiasticis:* (a) sed qvos responsione singulari indignos censuit Salmasius. Cum enim qværeretur ex eo, an huic libro responsurus esset, dixit: *Nescio an ille liber responsione dignus, cum præter veteres dudum refutatas & retusas cantilenas nihil novi, minus solidi qvidqvam afferat; cum tamen videri velit caput causæ ipsum petere.*

Ioh. Georgius Sigwartius, Theol. Tubing an. CIϽIϽLV. natus, an. CIϽIϽCXIX. vita defunctus, *de Regimine Ecclesiastico, in qvo prisca & Apostolica Ecclesiam gubernandi ratio adstruitur, Papalis vero Primatus & Monarchia ex immotis Scripturarum fundamentis, & antiqvis historiarum monumentis destruitur.* (b)

Friderici Spanhemii Dissert. *de Primatu Papæ, ex Concilii Nicæni canone VI* (c) *Fr. Spanhemius.*

Wilhelmi Struther, Vindiciæ *Sacræ Auctoritatis Principum, contra Pontificum anti-Christianam usurpationem.* (d) *VVilh. Struther.*

Matthæi Sutlivii, de *injusta Pontif. Rom. in Ecclesia dominatione.* (e) *Matth. Sutlivius.*

Gvil. Tooker Duellum cum Becano, contra ejus Refutationem Apologiæ Iacobi Regis Angliæ. (f) *Gvil. Tooker.*

ditis doctissimis Notis, qvas paucis horis, & puer vix qvatuordecim annorum conscripsit, Hanov. 1608. edidit: sed senex iterato vulgavit. Vid. Anton. Clementius in *vita Salmasii*, ejus *Epistolis* Lugd. Bat. 1656. editis præmissa. (a) Paris. 1648. (b) Tubingæ. (c) Exstat in *Triade Dissert. Historico Theol.* Heidelb. ed. 1664. (d) Edenburgi 1626. Anglice. (e) Hanov. 1605. (f) ibid. 1611.

Nic. Vedelius. *Nicolaus Vedelius*, de *Cathedra Petri, seu de Episcopatu Antiocheno & Romano S. Apostoli Petri, adversus Baronium & Bellarminum, pro libertate Regum, Principum, & populorum Christianorum.* (a)

Gisb. Voetius. *Gisberti Voetii*, Inventarium *Controversiarum de temporali potestate Papæ.* (b)

Rog. VViddringtonus. *Rogeri Widdringtoni*, Angli, *Disp. Theologica de Iuramento Fidelitatis contra Bellarminum.* Accessit *Præfatio & Responsio Apologetica.* (c) Ejusdem *Apologia Card. Bellarmini pro Iure Principum adversus suas ipsius rationes pro auctoritate Papali, Principes seculares in ordine ad bonum spirituale deponendi.* (d)

(a) Genev 1624 Franck 1640. (b) Tomo 2. *Dispp. Selectar.* pag. 791. pag. 799. hæc legas: *Omnibus illis autoritate prævalet Decretum & libellus Cardinalium, Archiepiscoporum & Episcoporum Galliæ, anno 1625. qvibus Regis sui potestatem & honorem vindicabant contra duos libellos:* tit. *Admonitio ad Regem Christianissimum, & Mysteria Politica.* (c) Albinopoli, & *Basil.* 1614. Ex hoc *Rogero VViddringtono*, Lud. Iacob in Bibl Pontif. l. 2. p. 240. cudit *Reg. VVeidbrechtenum.* (d) Cosmopoli 1612.

CAPUT XXX.

INDICULUS SCRIPTORUM VARIORUM CONTRA PONTIFICES ROMANOS, CUM APPENDICE DE SCRIPTORIBUS, QUI DE QUÆSTIONE EGERUNT, UBI VERA ECCLESIA FUERIT ANTE LUTHERUM.

§. I.

Deniqve per saturam hic commendabimus varia scripta, qvæ dum in Pontificias fraudes, impostu-

tas, tyrannidem, idololatriam, ac ejusmodi alia in inqvirunt, itemq; Papam verum esse Antichristũ ostendunt, simul Historiæ Romanorum Pontificum non mediocre lumen affundunt. Scio qvidem Hagæ Comitis annn CIↃIↃCII. *Catalogum* prodiisse *Præcipuorum Theologorum, eorumqve librorum; qvi Papam Romanum oppugnarunt:* sed is nondum ad conspectum meum pervenit: sicuti nec *Monita Politica variorum auctorum de moderanda Romanæ Curiæ potentia.* (a)

§. II. *Roberti Abbot*, Episcopi Sarisburiensis, Antichristi *Demonstratio, contra fabulas Pontificias, & ineptam Bellarmini de Antichristo disputationem.* (b) Ejusdem *Speculum subtilitatum & imposturarum Papalium.* (c) Item, *Verus & antiqvus Romano-Catholicus.* (d) *Rob. Abbot.*

Francisci Albani, Anatomia *Papæ.* (e) *Fr. Albanus.*

Wilhelmi Alabastri, Sudovulgiensis. S. Theol. D. *Commentar. de Bestia Apocalyptica.* (f) *Anonymus.*

Anonymi, Memorabilia *Pontificum aliqvot Romanorum cum Ethnicorum Principum gestis comparata.* (g) *Al. Anonymus*

Anonymus, de Repugnantia *Doctrinæ CHRISTI ac Rom. Pontificis: in qva demonstratur per anthitesin, Pontificum doctrinam & vitam non tantum SS. CHRISTI Evangelio non consentaneam, sed extra Dei verbum ab hominibus traditam atq; confictam esse.* Qvem librum e Gallico Latine vertit *Iohannes Avene*, Rubeaqvensis. *Anon. alius.*

Petri

(a) Francof. 1599. (b) Lond. 1608. (c) Ibid. 1594. (d) Ibid. 1611. (e) Germanice edit. (f) Delphis 1621. (g) 1576.

P. Asilus. *Petri Asili*, ICti, *Tyrannis Antichristi, sive de Romanorum Pontificum tyrannide, & decretorum eorundem vanitate, ac inutilitate, Commentarius* (a)

Balth. Balduinus. *Balthasaris Balduini*, Papa & *Papatus gladio suo jugulatus*. (b)

Frid. Balduinus. *Friderici Balduini*, Diatribe Theologica *de Antichristo, in qva Papicolarum fabulæ de Antichristo, ex immotis Scripturarum divinarum oraculis, & subsecuto infallibili temporum eventu refutantur.* (c) Ejusdem *Disp. de Antichristo, Syntagmati, & Epistolæ Casp. Sciopii opposita.* (d) Ejusdem *Apostasia Ecclesiæ Romanæ Papisticæ.* (e)

Laur. Banck. *Laurentius Banck*, de *Tyrannide Papæ in Reges & Principes Christianos.* (f) Ejusdem, *Taxa Cancellariæ Romanæ.* (g)

Barth. Battus. *Bartholomæi Batti*, Pastoris & Theologi Gryphisvvaldensis, qvi anno CIↃIↃCXXXIX. obiit, *Disp. de Antichristo.* (h)

Matth. Berneggerus. *Matthiæ Berneggeri* Oratio, *qvod de Bonifacio VIII. Papa dictum*, intrasse ut vulpem, regnasse ut leonem, &c. *id æqve vere de universo Papali regno dici posse.* (i)

M. Beumlerus. *Marci Beumleri*, Kirburgo-Tigurini, Ecclesiastæ primum Alceæ in Palatinatu, post Tiguri Archidiaconi, tandem Gr. L. & Theol. Prof. an. CIↃIↃCXI. demortui, *Antichristus Romanus*: hoc est, *Vindicatio Disp. Georgii Sohnii, contra Iohannis Aqvæpontani* (Bridgvvater) sacerdotis Papistici, *cavillationes & sophismata* (k)

Abas-

(a) Francof. 1594. (b) VVitteb. 1620. (c) Ibid. 1607. & 1615. (d) Ibid. 1615. (e) Ibid. 1620. (f) Franck. 1649. (g) Ibid. 1651. (h) Gryphisvvald. 1618. (i) Argentor. 1617. (k) Herbornæ 1590. & 1599. Hujus *Bridgvvateri* liber contra Sohnium, *qvod Pontifex Romanus non sit Antichristus*, Treviris prodiit. 1589.

Ahasveri Blumen, Revelatio *totius Babylonis Romanæ.* (a) *Ahasv. Blume.*

Thomæ Brightmanni Demonstratio, *Antichristum Pontificiorum & Jesuitarum fictitium & ementitium monstrum esse:* adversus Rob. Bellarminum. (b) *T. Brightmannus.*

Casparis Erasmi Brochmandi, Theologi Hafniensis, ac Episcopi Sialandiæ, qvi anno CIↃIↃCLII. XI. I. Aprilis decessit, *de Pontifice Romano libri V.* (c) *Casp Erasm. Brochmandus.*

Ioh. Georgii Brunneri, Oratio *de causis corrupti Papatus, & in specie nullitate & vanitate Petrini Episcopatus, contra modernos Papicolas, inprimis Bellarmini* φλυαρίας. (d) *I.G. Brunnerg.*

Georgii Calixti, Theologi Helmstadiensis, Orationes III. *de Pontifice Romano.* *G. Calixtus.*

Jacobi Capelli, Sedis Romanæ *Potestas, Sanctitas, Fides, ex genuinis Antiqvitatis Ecclesiasticæ monumentis demonstrata* (e) *Iac. Capellus.*

Arnoldus Cheffræus, de *Antichristo, & defectione Rom. Ecclesiæ.* (f) *Arn. Cheffræg.*

Ioh. Cluveri, Dissertatio, *Romam Pontificiam esse Hierosolymam Apostaticam.* (g) *Ioh. Cluverus.*

Matthæi de Cracovia, Tractatus *de Sqvaloribus Rom. Curiæ.* (h) *Matth. de Cracovia.*

Danielis Crameri, Antiqvarius *de profana sanctitate Paparum & Cardinalium.* *Dan. Cramerg*

Ccccc. Lam-

(a) Geræ 1607. (b) Ambergæ 1610. (c) Hafn. 1628. (d) Tubingæ 1615. (e) Heidelb. 1619. (f) VVitteb. 1582. (g) Rostoch. 1627. (h) Basil. 1551. & cum aliis scriptis Lond. 1690.

Lamb. Danæus. *Lamberti Danæi*, Avenionensis, ex Ord. Minorum Monacho (a) Theologi Reformati, *Tractatus de Antichristo, in qvo Antichristiani regni locus, tempus, forma, ministri, fulcimenta, progressio, interitus, & exitium ex verbo Dei describitur, explicatis simul aliqvot difficilibus & obscuris locis Danielis & Apocalypsis. Additus quoque ad finem scriptis qvibusdam vetustissimorum Episcoporum, monachorum, & aliorum contra ejusdem tyrannidem.* (b)

Ioh. Diecmannus. *Ioh. Diecmanni*, Dissertationes *Historicæ II. de Vocis Papæ ætatibus.* (c).

Ioh. Dolingius. *Ioh. Dolingii*, Ecclesiæ Bergensis in Rugia Pastoris, & Synodi Præpositi, *Antichristus* τυφλογέρων, hoc est, *de finali Antichristi interitu libri IV.* (d).

Georg. Downamus. *Georgii Downami*, Angli (*Doumannum Germanum Lutheranum* perperam vocat Ludovicus Iacob in *Bibliotheca Pontificia* (e)) *Papa Antichristus, sive Diatriba de Antichristo: cujus duæ partes, prior* κατασκευή, *qva orthodoxa Regis Iacobi de Antichristo sententia demonstratur: Posterior* ἀνασκευή, *qva Leonardi Lessii XVI Demonstrationes*, Monitoriæ Regis præfationi oppositæ, refutantur. (f).

Th. Draxus. *Thomas Draxus* (sub qvo nomine latet *Andreas Willetus* Warvvicensis an. CIↃIↃCXVI. mortuus) *de Antichristo.* (g)

M. Dresserus. *Matth. Dresseri* liber *de Pontificum insidiis per Germaniam.* (h)

Sigis-

(a) Lud. Iacob in *Bibl. Pontif.* l. 2. pag. 476. (b) Genev. 1576. (c) VVitteb. 1671 (d) Rostoch 1632. (e) pag. 461. (f) Lond. 1620. (g) Francof. 1619. (h) Citatur à VVolfio in *Lect. mem. cent. 16. p. 923.*

Sigimundi Evenii, Tyrannidis *Pontificiæ ſecularis Demonſtratio apologetica*, Adamo Contzen Ieſuitæ oppoſita. (a) *Sigism. Evenius.*

Ius ab Impp. olim in approbandis confirmandisq; Pontificibus Rom. uſurpatum, & vice verſa, de aſſumta Pontificum Romanorum temporum ſucceſſu in ipſos Cæſares & Impp. nimia illorum indulgentia confirmationis & reprobationis auctoritate. Adjecta ſimul Ludovici IV. Imp. *Conſtitutio, in qva Pontificii iſtius juris arrogantia graviſſime definitur. Cui acceſſit accuratisſima tractatio* D. Ioh. Garſenii, Mindenſis, *de Pontificia electi Imperatoris Romani coronatione.* (b) *Ioh. Garſenius.*

Salomonis Geſneri, Boleslavia Sileſii, primum Gymnaſii Stetinenſis Directoris, poſt Th. D. Prof. ac Paſtoris Wittebergenſis an. CIↃIↃCV. VII Febr. exſtincti, (c) *Labyrinthus Papiſticus*, hoc eſt, *Diſputatio de Papatu ſe ipſum confutante.* (d) *Sal. Geſnerus.*

Franciſci Gomari, Bruga - Flandri, primum Eccleſiæ Reformatæ Francofurtenſis ad Mœnum Miniſtri, deinde Theologi Lugdunenſis Batavi, tum Paſtoris Middelburgenſis in Zelandia, ac demum Prof. Groningenſis, qvi an. CIↃIↃCXLI. XI. Ian. obiit, *Diſputatio de Antichriſto.* *Fr. Gomarus.*

Conradi Groſeri, Franci, Eccleſiaſtæ, nec non Hebr. L. & Hiſtor. Prof. Thorunienſis an. CIↃIↃCXIII. demortui, *Hiſtoria Antichriſti magni.* (e) *Conr. Groſerus.*

Alberti Grawerí, Meſecovia - Marchici, initio Rectoris *Alb. Grawerus.*

(a) Hallæ 1620. (b) Roſtoch. 1630. (c) Vid. Nicolai Hunnii Oratio de vita & obitu Sal. Geſneri VVitteberga ed. 1605. (d) VVitteb. 1604. (e) Lugd. Bat. 1608.

ctoris Islebiensis, inde Decani. Mansfeldensis, tum Theol Prof. Ienensis, ac demum Superintendentis Generalis Vinariensis, qvi anno CIↃIↃCXVII. XXX. Nov. ex hac vita excessit, *Disp. Romanum Pontificem esse Antichristum*, habetur *Tomo I. Disp. Anti-Iesuiticarum.* (a)

Ios. Hallus. *Iosephi Halli*, Leicestrensis, Angli, primum Rhetor. in Academia Cantabrig. Profess. deinde Ecclesiastæ Halstedensis, post Waltheniamensis, hinc Episcopi Exoniensis, ac demum Norvvicensis, qvi vitam finivit anno CIↃIↃCLVI. *Roma irreconciliabilis*, seu *Demonstratio, Papam, sedemqve Romanam omnibus Rebuspubl. Christianis præcidisse viam ad veram tutamq; pacem obtinendam.* (b)

Iacob. Hailbrunnerus. *Iacobi Hailbrunneri*, Eberdinga-Wurtembergici, Ecclesiastæ primum in Austria, deinde Concionatoris Aulici Bipontini, post Theol. D. & Superint. Starckenburgensis, mox Superint. Generalis Ambergensis, porro Concionatoris Aulici Neoburgensis, demum Consil Ecclesiast. & Superint. General. Wurtembergici, & Abbatis Bebenhusani, anno CIↃIↃCXVIII. demortui, *Papatus Acatholicus.* (c)

Henr: Hammondus. *Henrici Hammondi*, Surriensis Angli, Ecclesiæ de Penhurst Rectoris, post Theol. D. & Phys Prof. Oxoniensis, tum Archidiaconi Cicestrensis, ad hæc Sacellani Londinensis, Regi a sacris, & Academiæ Oratoris, qvi an. CIↃIↃCLX. XXV. Aprilis vita defunctus *Dissertat. de Antichristo*, Dissertationibus *de Iuribus Episcopatus* præmissa. (d)

Iaco-

(a) Ienæ ed. 1614. (b) Anglice & Lat. Londini 1612. (c) Lavingæ 1614. (d) Londini 1651.

Iacobi Heerbrandi, Dispp. *de Antichristo, contra Mich. Hagerum*. (a) Ejusdem *Apologia duarum Dispp. de Antichristo, & refutatio Responsionis Michaelis Hageri ad posteriorem de Antichristo Disputationem*. (b) Ejusdem Dissert. *de multiplici & horrenda Pontificiorum Doctorum idololatria*. (c) *Iac Heerbrandus.*

Ioh. Henrici Heideggeri, Theologi Tigurini, anno CIƆIƆCXXXIII. nati, *Historia Papatus novissima, Historiæ Lutheranismi & Calvinismi fabro* (Lud. Maimburgio) *reposita. Qva Ecclesiæ Romanæ septem periodis distinctæ origo & progressus ad nostra usqve tempora pertexitur. Accedit* Francisci Gvicciardini *Historia Papatus, ex autographo Florentino restituta*. (d) Ejusdem *Mysterium Babylonis magnæ*. (e) *I. Henr. Heideggerus.*

Ioh. Hopfneri, Theol. Lips. *Speculum Cæcitatis Papisticæ, circa doctrinam de Adventu Antichristi, politum a Becano in Manuali Controversiarum lib. I. cap. VI.* (f) *Ioh. Hopfnerus.*

Nicolai Hunnii, Marburgensis, Ecclesiæ primum Eulenburgensis in Misnia Pastoris & Superint. mox Theol. D. & Prof. VVittebergensis, ac deniqve per viginti annos Superintendentis Lubecensis, qvi anno CIƆIƆCXLIII. XII. Aprilis vitam finivit: *Innocentia Lutheranorum in puncto injuriarum ex asserto Pontificis Romani Anti-Christianismo, in Rom. Imperatorem ac Status Catholicos redundantium, nec non violatæ Pacificationis religiosæ contra Iesuitarum delationes antehac* *Nic. Hunnius.*

(a) Tubingæ 1582. (b) Ibid 1583. (c) Ibid. 1578. (d) Amstelod. 1684. Prodiit primum sub persona *Nicandri a Hohenegg*. Vide *Acta Erudit. Lips.* 1684. in Febr. p. 57. seqq. (e) Amstelod. 1687. (f) Constat. *Dispp.* 7. Lipsiæ 1629. --- 1634. editis.

hac per necessariam depulsionem asserta, (a) *nunc vero adversus* Compositionem Pacis Dillingensium, & *Adami Tanneri Iesuitæ,* Antichristum proscriptum *immotis fundamentis stabilita & defensa.* (b) Ejusdem *Apostasia Ecclesiæ Romanæ.* (c) Ejusdem. *Pellis Ovina Ecclesiæ Romanæ detracta.* (d)

Iacobus Rex. *Iacobi* Regis M Britanniæ, *Commentatio de Antichristo* in Apocal. cap XX. (e)

VV.C. Kriegsmannus. *Wilhelmi Christophori Kriegsmanni,* Dissertationes, *de attrito per Papas Imperio, deqve pontificatu ab Imp. Cæsare Ecclesiæ Reiqve publ. causa capessendo.*

Sib. Lubbertus. *Sibrandi Lubberti,* Theol. D. & Prof. Franeqverani, qvi rebus humanis valedixit an. CIƆIƆCXXV. XI. Ian. *de Papa Romano libri X. Scholastice & Theologice collati cum Disp. Rob. Bellarmini.* (f) Ejusdem, *de Papa Romano Replicatio, ad defensionem tertiæ controversæ Bellarmini, scriptam a Greisero.* (g)

Dav. Majerus. *Davidis Majeri,* Transenna *Theologica & Historica, de Papatu Romano per Ethnicismum impregnato, refermentatoq; porro de Papistarum Deo, qvi est revera Papa Romanus.* (h)

Phil. Marnixius. *Philippi Marnixii,* Domini de Aldegonde, Nobilis Belgæ *Alvearium Ecclesiæ Romanæ,* Hollandice primum post

(a) Hanc *necessariam depulsionem* VVitteb. 1630. edidit VVilh. Lyserus D. (b) VVitteb. 1631. (c) Ibid. 1637. (d) Lubec 1632. (e) Lond. 1608. & in Operibus a Montacutio ed. (f) Franeck. 1594. (g) Arnhemii 1610. (h) Francof. 1634.

post Germanice editum. (a) Huic aliud *Alvearium* opposuit Iohannes David, Iesuita Belga, de qvo vide Alegambe in *Bibliotheca Iesuitica*, & Valerium Andream in *Bibliotheca Belgica*.

Ioh. Friderici Mayeri, Commentatio *de Pontificis Romani electione*. (b) *I. F. Mayerus.*

Samuelis Maresii, Concordia *discors*, & *Antichristus Revelatus*: id est, Hugonis Grotii *Apologia pro Papa & Papismo, quam prætextu concordiæ inter Christianos sanciendæ exhibet illius Appendix ad interpretationem locorum N. Test. de Antichristo, modeste refutata* duobus libris (c) *Sam. Maresius.*

Petri Molinæi, Novitas *Papismi*, Gallice: Germanice versa a Martino Stutzingio. (d) Huic scripto *Laurentius Forerus*, Iesuita opposuit *Defensionem Catholicæ Ecclesiæ*: ut & *Antiqvitatem Papatus*. *Pet. Molinæus*

Iohannes Meisnerus, Theologus Wittebergensis, qvi anno CIↃIↃCLXXXI. decessit, *de Antichristo Occidentali magno*. (e) Idem, *de Iure Pontificis circa electionem Imp. Romani*. *Ioh. Meisnerus.*

An-

(a) Melch. Adami in *vita Marnixii inter Ictos Germ.* Editum *hoc scriptum an. 1571. qvo tempore crudelissime in viscera Belgica sæviebat Albanus, estqve varietate historiarum, & acumine sententiarum refertissimum; iocis facetiisqve in Papistarum theatrales nugas & fabulas mire conditum: adeo ut lectoribus, istorum temporum præcipue, singularem attulerit voluptatem, & occasionem multis præbuerit de religione Christiana serio cogitandi. Et hic liber, ut populari applausu exceptus, sic non sine fructu plurimorum lectus plus rei Belgicæ illa tempestate in religionis negotio profuit, qvam eruditi aliqvot Commentarii.* (b) Lipf. 1670. Hamburgi 1690. (c) Amstelod. 1642. (d) Vesal. 163. Clivis 1662. (e) Witteb. 1665.

A. Mergiletus. *Andreæ Mergileti*, Franci, Theol. & Poetæ, *Papa Homo peccati, filius perditionis, & Dei adversarius, adeoqve antichristus, demonstratus e Bibliorum S. Script. singulis capitibus.* (a)

Ph. Mornæus. *Philippi Mornæi*, Plessiaci Domini, *Mysterium Iniqvitatis, sive Historia Papatus, qvibus gradibus ad id fastigii enisus sit, qvamqve acriter omni tempore ubiqve a piis intercessum. Asseruntur etiam jura Impp. Regum, & Principum Christianorum adversus Bellarminum & Baronium Cardinales.* (b) Huic libro *Anti-Mornæum* opposuit Leonhardus Coqveus,(c) itemqve *Alexipharmacum Regium*, Caspar Sciopius (d) Nec minus contra eundem scripsere *Iacobus Gretserus* (e) & *Nicolaus Coeffteau*. Qvamqvam huic satisfecit Andreas Rivetus *in Notis & Considerationibus super ejus Responsionem ad librum Mornæi.* (f)

Nep. Romanus. *Nepotismus Romanus*: id est, *Historia de Ratione Status Pontificum Romanorum: qvemadmodum qvilibet suæ familiæ homines ad summos honores evehere, largis reditibus ditare, & primariis officiis Status sui præficere soleat, qvidqve inde vel commodi, vel incommodi emergat.* (g)

Gab. Povelius. *Gabrielis Poveli*, Dispp. *Theologicæ & Scholasticæ de Antichristo, & Ecclesia.* (h)

Ioh.

(a) Lips. 1607. (b) Salmurii 1611. sed locupletior, & ab ipso Auctore recognita Genevæ 1612. ac alibi. (c) Paris. 1613. Mediol. 1616. Col. 1617. (d) Mogunt. 1612. (e) Ingolst. 1614. [f] Paris. 1615 Gallice Salmur. 1620. (g) Stutgard. 1669. [h] Lond. 1605. Vide Kempii *Bibl. Angl. Theol. p. 374.*

Ioh. Rainoldus, Anglus, *de Romanæ Ecclesiæ idololatria.* (a) *Ioh. Rainoldus.*

Hermanni Rennecheri, Descriptio *Romani Pontificis Antichristi, & vera ejus declaratio.* (b) *H. Renneche-rus.*

Balthasaris Rhaw, Gryphisvvaldensis, primum in Acad. patria Log. & Metaph. Prof. post Pastoris Mariani, ac Consist. Assessoris, demum Eccl. Stralsundensis ad D. Nicolai Past. & Superint. qvi an. CIƆIƆCLVIII. obiit, *Papatus Conciliis Apostol. & antiqvis denudatus.* (c) *Balth. Rhaw.*

Simonis Schardii Ἀνάμνησις *Iuris, qvod in approbandis Pontificibus Imperatores habuerunt, cum brevi Commemoratione, qvomodo vice versa Imp. Majestatis confirmatio a Pontificibus introducta & usurpata sit.* (d) Idem etiam scripsit *de perfidia Paparum erga Imperatores.* Idem *Testimonia ex XXX. maximæ auctoritatis Scriptoribus collegit, qvi Romam Babylonem, ejusqve Episcopum Antichristum certo statuerunt.* (e) *S. Schardius.*

Michaelis Siricii, Lubecensis, S. Theol. D. Prof. & Pastoris Giessensis, tum Concion. Aulici Gustroviensis, tandem Superintendentis, Consistorii Ducalis Assessoris, & Prof. Rostochiensis, qvi an. CIƆIƆCLXXXV. XXIV. Aug. de vita decessit, *Idolum Papale, ex ipsa Papatus praxi, & antiqvis monumentis per aliqvot capita solide demonstratum.* (f) *Mich. Siricius.*

Iohannes Melch. Steinbergii, Theol. D. & in Acad. Franeq. Prof. anno CIƆIƆCLXX. demortui, Anatome *Papismi, fœditatem & novitatem ejusdem renudans, & refutans.* *I. M. Steinbergius.*

Ddddd *Theo-*

(a) Oxon. 1596. (b) Herbornæ 1589. (c) Gryphisvv. 1634. (d) Argentor. 1608. (e) Apud VVolfium *Lect. mem. cent. 16. p. 839. seqq.* (f) *Giessæ 1670.*

Theod. Thummius. *Theodori Thummii*, Theol. Tubing. an. CIↃIↃCXXX. XXII. Octobris vita defuncti, *Papa Antichristus magnus*, hoc est, *Solida & perspicua Demonstratio, Pontificem Romanum post tempora Gregorii Magni esse Antichristum istum magnum, a Spiritu S. libris Prophetarum & Apostolorum descriptum.* (a) Qvam non multo post excepit *Continuatio* hujus *Demonstrationis*. At cum Caspar Lechnerus, Hallensis, Soc. I. *Confutationem de Papa Antichristo* scriberet, Thummius emisit *Apocalypticum characterem Antichristi contra Lechnerum:* (b) item, *Apologiam contra injustas criminationes Laur. Foreri & Casp. Lechneri, de Crimine læsæ S. Cæs. Maj.* (c) ac porro, *Iustam & necessariam Defensionem de Papa Antichristo libris II. contra Lechnerum.* (d)

Dan. Tilenus. *Dan. Tileni*, Speculum *Antichristi*. (e) Ejusdem, & Brigtmanni *Antichristus*, sive *Papam Romanum revera esse illum magnum Antichristum.* (f)

F. Turretinus. *Francisci Turretini*, de *necessaria secessione nostra ab Ecclesia Romana, & imposibili cum ea Syncretismo.* (g)

I. Valckenier. *Iob. Valckenier*, Coloniensis, Theol. D. & in Gymnasio Hardervvicensi, ac Franeq. & Lugduno Bat. Acad. Prof. qvi an. CIↃIↃCLXX. VIII. Decemb. vitæ cursum implevit, *Roma Paganizans.*

Gisb. Voetii. *Gisberti Voetii*, Desperata *Causa Papatus*, contra Iansenium, Professorem Lovaniensem. (h) Cumqve Libertus Fromondus *Crisin desperatæ causæ Papatus* contra Voetium scripsisset, (i) Martinus Schoockius *Desperatis-*

(a) Tubing. 1624. (b) Ibid. 1625. (c) Ibid. 1626. (d) Ib. 1627. (e) Herbornæ 1605. (f) Amberg. 1610. (g) Genev. 1687. Videantur *Acta Erud. Lips.* d. an. m. Aug. (h) Amstel. 1635. (i) Antverp. 1636. Lovan. 1665.

ratissimam Causam Papatus, adversus Fromondum, pro Voetio edidit. Atqve idem porro Schookius Fromondi Epistolæ, qvam, *Sycophantam* inscripserat, respondit *Auctario ad desperatissimam causam Papatus*. (a)

Ioachimi Vrsini, Speculum *Iesuiticum Pontificum Romanorum erga Imperatores Germanicos perfidiam, insolentiam, & tyrannidem repræsentans*. Ioach. Vrsinus.

Michael Wendlandus, de *Pace & Cura Religionis, jurisdictione Imperatorum in Pontifices, & libertate Conscientiarum*. M. Wendlandus.

Guilielmi Whitakeri, *Thesis proposita & defensa* Cantabrigiæ anno CIↃIↃLXXXII. *Pontifex Romanus est ille Antichristus, qvem futurum Scriptura prædixit*. Ejusdem Prælectiones in *Controversiam de Romano Pontifice, adversus Pontificios, inprimis Rob. Bellarminum*. (b) Gvil. Whitakerus.

Ioh. Whitgift, D. & Prof. Cantabrigiensis, ac Decani Lincolniensis, *Defensio Papam esse Antichristum*. (c) I. Whitgift.

Ioh. Wigandi, Synopsis *Antichristi Romani, spiritu oris CHRISTI revelati*. (d) I. Wigandus.

Georgius Zeamannus, Hornbaco-Bipontinus SS. Theol D. hujusqve primum in Gymnasio Lavingano Prof. deinde Ecclesiæ Campidonensis Pastor, ac tandem Superintendens Stralsundensis, qvi vitam finivit an CIↃIↃCXXXVIII. v. Sept. *Papismus Acatholicus*: item *de Antichristo*: sed Germanice. G. Zeamannus.

§. III. Adhæc Scriptores Nostri Reformatiqve, qvi *de Ecclesia* sunt commentati, varia plerum-

(a) Vltraj. 1645. (b) Hanov. 1608. (c) Londini. (d) Ien. 1560. Vrsellis 1567.

qve, ac interdum singularia de Pontificia, ejusqve capite Pontifice Romano attulerunt: qvos tamen hic enumerare non institui. At vero coronidis loco, nonnullos adducam Scriptores, qvi de Qvæstione illa, *Vbi Ecclesia vera ante Lutherum fuerit*, dedita egerunt opera. Sunt nimirum seqventes: *Georgius Major*, Theologus Wittebergensis, in *Commonefactione Historica, de Statu ejus temporis, qvod Evangelii lucem præcessit.* (a) *Iacobus Heerbrandus*, Theologus Tubingensis, de *perpetuo Ecclesiæ visibilis cœtu*: item: *Vbi vera Dei Ecclesia sub regno Pontificio fuerit.* Balthasar *Meisnerus*, Theologus Wittembergensis, in *Responsione Qvæstionis ad Iesuitam, Vbi vera Ecclesia fuerit ante tempora Lutheranæ Reformationis.* Caspar *Waserus*, Tigurinus, primum Gr. L post & Theol. Prof. sed & Ecclesiastes in patria, qvi an. CIↃIↃCXXV. IX. Sept. obiit, in *Assertione, Deum omnibus seculis excitasse pios homines, qvi veritati Evangelii coram mundo fidum testimonium præbuerint, comprobata illustri Waldensium exemplo.* Ioh. *Iacobus Huldricus*, Theologus Tigurinus, in *Oratione de Ecclesiæ Electorum Dei inter medium præteritorum seculorum Papatum* ὕπαρξις. (b) Henricus *Hopfnerus*, in *Analysi Historico-Theologicæ Qvæstionis, Vbi Ecclesia Evangelica fuerit ante Lutherum.* (c) Fridericus *Balduinus*, SS. Theol. D. Pastor & Superint. Wittebergensis, in Disp. *de vera CHRISTI Ecclesia ante tempora D. Lutheri, durante Papatu.* Ioh. *Iacobus Beckius*, Winsbergensis, Ecclesiæ Stutgardiensis

Scriptor. de Q. Vbi Ecclesia fuerit ante Lutherum.
Ge. Major.
Iac Heerbrandus.
Balth. Meisnerus.
Caspar. VVaserus.
Ioh. Iac. Huldricus.
Henr. Hopfnerus.
Frid Balduinus.
Iac. Beckius.

(a) VVitteb. 156[illegible]. (b) Tiguri 1617. (c) Lips. 1629. & in *Disp.* ab *Raposito* editis, num. 14.

ensis Collegiatæ Diaconus, in *Lutheranismo ante Lutherum:* in qvo duas pertractat Qvæstiones: *Vbi Evangelica Ecclesia ante Lutherum fuerit:* &, *An Majores nostri in Papatu etiam fuerint salvati.* (a) Elias *Ebingerus*, in *Deductione Qvæstionis Historico-Theologicæ, Vbi Ecclesia Christiana fuerit ante Lutherum.* (b) Gisbertus *Voetius*, de *vi veritatis in ipso Papatu erumpentis, pro assertione fundamentalis Christianismi de salute per solam Dei misericordiam in CHRISTO.* (c) Iacobus Vsserius, in *Historica Explicatione de Successione Ecclesiarum Christianarum in partibus Occidentis a temporibus Apostolorum ad nostra usqve tempora.* (d) Augusti *Pfeifferi*, nunc Superint. Lubecensis, *Lutheranismus ante Lutherum.* (e)

El. Ebingerus.

Gisb. Voetius.

Iac. Vsserius.

Aug. Pfeifferus.

§. V. Huc etiam omnino referendus est Matthiæ Flacii *Catalogus Testium Veritatis*, qvi primum absqve editoris nomine prodiit. Sed prodidit eum, tum procurator editionis Lugdunensis anno CIↃIↃXCVII. in præfatione, tum Melchior Adami in *Vita Flacii* scribens: *Contexuit Iohannes Abbas Trithemius Catalogum Auctorum. Hunc qvum vidisset Flacius, temperare sibi non potuit, qvin dissimulata persona & habitu, aliqvot in Germania monasteriorum Bibliothecas perlustraret, qvos commode posset, Historicos clam auferret, atqve isto adminiculo librum, qvi Catalogus Testium Veritatis indigitatur, conscriberet.* Ad hæc Frid. Vlricus Calixtus in *Commendatione novæ editionis Operum*

De Flacii Catalogo Testium Veritatis.

(a) Germanice, 1643. & Francof. 1658. (b) German. Vlmæ 1649. (c) *Parte II. Dispp. Selectar.* (d) Londin. 1658. (e) Germ.. 1683.

& utilia, dicta, scripta, atque facta; vaticinia item, vota, omina, mysteria, hieroglyphica, miracula, visiones, antiqvitates, monumenta, testimonia, exempla virtutum, vitiorum, abusuum; typos insuper, picturas, atqve imagines: sed & ipsius cœli ac naturæ horrenda signa, ostenta, monstra, atque portenta. His interjuncti sunt qvoqve omnes sacri prophaniqve ordines: ex qvibus omnibus cum præteriti status in Ecclesia, Republica, & communi vita, consideratio; tum impendentium eventuum, ac indies magis magisqve ingravescentium malorum præsagitio, sed & multorum abstrusorum hactenus desideratorum revelatio ob oculos perspicue ponitur. Lavingæ CIↃIↃC. Iam in Epistola dedicatoria, ad Barnimum, & Philippum Iulium, Pomeraniæ Duces, scripta, fatetur Auctor, qvod *diligenter primum ex S. literis, deinde Sanctis Patribus, aliisqve Historicis, qvos undiqvaqve comparare & reperire potuerit, de veritate* doctrinæ Evangelicæ *disqvirere cœperit: ad qvam rem non parum ipsi commodaverint peregrinationes, freqventes illustrium ac celebriorum terræ locorum visitationes & legationes. Nam sicubi in curiis & aulis Imperatoris, & Regum Galliæ, Navarræ, Angliæ, & Poloniæ, ut & Principum passim; & Conventibus Imperii, ob expedienda negotia, sæpe per menses aliqvot commorandum fuerit, ne inane periret tempus, interea omnigenas Imperatoris, Regum, Monasteriorum, Collegiorum, Universitatum, Civitatum, & doctorum virorum bibliothecas perlustrasse. Et multos, qvos habere non potuerit, non sine sumtibus ex longinqvo & molesto itinere*

nero missis literis comparare non destitisse, solumqve & unum, ac sine adminiculo cujusqvam hominis perlegisse, & ex eis hoc opus congessisse. Gustu igitur dulcedinis ex veritate percepto, tandem ad inqvirendum altius veritatem, & rimandum, relictis omnibus pene negotiis politicis & aulicis, unice se huic dedicasse, & solicite statum Ecclesiæ antiqvæ & hodiernæ, non absqve magnis laboribus & sumtibus indagasse. Qvibus dum sedulo incumberet, & tot tantasqve qverimonias & detestationes omnifariorum abusuum, tam in Rep. qvam præcipue in Ecclesia, Patrum & aliorum gravissimorum authorum pene infinitorum offenderet, cœpisse memoriæ causa colligere, & coacervare hujusmodi testimonia & authoritates, soli sibi, ut instar solatii, speculi, normæ & indicis essent in hac causa. Cum vero postmodum inter viros principes ac doctos, & Ecclesiasticos ac Politicos, sermo fieret de hisce rebus, & explicaret nonnunqvam, qvæ hujus vel alterius authoris esset mens & sententia, ita ut ex ipso intelligerent, non exiguam copiam ex variis scriptoribus se domi consignatam habere; nonnulli etiam ipsi vidissent promtuarium hujusmodi lectionum; hunc qvasi thesaurum apud unum hominem delitescere, nolentes, sed urgentes diu multumqve, & tandem importune nonnihil, ipsum hac etiam aliis editione publica communicare vellet, dicentes: Dubium non esse, qvin, si multi, qvi in Papatu vivunt, cognitum & exploratum haberent, qvid esset veritas, & qvod nonnulla mera essent hominum figmenta, totqve vitiis & abusibus pleraqve referta; multaqve vel

vel qvæstus causa, vel dominandi libidine excogitata; serio ipsimet miseram suam sortem essent deploraturi, si docerentur, qva esset incedendum, ne a veritate fidei aberrantes, se ipsos salute defraudarent. *Et hujus sane fatale rei experimentum cum in propriis viderit ædibus, motum eo, non potuisse non publicæ saluti & utilitati inservire. Illo enim ipso tempore habuisse amanuensem, juvenem ingeniosum, ex schola Fuldensium, nomine Martinum: illum abundasse præceptis & institutis doctrinæ Pontificiæ, sæpe acerrime in contrariam religioni suæ invectum, additis etiam blasphemiis, dixisse,* Se non optare sibi cœlum, in qvo Lutherus esset. *Verum cum describendo magis magisqve animadverterit, qvod Papatus & religio Ecclesiæ Romanæ plane ab Apostolorum semita declinasset; qvid item Lutherus docuisset; tandem concedere in aliam sententiam, blasphemiarum suarum pudere, rectius sentire, modestius loqvi de illa, & freqventare sacras conciones, & legere ipsam Scripturam cœpisse. Et cum aliqvanto post tempore dysenteria, qvæ ubiqve fere in homines tunc grassata, & ipse corriperetur, & a se repetitum iri animam certo persentisceret, humiliter se ad Deum convertisse, ac ardenter orasse, velit se propter meritum Filii* JESU CHRISTI *recipere, & ignoscere propitie, qvod tamdiu deceptus fuisset; meliora enim se nescivisse: morti autem viciniorem, ministrum Ecclesiæ ad se accersivisse, & edita sua confessione sacram ab illius manu accepisse cœnam, addendo: jam porro nihil magis in votis se habere, qvam ut videre semel adhuc suos Parentes Miltenburgi habitantes posset, & eos admonere,*

instituere, ac docere rectiorem salutis æternæ viam; & sic demum optime composito ad Deum animo in merito unius IESU CHRISTI pie & placide obdormivisse. Ex hoc & aliis qvemlibet augurari posse, multos rectius sensuros esse, si meliora & rectiora docerentur: præsertim cum nec centesimo cuiqve suppetat copia librorum, vel tantum temporis, aut æ gerendarum, sive publicarum, sive domesticarum rerum cura otium, & occasio emendi, acqvirendi, perlegendi, & expiscandi tot tantosqve authores. Motum ergo amicorum precibus, & inserviendi veritati religionis studio, ad lineam & regulariorem seriem revocasse lectionum harum farraginem, ex tribus fere millibus auctorum congestam, *& ad prælum adornasse.* Qvæ cum ita se habeant, videt utiqve lector, qvod multa bona, & salutaria ex hoc opere exspectare, atqve adeo ad illud pervolutandum & cum cura legendum gravissimas causas habeat. Interea non diffitendum, complures in eo esse nævos (id qvod ipse non negat Auctor summe ingenuus) ac inprimis in ipsis nominibus, ac ætate Scriptorum veterum hallucinationes deprehendi: qvas tamen in nova Lipsiensi editione anni CIↃIↃCLXXI. facile Vir qvidam eruditus emendare potuisset. Indicem in hoc opus confecit *M. Iohannes Iacobus Einsius*, cognomine Hagendorn, Ecclesiæ in Lauffen ad Nicrum Diaconus, M. Ludovici Münsteri, Ecclesiastæ Heilbronnensis Senioris gener: qvi Index separatim Lavingæ est impressus an. CIↃIↃCVIII ex qvo simul apparet, eo anno jam non modo ipsum Wolfium (a) sed & Ieremiam Imlinum, civem Heilbronnensem, generum & præcipuum hæredem Wolfii vita excessisse. CA-

(a) Konigius in *Bibl.* scribit VVolfium 1600. obiisse.

CAPVT XXXI.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ CARDINALIVM ROMANORVM.

§. I.

PRoximi a Pontifice sunt Ecclesiæ Romanæ Cardinales, ex mediocri sorte in tantum deniqve sublati fastigium, ut Regibus fere se pares, Electoribus S.Rom. Imperii superiores venditare non dubitent. Horum notitiam historicam ex *Ludovici Iacobi* a S. Carolo, Cabilonensis Burgundi, Carmelitæ, *Bibliotheca Cardinalitia*, potissimum sumendam dicerem, modo liqvido constaret, eandem typis esse editam. Licet enim ex Philippi Labbei *Bibliotheca Bibliothecarum* apparet, jam anno CIↃIↃCLXVII. ad prelum fuisse paratam; qvia tamen neqve in Bibliothecis publicis privatisqve, nec in Bibliopoliis hactenus reperire potui, parum abest, qvin existimem, diligentissimum Auctorem ante ejus publicationem de vita decessisse. Interea autem *Henricus Ludovicus Castanæus*, Rupipozæus, origine Picto, gente Nobilis, sed Tibure prope Romam natus, Episcopus Pictaviensis, *Nomenclatorem S. R. Ecclesiæ Cardinalium* edidit, *qvi ab anno CHRISTI* CIↃ. *qvippiam commentati sunt: sive ab eo tempore, qvo Pontificis electione ad eos tantum ob Romani Cleri multitudinem revocata, maximus ille honor, qvalem videmus, haberi cœptus est: cum Pontificum & Cardinalium epitaphiis supra ducenta.* (a) Deinde *Franciscus Ma-*

De Lud. Iacobi Biblioth. Cardinal.

H. Lud. Castaneus.

(a) Primum ἀνωνύμως Tolosæ 1614. Alph. Ciaconii libro *de Pontificum Gestis* insertus: deinde posterioribus curis cum Auctoris nomine, Pictavis 1616. editus.

Fr. M. Turrigius. *ria Turrigius*, Romanus, Canonicus S. Nicolai in Carcere Tulliano, *de eminentissimis S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus Scriptoribꝰ*, singularem librum evulgavit. (a)

§. II. Reliqvos Scriptores ita dispescemus, ut primum, qvi *de Cardinalium origine, dignitate, potestate, titulis, prærogativis, vestitu, aliisqve* talibus; deinde, *plerorumqve, vel plurium vitas*; demum, *qvi de uno aliqvo Cardinali* scripserint, recensuerimus.

§. III. Ad primam itaqve classem referendi sunt: M. Garatus. *Martinus Garatus*, Laudensis, ICtus, qvi an. CIϽCCCCXLIV. claruit: qviq; inter plures alios, librum *de Cardinalibus* conscripsit. (b) And. Barbatia. *Andreas Barbatia*, Messanensis, Siculus, ICtus, qvi eadem ætate floruit, ac *de Cardinalium præstantia*, cum additionibus *Ioh. de Gradibus*, commentatus est. (c) Idem etiam Barbatia scripsit *de Cardinali Legato a latere*. De eodem argumento habemus librum *Claudii Martini Bajardi*, V. I. D. Cl. M. Bajardus. qvi & aliud Opus *de Cardinalatus origine & officio*, in lucem dedit. Hier. Manfredus. *Hieronymus Manfredus*, Nobilis Ferrariensis, ICtus, cujus exstat *de Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus* Tractatus. (d) G. de Villadiego. *Gundisalvus de Villadiego*, Hispanus, S. Palatii Apostolici Causarum Auditor, qvi *de origine & potestate Rom. Eccl. Cardinalium*, librum emisit. (e) G. Ferdinandus. *Caspar Ferdinandus*, Toletanus Hispanus, Soc. I. Theologus, an. CIϽIϽLXXV. mortuus, *de statu & officio S. Rom. Eccl. Cardinalium libros. III.* compoſuit. (f) Hier. Platus. *Hieronymus Platus*, Mediolanensis, Soc. I. Sacerdos cujus exstat liber *de Cardinalis dignitate & officio*

(a) Romæ 1641. (b) In *Tract. Tractat.* Venet. ed 1584. (c In *Tr. Tr.* (d) Bonon. 1584. & in *Tr. Tract.* (e) In eod. *Tr. Tr.* (f) Vid. Alegambe *Bibl. Jes.*

officio, ad Flaminium Platum, Cardinalem fratrem.

Iohannes Hieronymus Albanus, Bergomas, Ictus, anno CIↃIↃIV. natus an. CIↃIↃXCI. demortuus, qvi de *Cardinalatus dignitate* tractatum confecit. (a) *Onuphrius Panvinius*, Veronensis, de *Episcopatibus titulis, & Diaconiis Cardinalium.* (b) De *titulo Cardinalium* etiam scripsit *Franciscus Panigarola*, Mediolanensis, Ordinis Minorum Episc. Astensis, *Antonius Scappus*, vulgavit *Responsa prudentum divini humaniqve juris de Birreto rubeo dando Cardinalibus, una cum ipsius Responso.* (c) Huc porro spectant, *Caroli Carthari* Vrbevetani, Decani Advocatorum sacrorum, & Archivi molis Hadriani Præfecti, *Notitia Cardinalatus, seu de origine ejus, dignitate, praeeminentia & privilegiis.* (d) Iacobi *Cochellii*, I.V. Lic. *Notitia Cardinalatus, sive de Cardinalium origine, dignitate, & Romanæ aulæ Officialibus.* (e) Iohannes *Freinshemius*, de *Imperii Rom. Electorum, & Ecclesiæ Rom. Cardinalium pracedentia, Diatribæ V.* in qvibus, rectiusne Cardinalibus Electores, an Cardinales Electoribus præferantur, ostensurus, originem, jura, dignitates utrorumq; commemorat. Vltima, qvæ Electoribus præcedentiam adjudicatura fuerant, non absolvit Auctor. (f) *Francisci* Cardinalis *Albitii* de jurisdictione, *qvam habent Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum Disceptatio.* (g) *Francisci Mariæ*, Episcopi Portuensis, Cardinalis *Brancatii*, de *optione sex Episcopatuum Rom. Eccl. Cardinalium Disceptatio.* (h) Iosephi *Mariæ Svaresii*, Episcopi Vasionen-

I. H. Albanus.
On. Panvinius.
Franc. Panigarola.
Ant. Scappus.
Car. Catharius.
Iac. Cochellius.
Ioh. Freinshemius.
Fr. Albitius.
Franc. Maria Brancatius.
Ios. Maria Svaresius.

(a) in Tr. Tr. (b) Paris 1609. (c) Romæ 1591. (d) Ibid. 1652. (e) Ibid. 1635. (f) Argent. 1663. (g) Romæ 1668. edit. 2. (h) Viterb. 1668.

§. VI. Ad alteram classem pertinent Balthasar Porrerus, *de Cardinalibus Hispaniæ*: Franciscus du Chesne, Henricus Albi, & Petrus Frizon, (a) *de Gallicanis*: Franciscus Godvvin, *de iis, qvi vel fuerunt Angli, vel fuisse ab Historicis perhibentur*. De Cardinalibus Germanis egit Bernhardus a Mallincrot, Decanus Monasteriensis, in *de Archicancellariis & Cancellariis Imperii.* *Bal. Porrerus.* *Fr. du Chesne.* *Henr. Albi.* *Petr. Frizon.* *Fr. Godvvin.* *B. a Malincrotus.*

§. VII. Ad tertiam referendus est *Ferdinandus Vghellus*, qvi scripsit *Cardinalium Elogia, qvi ex Ordine Cisterciensi floruerunt* (b) *Ferd. Vghello.*

§. VIII. In qvarta classe collocamus jamjam laudati *Ferdinandi Vghelli*, Columnensis, *Familiæ nobilissimæ R. Eccl. Cardinalium ad vivum expressas imagines, & summatim exornatas elogiis.* (c) *Idem.*

§. IX. In qvinta classe locum habent *Philippus Gallæus*, Harlemensis, qvi edidit *Elogia & Effigies XII. Cardinalium pietate, doctrina, rebusqve gestis maxime illustrium*: (d) & *Antonius Sanderus*, qvi scripsit *Elogia Cardinalium sanctitate, doctrina, armis illustrium.* (e) Cardinalium *exercitibus præfectorum defensionem* suscepit *Andreas Victorellus*: qvi & *Exemplorum Cardinalium virtutes exprimentium librum*; item, *Vitas* seu *Elogia nonnullorum Cardinalium R. Ecclesiæ* publicavit. *Phil. Gallæus.* *Ant. Sanderus.* *And. Victorellus.*

§. X. Denique de Cardinalibus Vaticanæ Bibliothecariis egit *Iohannes Ciampinus*, in *Examine libri Ponti-* *Ioh. Ciampinus.*

(a) In *Gallia Purpurata* Paris. 1638. edita. Vide supra p. 668. (b) Florent. 1624. (c) Romæ 1690. (d) An. 1598. (e) Lovan. 1626.

Pontificalis, seu Vitarum Romanorum Pontificum, qvæ sub nomine Anastasii Bibliothecarii circumferuntur. (a)

§. XI. Qvi de uno aliqvo Cardinalium scripsere, & ad meam venerunt cognitionem, hi sunt:

I. B. Agucchius. *Iob. Baptista Agucchius*, Patritius Bononiensis, ex Protonotario Apostolico Amasiæ Archiepiscopus, & Pontificis ad Venetos Legatus, qvi vitam composuit *Hieronymi* Cardinalis AGVCCHII. (b)

Nic. Fitzerbetus. *Nicolaus Fitzerbetus*, de ALANI Card. vita (c)

Fr. Poggius. *Franciscus Poggius*, Florentinus, qvi *Orationem funebrem* scripsit *de vita* Nicolai ALBERGATI, Bononiensis, Ord. Carthus. qvem anno CIↃCCCLXXV. natum, Martinus V. P. an. CIↃCCCCXXVI. Cardinalem creavit, an. CIↃCCCCXLIII. Senis demortuus. (d) De eodem ad Gabrielem Palœottum, Card. & Episcopum Bononiensem, scripsit *Carolus Sigonius*. (e) *Car. Sigonius.*

Nic. Oranus. *Nicolaus Oranus*, Leodius, Ord. Minor. de Observantia, Theol. Prof. & Ecclesiastes Conventuum Leodicensis, Namurcensis, atqve alibi Gvardianus, & per Provinciam Flandriæ secundo Definitor: (f) qvi *Orationem moralem & Historicam* de ALBERTO Card. Episcopo Leodiensi & Martyre composuit. (g)

P. Iovius. *Paulus Iovius*, in *Elogiis Virorum doctorum* etiam Hieronymum ALEANDRVM, Card. deprædicavit.

Io. Gen. Sepulveda. *Iob. Genesius Sepulveda*, Cordubensis Hispanus, qvi edi-

(a) Romæ 1688. Vide supra p. 653. f. (b) V. Vittius in *Diar. Biogr.* (c) Romæ 1608. (d) Prodiit in Poggii *Operibus* Argent. 1511. & 1513. & in *Scriptoribus de Vita Card. Albergati*, qvos *Georgius Garnefeltius* edidit Colon. 1618. (e) Habetur in Scriptoribus a *Garnefeltio* editis. (f) Val. Andreas in *Bibl. Belg.* p. 695. (g) Idem ibid.

edidit *res gestas* Ægidii ALBORNOTII, Hiſpani Cardinalis, qvi totam fere Italiam oppreſſam tyrannica ſervitute, in libertatem aſſeruit, Eccleſiæqve reſtituit, & Pontificem exulantem Romam deduxit. (a)

Camillus ASTALLIVS, Romanus, primum S. Conſiſtorii Advocatus, mox Cameræ Apoſtolicæ Clericus, demum Epiſcopus Catanenſis in Sicilia, R. Eccl. Cardinalis, & in Pamphiliam familiam cooptatus, Innocentii X. P. Nepos, dictusqve *Camillus Pamphilius*: qvod agnomen locumqve, irato poſt Pontifice, depoſuit, annoqve CIↃIↃCLXIII. vitam finivit. Scripſit hic *Narrationem vitæ ſuæ*. (b) *Cam. Aſtallius.*

Laudationem funebrem Iohannis Franciſci a BALNEO, Tit. Alexii, Cardinalis, Academiæ Lovanienſis Protectoris, publicavit *Libertus Fromondus*, Lovanienſis Philoſophus & Theologus. (c) *Lib. Fromondus.*

Pancrides Apes, in laudem *Franciſci* BARBERINI Cardinalis, emiſit *Iohannes Giattinus*, Italus, Soc. Ieſ. Rhet. in Collegio patrio, Græcæ L. in Romano; ſicut & Matheſ. Phil. & Theol Prof. qvi anno CIↃIↃCLXXII. XIX. Novembr. deceſſit. (d) *Io. Giattinus.*

Roberti BELLARMINI, Cardinalis, Vitam compoſuit Italice (e) *Iacobus Fuligatus*, Romanus, Soc. I. Concionator variis in urbibus, Præſes Congregationis B. Virginis Aſſumptæ, qvi vitæ huic ereptus XII. Nov. anno CIↃIↃCLIII. qvæ Latine reddita per *Sylveſtrum Petra-Sanctam*. (f) Eandem ſcripſit *Didacus Ramirez*, *Iac. Fuligatus.* *Did Ramirez*

(a) Bonon 1521. & Baſil. (b) V Vittius in *Diar. Biogr.* (c) Antverp. 1641. (d) V. Alegambe *Bibl. Ieſ.* (e) Romæ 1624. Leod. 1626. ed. (f) Antverp. 1633.

mirez, Toletanus, Soc. I. Humaniorum Lector, Collegiorum Almonozilensis & Oropesani Rector, anno CIↃIↃCXLVII. VIII. Aprilis demortuus. In funere hujus Cardinalis *Orationem* habuit *Tarqvinius Gallutius*, Sabinus, Soc. Ies. (a) De ejusdem morte scripsit *Eduardus Coffinus*, Exoniensis Anglus, Soc. Ies. qvi anno CIↃIↃCXXVI. XVII. Aprilis de vita abiit.

Tarq. Gallutius.

Ed. Coffinus.

Petri BEMBI Cardinalis Vitam habemus a *Iohanne Casa*, Episcopo Beneventano, scriptam.

Ioh. Casa.

De vita & rebus gestis Petri BERVLLI, Cardinalis, singulariter scripsit *Ludovicus Donius d'Atticby*, Nobilis Florentinus, ex Ord. Minimorum, Episcopus primum Regiensis, deinde Augustodunensis. Atqve idem ille etiam *Flores Historiæ Collegii Cardinalium* publicavit. (b)

L. Don. d'Atticby.

In funere Cardinalis BONCOMPAGNI, Orationem habuit *Bartholomæus Rogatus*, Stabiensis Italus, Soc. Ies. Collegii in patria Rector.

B. Rogatus.

Caroli BORROMÆI, Cardinalis, & Archiepiscopi Mediolanensis, anno CIↃIↃLXXXIV. demortui, ac anno CIↃIↃCX. in Sanctorum catalogum relati, *Vitam & miracula* plures scripsere; ac nominatim *Augustinus Valerius*, (c) *Iohannes Franciscus*, Nuncius Apostolicus, & Episcopus Vercellensis, (d) *Antonius Possevinus*, & *Franciscus Penia:* (e) qvi, una cum vita ejus ex diplomate Pontificio depromta, conjunctim prodierunt. (f)

Scriptores Vitæ CAR. BORROMÆI.

Lau-

(a) Romæ 1611. Colon. 1622. (b) Paris. 1660. (c) Veronæ 1604. (d) Colon. 1587. (e) Peniam ex Italico Latine vertit *Franciscus Cholinus Wirsbius*. Colon. 1611. (f) Antverp. 1623.

Laudantur etiam *Carolus a Basilica Petri*, & *Carolus Basgapus*, Mediolanensis, (a) Vitæ Borromæanæ Scriptores. Habemus insuper *Caroli Tornielli*, Orationem *in laudem Borromæi*, & *Andreæ Blanci*, Genuensis, Soc. Ies. Rhetor. & Philos. Prof. ac Concionatoris *Orationem de singulari Sapientia Caroli Borromæi.* Mortuum eleganti Oratione laudavit *Franciscus Panigarola*, Astensis Episcopus.

Narrationem de vita & morte Federici BORROMÆI, Archiepiscopi Mediolanensis, absqve suo nomine in lucem dedit *Octavius Lanzavecchia*, Italus, e Soc. Ies. (b) *Octav. Lanzavecchia.*

Antonium CARAFFAM an. CIƆIƆXCI. mortuum, certatim laudarunt *Thomas Bozius*, Eugubinus, & *Cæsar Baronius*: & luculenta Oratione *Franciscus Bencius*. *Th. Bozius. C. Baronius. Fr. Bencius.*

Iosephus Gratianus, Aveanensis, *de laudibus militaribus* Dominici Card. CAPRANICENSIS, Orationem habuit. (c) *Ios. Gratianus.*

In Exeqviis Cardinalis CLESELII, Episcopi Viennensis, *Orationes* habuere, *Laurentius Sengenschmidt*, Labaco-Carniolus, e Soc. Ies. Poes. Rhetor. Philos. & Theol. Prof. Viennæ & Græcii, an. CIƆIƆCXLVI. demortuus: & *Scipio Sgambatus*, Neapolitanus, Italus, Soc. Ies. Theol. Prof. & Concionator Viennæ, qvi anno CIƆIƆCLI. v. Febr. decessit. *Laur. Sengenschmidt. Scip. Sgambatus.*

In funere *Scipionis* COBELLVTII, Card. Tit. S. Susannæ, Orationem habuit (d) *Angelus Gallutius*, *Ang. Gallutius.*

Fffff 2 Mace-

(a) Chilinus in *Theatro Viror. Illustr.* (b) Mediol. 1632. (c) Anno 1630. (d) Romæ ed. 1626.

Maceratensis Italus, Soc. Ies. in Collegio Romano xxiv. annis Prof. qvi octogenario major vitæ huic valedixit xxviii. Febr. anno CIↃIↃCLXXIV.

Vitam *Pompeji* COLVMNÆ, Cardinalis, scripsit *Paulus Iovius.* *P. Iovius.*

De vita *Iohannis Francisci* COMMENDONI, librum vulgavit *Antonius Maria Gratianus*, ex Sepulcro-Burgensi, civitate dioeceseos Florentinæ oriundus, Episcopus Amerinus, Sixto V. ab Epistolis Latinis. (a) *Ant. M. Gratianus.*

Casparis CONTARENI Vitam descripsit *Ioh. Casa*; in qva, ut & Bembi Vita, *præter singularem lingvæ Latinæ nitorem, multa ad rem literariam & civilem pertinentia* haberi, in eruditissimo *Polyhistore* monuit *Daniel Georgius Morhofius.* (b) Videantur etiam P. Iovii *Elogia doctorum Virorum.* *Ioh. Casa.* *P. Iovius.*

Hieronymi Nigri Oratio, in funere *Francisci* CORNELII habita, exstat in *Orationibus clarorum hominum.* (c) *Hier. Niger.*

Alexandrum FARNESIVM Cardinalem, anno CIↃIↃLXXXIX. mortuum luculenta Oratione laudavit *Petrus Magnus.* Exstant & *Francisci Bencii*, & *Iulii Nigronii* Orationes de eo funebres. *P. Magnus.* *Fr. Bencius.* *I. Nigronius.*

Stanislai HOSII, Cardinalis, Vitam conscripsit *Stanislaus Rescius.* *Stanisl. Rescius.*

De Francisci IOYEVSII, Card. Vita, insigne volumen scripsit *Antonius Auberius.* (d) *Ant. Auberi.*

Panegyricum de laudibus *Ludovici*, Cardinalis LV-

(a) Paris. 669. (b) lib. I. c. 19. pag. 227. (c) Patav. ed. 1559. (d) Paris. 1654.

LVDOVISII, emisit *Henricus Chiffelius*, Antverpianus, Prof. Romanus. (a) *Henr. Chiffelius.*

In funere Cardinalis MILLINI, *Orationem* habuit, ediditqve *Antonius Marinarius*, Carmelita Gryptaliensis, Theol Lector. (b) *Ant. Marinarius.*

In *Alexandri Peretti* Cardinalis MONTALTI funere, *Orationes* habuere, *Placidus Philingerius*, Neapolitanus, Iunior, Clericus Regularis, & *Franciscus Briccius*, Soc. I. (c) Exstat item *Lælii Gvidiccionii* Funus *Cardinalis Montalti.* *Plac Philingerius.* *Fr. Briccius.* *Lal. Gvidiccionius.*

Theatrum temporaneum æternitati Cæsaris MONTII, Cardinalis & Archiepiscopi Mediolanensis, sacrum, erexit *Octavius Boldonius*, Mediolanensis. (d) *Oct. Boldonius.*

Marci MVSVRI, Cretensis. Elogium habetur in *Elogiis doctorum virorum* Pauli Jovii. *Paul. Iovius.*

Bernardinus Tomitanus, scripsit *Clonicum*, sive *de Reginaldi* POLI Cardinalis *laudibus.* (e) De eodem legendi Auctor *Heroologiæ Anglicanæ*, & Iohannes Imperialis, *Museo Historico.* *Bern. Tomitanus.* *I. Imperialis.*

De Vita & Gestis Cardinalis Gallicani, *Armandi* RICHELII, tres tomos congessit *Antonius Auberi* (f) Ejusdem Cardinalis Vitam nobis dedit *Remigius du Ferron.* (g) *Ant. Auberius.* *R. du Ferron.*

Vitam *Iacobi* SADOLETI, *Viri inter Cardinales ob eruditionem, moderationem, & pietatem laudatissimi*, (h) elucubravit *Antonius Florebellus.* (i) *Ant. Florebellus.*

(a) Romæ 1628. (b) Ibid. ed. (c) Ibid. 1623. (d) Mediol. 1636. (e) Venet. 1556. (f Paris. 1660. (g) Aurel. 1636. (h Qvod elogium ei tribuit Seckendorfius *Hist. Lutheranismi lib. 3. p. 224.* (i) Colon. 1590.

Bernardi VBERTI, Cardinalis, Vitam consignavit
Auctus Florentinus. *Auctus Florentinus*, Vallis Vmbrosæ monachus, qvi vixit sub Lothario II. Imp. anno CIↃCXLVII. (a)

Iacobi de VITRIACO, Episcopi Acconensis, posteaqve Ecclesiæ Rom. Cardinalis. & Episcopi Tusculani, ac Papæ in Imperio, Galliis & Terra S. Legati, seculo
And. Hojus. XII. florentis, Vitam composuit *Andreas Hoius*, Brugensis, Græcæ L. Eloq. ac Historiarum in Academia Duacena Professor. (b)

Thomæ VOLSÆI, Angli Vita, habetur in *Heroologia Anglicana.*

De Vita *Francisci* ZABARELLÆ, Patavini, Episcopi Florentini, qvem Iohannes XXIII. Papa anno CIↃCCCCXI. Cardinalem Tit. SS. Cosmæ & Damiani creavit; mors tempore schismatis sub Martino V.P. in Constantiensi Concilio anno CIↃCCCCXVII. XXVI. Octobris exstinxit, Orationem funebrem scripsit *Io-*
I. Fr. Poggius. *hannes Franciscus Poggius*, Florentinus. (c)

(a) Vid. Vossius de *Hist. Lat. l. 2. c. 49. p. 497.* (b) *Historiæ Orientali* Iac. de Vitriaco Duaci 1597. ed præfixa. (c) Habetur in Operibus Poggii.

CAPVT XXXII.

DE SCRIPTORIBVS HÆRESIOLOGIÆ VNIVERSALIS.

§. I.

DIu in Historia Pontificia ac Cardinalitia fuimus occupati: verum nunc ad novum nos accingimus

mus laborem, nempe enarrationem scriptorum illorum, qvi de Hæresibus & Hæreticis in universum literarum monumentis qvædam consignarunt: qvos mox excipient illi, qvi in singulari Hæresium historia elaborarunt.

§. II. In illis igitur primo nobis occurrit IRENÆVS, gente Asianus, Smyrna, ut videtur, oriundus, Polycarpi, Smyrnensium Episcopi, discipulus: (a) cum qvo sub Aniceto Episcopo Romam venisse, indeqve in Gallias profectum, Lugduni domicilium fixisse, ejusqve Ecclesiæ Presbyterum egisse, probabile est. Circa an. CLXVII. incalescente in Gallia persecutione, Pothino Lugdunensium Antistiti martyrium passo successit, πρεσβύτερος ætate pariter ac officio, annumqve (b) agens septuagesimum: qvippe qvi Nerva imperante anno CHRISTI XCVII. natus fuisset. In unione Ecclesiarum resarcienda strenue elaboravit, præsertim in componenda de tempore celebrandi Paschatis controversia: eoqve nomine Victorem Episcopum Romanum, Ecclesiis Asiaticis anathema parantem, coacta Episcoporum Gallicanorum Synodo, per literas humaniter admonuit, renitentem acrius objurgavit. Anno CHRISTI (ut Dodvvellus putat) CLXXIX. ætatis Irenæi XCII. Commodi Imp. X. sub Victore habita est *Disputatio de Paschate*, cui ipse superstes fuit, vita paulo post defunctus. Qvod vero Irenæus pro Martyre habeatur, utpote qvi

IRENÆVS.

(a) Hieron. *in Ezech. l. 2. c. 3.* Theodoret. *Dial. 1. c. 17.* (b) Henr. Dodvvellus in *Dissertat. ad Irenæum.*

qvi capite truncato sub Severo Imp. obierit, id seqviorum potius seculorum commentum censendum erit: cum antiqviores id taceant, ac non nisi Hieronymus eum *Martyrem* vocet: in cujus tamen *Commentaria in Esaiam cap.* LXIV. forte vox *Martyris* in textum irrepsit. (a) Si Theophilo Raynaudo in *Indiculo Sanctorum Lugdunensium* (b) habenda fides, caput Irenæi anno CIↃIↃLXII. ab Hugonottis pilæ in modum per vicos & plateas protrusum, & ceteræ reliqviæ pessime tractatæ sunt. Scripsit Irenæus *adversus Hæreses*, sive, ut apud Eusebium & Photium Græca inscriptio habet, ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως (*Refutationis & Eversionis falsæ scientiæ*) *libros V.* in qvibus de omnibus ad sua usqve tempora Hæresiarchis, deqve execrandis eorum dogmatibus, & actis agit; impias eorum objectiones refellit; qvæstiones motas solvit; veritatemq; adversus omnia ipsorum tela animose propugnat. Præcipue huc spectat liber I. in qvo Valentini & Valentinianorum deliriis recensitis, postea altius exorsus, Hæreticorum historiam a Simone inde Mago ad sua usqve tempora perducit. Græce hi libri sunt conscripti: id qvod fragmenta apud Eusebium, Epiphanium, Damascenum, Oecumenium, aliosqve ostendunt: ut mirum sit, Erasmum primum in alia omnia abiisse. Nunc tamen nonnisi Latina superat versio. Etsi enim Græcum exemplar aliqvi in Bibliotheca Veneta sese vidisse testati sunt, post factam tamen inqvisitionem

De libro Irenæi contra Hæreses.

(a) VVilh. Cave in *Hist. Liter. Script. Eccl. pag.* 30. *b.* (b) p. 305. *f.*

nem locus vacuus repertus est. Et si in Vaticana Græcus fuisset codex (qvod teste Gallasio qvidam affirmarunt) pridem vel Holstenius, vel Allatius, Græcæ literaturæ impense dediti, id indicassent. Sed & spes, ab Demetrio Archipresbytero, Matth. Dressero, de exemplo Græco facta, decollavit. (a) Sæpius editus est Irenæus: (b) & primo qvidem, cura *Erasmi Roterodami*, post & *Ioh. Iacobi Grynæi:* item *Nicolai Gallasii*, S. Theol. Prof. & *Iohannis Fevardentii:* qvi & Irenæum annotationibus suis illustrarunt. Priora libri I. capita *Iacobus Billius*, & *Fronto Ducæus* scholiis suis explicuerunt. Sed & *Henricus Dodwellus*, in Oxoniensi Academia Historiarum Prælector Cambdenianus, elegantes & eruditas ad Irenæum scripsit *Dissertationes*. Qvæ Matthias Lannojus, Senator Antverpiensis, in Irenæum molitus, nondum prodisse credo. (c) Ceterum Fevardentium in Com- *De Edit. Irenæi.*

 men-

(a) Dresserus *in Epist. ad Mart. Crusium* scripta an. 1590. qvæ habetur in illius *Gymnasmatibus Græcæ L. lib. 3. an. 1592.* excusis pag. 277. *Promisit mihi nuper Demetrius qvidam Archipresbyter, qvem & tu vidisti, se exemplum Irenæi Græcum intra menses sex esse missurum. Ego vicissim duplum ei pretium pollicitus sum, si promissum faciat.* (b) Per *Erasmum* Basileæ 1526. 1528. 1534. 1545. 1548. 1554. 1560. ibidem cura *Grynæi*, una cum variis lectionibus 1571. Parisiis 1528. 1545. 1563. 1567. Genevæ 1570. cum annot. Gallasii per Fevardentium Paris. 1575. 1577. Colon. Agr. 1595. Paris. 1630. & deniqve 1639. cum Notis Frontonis Ducæi, & Comment. Fevardentii. Qvædam Irenæi ex lib. 3. cap. 11 hactenus non nisi Latine visa e cod. qvodam ms. Bibl. Mediceæ, repræsentat Alex. Morus *Notis ad N. T.* sub initium ad vocem Εὐαγγέλιον. (c) Drusius *Miscell. in Sacrar. lect. cent. 1. cap. 44.* *Matthias Lannojus Senator & Patritius Antverpiensis in manibus habet B. Irenæum, qvem, ut spero, emendatiorem ipsius opera redditum aliqvando (utinam brevi) habebimus.*

mentariis *ad causam Pontificiam stabiliendam omnia obtorto collo trahere solere*, Wilhelmus Cave monuit. (a) Paulo acerbius Rivetus *in Critico Sacro lib. II. cap. VI.* Iuniores, *qvi in opera Irenai incident, monitos volo, ut caveant ab illis editionibus, qvas impudentissimus ille monachus Fevardentius, homo projectæ audaciæ, & nullius fidei, fœde in multis corrupit, & annotationibus impiis & mendacibus conspurcavit.*

TERTVLLIANVS.

§. III. Exeunte secundo, ac ineunte tertio seculo, floruit Q. SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIANVS, Carthagine, patre Centurione Proconsulari natus, literis humanioribus, ac inprimis Iuris Romani scientia, præclare imbutus, moribus tamen, ut ipse fatetur (b) perditissimis, donec circa annum CLXXXVI. religionem Christianam amplecteretur. Presbyter Ecclesiæ Carthaginensis factus, anno circiter CXCII. fidem Christianam, ac disciplinam Ecclesiasticam ingenti zelo tutatus est. Vixit in conjugio, atqve uxorem serio hortatus est, ut qvanta posset continentia post illius excessum renuntiaret nuptiis. (c) Circa mediam (Christianismi) ætatem (d) ad Montani dogma prolabitur, invidia & contumeliis Clericorum Romanæ Ecclesiæ provocatus. Qvo de digna lectu est Wilhelmi Cave conjectura, ex ipsius *Vitis Patrum* (e) *in Historia Literaria* (f) repetita. Obiit decrepita jam ætate, & , ut conjiciunt aliqvi,

(a) In *Hist. Lit.* (b) *De Spectaculis c. 19. De Resurrect. c. 59. de Pœnit. c. 4. 12.* (c) *lib. 1. ad Vxorem.* (d) Hieron. *de Script. Eccl. c. 53.* (e) Tomo 1 in Tertulliano n. 9. (f) pag. 41. Confer Eliæ Du Pin *Bibl. Eccles. Auctor. Tom. 1. p. 137.*

qvi, circa annum CCXX. Is autem hoc loco nobis memoratur ob librum *de Præscriptionibus Hæreticorum:* quamvis postrema hujus libri capita, qvibus XXV. Hæreses enumerantur, alium habere videntur auctorem. Licet enim Dodvvellus Differt. singulari *de Successione pontificum*, probare contendat, catalogum illum Hæreticorum, vel ipsi Tertulliano, vel coævo saltim auctori, tribuendum esse; validis tamen aliqvot rationibus Vir Clarissimus, *Thomas Ittigius*, contrarium evicit. (a) Qvamobrem etiam *Christianus Lupus*, Iprensis, Ord. Eremit. Theolog. in Lovan. Acad. D. & Prof. cum an. CIↃIↃCLXXV. Tertulliani librum *De Præscriptionibus*, scholiis ac Notis suis illustratum Bruxellis ederet, postrema illa capita omisit: qvorum auctorem nec ipsum Tertullianum esse, nec scriptorem ei coævum, prolixe probavit scriptor anonymus Dissertationis *de Vita & scriptis Tertulliani*, qvem Petrum Allixium esse, Wilhel. Cave asseruit. (b) *De Præscript. Hæreticorum.*

§. IV. Seculo IV. claruit *PHILASTRIUS*, vel potius *PHILASTER*, qvi Presbyter factus, teste (modo genuinus sit) Gaudentio, (c) Pauli Apostoli sedulus imitator, totum fere orbis Romani ambitum circumiit, ut Gentiles & Hæreticos erroribus liberatos ad veram CHRISTI notitiam perduceret: id qvod etiam in ipsa Roma cum fructu fecisse dicitur. Dein Brixiensis Episcopus electus, Auxentio Mediolanensium Duci in Catholicos grassanti fortiter restitit, *PHILASTRIUS.*

Ggggg 2 invi-

(a) In præf. ad Lector. Differt. *de Hæresiarchis I. & II. sec* 6, 2. pag. 3.
(b) In *Hist. Liter.* p. 42. a. (c) In *Encomio Philastrii* apud Surium 18. Iulii,

invictus fidei Nicænæ defensor. Ambrosio ad sedem Mediolanensem evecto perqvam familiaris fuit: apud qvem Mediolani eum se vidisse, testatur Augustinus. (a) Sunt qvi anno CCCLXXXVII. decessisse volunt. Qvi ejus ætatem ad annum CCCCXXX. referunt, decepti sunt mendoso codice Philastrii *cap. CX.* ubi numerum CCCLXXX. reponendum, jam pridem docti viri observarunt. (b) Liber ejus *de Hæresibus,* qvo XXII. recenset ante natum CHRISTVM, & CXX. post ejus nativitatem, singulari qvidem cum diligentia, ac Catholicæ veritatis fervore, scriptus est; nec tamen semper cum judicio recto, dum Hæresibus sæpe accenset ea dogmata, qvæ id neqvaqvam meruere. Vnde Bellarminus de *Scriptoribus Ecclesiasticis:* Illud *est observandum, multa a Philastrio inter hæreses numerari, qvæ vere hæreses non sunt: proinde cum prudentia legendus est.* Et Iohannes Dallæus, *de Vsu Patrum lib. II. cap. I.* Philastrius *Brixiensis Episcopus, qvæ ipse non probat, ea in hæreseon censum, veluti a publica Christianorum omnium fide aliena retulit, adeo fallaci & futili interdum judicio, ut qvæ ille jugulat, Ecclesiam qvoqve damnasse, ab omni veri specie abhorreat.* Ac Fridericus Vlricus Calixtus, in *Dissertatione de nova Origenis editione: Vsqve adeo liberaliter & abundanter admetitus ille est Hæreses, ut plures eum fecisse, qvam in Ecclesia invenisse, haut injuria de eo dixeris.* Et post pauca: *Ecce, qvam non recens, sed inveteratum sit vitium, hæreseos crimen immerentibus impingere.* Item

Iudicia de Philastrio.

(a) Sub initium *lib. de Hæres.* (b) Qvos adducit Ittigius *d. l. p. 4.*

Item Elias du Pin, *in Bibliotheca Ecclesiasticorum Auctorum:* (a) Philastrius *comminiscitur multas Hæreses, qvæ nusqvam exstiterunt, & aliqvando Hæresium Catalogo adscribit sententias, qvæ veritati congruæ, vel saltem problematicæ sunt. Non ergo mirum est, si Hæresium Catalogum adeo numerosum compangat: eas insuper multiplicavit, eandem hæresin sæpius memorando.* Philastrii libellus tum separatim, tum cum aliis ejusmodi scriptis conjunctim aliqvoties excusus est. (b)

§. V. Eodem seculo IV. in Ecclesia Græca docuit EPIPHANIVS, apud Bezanducam vicum prope urbem Eleutheropolin in Palæstina natus, parentibus, ut videtur, Iudæis. Iuvenis adhuc in Ægyptum profectus, in Gnosticorum insidias, præsertim mulierocularum qvarundam consortium incidit, a qvibus arcana execrandæ illius sectæ percepit. (c) Verum Dei misericordia, earum illecebras salvus evasit, cumqve Ascetarum Ægyptiorum mores & instituta diligenter fuisset rimatus, anno ætatis XX. in patriam rediit, & sub Hilarionis, Monachorum Palæstinorum patris, disciplina aliqvamdiu vixit. Postea monasterium *Vetus, Ad* dictum, prope vicum natalem condidit, cui ipse præfuit. Circa annum CCCLXVIII Salaminæ Cypri metropoleos, postea *Constantia* dictæ, electus Episcopus, magnam pietatis, probitatis, & doctrinæ famam consecutus est. Anno CCCLXXXII. Romam, *EPIPHANIVS. Summa vitæ ejus.*

(a) Tomo II. p. 429. (b) Basileæ 1528 cum Idacio Claro: ac ibid. 1539. nec & Helmstadii, cura *Ioh. a Fuchte* 1611. cui etiam Supplementum incerti Auctoris accessit: ac iterum ibidem 1621. præterea cum libro Aug. *de Hæresibus*, variis in locis, & in *Biblioth. Patrum.* (c) Ipse Epiphanius Hær. 26.

ad causam Paulini de sede Antiochena dijudicandam imperialibus literis evocatur, ubi Paula, religiosa Toxotii vidua, illum hospitio benigne excepit. Sub extremam vitam cum implicaretur dissidio, qvod Hieronymo & Theophilo Alexandrino, cum Origenistis intercessit, variis laboribus, curis, persecutionibus admodum fuit exercitus; atqve exulceratus Iohannis Episcopi Hierosolymitani, qvem Epiphanius Origenis errores fovere accusaverat, animus, nullis remediis leniri potuit: donec tandem cognita plenius post plures annos causa, & per Hieronymi ad Pammachium literas publice exposita, ipse pudor Iohannem compescuit (a) Sed nondum Epiphanio contentionum finis. Theophilus enim Episcopus Alexandrinus, primum Iohanni Hierosolymitano in causa Origeniana favens, post Origenis adversarium professus, ejus libros damnavit, in Synodo an. CCCXCIX. habita, ac Monachos qvosdam Nitrienses Origeni addictos Ægypto expulit, qvi Constantinopolin fugientes, Iohannis Chrysostomi hospitio & favore utebantur. Id vero exacerbavit Theophilum, ut exinde internecino odio Chrysostomum perseqveretur. Epiphanius interim Origenis osor, ac ob id Theophilo addictus, ejusqve exemplum secutus, coacto an. CCCCI. Episcoporum Cypriorum Concilio, Origenem ejusqve libros damnavit, & Chrysostomum, ut idem faceret, literis monuit. Verum cum Chrysostomus id facere detrectaret, Epipha-

(a) Ex recentioribus legendi Cave in *Hist. Lit. p. 130.* & Du Pin in *Biblioth. Tomo 3. p. 515.*

piphanius, instinctu Theophili Constantinopolin proficiscitur, sed nec cum Chrysostomo congredi, nec ullum cum eo commercium habere voluit, nisi prius Origene damnato, & ejectis Monachis Nitriensibus. Sed cum paucos inveniret in damnando Origene, qvi in communione Ecclesiæ mortuus erat, sibi consentientes, in Ecclesia Apostolorum coram toto populo Origenis libros, omnesqve ejus fautores damnare instituit. Ac perfecisset destinata, nisi seditionis a plebe excitandæ metus, per Chrysostomum, misso ad eum Serapione Diacono, ipsi injectus a proposito revocasset. Sic itaqve a spe sua dejectus, & ab Eudoxia Augusta minus benigne habitus, Constantinopoli discessit, ac Episcopis, qvi ipsum usqve ad littus comitati erant, dixisse fertur: *Relinqvo vobis Urbem, Palatium & Theatra.* Etiam hac formula Chrysostomo valedixisse ajunt: *Spero te non moriturum esse Episcopum*: hunc autem sic illi respondisse: *Spero te non perventurum esse in patriam.* Annuit utriusqve votis iratum Numen. Nam Chrysostomus brevi post sede depositus, in exilio mortuus est. Epiphanius vero in medio cursu navigationis diem supremum obiit, an. CCCCII. vel III. extrema qvidem senectute, ut pote anno ætatis prope centesimo. Qvin si Polybio discipulo, ac comiti itineris credendum, ipse Epiphanius Constantinopolin relinqvens Arcadio Imp. dixit, se annos CXV. menses tres natum esse. Scripsit Epiphanius magnum Opus *de Hæresibus*, cui nomen dedit πανάριον vel κιβώ- *De Epiphanii Panario*

πιον, hoc eſt, *arcam*, ſeu *capſulam medicam:* cum in eo non ſolum hæreticorum ſententias exponat, verum etiam contra venenatos hæreticorum morſus ſaluberrima remedia ſuppeditet. (a) Dividitur in tres partes: qvarum *prima* continet Hæreſes ante CHRISTVM exortas, qvas ad XLVI. numerat: *ſecunda* complectitur Hæreſes XXIII. & *tertia*, XI. ut in ſumma octoginta contineat. Inchoavit illud anno CCCLXXIV. rogatu *Acacii* & *Pauli*, Archimandritarum, qvorum Epiſtola ea de re ad Epiphanium miſſa, cum hujus *Reſponſione*, Panario præfixa eſt. *Opus*, inqvit Photius (b) *omnibus ante eum ſcriptis adverſus Hæreſes lucubrationibus uberius atqve utilius: qvippe cui ex Iuſtini Martyris, Irenæi, Hippolyti, aliorumqve veterum ſcriptis haud parum incrementi acceſſit: nil enim ab eis excogitatum intactum reliqvit Epiphanius, qvæqve ipſe proprio Marte elaborarat, addidit.* Interim idem Photius agnoſcit, *in his concertationibus adverſus Hæreſes ſuſceptis utplurimum infirmum eſſe:* id qvod ex junioribus Martinus Chemnicius, (c) Wilhelmus Cave, (d) Elias du Pin (e) confirmant. Et hujus qvidem verba ita habent: *Epiphanius lectione & eruditione multa inſtructus erat, ſed acri & accurato judicio prorſus carebat. Sæpe falſa adhibet ratiocinia ad Hæreticos confutandos. Maxime credulus eſt, & parum accuratus. Fallitur multis in locis circa facta Hiſtorica momentoſiſſima, & temere*

nimis

(a) Vide ipſum in *Anacephalæoſi.* (b) Biblioth Cod. 122. (c) Orat. *de lectione Patrum*, præmiſſa Explicationi *Locorum Communium.* (d) in *Hiſt. Liter.* p. 131. a. (e) *in Biblioth. Eccleſ. Auctor.* T. 3. p. 526.

nimis falsis Commentariis, vel incertis rumoribus fidem adhibet. Multo zelo flagrabat, & magna in factis ejus pietas elucebat, sed prudentiæ & rerum humanarum usus parum. Credulitatem viri etiam notavit Casaubonus *ad Baronium:* (a) Vir *maximus,* inqvit, *Epiphanius, sed qvem res arguit ipsa, levibus auditiunculis nescio unde acceptis facile nimis aliqvando fidem habuisse.* Scripsit porro Epiphanius *Anacephalæosin,* seu *Panarii Epitomen.* Et hanc qvidem, non ipsum *Panarium* (qvod tum nondum vidit (b)) intellexisse videtur Augustinus, *in præfatione libri de Hæresibus* ad Qvodvultdeum scribens: *Noster Epiphanius Cyprius Episcopus abhinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta hæresibus loqvens, sex libros etiam conscripsit, historica narratione commemorans omnia, nulla disputatione adversus falsitatem pro veritate decertans. Breves sane sunt libelli, & si in unum libellum redigantur, nec ipse erit nostris, vel aliorum qvibusdam libris longitudine comparandus.* Qvod ad editiones attinet Epiphanii, non est indignum observatu, *Philippum Melanchthonem* Epiphanii *Panarium* a *Iohanne Langio* Erfurtensi impetrasse, deinde ad *Iohan-* *De Edition. Epiphanii.*

(a) Exerc. XV. an. 33. num. 13. (b) Ianus Cornarius in Epist. Dedic. versionis Epiphanii ad Iohannem Fridericum Saxoniæ Electorem: *Revera videtur ipse Augustinus hoc opus Panarium inscriptum non habuisse, neqve vidisse.* Et paulo post: *His verbis indicat sane Augustinus, se hoc magnum & bene longum Epiphanii opus non habuisse: sed, aut singulis libris, aut librorum tomis præmissa argumenta vidisse, & ipsa videlicet breves libellos appellasse: aut Anacephalæosin ejusdem Epiphanii saltem habuisse, qvæ etiam ad finem huic operi est adjecta. Hoc enim opus nulla parte ab Augustino exaqvatur, tantum abest, ut id superarit.*

Iohannem Oporinum, utriusqve Lingvæ Professorem Basileam misisse, qvo illius, & *Roberti Chimerini* opera Græce ederetur. Et hi qvidem ut de Studiosis Græca non asseqventibus mererentur, persvaserunt *Cornario*, ut post Basilii conversionem a se factam, hoc Epiphanii opus aggrederetur: id qvod hic lubens fecit, & intra nonum mensem in Latinam lingvam transtulit, Philippo, ac aliis doctis viris hanc operam collaudantibus. Sic igitur anno CIↃIↃCXLIII. (non XXXIII. ut est apud Gesnerum, Cave, Dupin: neqve XLV. ut habet Rivetus (a)) Latine prodiit Epiphanius Basileæ, per Robertum Winterum excusus: at anno seqventi etiam Græce, sumptibus Iohannis Hervagii, industria autem *Iohannis Oporini*: cujus diligentiæ doctrinæqve Studiosi debent, qvod Opus illud nitidum, emendatum, ac bona fide, secundum archetypum in lucem venerit: ut ipse testatur in præfatione ad *D. Erasmum*, Episcopum Argentoratensem. Secutæ postea sunt editiones Basileenses aliæ (b) & Parisiensis anno CIↃIↃCXII. cum observationibus qvibusdam Billii, & Coloniensis anno CIↃIↃCXVII Deniqve novam Epiphanii editionem procuravit *Dionysius Petavius*, Soc. Ies. Theologus, cumqve multa in Cornarii interpretatione vitia deprehendisset, novam ipse versionem confecit, Parisiis excusam an. CIↃIↃCXXII. cum Græco textu recognito, & e duobus mss. emendato. Duobus constat voluminibus: qvorum prius com-

De Editione Petavii.

(a) *Critici S. lib 3. cap. 28.* (b) Anno 1560. & 1578. Nam qvam memorant Cave, & Du Pin anno 1540. nunqvam prodiisse puto.

complectitur *librum contra Hæreses*; posterius *Ancoratum*, *Anacephalæosin*, & *librum de Mensuris*, & *Ponderibus*, Petavio interprete, *Physiologum*, libellum *de XII. Gemmis*, & *Homilias*, *cum vetustis Epiphanii Operum versionibus*, *Epistolam ad Iohannem Hierosolymitanum*, Vitam *Epiphanii a Metaphraste* conscriptam, & *Animadversiones Petavii*: qvibus integræ *Dissertationes Criticæ & Chronologicæ* insertæ sunt ac additæ. Qvæ editio Petaviana, Coloniæ (ut habet frontispicium: qvamvis ea de re dubitem) cum appendice Petaviana recusa est. Hanc editionem merito laudat Fridericus Vlricus Calixtus:(a) sed duriter nimis de Petaviano labore censuit Claudius Salmasius, *libro de Transsubstantiatione*, qvem sub ficto *Simplicii Verini* nomine emisit: *Vox*, inqvit (ὄρμενος) *non intellecta, maximo illi asino, & nebuloni Lojolitæ, qvi Epiphanium Notis suis & versione conspurcatum dedit.* Petrum *Lansselium* qvoqve, Gravelinganum, e Soc. Iesu, novam Epiphanii editionem cum Commentariis fuisse molitum, ex præfatione *Dispunctionum Notarum Casauboni in Iustinum Martyrem* patet. *Habeo pransos*, ait, *paratos in Epiphanium commentarios, qvi justum volumen, si simul juncti fuissent, efficere debuerunt.* Ac iterum: *Ita Epiphanius: cujus novam editionem propediem curaturus sum.*

§ VI. Etiam B. HIERONYMVM, natione Dalmatam, patria Stridoniensem, anno CCCLXXVIII. presbyterii gradu ornatum, qvi demum Bethlehemi in *HIERONYMVS.*

(a) In Differt. *de nova Origenis editione.*

in Palæstina consenuit, ac anno CCCCXX. ibidem obdormivit, de Hæreticis qvædam scripsisse, seqventia Augustini in calce libelli *de Hæresibus* arguunt: *Audivi scripsisse de Hæresibus S. Hieronymum, sed ipsum ejus opusculum nec in nostra bibliotheca invenire potuimus, nec unde possit accipi, scimus. Qvod si tu scieris, perveniat illud; & forsitan habebis aliqvod melius qvam hoc nostrum: qvamvis nec ipsum licet hominem doctissimum omnes hæreses arbitrer indagare potuisse.* Iam *Claudius Menardus*, Iuliomagi Andium Proprætor, anno CIƆIƆCXVII. Parisiis emisit *Indiculum de Hæresibus*, qvem in cariosis & putridis membranis post aliqvot Isidori capita repertum, parum abfuit, qvin pro genuino fœtu agnosceret. Verum postea ex præfatiuncula, in qva ipse Hieronymus cum *sanctissimi Viri* elogio allegatur, rectiora edoctus, Hieronymianum nomen mentiri censuit: id qvod pluribus argumentis comprobavit Vir impense doctus, *Thomas Ittigius*, jam aliqvoties nobis laudatus, ac laudandus inposterum sæpius, in eleganti illa *de Hæresiarchis I. & II. seculorum Dissertatione.* (a)

An de Hæresibus scripserit.

Dolendum autem, scriptores aliqvot Hæresiologicos ab Hieronymo *de illustribus Ecclesiæ Doctoribus*, laudatos, periisse. Nam cap. XXXIII. *de Bardesane* monet, qvod *infinita adversum omnes pœne hæreticos scripserit, qvi ætate ejus pullulaverant.* Et cap. LXI. qvod *Hippolytus*, cujusdam Ecclesiæ Episcopus, *adversum omnes hæreses scripserit.* (b) Item, cap LXXIV. qvod id fecerit *Victorinus*, Pictaviensis Episcopus.

Hæresiol Scriptores deperditis.

§. VII.

(a) In præfat. ad lect. p. 5. (b) Confer Photii *Biblioth. cod.* 121.

§. VII. Succedat nunc ipſe AVGVSTINVS, qvi rogatu *Qvodvultdei*, Diaconi Carthaginenſis, non diu ante exceſſum (obiit Auguſtinus an. CCCCXXX.) ſingularem libellum *de Hæreſibus* confecit, qvi in omnibus editionibus Auguſtini comparet, (a) prolixis alias Commentariis, a *LambertoDanæo* explicatus. (b) Addidit hic de ſuo Hæreſes ab orbe condito, usqve ad conſtitutum Papiſmum & Muhammedaniſmum, attextis etiam illis, qvæ ab Auguſtino prætermiſſæ. Hæreſes, qvas Auguſtinus recenſet, ſunt in univerſum LXXXVIII. qvarum prima *Simonianorum*, ultima, *Pelagianorum*. Auguſtino Appendicis loco junguntur *Gennadii Maſſilienſis*, ſeculi V. ſcriptoris, qvatuor hæreſes, *Prædeſtinatiana*, *Neſtoriana*, *Eutychiana*, & *Timotheana*. Nam *libri octo* hujus Gennadii *adverſus omnes hæreſes* perierunt. (c) Qvamqvam Sirmondus nihil amplius Gennadium ſcripſiſſe exiſtimat. (d) Legitur hoc Gennadii *Supplementum* etiam in Pſeudo-Hieronymi *Indiculo*, qvem Menardus edidit. *AVGVSTINVS.* *Appendix Gennadii Maſſil.*

§. VIII Eundem ferme ordinem, qvem Auguſtinus in recenſendis hæreſibus, tenuit antiqvus, ſed incertus auctor, qvem primus ex Hincmari Remenſis codice, ſub PRÆDESTINATI nomine, *Iacobus Sirmondus*, (e) poſt cum Cenſura ſua publicavit *Iohannes Auvraeus*. (f) Sub qvo nomine qvidam *Antonium Arnaldum*, *Auctor PRÆDESTINATI.*

Hbbbb 3

(a) Tomo 6. in nova edit. Pariſ. Tomo 8. (b) Genevæ ed 1578. & cura *Gebh. Theodori Meieri*, Helmſt. recuſus. 1673. (c) Vid. Labbeus *in Bellarmin. Tom. I.* p 344. (d) In *Hiſtor. Prædeſtinat. cap. 6.* (e) Pariſ. 1643. (f) Gallice primum edita, poſt mox in Hollandia Latine verſa.

dum, alii *Davidem Blondellum*, latere censuerunt. (a) Deinde cum anno CIↃIↃCLXXVII Lugdunensis *Patrum Bibliotheca* prodiret, Auctor ille, qvamvis Semipelagianus *Tomo XXVII.* locum in ea accepit. Novissime *Seraphinus Piccinardus*, ex Ord. Prædicatorum in Acad. Patavina Theologus, Prædestinatum illum prolixis *prolegomenis* & *appendicibus* locupletatum edidit Patavii an. CIↃIↃCLXXXVI. Totum Opus libris tribus constat, qvorum *primus* XC. Hæreses complectitur: *secundo*, exhibet librum sub Augustini nomine confictum; *tertio*, hunc ipsum refutat. De Auctore & ætate hujus Operis pluribus disqvirunt Wilhelmus Cave (b) & Noster Ittigus: (c) cujus extrema verba placet repetere: *Multa in hoc Autore de priscis hæreticis leguntur, qvæ Irenæo, Philastrio, Epiphanio, Augustino, aliisqve primitivæ ecclesiæ Scriptoribus incognita fuerunt: sive ea ex Hygino, Polycrate, Africano & Hesiodo hauserit, ut videri vult, sive ipse ad captandam novitatis gratiam ejusmodi gesta finxerit, qva de re liberum cuilibet judicium permitto. Interim suspectæ istæ narrationes Reformatis, & inter Pontificios Iansenianis, qvibus hoc Opus ob Prædestinatorum Hæresin invisum est, haud incommodam occasionem præbuerunt, ut cum personato Avreo, & Maugvino (in Vindiciis Prædestinat. & Gratiæ diss. II.) scriptum hoc omni fide & luce publica indignum censuerint. Contra Iesuitis & Remonstrantibus gratissimum*

(a) Vid. Grotius part. 1. Epist. 699. (b) in Hist. Lit. in *Primasio*, p. 291. (c) (b) in præfat. de Hæresiarchis §. 7. p. 10.

ſimum hunc libellum fuiſſe, Sirmondi (Hiſtoria Prædeſtinati cap. IV.) Grotii (Epiſt. part. 2. Epiſt. 673.) aliorumqve judicia teſtantur.

§. IX. Aliqvem etiam hic locum obtineat ſeculi V. Scriptor VINCENTIVS, Gallus, qvi Tulli Leucorum natus, patre Epirochio, fratrem habuit *Lupum*, Epiſcopum Trecaſſinum. Primis juventæ annis militiam ſecutus, poſt ad Lerinum ſe conferens, vitam egit monaſticam, ad Presbyterii dignitatem mox evectus, ac a monaſterio ſuo LERINENSIS poſtea dictus. Deceſſit ante annum CCCCL. Theodoſio adhuc & Valentiniano regnantibus. Scripſit is anno CCCCXXXIV. triennio poſt Synodum Epheſinam, ſuppreſſo tamen ſuo, aſſumtoqve *Peregrini* nomine, *Commonitorium adverſus Hæreticos* duplex: & qvoniam poſterius furto ſibi ablatum perdidit, *Recapitulationem* qvandam, qvæ iſtius vices suppleret, priori ſubnexuit. Sic enim nos docuit Gennadius Maſſilienſis *de Scriptoribus cap. LXIV.* Georgio tamen Calixto (a) ſuſpecta eſt narratio Gennadii. Etſi enim pleraqve poſterioris *Commonitorii*, qvod multa habuit ad hiſtoriam Concilii Epheſini facientia, perierint, tria tamen qvæ ſuperſunt capita, ſummam & primi & ſecundi Commentarii complexa, non poſt factam demum jacturam adjecta, ſed reliqvis interlapſis ſola remanſiſſe monet. Prodiit Vincentii Opuſculum ſæpius, (b) atqve etiam cum Commentariis *Iohannis Coſte-*

VINCENTIUS

LERINENSIS.

(a) In præfat. ad lectorem Aug. de Doctrina Chriſt. & Vincentii Lerin. pag 25. (b) Baſil. 1528. & in *Bibliotheca Patrum, Tom. 9.* item Cantabrig. 1687.

Coſterii, (a) & *Iohannis Fileſaci :* (b) item cum Notis *Bartholomæi Petri,* Lintrenſi, Brabanti, in Acad. Duacenſi Profeſſoris (c) ut & *Iohannis Baluzii*: (d) nec minus cum præfatione, qvæ *Introductionis* vicem haberet, *Georgii Calixti.* (e)

THEODORITUS. §. X. Eodem ſeculo V. floruit THEODORITUS, Cyri in Syria Epiſcopus, fautor primum Neſtorii, ac ob id ſede ſua motus, & in exilium pulſus, ſed poſtea amplexus orthodoxiam, reſtitutus, inqve ea circa an. CCCCLVII. mortuus, eodem cum Iacobo Thaumaturgo, amico integerrimo, qvi paulo poſt obiit, ſepulchro conditus. Opus is compoſuit *Hæreticarum Fabularum,* in qvatuor libros diſtinctum, qvibus hæreſes partim breviter refutat, partim indicat, qvinam Eccleſiæ Doctores hanc vel illam hæreſin ſolide ac luculenter confutaverint. Opus hoc ſeorſim Græce prodiit Romæ, *Ardingelli* Cardinalis ſtudio, an. CIƆIƆXLV. ac poſtea Latine ab *Gentiano Herveto* verſum, & deniqve in Opera ejus relatum. (f) *De vita & ſcriptis Theodoriti,* ſingularibus Diſſertationibus egit *Iohannes Garnerius,* Ieſuita (g) qvi libri *IV. caput X.* ſpurium eſſe cenſet: qvod & (Garnerium procul dubio ſecutus) facit Wilhelmus Cave. (h) At qvia caput hoc, non minus qvam cetera Theodoriti, agnoſcunt Leontius *de Sectis,* Theodorus Abbas, in argumento

Syno-

(a) Colon. 1569. 1585. 1613. (b) Pariſ. 1619. (c) Duaci 1611. (d) cum Salviano 1669. (e) Helmſt. 1629. & 1655. una cum Auguſtino *de Doctrina Chriſtiana.* (f) Latine ed. Colon. 1567. 1573. 1617. Pariſ. 1608. Græce & Latine Pariſ. 1642. ſtudio Iacobi Sirmondi. (g) Tomo V. Theodoriti Pariſ. 1684. ed. ſubjectis. (h) in Hiſt. Liter. pag. 225.

Synodi Ephesinæ, & Photius *in Bibliotheca, Cod. XLVI.* recte concludit Cl. Ittigius (a) Garnerii suspicionem nullo solido fundamento niti. Novam Græco-Latinam Theodoriti de Hæresibus editionem pollicitus est *Ioh. a Fuchte*, Theologus Helmstadiensis. (b) Sed vel curis aliis, vel fato præpeditus, promissa non exsolvit.

§. XI. Extremo seculo VI. nobis occurrit LEONTIVS, seu ortu, seu munere, BYZANTINVS, primum Advocatus, deinde relicto seculo, in cœnobio Lauræ in Palæstina monachus. Vossius *de Historicis Græcis lib. IV. cap. VIII.* eundem putat, cum Leontio, Neapoleos in Cypro insula Episcopo. (c) Illius excerpta *de Sectis Hæreticorum*, decem actionibus distincta, interprete *Iohanne Leunclavio*, una cum aliis opusculis Basileæ anno CIↃIↃLXXVIII. & in *Auctario Bibliothecæ Patrum*, Parisiis anno CIↃIↃCXXIV. edita sunt. Spectat autem opera Leontii potissimum ad *Nestorianos*, & *Eutychianos*, sectasque inde natas: ex parte tamen etiam *Manichæorum*, *Sabellianorum*, *Samosatenianorum*, *Arianorum*, *Macedonianorum*, *Apollinaristarum* & *Origenistarum* errores, ibi recensitos & confutatos videas. Apud Henricum Canisium, *Antiquæ Lectionis Tomo IV.* & in *Bibliotheca Patrum*, *Tomo IX.* habentur, sed Latine solummodo, ex Francisci Turriani versione, Leontii *adversus Eutychianos & Nestorianos libri III. Adversus fraudes Apollinaristarum libri II. Solutiones argumentorum Severi: Dubitationes*

LEONTIVS BYZANTINVS.

 nes

(a) In præfat. §. 9. p. 13. (b) In præfat. ad lectorem Philastrii. (c) Confer VVilh. Cave *in Hist. Literar. S. Eccl.* p. 303.

nes hypothetica & definitiones contra eos, qui negant in CHRISTO duas naturas. Exstat porro in Bibliotheca Cæsarea Viennensi, Leontii liber *de duplici Natura in CHRISTO, contra hæresin Monophysitarum, & Disputatio contra Philosophum Arianum*: teste Labbeo (a)

ISIDORUS HISPAL. §. XII Ineunte seculo VII. ISIDORUS Hispanus claruit, Severiani & Turturæ filius, Leandri fratris in Hispalensi Episcopatu, anno IƆXCV. successor, qvi anno IƆCXXXVI. morti proximus, se in S. Vincentii templum deportari jussit: ubi die III. Aprilis, accepto viatico sacro, placide in CHRISTO obdormivit. In hujus *Originibus*, libri VIII. caput III. *de Hæresibus in genere*, caput IV. *De Iudæorum*, & caput V. *De Hæresibus Christianorum*, agunt. Qvi Catalogus etiam repetitur a Gratiano *parte II. Decreti, causa* XXIV. *Quæst. III.* Opus illud *Originum*, cum ei immortuus esset Auctor, *Braulio*, Episcopus Cæsaraugustanus, qvo rogante susceptum erat, complevit, & in libros digessit. Prodiit illud seorsim aliqvoties (b) & cum scholiis *Bonaventuræ Vulcanii*, una cum Martiano Capella: (c) ut & in *Corpore Grammaticorum Veterum* a Dionysio Gothofredo evulgatorum: (d) ac deniqve in ipsius Isidori Operibus, seculo superiori, a *Margarino de la Bigne* (e) & hoc nostro, a *Iacobo a Breul*, Monacho S. Germani a Pratis (f) editis.

§. XIII. Isidoro Hispalensi, Ittigium nostrum secuti

(a) *Tom. II ad Bellarminum pag. 24.* (b) Venet. 1483 Paris. 1509. (c) Basil. 1577. (d) Genevæ 1595. (e) Paris. 1580. (f) Paris. 1601. & Colon. 1617.

secuti, (a) jungimus ANASTASII *Hodegum*, cujus *caput IV.* in *præfatione*, & subjuncto *indice*, hoc titulo signatur: Ἐξήγησις καθ' ἐπιτομὴν περὶ τῶν αἱρέσεων τῆς ἀρχῆς ἕως Νεστορίου καὶ Σευήρου: hoc est: *Brevis Expositio omnium qvi hæreses introduxerunt, usqve ad Nestorium & Severum.* Etsi autem pleriqve hoc scriptum, ab Anastasio Sinaita, Antiocheno Episcopo, qvi seculo VI. finiente demortuus, elaboratum esse, asserunt; haut spernenda tamen videntur argumenta, qvibus Iohannes Dallæus, (b) & Edmundus Albertinus (c) *Hodegi* auctorem, & ab Anastasio Sinaita, & ab altero Anastasio Sinaitæ successore, ac itidem Episcopo Antiocheno distingvendum, & utroqve juniorem, probant. Anastasii *Hodegum* edidit Iacobus Gretserus Ingolstadii anno CIƆIƆCVI. Opusculum hoc nulla diligentia, nullo ordine conscriptum esse, ipse Anastasius in *Proœmio* agnoscit; ubi veniam a lectoribus petit, ob varias correctiones passim adhibitas, & propter ταυτολογίας sæpius commissas; cum ægritudinum freqventia non ferret, ut in iis pro animi sui sententia versaretur. Tum, qvod ad hæreticorum recensum attinet, pleriq; tantum nominetenus indicantur: qvod curiosum lectorem parum juverit. *ANASTASIUS.*

§. XIV. Idem fecit SOPHRONIUS, ortu Damascenus, Sophista primum, deinde Monachus, Iohanni Eleemosynario familiaris, demum an. IƆCXXIX. Patriarcha Hierosolymitanus, qvi capta jam a Sara- *SOPHRONIUS.*

Iiiii 2 cenis

(a) Præfat. §. 12. p. 14. (b) *De scriptis Dionysii Areop. p. 157. s.* (c) *De Eucharistia lib. 3. p. 903. s.*

cenis Hierosolymæ, anno ɪↄcxxxvi. vitam finivit. Is vero in *Epistola encyclica*, sive *synodica*, qvæ in *actione XI. sexti Concilii generalis*, sive *Constantinopolitani III.* legitur, post prolixam fidei confessionem, Hæreticis anathema dicturus, longam eorundem seriem contexit, nonnullorum hæreses breviter exprimens, reliqvos tantum nominatim perstringens.

THEODORUS DE RHAITHU

§. XV. Eodem seculo VII. claruit THEODORUS, Presbyter in monasterio Lauræ *Rhaithu* dicto, unde *Theodorus de Rhaithu* solet appellari. Scripsit is *Commentarium de Incarnatione CHRISTI adversus hæreses Manetis, Apollinarii, Theodori Mopsvesteni, Nestorii, Eutychis, Iuliani Halicarnassei, Severi, & aliorum.*

Editiones.

Hunc Latine a se versum edidit *Godefridus Tilmannus*, Carthusiæ Paris. Monachus, sub titulo, *Isagoges ad Anastasii Sinaitæ Orationes V. Dogmaticas.* (a) Postea *Theodorus Beza* Latine vertit, Græceqve ac Latine evulgavit. (b) Publicavit dein Græce & Latine Robertus Balforeus, Scotus, Aqvitanici apud Burdegalenses Collegii Gymnasiarcha, una cum Gelasii Cyziceni *Historia Concilii Niceni.* (c) Deniqve comparet *Tomo I. Auctarii Græco-Latini Bibliothecæ Veterum Patrum*, studio Frontonis Ducæi, Soc. Ies. excusi. (d) & *Tomo XI.* Morellianæ, ex nova, nec antea in lucem edita *Francisci Turriani*, Soc. Ies. interpretatione. (e)

§. XVI. Eodem forte seculo etiam floruit TIMO-

(a) Paris 1556. (b) Generæ 1576. exinde recusus inter Bezæ Opera Theolog. vol. 3. (c) Paris 1599. (d) Paris. 1624. (e) Confer. Labbeum *ad Bellarmin. Tomo II. p.* 400. & Cave in *Hist. liter. p.* 324.

MOTHEVS, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Presbyter, vasorum Templi S. Mariæ Deiparæ in Chalcopratiis Custos: qvi ad Iohannem Presbyterum, *Epistolam*, seu *libellum*, scripsit, περὶ διαφορᾶς τῶν προσερχομένων τῇ εὐαγγελικῇ ἡμῶν πίστει: *de differentia eorum, qvi ab Hæreticis accedunt ad Christianam fidem:* qvos in tres ordines dispescit. Primus eorum est, qvi baptismo indigent; secundus illorum, qvi non baptizantur, sed tantum unguntur; tertius istorum, qvi neqve baptizantur, neqve unguntur, sed tantum errores suos execrantur. Libellum illum, vel Indicem, *Margarinus de la Bigne* Tomo V. *Bibliothecæ Patrum* edidit: Sed magis integrum codicem, eumqve Græcum, nactus, *Franciscus Turrianus*, Latine reddidit, cujus versionem Antonius Possevinus in *Apparatu* suo vulgavit. Postea Græce qvoqve hanc Timothei Hæresiologiam *Iohannes Meursius*, cum aliis qvibusdam Opusculis, qvibus *Variorum Divinorum* titulum præscripsit, Lugduni Batavorum anno CHRISTI CIↃIↃCXIX. publicavit. Præterea *Franciscus Combefisius* in *Auctario Novæ Bibliothecæ Patrum Græco-Latinæ Tomo II.* novam editionem Notis suis illustratam in lucem dedit: deniqve codicem ab editis haut parum diversum nactus *Ioh. Baptista Cotelerius*, in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, libellum hunc recensuit: qvin & huic alium breviorem ex Niconis *Pandecte* subjecit, ac Timothei libellum inter Balsamonis Opera Latine edita comparere, animadvertit. Causam illam diversitatis ex eo derivat Wilhelmus Ca-

TIMOTHEVS CONSTANTINOPOL.

Oditiones.

ve, (a) *qvod in Ecclesiarum Ritualia receptus, prout unius cujusque consvetudo ferebat immutatus, auctus, aut diminutus fuerit.*

IOH DAMASCENVS. §. XVII Seculo VIII. πολύγραφος scriptor floruit IOHANNES, a patria Damasco, DAMASCENVS; ab eloqventia, *Chrysorrhoas*; & ab Arabibus *Mansur*, sive *Mansueron*, dictus, natus Patre inter cives

Summa Vitæ. suos primario, qvi Saracenorum Principi a secretioribus erat consiliis. Domi paternæ a Cosma Hierosolymitano, qvi a Saracenis prædonibus captus, & Damascum abductus, a Iohannis Patre benigne erat exceptus, & filio præceptor datus, optime eruditus, præclaram sibi doctrinæ & eloqventiæ famam brevi comparavit. Ab obitu Patris a Saracenorum Chalifa in aulam accitus, in intimiori consessu locum paternum impetravit. Qvæ de dextra ejus amputata, ac intercedentibus Divæ Virginis precibus restituta, ex Iohanne Hierosolymitano, vitæ Damasceni scriptore circumferuntur, putidas sapiunt fabulas. A Chalifa missionem, sed ægre impetrans, & Cosmam instituti sui ac itineris comitem nactus, divenditis prius, & inter pauperes distributis facultatibus, Hierosolymam profectus est: ubi Presbyterii dignitate insignitus, in S. Sabæ monasterium Lauram secessit, ac reliqvum vitæ scribendo potissimum exegit, mortuus circiter anno IↃCCL. Inter ejus scripta superat liber *de Hæresibus*, in qvo primum LXXX. illas recenset, qvas Epiphanius in suo *Panario* pertractavit, postea vero *Nestoria-*

(a) In Hist. Lit. p. 315 a.

florianos, *Eutychianos*, aliosqve recentiores ſubjungit. Vnde Wilhelmus Cave hæc poſtrema tantum Damaſceno deberi cenſuit, cetera nihil aliud eſſe affirmans, niſi Epiphanii *Anacephalæoſin*. (a) Hic Damaſceni liber a *Ioachimo Perionio* Latine redditus, inter reliqva ejus Opera comparet. In recentioribus Damaſceni editionibus, partim Latine tantum, partim Græce & Latine legitur. Qvos defectus ſupplevit Iohannes Baptiſta Cotelerius, qvi *Tomo I. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ*, inter alia hunc Damaſceni tractatum ex codice regio integrum Græce edidit, nova Latina verſione inſtruxit, Notasqve eruditas adjecit.

§. XVIII. Ex ſeculo IX. inter Hæreſiologiæ ſcriptores numerandus eſt RABANVS MAVRVS, Abbas Fuldenſis, ac demum Archiepiſcopus Moguntinus: cujus vitæ ſummam alibi expoſuimus. (b) Is enim non ſolum in Opere *de Vniverſo cap. IX.* Iudæorum hæreſes recenſet, ſed etiam *lib. II. de Clericorum Inſtitutione, & Ceremoniis Eccleſiæ cap. LVIII.* Hæreticorum, qvi & apud Iudæos, & Chriſtianos exorti ſunt, Catalogum exhibet. Qvi tamen ab Iſidori paulo ſupra memorato Catalogo, tantum variis qvibusdam lectionibus differt: etſi Rabanus Iſidorum, cui ſua debet, haud nominaverit, ſufficere ratus, qvod in præfatione librorum *de Inſtitutione Clericorum* falſus fuerit, ſe nonnunqvam in hoc Opere aliorum *RAB. MAVRVS.*

verba,

(a) In Hiſt. Lit. p. 340. 1. (b) In Antiqvitatibus Ducatus Thuringici lib. 3. cap. 6. p. 145. ſqq.

verba, qvam sua usurpare maluisse. (a) Omnia Rabani opera in unum collecta, & in sex tomos distributa, cura *Georgii Colvenerii*, Duacensis Academiæ Cancellarii, prodierunt Coloniæ CIↃIↃCXXVII.

EVTHYM. ZIGABENVS §. XIX. Hos longo intervallo seqvitur, qvi demum seculo XII. claruit, EVTHYMIVS ZYGABENVS, (Anna Comnena in Excerpto apud Allatium *Zygadenum* vocat) Ord. S. Basilii Monachus Græcus, Alexio Comneno Imp. familiaris: cujus habemus *Orthodoxæ fidei dogmaticam Panopliam adversus omnes Hæreses*, ex variis Patrum scriptis contextam, inqve duas partes divisam, qvarum *prior*, XI. *posterior*, XIII. titulos continet. Ex Patrum scriptis has eclogas collegerant præstantes aliqvot Theologi, qvibus id demandaverat Alexius Imp. qvas postea Euthymius in ordinem redactas, apte & concinne in suas classes digessit. Egregie opus hoc commendat *Anna Comnena*, Alexii Imp. filia, *Alexiados lib. XV.* Qvamvis autem non tam hæresium historia, qvam earundem refutatio hac *Panoplia* contineatur; ex ipsa tamen confutatione, qvalis Hæreticorum ab Euthymio confutatorum error fuerit, haut difficulter cognoscitur. (b) Latine hunc librum interpretatus *Franciscus Zinus*, Veronensis, (c) postea *Patrum Bibliothecis* insertus est. Insigne ἀποσπασμάτιον, titulum nempe ultimum, Græce & Latine, ex codice Palatino, cum Notis edidit *Fridericus Sylburgius*, in *Saracenicis*, & exinde *Fronto Ducæus*, in *Auctario suo, Tomo II.* § XX.

(a) Vid. at. Le: gius *præfat.* 17. p. 17. (b) Idem 4. 18. p. 18. (c) Prodiit Lugd. 1556. Venet. 1575. Parif. 1550.

§. XVII. Eodem ſeculo XII. in Eccleſia Græca vixit IOHANNES ZONARAS, de cujus *Hiſtoria Univerſali cap. VI. §. XIII.* egimus: hic autem nobis laudandus venit, ob *Canonem Acroſtichum Deiparæ Virgini conſecratum*, in qvo præcipuos Hæreticos, eorumqve errores breviter perſtringit. Exſtat hic *Canon*, ſed in fine mutilus, ex interpretatione *Gilberti Genebrardi, Tomo XII. Biblioth. Patrum*, Colonienſis, & *Tomo XXIII.* Lugdunenſis editionis. Græcum igitur textum adjecit, & defectum ſupplevit Johan. Baptiſta Cotelerius, *Tomo III. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ.* IOH. ZONARAS.

§. XVIII. Porro ad hoc ſeculum referendus eſt HONORIVS, Auguſtodunenſis Eccleſiæ in Burgundia Presbyter & Scholaſticus, cujus libellus *de Hæreſibus*, Baſileæ an. CIↃIↃXLIV. & cura Iohannis a Fuchte, Helmſtadii an. CIↃIↃCXII. ſeparatim, & cum aliis ejus opuſculis ab Andrea Schotto an. CIↃIↃCXVIII. editus, ac in *Bibliothecas Patrum* relatus eſt. HONORIUS AUGUST.

§. XIX. Eodem ſeculo floruiſſe creditur, Seldeno tamen diſſentiente, qvi ducentis amplius annis recentiorem facit, (a) CONSTANTINVS HARMENOPVLVS, Nomophylax & Iudex Theſſalonicenſis: cujus de *Opinionibus Hæreticorum* libellum, una cum *Leontio*, Græce & Latine, *Leunclavius*; Latine, cum jamjam dicto *Honorio, Iohannes a Fuchte* publicavit. Pauci autem ſunt Hæretici, qvos Harmenopulus recenſuit, nempe ut alphabetico ordine repe- CONSTANT. HARMENOPULUS.

(a) De Synedriis lib. 1. p. 393. ſ.

tamus, *Apollinaristæ, Ariani, Bogomili, Donatistæ, Eunomiani, Eutychæi, Fulloniani, Macedoniani, Manichæi ac Marcionitæ, Marcelliani, Masaliani, Montani, Nestoriani, Novatiani, Origeniani, Pauliani, Photiniani, Sabbatiani, Sabelliani, Sergiani, Sophroniani.*

GERMANVS I.

§. XX. Seculo XIII. GERMANVS II. (I. seculo VIII. floruit) Anaplo Propontidis oriundus Monachus, ab anno CIƆCCXXII Patriarcha fuit Constantinopolitanus, ac Niceæ, qvo translatus fuerat Patriarchatus, qvamdiu Constantinopolis a Latinis teneretur, habitavit, anno --XL. depositus, iterumqve restitutus, circa annum CIƆCCLIV. obiit. *Orationem* ille habuit *contra Hæreses*, ad Anthimum: ex qva *Fragmentum* qvoddam Græce & Latine edidit *Henricus Canisius*, Ingolstadii CIƆIƆCIII. qvod & in omnibus fere *Bibliothecis Patrum* habetur. Idem Parisiis prodiit anno CIƆIƆCXXXIX. cum hoc elogio: *Fragmentum de Sacris Synodis, & qvænam hæreses qvovis tempore prædicationi Apostolicæ successerint.*

NICETAS ACOMINATVS.

§. XXI. Eodem seculo NICETAS ACOMINATVS Choniates, de qvo jam supra in Ecclesiæ Græcæ Historicis qvædam attulimus (a) *Thesaurum Orthodoxæ fidei* conscripsit, cujus maximam partem intercidisse, & qvinqve tantum libros ex reliqvorum naufragio superasse, docet Philippus Labbeus, *Tomo II. ad Bellarminum de Scriptor. Ecclesiasticis.* (b) At enim *Petrus Morellus,* (c) qvi qvinqve illos libros Latine

(a) Cap. 6. §. 15. p. 27. f. (b) pag. 109. (c) Delendum ergo sphalma ex Calixti *Diff. de nova Orig. editione* ubi legas *P. Mollerus,*

Latine a se redditos aliqvoties edidit, (a) in præfationibus indicat se XXVII. ejus *Thesauri* libros habuisse, & qveritur, qvod ob tempestates a Possiaco conventu obortas, integrum opus edere non potuerit. Et *Wilhelmus* qvoqve *Cave* in *Historia Literaria Scriptorum Ecclesiasticorum* (b) hos XXVII. libros pulcherrime descriptos Græce in *Bibliotheca Bodlejana* vidisse asserit. Fragmentum ex *libro XX.* de ordine, qvi observatur ab iis, qvi e Saracenica superstitione ad Christianam fidem transeunt, habetur Græce & Latine, tacito Nicetæ nomine, inter Sylburgii *Saracenica.* Ceterum e qvinqve libris qvi editi sunt, inprimis huc spectat *qvartus*, qvi XLIV. hæreses Anti-Arianas exponit, & *qvintus*, qvo Arianorum & Eunomianorum deliria confutantur.

§. XXII. Seculi XIV. anno XXXV. MATTHÆVS BLASTARES Jurisperitus Græcus, & Hieromonachus (Sacerdos monachus) *Alphabeticum Canonum Syntagma* compilavit, qvo res omnes, qvæ in sacris divinisqve canonibus comprehenduntur, elaboravit. Hujus *caput II.* de Hæreticis agens, non paucas primitivæ Ecclesiæ Hæreses enarrat. *Syntagma* illud in *Pandectis sacrorum Canonum*, cum Notis, Oxonii anno CIↃIↃCLXXII. edidit *Gvilielmus Beveregius.* *MATTH. BLASTARES.*

§. XXIII. Ex eodem seculo nobis occurrit GVIDO de Terrena, seu Perpiniano, gente Catalaunus, ex Ruscinonensi Comitatu oriundus, vulgo DE PERPINIANO, & *Doctor Parisiensis* (nam lauream Doctora- *GVIDO DE PERPINIANO.*

(a) Paris. an. 1579. & Notis & indice auctiores Genevæ 1592. (b) pag. 488.

lem in Sorbona meruit) dictus: qvi anno CIↃCCCXVIII. Generalis Ordinis Carmelitani, Burdegalis electus, post Episcopus Majoricensis in insulis Balearibus, ac deniqve Elvensis Episcopus, & Inqvisitor fidei Generalis renuntiatus, anno CIↃCCCXXX. Avenione decessit, apud Carmelitas sepultus: ubi visitur ejus sepulchrum, sed absqve ulla inscriptione (a) Exstat hujus *Summa de Hæresibus omnibus, & earum confutationibus ad Gaucellinum Cardinalem Albanensem*, aliqvoties edita, (b) ac demum opera *Iohannis Geineri*, una cum ejusdem Perpiniani *Concordia Evangelica:* ubi etiam Tritthemii, aliorumqve de Gvidone ejusqve scriptis judicia videantur. (c) Agit autem *Gvido* primum de Hæresi in genere, deinde de erroribus Iudæorum, Græcorum, Iacobitarum, Georgianorum & Armenorum, postea de Hæresibus ab Augustino & Isidoro commemoratis, ac tandem de sectis, qvæ post Augustinum & Isidorum exortæ sunt. (d)

BERNHARD LVXENB.

§. XXIV. Porro superiori seculo in Historia Hæreticorum partim pragmatica, partim dogmatica, elaborarunt: ex Pontificiis, BERNHARDVS DE LVXEMBVRGO, Ord. Dominicani Theologus, & Conventus Lovaniensis Regens, qvi Prior obiit Coloniæ an. CIↃIↃXXXV. mense Octobri. (e) Scripsit is *Catalogum Hæreticorum omnium* alphabeticum, usqve ad an. CIↃIↃXX. sæpius excusum. (f)

GABR. PRATEOLVS.

GABRIEL PRATEOLVS, Marcossius, Theologus Parisiensis, qvi

(a) Lud. Iacob *in Biblioth. Pontif.* l. 2. p. 328. (b) Paris 1528. & inter opera ejus Colon. 1630. (c) Colon. 1655. (d) Vid. Irrigius §. 21. p. 20. (e) Val. Andr. in Bibl. Belg. p. 112. (f) Paris. 1524. Colon. 1527. 1549. & 1631.

qvi de Vitis, sectis & dogmatibus *omnium Hæreticorum Elenchum* itidem alphabeticum publicavit. (a) ALPHONSVS A CASTRO, Zamorensis, Ord. Minor. Regularis Observantiæ almæ Provinciæ S. Iacobi, cujus habemus *libros XIV. adversus Hæreses*, in qvibus loci communes doctrinæ sacræ juxta ordinem alphabeticum digesti ita exponuntur, ut simul qvoqve hæreses, qvæ doctrinæ illi adversæ sunt, recenseantur. (b) Ad Luxemburgium & Castrensem Franciscus Fevardentius *Appendicem* in tres libros distinctam adjecit, qvibus XL. hæreses ab Alphonso non tactæ afferuntur. CONRADVS BRVNVS, Ictus, qvi *de Hæreticis libros sex* emisit (c) GEORGIVS WICELIVS, qvi de *moribus veterum hæreticorum, qvibuscum illi hac ætate affinitatem habeant*, libellum composuit. (d) IACOBVS LAINGÆVS, Scotus, qvi *de vita, moribus & rebus gestis Hæreticorum sui temporis*, commentatus. (e) GEORGIVS EDERVS, qvi *Babyloniam Hæreticorum*, seu *Hæreticarum fabularum Summam*, edidit. (f) Idem etiam fabricavit *Malleum Hæreticorum*, *seu de variis falsorum Dogmatum Notis libros II.* (g) GVILIELMVS LINDANVS,

ALPHONSVS A CASTRO.

CONR. BRVNVS.

G. WICELIVS.

IACOBVS LAINGÆVS.

G. EDERVS.

GVIL. LINDANVS.

(a) Colon. 1543. 1569. 1583. & habetur in *Chronico Chronicorum* Gruteri. (b) Colon. 1519. 1543. Paris. 1546. Antverp. 1565. & extat inter *Opera* ejus. (c) Moguntiæ 1549. Venet. 1584. (d) Anno 1537. editum. Error igitur est Gesneri in *Bibliotheca* pag. 628. hunc librum, qvem Lipsiæ impressum dicit, an. 1537. Iohanni VVesselio tribuentis. Vnde non mirum, Auctorem *Historiæ Proff. Groningensium* scribere, *sibi nusqviam contigisse videre*. (e) Paris 1581. (f) Ingolst. 1581. (g) Ibid. 1580.

Damaſi filius, Dordraci an. CIↃIↃXXV. natus Theol. Prof. primum Dillingenſis, poſt Theol. D. Epiſcopi Vltrajectini per Bataviam Friſiamqve Vicarius, & in fidei violatæ reos Qvæſitor, hinc primus Ruræmundenſium Epiſcopus, deniqve ad Gandavenſem cathedram promotus, vix trimeſtri ſpatio ſupervixit, an. CIↃIↃLXXXVIII. menſe Novembri mortuus. (a) Edidit is *Tabulas anaſcevaſticas atqve analyticas omnium Hæreſeon ſui ſeculi.* (b) Idem etiam compoſuit *Dubitantium* Dialogum, *de origine ſectarum ſui ſeculi.* (c) Huc deniqve referas IOHANNEM QVINTINVM, Heduum, Iuris D. qvi *Hæreticorum inter Chriſtianos Catalogum,* qvalem Gratianus poſt Iſidorum digeſſit, in Can. *Qvidam autem XXIV. Qvæſt. III.* ſeparatim publicavit. (d)

IOH. QVINTINVS.

CASP. MATTHÆVS.

§. XXV. Ex Noſtratibus autem, CASPAR MATTHÆVS, Smalcaldienſis, qvi *Hæreticorum & ſectarum prioris Eccleſiæ præcipuarum de fidei Chriſtianæ articulis ſententias, ac nomina in tabulas congeſſit.* (e) CONRADVS SCHLVSSELBVRGIVS, (Labbeus falſo vocat *Schlusſerbrugium*) Altendorfio Saxo, qvi primum Eccleſiaſtes fuit Regiomontanus, poſt Rhetor. Prof. Roſtochii, inde Antverpii Paſtor, tum Gadebuſchi in Mecklenburgenſi Ducatu, mox Wismariæ, porro Ratzburgi Superintendens, ac demum Theol. D. Paſtor. Prof. & Superintendens Stralſundenſis, qvi anno ætatis LXXVII. præſentis vero ſeculi

C. SCHLVSSELBVRG.

culi

(a) Val. Andr. in *Bibl. Belg. p. 323. ſ.* (b) Colon. 1579. (c) Ibid. 1571. (d) Paris. 1560. (e) Erfurti 1582.

culi XIX. Stralsundi obiit. Edidit is jam superiori seculo (a) *Catalogum Hæreticorum*, in plures libros distinctum: qvi postea auctior præsenti seculo recusus est. (b) Sunt qvi virum interdum modum excessisse putant, ac adversariis qvædam affinxisse, aut consequentias nexuisse duriores. Vnde Iohannes Hoornbeckius, at Theologus Reformatus, ac ob id non semper Nostris adeo æqvus, *Summæ Controversiarum lib. X.* Dicerem *consulendum Conradum Schlusselburgium, Tomo VII. Catalogi Hæreticorum, qvo toto Tomo de Majoristis agit, nisi prolixe nimis ineptientem scriptorem vererer commendare, qvi passim impia & blasphema Majori, pro more suæ disputationis impingit.*

§ XXVI. Deniqve ex præsenti ævo, & primum qvidem e Nostratibus, *Philippus Marbachius*, Argentoratensis, primum Græcensis Scholæ in Stiria Rector, deinde S. Theol. D. hujusqve Prof. & Inspector Domus Sapientiæ Heidelbergensis, tum Clagenfurtensis Gymnasii in Carinthia Rector, ac tandem in patria Theol. Prof. & Canonicus Thomanus: an. CIƆIƆCXI. XXVII Sept. demortuus: cujus exstat *Oratio de origine & causis Hæreseων, earum progressu & propagationis modo, mediis etiam ad illas exterminandas legitimis, veritatis item divinæ protectione, & tragico hæreticorum exitu*, in Acad. Argentoratensi habita. (c) *Leonhardus Hutterus*, Theol. Wittebergensis, qvi *duas Tabulas Hæresiologicas* in lucem emisit. *Henricus Eckardus*, Wetteravo Hassus, S. Theol. D. primum

Phil. Marbachius.

Leonh. Hutterus.

H. Eckardus.

(a) Francof. 1597. (b) Ibid. 1621. (c) Argentor. excus. 1603.

Superintendens Wildungo-Waldeccanus, inde Concionator Aulicus Kirchbergensis, tum Pastor Sigenensis, porro Theol. Prof. Giessensis, iterum Superintendens Francohusanus, ac demum Superintendens Generalis Altenburgensis, qvi an. CIↃIↃCXXIV. die XXIV. Februarii anno ætatis XLI obiit. Composuit is *Architectos Turris Babylonicæ, hoc est Archisynagogos Scholæ Hæreticorum, a temporibus Apostolorum ad sua usqve tempora.* (a) *Ioh. Wolderus*, Pomeranus, cujus habemus *Hæresiologiæ Synopsin juxta Locorum Communium seriem compositam.* (b) Ioh. *Gisenius*, qvi *Tomos II. de Hæresibus* divulgavit. (c) Dan. Cramerus, Theol. Pomeranus, qvi *Arborem Hæreticæ Consangvinitatis* in medium attulit, hoc est *Hæresiologicam descriptionem, in qva præcipuæ Hæreses veterum explicantur & refelluntur.* (d) Laurentius *Lælius*, Pastor Onoldinus, anno CIↃIↃCXXXIV. demortuus: cui debemus *Indicem Hæresium & controversiarum.* (e) Conradus *Dietericus*, Germunda-Hassus, primum Comitis Laubaco-Solmensis Concionator Castrensis, deinde Archidiaconus Marburgensis, porro Philos. Pract. Prof. & Pædagogii Director Giessensis, demum Theol. D. & Superintendens Vlmensis, qvi an. CIↃIↃCXXXIX. ex hac vita excessit. Is enim Orationem scripsit *de mixta Hæreticorum in propagandis suis dogmatibus prudentia.* (f) Andreas *Keslerus*, Coburgensis, in Gymnasio primum patrio Log. Prof. deinde Pastor & Superintendens Eisfeldensis, tum Theol. D. & Antistes

Ioh. Wolderus. *Laur. Lælius.* *Conr. Dietericus.* *And. Keslerus.*

(a) Ienæ 1604. Francof. 1606. (b) VVitteb. 1609. (c) Giessæ 1618. (d) Argentor. 1623. (e) Francof. 1614. (f) Marburgi 1608.

tistes Svvinfurtinus, novissime Pastor & Superintendens Generalis Coburgensis: qvi anno CIↃIↃCXLIII. XV. Maji vitam cum morte commutavit. Edidit is *Methodum convertendi Hæreticos.* (d) Ioachimus *Hildebrandus*, Theologus Helmstadiensis: cujus exstat *Disputatio de Hæresi in geenere.* (b) Ægidius *Strauchius*, primum Mathem. & Hist. in Acad. patria Wittebergensi Prof. deinde Theol. Prof. Pastor, ac Gymnasii Rector Dantisci, qvi an. CIↃIↃCLXXXII. vivere desiit. Hujus habemus Dissertationem, *de priscæ Ecclesiæ in censendis Hæreticis æqvitate.* (c) Iohannes *Conradus Durrius*, SS. Theol. & Philos. Moralis Prof. Publ. Altorfinus, qvi *de Hæreticis Exercitationes Theologicas II.* exhibuit. (d) Ejusdem habemus *Exerc. Theolog. de Schismaticis.* (e) Ioh. *Henricus Horbius*, jam Pastor Hamburgensis; qvi in Acad. Argentoratensi Dissert. Theologicam *de Hæresi in genere* proposuit. (f) De ea Præses D. *Balthasar Bebelius* in calce præfationis: *Reliqvimus nos, ut scripserat: sic enim scripserat, ut nihil in ea desideraremus. Potius non minus nostræ Academiæ & patriæ, qvam ipsi gratularemur: Ipsi, qvod nondum* XXII. *annos natus, tantos tamen, Deo benedicente, & industria propria adlaborante, profectus in studiis fecerit, qvantos rari in hac qvidem ætate: Academiæ, nostræ, qvod labores docentium in discipulo non modo frustra non fuerint, sed egregios tulerint fructus; Patriæ deniqve & Ecclesiæ, qvod ubi Deus vitam viresqve porro dederit, insigne ipsum & utilissimum or-*

I. Hildebrandus.

Æg. Strauchius.

I. C. Durrius.

I.H. Horbius.

LllII *ganum*

(a) Coburgi 1631. (b) Helmst. 1657. (c) VVitteb. 1663. (d) Altdorfi 1661. (e) Ibid. 1663. (f) Argentor. 1667.

§. XXX. Pergo nunc ad Reformatos. Ex his succurrunt Iohannes *Pontanus*: cujus habemus *Catalogum Hæreticorum veterum, qvam recentiorum*, methodo Alphabetica. (a) *Hartmannus Springlius*, (b) qvi librum *de hodiernis Hæresibus & Hæreticis*, promulgavit. (c) *Laurentius Ludovici*, Leobergensis, cui debemus *Ecclesiam veterem, novam*, sive *Orationes de veteris Ecclesiæ certaminibus cum Hæreticis, ab Abrahamo Sculteto* editas. (d) *Ioh. Henr. Huldricus*, Tigurinus, Ecclesiastes primum Genevæ, post Bremæ, tandem in patria ad Spiritum S. an. CIↃIↃCXXV. XXVIII. Martii demortuus: qvi Disp. dedit *de Hæreticis & contumacibus Ecclesiarum turbatoribus*. Henricus *Hickmannus*, Anglus, qvi *de Hæresium origine* scripsit. (e) *Gvilielmus Page*, Harrovia Londinensis, Collegii Balliolensis & omnium Animarum Oxoniæ socius, Rector Loccingensis, demum Theol. Profess. anno CIↃIↃCLXIII. XXIV. Febr. vita functus: cujus exstant *Animadversiones in tractatum Ioh. Hales de Hæresi & Schismate*. (f) Ephraim *Pagitt*, Anglus, cujus *Hæresiographia*, lingva vernacula scripta est (g) *Henricus Flockenius*, Bremensis, primum in patria ad S. Remberti Pastor, dein Theol. D. & Eccles. Embdanæ Minister, tum Theol. Prof. in Gymnasio Hardervicensi, postremo Theol. in patrio Gymnasio Prof. & V.D. ad S. Stephani Minister, qvi anno CIↃIↃCLXXX. ætatis LXXVIII. XXIV. Sept. decessit. Hujus laudatur *Narratio Historica omnium Hæreticorum a tempore CHRISTI*

I. Pontanus. *Hart. Springlius.* *Laur. Ludovici.* *I. H. Huldricus.* *Henr. Hickmannus.* *Gvil. Page.* *Ephr. Pagitt.* *Henr. Flockenius.*

(a) Franc 1615. (b) *Springelium* vocat Konigius in *Bibliotheca*. (c) Oppenh. 1618. (d) Heidelb. 1614. (e) An 1659. Konigius in *Bibl.* (f) V Vittius in *Diar. Biog.* (g) Londin. ed. 1645. & 1648.

Abr. Heidanus.

ad nostram seculum. (a) Abrahamus *Heidanus*, Franco-thalia Palatinus, primum Ecclesiastes Naerdensis in Frisia, post Leidensis, tum ibidem Theol. D. Prof. & demum Senior, qvi an. CIↄIↄCLXXVIII. ætatis LXXXI. obiit. Scripsit is *de Origine Erroris libros VII.*

P. Simonius. I. Baronius. H. Cuyckius.

§. XXXI. Ex Pontificiis demum commemorandi veniunt, *Petrus Simonius*, Tiletanus Flander, Theol. Lic. Cortracensium primo Parochus, hinc Gandavensium Archi-Presbyter, demum ab an. CIↄIↄLXXX. Iprensium Episcopus, qvi an. CIↄIↄCV. decessit. (b) Inter ejus opera a Ioh. David, Soc. I. publicata, etiam liber est *de Hæresios Hæreticorumqve natura.* (c) *Iustus Baronius*, antea *Calvinus* dictus, qvi *Præscriptionum adversus hæreticos* Tractatus sex edidit. (d) *Henricus Cuyckius*, Culenburgensis, primum Theol. apud Lovanienses Canonicos Regulares ad S. Martinum, post apud Gertrudanos similiter Regulares Prof. exin S. Theol. D. Archiep. Machliniensis in districtu Lovaniensi Vicarius, atqve Officialis, ac deniqve Episcopus Ruræmondanus, an. CIↄIↄCIX. demortuus. Scripsit is Orationem Panegyricam *de Hæreticorum ortu atq; interitu.* (e) Theodor. *Petrejus*, Carthusianus qvi *Catalogum* conscribillavit *Hæreticorum ab ipso CHRISTI ævo, ad sua tempora*: (f) qvem *nugacissimum* vocat Hoornbeekius. (g) *Florimundus Ramundus* sive potius, cujus stylo usus est, *Ludovicus Richeomius*, Soc. I. qvi *de ortu, progressu & interitu hæreticorum*

Theod. Petrejus. Flor. Ramundus.

(a) Amstelod. 1678. (b) Val. Andreas *Bibl. Belg.* p. 761. (c) Antverp. ed. (d) Mogunt. 1605. Vide supra c. 14. p. 184. (e) Inter Orat Panegyr. alias ed. (f) Colon. 1629. (g) *Summæ Controvers. lib. 4. p. 315.*

corum hujus temporis Tomis III. commentatus est (a) *Henricus Sedulius*, Clivius, Ord. Minorum, cujus exstat Commentarius *de Præscriptionibus Hæreticorum*, (b) *& Apologeticus adversus Alcoranum Hæreticorum*. (c) *Bonaventura Malvasia*, Bononiensis, itidem Ord. Minorum: qvi *Catalogum omnium hæresium* publicavit. (d) *Franciscus le Roy*, Insulanus, *qvi Exercitationum Theologicarum adversus Hæreses avi præsentis Labyrinthum inextricabilem* evulgavit. Dicerem hic etiam aliqvid de Antonii Varillasii *Historia Hæresium*, nisi liber tot ac tantis erroribus esset plenus, ut novo Hercule κοπροφόρῳ esset opus, qvi illud Augiæ stabulum sibi repurgandum sumeret.

H. Sedulius. *Bon. Malvasia.* *Fr. le Roy.* *Ant. Varillasius.*

§. XXXII. Deniqve hic aliqvot recensebo scriptores, qvi tum *de fide Hæreticis servanda*; tum de *Pœnis Hæreticorum*, &, *an ultimo supplicio sint afficiendi*, singulari opera scripserunt. Ad primam itaqve classem referenda sunt: Anonymi *Apologia pro Christiano Batavo, de fide Hæreticis servanda contra Becanum*. (e) *Danielis Planccii* Dissert. *de fide hæreticis non servanda, inter ipsum & Iesuitam per literas habita*. (f) *Roberti Sweertii* Dissert. *de Fide Hæreticis servanda*. (g) *Davidis Parei* Oratio inauguralis *de fide hæreticis servanda* (h) Eliæ *Ebingeri*, de Qvæstione Politica, *An fides hæreticis sit servanda*, *Dissertatio e Theologorum & Politicorum scriptis concinnata*

Qvi de Fide Hæreticis servanda scripsere. *Anonymus.* *Dan. Planccius.* *Rob. Swertius.* *Dav. Pareus.* *El. Ebingerus.*

(a) Gallice, Paris. 1605. & 1624. Latine, Colon. 1612. 1614. & cum continuatione 1650 1655. (b) Antv. 1606. (c) Ibid. 1607. (d) Romæ 1661 (e) Londini 1610. (f) Antverp. 1608. (g) Ibid. 1611. (h) Heidelb. 1618.

Iac. Capellus. *cinnata.* (a) *Iacobi Capelli Notæ in librum Heriberti* *G. Konigius.* *Rosweydi de Fide Hæreticis servanda.* (b) Georgii Konigii, Theologi Altdorfini Disp. *Vtrum Hæreticis sit servanda fides.*

De Pœnis Hæreticorum Scriptores varii.

§. XXXIII. Qvod ad alteram classem, primo monendum, medio superiori seculo (c) Magdeburgi editum esse libellum, qvo *Variorum scriptorum collectæ sunt sententiæ, qvid sit cum Hæreticis agendum.* Porro huc spectant *Er. Roterodamus.* *Desiderii Erasmi Roterodami* Annotationes in *Leges Cæsareas & Pontificias de Hæreticis:* qvæ una cum *Gerh. Noviomagus.* *Gerhardi Noviomagi* Epistolis aliqvot *de Re Evangelica, & Hæreticorum Pœnis,* Argentorati sunt recusæ. (d) *Ambrosius Pelargus,* Ord. Prædic. *An fas sit in Anabaptistas, adeoqve in Hæreticos pœna capitis animadvertere.* *Iac. Heerbrandus.* (e) *Iacobi Heerbrandi* Disp. *de Hæreticis, an ultimo supplicio sint afficiendi.* *And. Duditbius.* (f) Andreæ *Duditbii,* Vngari, primo Episcopi Tiniensis, post Chonadiensis, ac tandem Qvinqveecclesiensis, Consiliarii Cæsarei, & ad Regem Poloniæ legati, Budæ anno CIↃIↃXXXIII. nati, Vratislaviæ CIↃIↃLXXXIX. XV. Febr. (al XXIII.) denati, *Epistola de Hæreticis non perseqvendis, & capitali supplicio non afficiendis.* *Th. Cornbertius.* (g) Theodori *Cornbertii,* Epitome *Processus de occidendis Hæreticis, & vi conscientiis inferenda, inter Lipsium ea asseverantem, & Cornbertium eadem refringentem.* (h) Ejusdem *Defensio Processus de non occidendis Hæreticis ad tria capita libri IV. Politicorum Lipsii, ejusqve libri adversus Dia-*

(a) Norimb. 1637. (b) Sedani 1619. (c) An. 1554. (d) In *Opusculis* ejus Colon. ed. 1534. (e) An. 1609. (f) Tubing. 1576. (g) Christlingæ 1584. (h) Goudæ, 1597.

Dialogistam Confutatio. (a) Iusti *Meieri*, Noviomagi, Philos. & I.V.D. hujusqve Prof. Argentoratensis, nec non Canonici Thomani, qvi anno CIƆIƆCXX. VII. August. obiit, *Iuris publici Capitalis, Qvæstio Sintne Protestantes jure Cæsareo Hæretici, & ultimo supplicio afficiendi: contra sangvinarium* (a) *Casp. Sciopii Classicum.* (b) *Theodosii Berenici* (Matthiæ Berneggeri) *Tuba Pacis occenta Sciopiani Belli sacri Classico.* Theodori *Thummii* Tractatus *de Hæreticis non occidendis, sed coercendis.* (c) Friderici *Balduini* Disp. *de Hæreticis, & qvomodo sint coercendi.* Anonymus *contra libellum Calvini, qvo conatur ostendere, Hæreticos jure gladii coercendos esse.* (d) *Iust. Meierus.* *M. Berneggerus.* *Th. Thummius.* *Anonymus.*

(a) Ibid. eod anno. Confer. Val. Andreæ *Bibl. Belg. p. 827.* (b) Argent. 1611. (c) Tubing 1622. (d) An. 1662. Nimirum male apud nonnullos audiebat Calvinus, ob Servetum an. 1553. Genevæ capite plexum.

CAPVT XXXIII.

DE SCRIPTORIBVS HÆRESIOLOGIÆ PARTICVLARIS.

NVnc nos accingimus ad enarrationem Hæresium Sectarumqve specialem, non qvidem omnium & singularum, sed illarum saltim, de qvibus Viri docti sive veteres, sive juniores singularibus egerunt scriptis, iisqve tam Historicis, qvam elenchticis. Ordinem hic amplectimur alphabeticum, utpote Studiosæ juventuti præ alia qvadam methodo magis commodum. Qvia tamen nuda scriptorum recen-

sio

ſio parum forte aliqvos lectorum juvaret, placuit plerarumqve illarum hæreſium hiſtoriam ſimul tradere compendiariam.

SECTIO I.

ACEPHALI.

Hæretici qvidam ſic vocati, *qvod neminem ſuæ hæreſis auctorem agnoſcerent:* ut eſt apud Iſidorum *Origin. lib. VIII. cap. XV.* & Adonem Viennenſem *in Chronico.* Confer Liberatum *in Breviario cap. IX.* Eutychianarum partium fuiſſe, certum eſt. De iis vide Notas Iacobi Sirmondi *ad Facundum Hermianenſem.* *De humana* CHRISTI *natura* ex corpore & anima *compoſita, contra Acephalos* librum ſcripſit *Iohannes Damaſcenus:* qvi Græce & Latine exſtat in ejus *Operibus,* & Latine apud *Henricum Caniſium* (a) Superat etiam *Iohannis Maxentii* Scythæ Monachi & Presbyteri Antiocheni ſeculo VI. *contra Acephalos* libellus. Nec minus *Ruſtici,* Eccleſiæ Romanæ Diaconi *Diſputatio adverſus Acephalos* in fine mutila, aliqvoties edita. (b)

Iac. Sirmond. *Io. Damaſcenus.*

SECTIO II.

ADIAPHORISTÆ.

Superiori ſeculo poſt promulgatum librum Interimiſticum dici cœperunt, qvi ea qvoqve, qvæ revera non erant adiaphora, pro iis habebant, aut alias in

(a) *Tomo IV. Ant. Lect. part. I.* (b) In *Antidoto contra Hæreſes* Baſil. 1528. Simleri Notis illuſtrata, cum aliis Patrum ſcriptis contra Eutychem & Neſtorium, Tiguri 1571, & in *Biblioth. PP. Tomo X.*

in adiaphoris olim abrogatis, nunc iterum ex decreto Pontificiorum recipiendis, præ timore periculi nimis erant molles. His inprimis se opposuit Matthias Flacius: *cujus omnia Latina scripta hactenus sparsa contra Adiaphoricas fraudes & errores,* conjunctim edita habemus. *Matth. Flacius.*

SECTIO III.

AERIANI.

Ab *Aerio* qvodam sic dicti, qvi seculo IV. primum monachus fuit cum Eustathio, Sebastæ postea Episcopo, Arianum dogma secuto: & ab eodem factus Presbyter, ptochodocheo fuit præfectus: cujus cum plenam administrationem, ob Eustathii avaritiam, sibi vendicare non posset, contentiones inde ac acerba enata sunt odia: qvæ qvæstiones de Presbyterorum & Episcoporum jure, & jurisdictionis utriusqve finibus, ac schismati, &, ut volunt Philastrius, Augustinus, & alii, hæresi etiam, ansam dederunt: a qva tamen Aerium absolvit Lambertus Danæus in Commentar. ad Augustinum *de Hæresibus cap. LIII.* *Discussionem Hæreseῶν Aerii* scripsit *Ioachimus Hildebrandus,* Theol. Helmstadiensis. (a) *AERIUS.* *Ioach. Hildebrandus.*

SECTIO IV.

AGNOETÆ.

De iis ita Honorius *de Hæresibus num. LXXXIV.* Agnoitæ, *ab ignorantia dicti. Hi dicunt, qvod* CHRISTI *divinitas ignoret futura de die novissimo.* Jam habemus

(a) Helmst. 1656.

Christiani Colbii, Regiomontani, Theol. D. Pastoris & Presbyteri Bartensteinensis, an. CIƆIƆCLVII. n. Nov. exstincti, *Agnoetismum, sive veterem, sive recentiorem, qvi in Ecclesiis Pontificiis, & qvas vocant Reformatis, elevatur, interpolatur, atqve defenditur.* (a)

SECTIO V.

ANABAPTISTÆ.

De his, ac contra illos, tot habemus Scriptores, ut difficile fuerit secundum seriem Chronologicam eosdem disponere: unde Alphabetico ordine, qvotqvot ad cognitionem meam venerunt, lubet enarrare. *Ru. Acronius.* Et primo qvidem *Ruardus Acronius*, scripsit contra *Anabaptistas.* (b) *Fr. Agricola.* *Franciscus Agricola*, Pontificius, edidit *Confutationem Anabaptistarum*, Belgice. (c) *Henr. Ainsworthus* *Henricus Ainsworthus*, Anglus, in *Anabaptistas* calamum strinxit. (d) *I. As. Ampsingius.* *Iohannes Assverus Ampsingius*, Trans-isalanus Belga, initio Pastor Harlemensis, deinde Med. D & Mauritii Principis Arausionensis Archiater, inde in Svecia Practicus, tum Poliater Wismariensis, novissime Med. Prof. & Physicus Rostochiensis, simulqve Ducis Meklenburgensis Archiater, qvi anno CIƆIƆCXLII. ætatis LXXXIII. obiit: scripsit *contra Anabaptistas Disputationes tres.* (e) *Anonymus* Auctor libri, *Successionis Anabaptistica, seu Babel Anabaptistarum*, Belgice scripti, dignus est, qui latine verteretur

(a) Giessæ 1654. (b) Teste Hoornbeekio in *Summa Controv. lib. 5. p. 372.* Scripsit alias hic Acronius *Enarrationes Catecheticas, de Catechismis Ecclesiarum Belgicarum & Palatinatus*, Schiedami ed. 1606 (c) Colon. ed. (d, teste Hoornb. d. l. & Tempio *in Bibl. Theol. Angl. cap. 12. p. 395.* (e) Lugd. Bat. 1619.

retur. (a) *Baileus*, *Baxterus*, *Blakius*, *Brinsieus*, *Angli*, ab Hottingero laudantur inter scriptores Anti-anabaptisticos (b) *Iacobum du Bois*, Hoornbeekius inter illos numerat, qvi contra Anabaptistas scriptis pugnarunt. (c) *Petrus Bontemps*, Pastor Harlemensis, errores Anabaptisticos aliquot libellis Belgicis & Gallicis, ostendit: cujusmodi sunt: I. *Anabaptistarum doctrinam esse eroneam.* II. *Defensio Pædo-Baptismi.* III. *Confirmatio prioris Tractatus* a Petro Verkindert *refutati.* IV. *Vindiciæ contra Defensionem* Iodoci Henrici, & Gerhardi van Vryburgh. V. *Eversio* Spongiæ & Smegmatis Hollandici: *ubi singula Anabaptistarum capita Theologica explicantur.* (d) *Ioh. Botsaccus*, Hervordia-Westphalus, S.Th.D. Gymnasii Dantiscani Rector, Theol. & L. Hebr. Prof. nec non ad ædem S. Trinit. deinde summi Templi Antistes ac Minist. Senior. qvi an. CIↃIↃCLXXIV. de vita abiit, publici juris fecit *Anabaptismum reprobatum.* (e) *Gvido de Bres*, Gallice *contra Anabaptistas* sui temporis insurrexit. (f) *Martinus Bucerus*, scripsit contra Iacobum Cautium. (g) De *Henrici Bullingeri* ad-

Iac. du Bois.

P. Bontemps.

Gv. de Bres.

Mart. Bucerus.

Henr. Bullingerus.

 ver-

(a) Vide Hoornb. d. l. p. 340. ubi Auctoris initiales literas affert *V.P.* (b) Bibliothecarii *part. 1. cap 3. p. 62.* Tres priores etjam citat Kempius d. l. *Roberti Baslii* liber *contra Anabaptismum* Londini prodiit 1647. (c) *S. Controv. d. l.* (d) Vid. Hottingerus *Bibl l. 3. c. 2. p. 382.* De variis autem Anabaptistarum contra *Bontempsium* scriptis, idem agit Hottingerus *lib. 3. c. 5. p. 421.* (e) Lubecæ 1661. (f) Titulus libri hic est: *La Racine Source & Fondement des Anabaptistes de nostre temps, avec Refutation de leurs Arguments. 1595.* (g) Hic concionator Evangelicus San Galli a Iohanne Denckio, & Lud. Hetzero fuit seductus. Vid. Hoornb. *in Summa Controv. l 5. p. 341.*

versus Anabaptistas scriptis, ita Hottingerus in *Bibliothecario*: (a) Bullingerum *primis statim Ministeri sui annis Anabaptismum solide & docte confutasse, tum ex Ms. ejus codice, quem ad manus habeo, patet, tum ex libris ejus qvatuor, per Leonem Iudæ auctos, sex deniqve per Simlerum translatos, qvorum illi Latine vulgati sunt Tiguri 1535. ibidem Germanice 1561. Latine Simleri, ibid. Quæ editio posterior responsum etiam habet ad Anabaptistarum Apologiam. Placuit hoc Bullingeri scriptum eruditis præ multis aliis lucubrationibus.* Et huic sane Bullingero multum debere recentiores Historiæ Anabaptisticæ scriptores, certum est.

H. Buschius. *Hermannus Buschius*, edidit *Disputationem de Pædobaptismo contra Anabaptistas.* (b)

Io. Calvinus. *Iohannes Calvinus* publicavit *Breves Instructiones muniendis fidelibus adversus errores Anabaptistarum.*

Ge. Cassander Georgius *Cassander*, de *Origine Sectæ Anabaptisticæ* commentatus est. (c)

Ioh. Cloppenburgius. Iohannes *Cloppenburgius*, Amstelodamensis, primum Ecclesiastes Heusdanus, mox in patria, tum Brielæ, post Theol. D. ejusdemque in Gymnasio Hardervvicensi, ac deniqve in Academia Franeqverana Prof. qvi diem supremum obiit an. CIϽIϽCLII. xxx. Iulii; scripsit Hardervvici *Gangrænam Theologiæ Anabaptisticæ* Disputationibus XLVIII. qvæ postea Franeqveræ recusæ sunt. (d)

Th. Cobbetus. *Thomam Cobbetum*, Anglum, Martinus Kempius (e) iis accenset, qvi *contra Anabaptistas* scripsere:

(a) lib. 3. c. 2. p. 381. (b) An. 1572. (c) Colon. 1563. (d) An. 1655. & habentur in *Operibus* ejus Amstelod. 1684. editis. (e) in *Bibl. Angl. Theol.* p. 395.

ſere: ut & *Thomam Cottusfordum*, Theologum An- *Th. Cottisfordus.*
glum, qvem anno CIↃIↃXL. mortuum ſcribit. Idem
de *Abrahamo Coſtero* facit Hoornbeekius. (a) *Iohannes* *Ab. Costerus.* *Io. a Daventria.*
a Daventria, Fratrum Minorum Regulæ Obſervanti-
um in provincia Colonienſi Miniſter, fabricavit
Catapultam fidei adverſus Anabaptiſtas. (b) *Leopoldus* *Leop. Dieckius.*
Dieckius, L.L. D. S. Rom. Imperiali Conſiſtorio ab
Advocationibus, & Procurator, publicavit *Iudicium
adverſus impios Anabaptiſtarum errores longe omni-
um peſtilentiſſimos*, ad Chriſtophorum Epiſc. Aug. (c)
Henricus Ernius, Theol. Tigurinus, emiſit *Admoni-* *Henr. Ernius.*
*tionem Germanicam ad Anabaptiſtas ſine cauſa Schis-
maticos, ut ad Eccleſiæ gremium redeant.* *Iodocus Et-
zardi*, Glanea-leveranus, Eccleſiæ S. Michaelis in
dicta civitate Miniſter, Germanicos aliqvot libros
contra Anabaptiſtas, & inprimis contra *Iacobum
Mehrningium* compoſuit. (d) D. Iohannes *Fabri* *Ioh. Fabri.*
conſcripſit Orthodoxæ Fidei *Defenſionem*, adverſus
D. *Balthaſarum Pacimontanum*, Anabaptiſtarum ſui
ſeculi primum auctorem. (e) Anno CIↃIↃCVIII. XIII.
Sept. *Iacobus Fabricius*, Senior, Superintendens Du- *Iac. Fabricius.*
calis Slesvvicenſis in curia Slesvvicenſi cum Anaba-
ptiſtis, ac potiſſimum cum Iohanne Clauſenio Cot-
ten, incola Tonningenſi, & aggerum in maritimis
Ducalibus Præfecto, de omnibus articulis inter Lu-
theranos & Anabaptiſtas controverſis, præſentibus

(a) *In S. Controv.* p. 372. (b) Colon. ed. 1532. De ipſo Auctore vid. Andreæ *Bibl. Belg.* p. 489. & Revii *Hiſtoriam Daventriæ.* p. 290. (c) Hagan. 1530. (d) Nothwehr der Kinder-Tauffe Hamb. 1636. Geistl. Bade-Tuch/ so entgegen gesetzet ist den neuen Wiedertäufferischen Tauchern. &c. Ibid. 1651. (e) Lipſ. 1528.

aliqvot Iohannis Adolphi Ducis Consiliariis, disputavit, ac doctrinam orthodoxam ita solide adstruxit atqve vindicavit, ut cuivis Controversiarum Anabaptisticarum Scriptoribus palmam reddere possit dubiam, & proinde Actorum Colloqvii istius, qvæ a Notariis Ducalibus diligenter consignata, & Notis Fabricii marginalibus aucta supersunt, editio serio sit optanda: judice eruditissimo Viro, Iohanne Mollero Flensburgensi, *in Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbricæ.* (a) *Hermannus Fauckelius* composuit librum, qvem inscripsit *Babylonem Anabaptistarum.* (b) *Dan. Featleus* (Featly) Anglus, *Scriptoribus Anti-Anabaptisticis* annumeratur a Martino Kempio: perinde ac *Carolus Gallus*, ab Hoornbeekio. *Iohannes Gastius*, Brisacensis, egit *De Anabaptismi exordio, erroribus historiis abominandis, Consultationibus adjectis.* (c) Nicolaus *Gerbelius*, Phortzensis, Ictus, de *Anabaptistarum ortu & progressu* qvædam consignavit.(d) *Iohannes Gereus* (Iohn Geree) Anglice scripsit *Vindicias Pædobaptismi*: (e) item *Vindicias* harum *Vindiciarum.* (f) Caspar *Heidanus*, ab Hoornbeekio inter eos, qvi *contra Anabaptistas* pugnarunt, laudatur. Exstant & *Petri Hinckelmanni* Anabaptismi *errores varii, succincta brevitate refutati.* (g) *Lambertus Hortensius*, de *Tumultu Anabaptistarum* libellum

Herm. Fauckelius. *Dan. Featleus* *Car. Gallus.* *Io. Gastius.* *Nic. Gerbelius.* *Io. Gereus.* *Caspar Heidanus.* *Pet. Hinckelmannus.*

(a) Parte 2. cap. 5. §. 7. p. 113. (b) Huic opposita est *Confessio de præcipuis fidei Christ. capitibus an.* 1650. & *Babel Pædobaptistarum* Antonii Iacobi, Medici & Ministri Anabapt. (c) Basileæ ed. (d) teste Casp. Hedione, apud Ioh. Henr. Majum, *in Vita Reuchlini p.* 89. (e) Londin. 1646. (f) Ibid. 1647. (g) Rostoch 1614.

lum vulgavit. (a) *Iob. Iacobus Huldricus*, Theol. Tigurinus, *Disputationes* qvasdam Anabapt. erroribus opposuit. Contra eosdem errores *Disputationem* Wittebergæ habuit *Ægidius Hunnius*. (b) *Franciscus* qvoqve *Lanspergius* cum Anabaptistis decertavit. (c) *Iohannes a Lasco*, tum in genere *contra Anabaptismum & Anabaptistas* scripsit, tum in specie adversus Mennonem Simonis, *de CHRISTI incarnatione*. (d) Qvæ B. noster Lutherus *contra Anabaptistas* scripsit, Illustris Seckendorfius in *Historia Lutheranismi Anti-Maimburgiana* enarravit. Πρῶτον ψεῦδος *Anabaptistarum* singulari ostendit scripto, *Iohannes Maccovius*, Lobsenia-Polonus, Theol. D. & Prof. Franeqveranus. *Philippi Melanchthonis* Iudicium *adversus errores Anabaptistarum*, ad Fridericum Abbatem S. Ægidii Norimbergæ exstat *Tomo II. Operum*. Item, *Disputatio de Furoribus & Deliriis Anabaptistarum, Tomo I.* Asservatur etiam Vinariæ egregia *Melanchthonis* Confutatio Germanica, populariter scripta, qva captivos illos ad agnoscendos errores reducere allaboravit: qvæ etiam ut videtur, evulgata illo tempore est, ut pariter errantibus prodesset, aut alios ab errore præmuniret. Additur illi in fine monitum, ne qvis scandalum capiat, qvi viderit Anabaptistas tam audaces esse in suppliciis tolerandis. Tribuit enim id obdurationi diabolicæ, argumento satis valido, qvod ad mortem usque repugnent & reclament verbo Dei: id utiqve

I. I. Huldricus

Æg. Hunnius.

Fr. Lanspergius.

Io. a Lasco.

M. Lutherus.

Iob. Maccovius.

Ph. Melanchthon.

(a) Basil. 1548 (b) An. 1599. (c) Teste Hoornb. *in S. C.* (d) Hotting. *in Biblioth. p. 381.*

Iust. Menius. utiqve non esse ex Spiritu S. (a) *Iusti Menii* liber *de Anabaptistis*, cum præfatione Lutheri prodiit. (b) *Herm. Moded.* *Hermannus Moded*, de *Initiis Sectæ Anabaptisticæ* qvædam edidit. *Ioh. Mullerus.* *Ioh. Müllerus*, Vratislaviensis, Theologus Hamburgensis, & Rever. Ministorii Senior, anno CIↃIↃCLXXII. vita functus, librum Germanicum *de Anabaptismo* in lucem dedit, qvo potissimum *Confessionem Mennonitarum* Hornæ excusam refutavit. (c) *Gerh. Nicolai* *Gerardus Nicolai* inter adversarios Anabaptistarum *Luc. Osiander.* apparet apud Hoornbeekium. *Lucas Osiander*, Enchiridion *Controversiarum religionis, inter Augustanæ Confess. Theologos, & Anabaptistas* composuit. (d) *Ioh.* *I. H. Ottius.* *Henrici Ottii* Prof. Tigurini, Annales *Anabaptistici*, hoc est, *Historia Universalis de Anabaptistarum origine, progressu, factionibus*, omne ferunt punctum. (e) *Petrus Pauli.* Petrus *Pauli*, scriptor Anti-Anabaptisticus ab Hoornbeekio citatur. *Amb. Pelarg9* *Ambrosius Pelargus*, Ord. Prædicat. *adversus anabaptistarum errores aliqvot librum unum* edidit, *qvo simul traducuntur istiusmodi errorum autores & patroni:* item: *in Eleutherobaptistas, qvi recens est error:* item: *Refutationem Consilii Oecolampadiani, de differendo parvulorum Baptismo, usqve in eam ætatem qva jam lallare incipiant.* (f) Robertus

(a) Seckend. *in Hist. Luth. l. 3. sect. 13. §. 42. add. p. 115. b.* (b) An. 1544. Vide Seckend. *l. 3. sect. 30. 118. add. 1. §. p. 517.* (c) Hamb. 1644. & 1669. Historiam Anabapt. in hoc & Glanei libro propositam refutare aggressus est Iac. Mehrningius in *Historia Baptismi* vernacula, Tremoniæ ed. 1647. V. Molleri *Isag. ad Hist. Cimbr. part. 2. p. 114.* (d) Francof. 1605. & alibi. (e) Basil. 1672. (f) Habentur in Opusc. Colon. excusis 1534.

tus *Puppius* ſcriptum *de Pædobaptiſmo* edidit. *Bar-* *Rob. Puppius.*
tholomæus Rulichius, Paſtor Auguſtanus, *Anabaptiſ-* *Barth. Rulichius.*
mum Germanice conſcripſit. (a) *Fridericus Span-*
hemius elegantem compoſuit *Diatriben Hiſtoricam, de* *F. Spanhemius.*
Origine, progreſſu & ſectis Anabaptiſtarum. (b) Idem
etiam emiſit *XXX. Diſputationes Anabaptiſticas.* Ioh. *Io. Taffinus.*
Taffinus, Eccleſiæ Gallicanæ Harlemi Miniſter, præ-
terqvam qvod *de Pædobaptiſmo* ſcripſit, etiam *Bre-*
vem Inſtitutionem de erroribus Anabaptiſtarum publi-
cavit. De *Spiritu Anabaptiſtico* librum Germanicum
vulgavit *Zacharias Theobaldus*, junior. (c) Præterea
Tigurini magiſtratus nomine qvædam prodierunt: *Tigur. Magiſtratus.*
tum *Acta Anabaptiſtica*; tum *Narratio Hiſtorica, qva ita*
hactenus facilitate cum Anabaptiſtis fuerit actum: de-
niqve *Aſſertio Veritatis Orthodoxæ contra Schiſmati-*
corum novitates. Qvarum *ſummam paulo ante obi-*
tum (verba ſunt Hottingeri (d)) *complexus eſt docta*
Epiſtola Venerandus Breitingerus noſter, ad Reverend-
tum Eccleſiæ Amſtelodamenſis Miniſtrum D. Hottonum:
cujus fragmentum Diſputationibus ſuis Anti-Anaba-
ptiſticis inſeruit Celeberrimus D. Spanhemius. Godefridi *God. Vdemannus.*
Vdemanni, Pacem *Sionis, contra Babel Pædobaptiſtarum*,
ſingulariter commendat Hottingerus. (e) *Adrianus*
Voſſenbolius qvoqve inter ſcriptores in Anabaptiſtas *Ad. Voſſenbolius.*
locum habet. (f) *Frater Bartholomæus de Vſingen*, *Barth. de Vſingen.*

Nnnnn Au-

(a) An. 1650 Iodocum Edzardum *Apologiam* ſuam *Pædobaptiſmi* ex hoc libro transſcripſiſſe, Iac. Mehrningius Anabaptiſta perhibet. Vid. Mölleri *Iſagoge d. l.* p. 115. (b) Iuncta eſt Cloppenburgii *Gangrænæ Anabapt.* & poſtea ſingulariter prodiit. (c) Vide Theod. Schrevelii *Harlemum lib. 6. p. 256.* (d) In *Bibliothecario* p. 381. (e) d. l. p. 382. (f) Apud Hoornb.

Augustinianus, elaboravit *Anabaptismum contra Rebaptizantes.* Idem *Confutationem* vulgavit *eorum, qvæ Lutherus scripsit in Rebaptizantes.* (a)
Ioh. VVigandus. Ioh. *Wigandus*, Dogmata & *Argumenta Anabaptistarum cum Refutationibus* conscripsit. (b) Huc deniqve spe-
Huld. Zwinglius. ctant *Huld. Zwinglii*, Elenchus *in Catabaptistarum strophas*: Liber *de Baptismo, Anabaptismo, & parvulorum vel infantium Baptismo.* Ejusdem *Responsio ad libellum Balthasaris Hubmeieri*: Item: *De veris seditionum authoribus.* (c) Sed utinam *Gerbardi Ioh. Vossii* Opus *contra errores Anabaptisticos*, qvod affectum habuit, qvodqve Baylius apud eum vidit, in lucem prodiisset: (d) certe tum aliqvibus aliis scriptoribus minori publici incommodo licuisset carere.
Eccl. Belgicæ desiderant Corpus Controv. Anabaptisticarum. Interea ab anno CIↃIↃXCIX. Ecclesiæ Belgicæ censuerunt, singulare *Volumen Controversiarum Anabapticarum*, qvo inprimis illorum sententiæ exponerentur, & refellerentur argumenta, conficiendum: qvod operis primum susceperat *Iacobus Arminius*,
Qvod frustra committitur Iac. Arminio: Pastor tum Amstelodamensis, & aliqvo usqve perduxerat: verum ad Professionem Theologicam Lugdunum vocatus, causatus varia impedimenta, & studium positum in erroribus Papismi confutandis, in-
Post rectius Ripperto Sixti, et Austro-Sylvio. termissum fuit, atqve suffocatum. Qvamobrem in Synodo Enckhusana, anno CHRISTI CIↃIↃCXXIV. *Ripperto Sixti*, & *Petro Iacobi Austro-Sylvio* injunctum, ut

Menno-

(a) Colon. 1529. Vide Herm. ab Haart *Abtographa Lutheri Tom. III. p.* 181 *Vsingius* ille amicus olim, post hostis Lutheri fuit infensissimus. (b) Lips. ed. 1582. (c) Tomo II. Operum. (d) Vide *Iac. Lydii* ad Vossium *Epist. num.* 418. 425. 426. 43

Mennonitarum Confessiones, præsertim recentes omnes diligenter conqvirerent, controversias enotarent, discuterentqve. Deinde solus in hoc opere relictus *Austro Sylvius*, ab anno CIↃIↃCXXVI. cui, postqvam id aliqvoties petiisset, socius laborum, anno CIↃIↃCXXVIII. in Synodo Amstelodamensi adjunctus *Abrahamus a Dooreslaar*: qvi tandem an. CIↃIↃCXXXVII. conjunctis operis lingva vernacula ediderunt *Corpus Controversiarum Anabaptisticarum*: ubi exactissime, tanqvam in tabula, variæ Anabaptistarum opiniones, ex propriis ipsorum scriptis (qvorum Catalogum in Operis procemio exhibent, & exemplaria manserunt apud Dooreslarium) excerptæ conspiciuntur. Iohannes Hoornbeekius, cui hanc Notitiam debeo, (a) *Opus vocat arduum & præstans, qvod multam lucem cognoscendis hisce controversiis, & magnum usum præstat ad facile feliciterqve disputandum.* De eodem Hottingerus: (b) *Abrahami Doreslaar, & Sylvii labor dignissimus meo esset judicio, qvi aliis etiam prodiret lingvis. Vel sola præfatio Compendium Historiæ Anabaptisticæ, intricatæqve eorum Theologiæ exhibet satis perspicuum.*

Sylvius Collegam accipit Abrah. a Dooreslaar

eduntqve desideratum Corpus.

ab, Hoornbeekio.

& Hottingero laudatum.

Scriptoribus de Anabaptistis Monasteriensibus, superiori seculo mirifice tumultuantibus, sed tandem compressis & punitis, supra cap. XXI. §. XXXIV. (c) laudatis addantur: *D. Iohannis Cochlæi*, XXI. *Articuli Anabaptistarum Monasteriensium confutati, adjuncta ostensione originis, ex qva defluxerunt.* (d) *Petri*

De Anabapt. Monasteriens.

Ioh. Cochlæus.

Nnnnn 2 *Pla-*

[a] In *Summa Controv. p. 373.* [b] In *Biblioth. p. 382.* [c] pag. 537. [d] Colon. 1543

F. Plateanus. *Plateani*, Epistola *de Anabaptistis*, & *civitate Monasteriensi*. (a) Hermanni *Kerssenbrock* Belli *Monasteriensis contra Anabaptistica monstra gesti brevis atque succincta Descriptio*, ad Franciscum Comitem Waldeccanum, Monasteriensem & Osnabrugensem Præsulem, Ecclesiæ Mindensis Administratorem. (b)

Herm. Kerssenbrock.

SECTIO VI.

ANGELICI.

Unde dicti. De iis ita Honorius: *Angelici dicti, quia angelos colunt*. Et diu ante Augustinus de Hæresibus cap. XXXIX. *Angelici in Angelorum cultu inclinati; quos Epiphanius jam omnino defecisse testatur*. Sed audiamus ipsum Epiphanium Hær. LX. *Audita a nobis est Angelicorum hæresis, ac solum ejus nomen accepimus, neque cujusmodi illa demum Hæresis sit, compertum habuimus. Quod eo fortasse contigit, quod cum aliquando prodiisset, desiit postea, ac tandem penitus exstincta est. Illud vero nomen, quam ob causam obtinuerit, ignoramus. Nam cum Hæretici quidam conditum ab Angelis mundum esse dixerint, utrumnam hæc secta, quod idem assever aret, eodem sit affecta nomine, certo affirmare non possum. An potius, quod in Angelicum sese ordinem arroganter referrent, atque excellentem quandam vitæ rationem instituerent; ne hoc quidem pro comperto affirmo. An postremo a loco quodam eam appellationem sortiti sunt. Quoniam quidem regio quadam est ultra Mesopotamiam, quæ Angelina dicitur.* Nominis igitur origines jam Epiphanii ævo admodum incertas fuisse constat: quam-

[a] Lipf. 1543. [b] Colon. 1545.

qvamvis idem qvoqve nesciverit, qvo auctore fuerit progressa. Et forte, quia non in una, sed pluribus hæresibus, impium, de mundo ab Angelis creato, deqve eorum cultu, dogma fuit, his omnibus Angelicorum nomen adhæsit, donec vulgatiora, & ut ita dicam distinctiva magis, illud ipsum absorpserint. De his Angelicis Magnificus Lipsiensis Academiæ Rector cum cura egit, *in Programmate funebri*, Annæ Sabinæ, natæ Schutziæ, Christiani Wolfii, Numburgensis, Medicinæ Doctoris & Practici felicissimi, uxoris svavissimæ, superiori anno XXVIII. Septembris demortuæ, ac I. Octobris. sepultæ. *Progr. Lips.*

SECTIO VII.

ANTINOMI.

Ita dicti, qvi legi morali, ejusq; in Ecclesia Christiana usui variis modis contradicebant. Horum Hoornbeekius in *Summa Controversiarum* (a) tres constituit periodos. Primam, *tempore Patrum in primitiva Ecclesia*; alteram, *tempore Reformationis*; tertiam *hodie, præcipue in Anglia*. De priori Augustinus *contra Adversarium Legis & Prophetarum* lib. I. *Non soli Manichæi Legem Prophetasqve condemnant; sed & Marcionistæ, & alii nonnulli, qvorum secta non ita innotuerunt populis Christianis*. Et hi qvidem, ut ex lib. II. apparet, *Novi Testamenti libros suffragari sibi arbitrabantur adversus Propheticas literas, tanqvam eas Apostoli* CHRISTI *sua sententia condemnaverint.*

Antinomorum tres periodi.

I. tempore Patrum.

[a] Lib. 10. p. 800. seqq.

verint. Contra hos igitur Augustinus dicto opere egregie decertat. Qvod ad alteram Antinomorum periodum, caput ejus fuit *Iohannes Agricola,* a patria *Islebius*; vulgo qvod parva esset statura, diminuto Agricolæ nomine, Mag. Grickel dictus Is an. CIϽCCCCXCII. patre [ut videtur] sartore natus, studiis postea Wittebergæ invigilavit, Luthero potissimum & Melanchthone doctoribus: annoqve CIϽIϽXIX. in Colloqvio Lipsiensi Lutheri scribam egit: post aliqvamdiu Scholæ Islebiensi præfectus, & ad conciones habendas admissus est. Anno XXV. Lutherus, commendatitiis ad Senatum datis, eum Francofurtum ad Mœnum misit, ut concionatoribus Evangelii aliqvamdiu assisteret: annoqve proximo in Comitiis Spirensibus, Iohanni Electori Saxoniæ, cum Georgio Spalatino in habendis sacris sermonibus operam navavit. Anno XXVII. Melanchthonis scriptum, *Visitatorum Instructionem* dictum, sugillare cœpit, prætextu usus, qvasi in eo Luthero contradiceretur; revera ad ostentandum ingenium, & novandi studio: (a) aut, ut Melanchthone plus sapere videretur. (b) Non multo post librum *Proverbiorum Germanicorum* edidit, in qvo cum Vlricum, Ducem Wurtembergicum, contumeliosius tractasset, etiam Philippus Hassiæ Landgravius indigne tulit, ac ea de re apud Electorem Saxoniæ qvestus est: qvi motus compositi videbantur, postqvam Agricola literis submisse scriptis

II. Sup. seculo. De Ioh. Agricola.

[a] Seckend. *Hist. Luth.* l. 2, p. 90. b [b] Idem l. 1. p. 107.

ptis hanc injuriam apud Vlricum deprecatus, *se contra charitatem fecisse*, professus est. [a] Verum qvia Vlricus de eo adhuc qveritur an. -XXXVI. ipsi nondum fuisse factum satis, liqvet. (b) Anno -XXX. Albertus Comes Mansfeldensis eum secum duxit ad Comitia Augustana. Anno - XXXVI. ab hoc Comite discedendi ex patria veniam petiit, qvestus, se non satis benigne tractatum, & promissis frustratum esse. Sed Comes ἀχαριστίαν non modo, verum etiam avaritiam, negligentiam in demandato munere, nec non ebriositatem illi exprobravit & qvod plura contra ipsos Evangelicos, qvam Pontificios disputasset. Dimissus tamen VVittebergam se recepit, ibiqve legendi & concionandi facultatem, & salarium ab Electore impetravit. Hic dissimulato nomine, *Theses* sparserat, in qvibus statuebat, *pœnitentiam non ex Decalogo, sed Evangelio docendam, esse: & ex hoc ita converti & justificari homines, ut legis prædicatio neqve ad principium, neqve ad medium, neqve ad finem justificationis prosit.* Contra has Lutherus, auctorem & nomen dissimulans, V. Disputationes publice habuit anno -XXXVIII. eiqve sexta successit anno XL. (c) Et fatetur ipse Hoornbeekius. (d) Lutherum in illis *antinomorum deliria egregie perstrinxisse, & confutasse*. Per has disputationes Islebius, ut Lutherus in Epistola ad *D. Casparem Guttelium*, Pastorem Islebiensem refert, & Electori Saxoniæ pluribus exponunt Iustus Ionas, Bugenhagius,

Dissidium inter Albertum C. Mansf. & Agricolam.

Hic VVittebergam se recipit

& Theses scribit Antinomicas.

Contra qvas Lutherus disputat.

[a] Seckend. *lib 2. pag. 135. b.* [b] Idem *libro. 3. pag. 142. a.* [c] Qvæ habentur Tomo I. VVittenb. Latine; Germanice, Tomo VII. [d] *S. Controv. p. 803.*

hagius, Amsdorfius & Melanchthon (a) adigi se passus est, ut revocaret, qvæ scripserat, formulamq; conciperet palinodiæ: qvæ cum Luthero non placeret, a Philippo emendata fuit. Sed dum Agricola in ea signanda cunctatur, Lutherus vero audiebat, esse Islebiæ, item in Luneburgensi & Pomeraniæ Ducatibus, qvi crassiora docerent, nempe fidem adulterio, aliisq; gravissimis flagitiis non amitti, *Epistolam* illam *ad Guttelium* publicavit: in cujus tamen exordio revocationem Agricolæ allegat, eumqve serio fecisse sperat: tacendum tamen sibi fuisse negat, cum spargi audiret, ac si ipse cum Agricola consentiens, Legem atqve Decalogum rejiceret. His irritatus Agricola, an CIϽIϽXL. in conventu Smalcaldico, die XXX. Martii supplices Electori exhibuit, acerrimam Lutheri accusationem continentes: cui Elector VII. Aprilis respondit, causæ cognitionem pollicitus, sed & eundem ad modestiam cohortatus. Lutherus ad communicatum secum Islebii scriptum respondit, ac testimoniis evidentibus evincit, Agricolam dudum clam factionem & sectam Islebiæ instituisse hominum, qvos *Minores* vocaverit, & apud illos pessime traduxerit Wittebergenses: petitqve, ut ad probationem adigatur eorum, qvæ Luthero aliisqve Wittebergensibus objecisset: id si non faceret, ad honorem læsis restituendum, & correctionem pro dato scandalo, & damno, condemnaretur. Laboratum postea est, jussu Electoris, a Prætore Saxoniæ Bernhardo a Mila, D. Pontano, & Benedicto Pauli, de amicabili

Agricolæ revocatio prima.

Agricola Lutherum apud Electorem Sax. accusat.

Tentata compositio.

[a] V. Seckend. l. 3. p. 3d7.

cabili inter Lutherum & Agricolam compositione: sed cum nihil proficerent, Elector rescripsit, judicio experiretur Agricola, & probaret, injurias sibi a Luthero illatas esse: qvod hic negabat. Mandavit tamen judicibus illis delegatis, ut, si Agricola denuo transactionem qværeret, operam darent, qvo Lutherus qvoqve ad eam disponeretur. Consulti etiam a Delegatis Theologi Wittebergenses, judicarunt, Lutherum nihil falso Agricolæ imputasse, verum omnia ex assertis ejus necessario conseqvi. Jam Elector etiam Agricolam jusserat, fidem Rectori Academiæ dare, qvod non discessurus sit ante finitam litem: idqve fecerat: verum xv. Iulii a Prætore veniam abeundi petiit, significans, se in alium locum vocari. Sed ante qvam ab Electore is mandatum accepisset, aut Agricolæ responsum dedisset, hic clam discessit, & ab Ioachimo Electore Brandenburgico receptus est. Et hic qvidem xvii. Septembris Melanchthoni scribit, *se vocasse Agricolam, ægre autem ferre, qvod inter illum & Lutherum lis esset,* significans simul, *Agricolam optime de Luthero & aliis Wittebergensibus loqvi, eumqve pœnitere, qvod cum Luthero rixatus sit, agnoscere excessum, & dicere, se id facturum non fuisse, si scivisset, qvod nunc audiret, Lutherum non omnia adversus Antinomos scripta sibi, sed aliis in Luneburgicis & Pomerania imputasse; promittere etiam, qvod nunqvam talia in posterum docere velit, sed Antinomorum errorem ipse refutaturus sit.* Rogat inde Elector Melanchthonem, *ut concordiam procuraret; sibi enim*

Agricola clam discedit Witteberga, ab Elect. Brand. receptus.

Ooooo placere

placere hominem, & conciones ejus, & seipsum cum illo esse locutum. Respondit Philippus I. Octobris ex mente Lutheri, & sua, *necesse esse, ut Agricola, aut litem cum Luthero prosequeretur, aut errorem scripto publico ad Islebienses, qvos seduxisset, itemqve convitia in Lutherum retractaret.* Agricola igitur posteriorem viam elegit, revocatione Germanice scripta, & Berolini vulgata (a) In calce scripti rogat omnes Wittebergæ, Islebiæ, & ubicunqve versentur, & nominatim Lutherum, *ut sibi propter Deum ignoscant, si tempore erroris sui ipsos læserit; se enim cum iis consentire, & ad finem usq; vitæ puram & sinceram doctrinam de lege Dei servaturum esse, omnesq; Antinomorum errores damnare & rejicere.* Neqve tamen hoc scripto, statim, ut speraverat, Luthero de vera conversione sua fidem fecit: id qvod ipse Agricola literis XIX. Decembris, apud Electorem Saxoniæ qveritur. Sed non multo post, die XX. Ian. an. XLI eidem Principi exemplum revocationis sua manu signatum misit, significans se cum Luthero conciliatum esse. Implorat etiam gratiam Electoris, veteremqve se & fidum ministrum Saxonicum mansurum esse, asseverat. At hic difficilior fuit, & die XXVIII Febr. per Consiliarios illi responderi jussit, se nondum ei ignovisse, qvod contra fidem datam Wittenberga discesserit: mittunt tamen ei liberi commeatus diploma, qvod desideraverat. Etiam post qvadriennium nondum in pristinam gratiam apud

Agricolæ revocatio secunda.

Elector difficilem se demonstrat Agricolæ.

(a) An. 1540. typis Ioh. V. Weissii. Vid. Seckend. p. 309. b.

pud Electorem, aut amicitiam Lutheri rediisse, apparet: qvod ingenium viri mutabile, & novaturiens perspicerent: cujus effectus post mortem Lutheri, in compositione Edicti Carolini Interimistici anno XLVIII. & in lite inter Theologos Evangelicos de *Adiaphoris*, plus satis apparuit. Produxit vitam ad annos LXXIV. decessitqve Berolini anno CIↃIↃLXVI. (a) Vt alia nunc taceam, *Collationem de tribus argumentis Antinomicis* scripsit *Iohannes Wigandus*. (b) *Ioh. VVigandus.*

Tertia periodus Antinomorum est, ceu antea dicebam, *in Anglia*, qvorum præcipui antesignani habiti, *Iohannes Eatonus*, *Tobias Crispus*, *Iohannes Saltmarsle*. Huic se opposuit *Thomas Gatakerus*; & adversus Antinomos in genere, & dedita opera scripsit *Samuel Rhetorfortis*: (Rhutersfurd) qvos & alio libro Anglice conscripto refutavit *Antonius Burges*, *Iohannes Bisco*, & alii. (c) *De Antinomis Anglicanis: contra qvos scripserunt Tho. Gatakerus Sam. Rhetorfortis Ant. Burges Ioh. Bisco.*

SECTIO VIII.

ANTITRINITARII.

Sic omnes illi vocati, qvi mysterium SS. Trinitatis qvomodocunqve impugnarunt. *Notitiam latentis & serpentis Hæreseos Antitrinitariæ*, in *Dispp. Selectis* publicavit *Gisbertus Voetius*. (d) Bibliothecam *Antitrinitariorum*, *Christophori Sandii*, pessimi illius Antitrinitarii, opere posthumo evulgavit B. W. (e) *Gisb. Voetius*

SECTIO IX.

ANTHROPOMORPHITÆ.

 Hi

(a) Seckendorf. p. 310. (b) Ienæ 1570. (c) Hoornb. S. C. p. 812. (d) *part. III. num.* 05. (e) Freistad 1684.

Hi Deo formam humanam & membra humana *Cyrillus Alex.* tribuerunt: cum is sit Spiritus & incorporeus. *Cyrilli* Patriarchæ *Alexandrini* liber *adversus Anthropomorphitas*, Græce & Latine editus ab Bonaventura Vulcanio, & post in novam *Operum* Cyrilli editionem Parisiensem relatus est.

SECTIO X.

APOLLINARISTÆ.

Hi nomen acceperunt ab *Apollinario* (Augustinus, Honorius, & alii, *Apollinarem* vocant) juniore, patria Laodiceno, Apollinarii senioris, Alexandria oriundi, Grammatici Doctoris Beryti in Phœnicia, deinde Laodiceæ in Syria, post hic Presbyteri, filio: qvi Epiphanii Sophistæ discipulus, primum Ecclesiæ Laodicenæ Lector, tandem Episcopus fuit circa an. CCCLXX. Aliqvamdiu Catholicus, post in hæresin lapsus di- *Occasio hæresis.* citur, hac occasione. Commotus in illum Georgius, Laodicenus Episcopus, Arianisme addictus, qvod Athanasium summa familiaritate coleret, nec ab ejus congressu abstinere vellet; ipsum a communione exclusit; qvin & priora delicta, ob qvæ a Theodoro Episcopo Laodiceno una cum patre ejectus fuerat, exprobravit: neqve illum sæpenumero licet id petentem, in communionem recipere dignatus est. Ob hanc injuriam Apollinarius peculiarem sibi sectam constituit, qvæ per aliqvot secula Ecclesiam non leviter turbavit. Hæreseos summa hæc erat: *CHRISTUM humanam naturam de cœlo detulisse; æternam & substantiæ ipsius coalitam habuisse qvidem animam* (qvod tamen primo negaverat) *mentem autem ne-*

qva-

quaquam; sed unigeniti Deitatem mentis locum supplevisse. Denique CHRISTUM mortalem fuisse; in propria divinitate passum; & in triduana illa corporis morte divinitatem quoque ei commortuam fuisse, Patris demum beneficio ex morte revocatam. Ob hæc damnatus est Apollinarius, tum alibi, tum in Synodo Romana, circa an. (ut Valesius in *annotationibus ad Sozomenum* monuit) CCCLXXVII. vel seqventi. Sed Ecclesiæ sententiam insuper habens, in erroribus perseveravit. Obiit imperante Theodosio. Videantur Gregorius Nazianzenus *Epist. ad Nectarium*, ut & duæ ad *Cledonium Presb. Epistolæ*, sive *Orat. LI. LII.* ubi Apollinarii dogmata plenissime refellit. Gregorii Nysseni *Opusculum contra Apollinarium*, edidit David Hœschelius, cum aliis qvatuor Nysseni Opusculis. (a) Iohannis Chrysostomi *Epistola ad Cæsarium Monachum contra Apollinarii hæresin*, opera Francisci Turriani edita est. (b) *Leontii Byzantini* librum, *in fraudes Apollinaristarum*, in *antiqva lectione* publicavit *Henricus Canisius*. (c) Iacobi Basnage *Epistolæ de Apollinaris hæresi, & variis Athanasio suppositiciis operibus, ac præsertim de Syntagmate fidei*, exstant cum D. Chrysostomi *Epist. ad Cæsarium monachum*, juxta exemplar Bigotii. (d)

Gergor. Nyssenus.

Leontius Byzant.

Iac. Basnage.

SECTIO XI.

ARIANI.

Horum fax, tuba, & antesignanus fuit *Arius*, gente Lybs, sive, ut Photius ait, ortu Alexandrinus, *Summa vitæ ARII,*

Ooooo 3 Ammo-

(a) Lugd. Bat. 1593. (b) Vid. *Acta Erud. Lips.* 1683. p. 25. (c) *Tomo IV. parte I.* (d) Roterod. 1686.

Ammonii filius, qvi forte ex Luciani Antiocheni schola prodiit. Orto Meletiano schismate, Arius primum partes Meletii seqvebatur: qvo deinde deserto, a Petro Alexandriæ Episcopo, Diaconus factus, sed ob turbulentum ingenium gradu motus fuit. A morte Petri, ab ejus successore Achilla veniam precatus, ad Presbyterium promotus, unam ex Ecclesiis Alexandrinis, qvæ *Baucalis* dicebatur, curæ suæ commissam, ac forte etiam Scholæ Catecheticæ regimen habuit (a) Cum Alexandrum Achillæ successorem in congressu Clericorum aliqvando subtilius disputantem audiret, *qvomodo esset Unitas in Trinitate*, Sabellii hæresin ei impingere cœpit, & qvasi hanc ipse evitaturus, non tantum *Filio Dei distinctam* ὑπόστασιν, *sed & dissimilem, & pro divina, creatam essentiam*, cœpit tribuere. *Non semper erat Filius.* (hæc ipsa Arii verba sunt apud Athanasium (b)) *Neqve enim erat priusqvam fieret: nec ex Patre erat, sed ex non entibus* (ἐξ οὐκ ὄντων) *emersit: neqve Patris substantiam sibi propriam habuit: creatura enim & factura fuit: ideoqve nec verus Deus est Christus, sed participatione Deus factus.* Alexander cum Arium neqve in illo disputationis conflictu, neqve postea ullis monitis revocare ab blasphemo errore posset, coacto deinceps centum Episcoporum concilio, hominem recantare detrectantem, una cum complicibus & sociis, in qvibus duo Episcopi, sex Presbyteri, ac totidem Diaconi erant, communione exclusit. Post hanc excom-

(a) Ita Patricius Ararsius in libro *Oceano* dicto, qvem Auctor *Synodici* a Pappo editi citet p. 14. (b) Orat. 2. adversus Arianos.

communicationem, hæresin suam passim cœpit disseminare: idqve secundum Orosium (a) eo tempore factum, qvo Crispus & Constantius Cæsares creati sunt: id qvod Petavius in annum CCCXVII. refert. Et ut invisum redderet Alexandrum, & errores suos pluribus persvaderet, huc illuc datis literis conqvestus est de injusta sui depositione, cumprimis ad Eusebium Nicomediæ Episcopum. Interea & Alexander, ut accusationem Arii non minus, qvam late serpentem hæresin comprimeret, septuaginta Encyclicas literas ad omnes, qvi ubiqve gentium erant, Episcopos dedit, qvibus non tantum qvid in Concilio Alexandrino actum, commemorat, sed & ne Eusebio Nicomediensi, acta improbanti, credatur, monet. (b) Literis illis subscripserunt alii; alii qvorum princeps erat Eusebius, qvasi per injuriam ejectus esset Arius, ut reciperetur, monuerunt. (c) Nihil his commoto Alexandro, sed fortius resistente, Eusebius Nicomediensis, & ejus fautores, qvos inter & alter Eusebius Cæsareæ Episcopus erat, coactis una post alteram Synodis, Arium in integrum restituerunt. Glisc ente indies intestina discordia, & per illam jam infidelium ludibriis exposito Christianismo, Constantinus Imp. amandato Alexandriam cum literis Irenicis Hosio, Cordubæ Hispaniæ Episcopo, compositionem frustra tentavit. (d) Itaqve majoribus auspiciis opus esse ratus, Synodum Niceæ in Bithyniæ ex CCCXVIII. Episcopis congregavit anno CCCXXV.

(a) Habet literarum formulam Socrates lib. 1. cap. 3. (b) Socrates d. l. Sozom. l. 1. c. 14. (c) Partem literarum Socrates affert. d. l. integras Eusebius *lib. 2. de Vita Constantini cap. 67.*

CCCXXV. in qva postqvam satis auditus erat Arius, tandem damnata ejus hæresis, libriqve ejus combusti, ipse in Illyricum relegatus fuit. Vnde post triennium oblato pœnitentiæ libello, seqve fidem Nicænam amplecti, etiam juramento professus, Imperatoris literis revocatur: cui eousqve fucum fecit, ut Alexandro Antistiti Constantinopolitano, illum sine mora in communionem admittere, diserte mandaverit. Qvo dum progreditur Arius, factionis suæ satellitibus stipatus, & in forum Constantini jam venisset, ob urgentem alvi necessitatem latrinas petiit: ubi Iudæ instar crepuit medius, ac una cum intestinis projectis, infelicem animam exhalavit. (a) Henricus qvidem Valesius (b) Arium ante aliqvot jam annos obiisse, adeoqve fœdum illud mortis genus, non huic, sed alteri Ario, Hæresiarchæ asseclæ, obtigisse putat. Verum recte monet Wilhelmus Cave (c) *hæc omnia gratis dicta, non nisi levibus duntaxat conjecturis, nullo veterum testimonio diserte nixa.* Sectatores ejus in tres fere sectas & factiones divisi erant: qvarum una, *Anomœorum*; altera, *Semiarianorum*; tertia, *mediigeneris*. Omnium sententiæ in id conspirabant, *Filium Deo Patri non esse ὁμοούσιον*: sed eo maxime differebant, qvod alii *Filium plane dissimilem Deo Patri*, alii *aliqvo modo similem esse*, dicerent. *Anomœi* inde dicti, qvod Filium Deo Patri per omnia dissimilem statuerent, & referente Epipha-

De fœda morte Arii.

De Sectis Arianorum.

Anomæi.

(a) Videatur Athanasii *Epistola ad Serapionem, de morte Arii*: qvam integram fere etiam exhibet Theodoritus *l. 1. c. 14.* Confer. Sozomenum *l. 2. c. 30.* (b) Annotat. *ad Sozom.* & *Observat. Eccles. l. 2. c. 2.* (c) In *Hist. Literaria Scriptor. Eccles. pag. 90. b.*

phanio, ducem habuerunt Aetium qvendam Diaconum, qvamqvam ab Arione latum qvidem ungvem recesserunt. *Semiariani* Filium Deo Patri essentia similem esse concedebant, neqve audebant dicere cum Ario, fuisse tempus, qvando non erat: sed tamen ex substantia Dei Patris productum esse, disertis verbis non affirmabant. Horum coryphæus erat *Basilius Ancyranus*. Deniqve *medii generis secta* erat eorum, qvi Filium Deo Patri qvidem similem, non autem essentia; sed vel voluntate, aut ad eum modum dicebant, quo effigies suo prototypo. Quorum princeps erat *Acacius*. Adeo autem hæ sectæ inter se committebantur, ut coactis unam post alteram Synodis, alia aliam damnaret, & alterius confessionem refigeret. Qvin imo & illi, qvi ejusdem sectæ videbantur, plus vice simplici Confessionem suam mutarunt. Vnde paucis annis undecim ab illis traditas Confessiones commemorat Athanasius *lib. de Synodis*. Inprimis autem magna contentio fuit inter Anomæos & Semiarianos. Basilius Ancyranus & alii Semi-Ariani ab Imp. Constantio petebant, ut contra Anomæos Synodum generalem cogeret. Visum est dividi Episcopos, & Seleuciæ Orientales, Arimini Occidentales eodem tempore congregari. In antecessum autem edita est formula fidei, qvæ utriqve Synodo exhiberetur: super qva Basilius cum Vrsacio & Valente mire disceptavit, qvod Filius ambiguo sensu, Deo Patri similis diceretur, voluitqve addi non voluntate solum, sed etiam essentia. Vnde

Semiariani

Horum dux Basilius Anc.

Medii generis

princeps Acacius.

etiam postea Patres Ariminenses Vrsacium & Valentem cum sua illa confessione damnarunt; sed ex Imp. mandato vi detenti partim, partim ab Vrsacio & Valente elusi, tandem subscripserunt. In Seleuciensi Synodo adhuc acrior fuit altercatio inter Semiarianos, & Hæreticos tertiæ sectæ. Horum princeps Acacius re & mente erat Anomæus: sed ut ab Anomœis, qvi jam valde invisi erant, non minus atqve a Semiarianis se separaret, τὸ ἀνόμοιον anathemate damnavit, & Filium Deo Patri similem, sed non essentia, dixit. Cujus subdolæ Confessioni ab omnibus reclamatum est. Tandem Acacii sectatores in Concilio Antiocheno redierunt ad Anomæos. Diu duravit Hæresis Arianæ, inqve multas se diffudit provincias, præsertim ex qvo Constantius Constantini filius Imp. impense eam defenderet, Athanasium Orthodoxorum promachum infense persequeretur, ac Liberium qvoqve Episcopum Romanum in Synodo Sirmiensi adigeret, ut post biennii exilium damnationi Athanasii, & formulæ perfidiæ Arianæ, in qva τὸ ὁμοούσιον supprimebatur, subscriberet: ceu liqvet ex ejus epistola ad Orientales Episcopos scripta, qvam Hilarius commemorat. (a) Etiam Hosius Cordubensis Episcopus, jam fere centenarius, qvi alias strenue contra Arianos pugnaverat, & ex persecutione Maximiani stigmata, & notas suæ constantiæ abstulerat, vi & plagis adactus, Arianorum formulæ subscripsit. Qvamqvam Athanasius, qui hæc commemorat, addit,

De Syonod Ariminensi & Seleuciensi.

Constantius Imp. Arianorum defensor.

De Hosio Cordubensi.

(a) Videatur etiam Athanasius *in Epist. ad solitariam vitam agentes* [illegible] & Sozomenus lib. 4. c. 15.

dit: ipsum moriturum, tanqvam testamento de vi sibi illata protestatum, hæresin Arianam condemnasse, &, ne qvis eam reciperet, hortatum esse. Iam post Constantii obitum Athanasius Alexandriam recesserat, magno honore exceptus: sed non multo post a Iuliano Apostata, Constantii successore, ad preces Arianorum Alexandria pellitur: at qvæsitus, astuto consilio perseqventes se eludit: ut habet Theodoretus *lib. III. cap. VIII.* Adhæc Iustina, Valentiniani conjux, Arianis addictissima, Ambrosium Mediolanensem Episcopum perseqvebatur, ipsumqve gradu moveri, & Auxentium Arianum sufrogari voluit: sed irrito conatu, resistente toto populo, ut narrat Theodoretus. Sed & Valens Imp. ab Eudoxio Ariano baptizatus, jurejurando fidem dedit, se tam Arianum dogma defensurum, qvam orthodoxam fidem expugnaturum. Hinc gravi adversus orthodoxos excitata persecutione, alios in exilium egit, alios aliis modis vexavit. Horrendum profecto est, qvod LXXXI. Ecclesiasticos viros de injuria Arianorum qvestos navi imponi, & comburi fecerit. (a) Tandem Valens Imp. in prælio qvodam contra Gothos, qvos ipse missis ad eos Episcopis hæreticis Arianismo infecerat, sagitta vulneratus, in vicinum tugurium se recepit, qvo ab hostibus incenso, misere conflagravit. (b) Seculo V. Ariana pestis, uti alibi, ita præsertim in Africa vehementer grassata est: ubi Vandalorum Reges, Gensericus, & filius ejus Hunericus, in orthodoxos

Iulianus Arianis favet.

& Iustina Valentiniani uxor.

Valens Imp. persecutor Orthodoxorum.

Valens miserrime perit.

De persecutione Orthodoxorum Vandalica.

Ppppp 2

(a) Vide libellum nostrum *de Cruciatibus Martyrum cap. XI.* (b) Socrat. l. 4. c. 26. Orosius l. 7. c. 33.

doxos gravissimis tormentis & suppliciis sæviebant: qvod fuse commemorat Victor Vitensis (Vticensem vulgo vocant) *tribus de Persecutione Vandalica libris.* Sub initium seculi VI. hæresi Arianæ patrocinati *Theodoricus*, Ostro-Gothorum in Italia, ut & *Trasimundus*, Vandalorum Rex. Et hic qvidem Episcopos Africanos, & in his Fulgentium Ruspensem, in Sardiniam relegavit. Præcipitante seculo sexto *Autharis*, Rex Langobardorum, ut Arianam hæresin promoveret, Orthodoxorum filios in fide Catholica baptizari prohibuit: ut refert Gregorius Magnus *lib. I. Epist. XVII.* Sub exordium seculi VII. *Ariovaldus*, post ejectum regno Catholicum Regem Adolvaldum, Langobardorum Rex Arianus, in unum atqve alterum Catholicum monachum admodum crudelem se exhibuit: & licet Arianus esse non desineret, tandem tamen Orthodoxis æqvior esse cœpit: ut testatur Ionas, Abbas Hibernus, *in vita Columbani.* Ariovaldi successor *Rotharis*, peculiari & severo edicto cavit, ut in omnibus propemodum civitatibus Italiæ Langobardicæ duo essent Episcopi, qvorum unus Catholicæ, alter Arianæ Ecclesiæ præesset: ut refert Paulus Diaconus *de Gestis Langobardorum lib. VI. cap XLIV.* Dehinc Ariana hæresis duravit usqve ad seculum VIII. sub cujus initium exstincta exspiravit. Sicut autem religioni Christianæ clarissima luce sub Imp. Constantino longe lateqve sese diffundenti caliginem rursus inducere per Arium tentavit Princeps tenebrarum; ita eodem fere tempore, qvo Confessio sinceræ religionis in Comitiis Augustanis publicata, toti fere

Theodoricus Italiæ & Trasimundus Vand. Reges Ariani.

Langobardorum aliqvot Reges Ariani.

Ariana hæresis sec. VIII. exstincta.

ti fere orbi innotuit, *Michael Servetus*, Hispanus blasphema Arii dogmata ex inferis in terras reduxit, eaqve editis variis libellis per Galliam disseminavit. Sed qvamqvam singulari exemplo Genevæ combustus; sectatores tamen accepit plurimos, *Valentinum Gentilem*, Campanum; *Ioh. Alciatum*, Mediolanensem; *Georgium Pauli*, Concionatorem Cracoviensem; *Georgium Blandratam*, Medicum; *Adamum Neuserum*, Heidelbergæ Pastorem, Apostatam Turcum; *Franciscum Davidis*, Transsylvanum. Qvi per Poloniam, Lithuaniam, Prussiam, & Palatinatum impia sua commenta sparserunt. Nostro ævo latius se virus alicubi exeruit, nec dubitavit *Christophorus Sandius* Iunior variis scriptis illud disseminare. Ab Semiarianorum secta non multum discrepant *Simon Episcopius*, & *Stephanus Curcellæus*, eorumque in Belgio sectatores; qvi Filium non eandem cum Patre, sed similem, vel ejusdem speciei essentiam habere, dicunt: nisi qvod ex essentia Dei Patris etiam genitum esse fatentur Filium, qvod olim non ausi sunt fateri Semiariani.

Sed ut tandem ad Scriptores de Arianis accedamus, *Athanasius* variis contra eos operibus decertavit, ex qvibus etiam multa historica licuerit exsculpere. Huc igitur pertinent ejus *Disputationes*, seu *Orationes V. contra Arianos*. Πεντάβιβλον vocat Photius, ac *tropbæum adversus omnes, potissimum vero Arianam hæreses esse*, dicit Cod. CXL. Ejusdem Athanasii *contra Arianos* λόγος σύντομος (*sermo compen-* *Scriptores Anti-Ariani Athanasius.*

 diarius

diarius) nihil aliud eſt, qvam *ἀποσπασμάτιον* *Orat. I. contra Arianos*: item: *Ad Adelphium Epiſcopum contra Arianos Epiſtola* : item *Epiſtola ad Serapionem*, Thmuios in Ægypto *Epiſcopum*, *adverſus eos*, *qvi dicunt Filium creaturam eſſe* : in qva compendio refert, qvæ fuſius contra Arianos diſputaverat : porro, *Epiſtola de Synodi Nicena contra Hæreſin Arianam decretis* : Epiſtola *de ſententia Dionyſii Alexandrini adverſus Arianos*: Oratio, *de Humana Natura ſuſcepta ab unigenito Verbo*, *contra Arianos*: item *Epiſtola ad Africanos Epiſcopos*, *adverſus Arianos*: Athanaſio ſuccedat *Hilarius*, Pictavienſis Epiſcopus, cujus huc ſpectat nobile Opus *de Trinitate*, in duodecim libros diſtinctum: item, *adverſus Arianos & Auxentium liber*; ut & *de Synodis adverſus Arianos liber*, ad Galliarum & Britanniæ Epiſcopos. *Phœbadii* Epiſcopi Galli, *librum contra* Arianos, cum interpretatione Theodori Bezæ, primus edidit *Henricus Stephanus*, (a) poſt *Petrus Pithæus* (b) *dein Caſpar Barthius*: (c) ac *Bibliotheca Patrum* inſertus eſt. De *Sanctiſſima Trinitate adverſus Arianos* libri IV. a *Fabio Mario Victorino*, Afro, Rhetore Romano ſcripti, habentur in *Bibliotheca Patrum* : item *de Generatione Verbi Divini* liber, *adverſus Candidum Arianum*. (d) Ve-

Hilarius.

Phœbadius.

F. Marius Victorinus.

(a) An. 1570. (b) Pariſ. 1586. (c) Francof. 1623. (d) Hujus *Candidi* ad Victorinum *de Generatione divina*, liber cum Victorini *Confutatione* Ziegleri *Commentariis in Geneſin* ſubſumtus eſt. Baſil. 1548. Habetur etiam Fragmentum Epiſtolæ ejus ad Victorinum unacum Victorini reſponſione apud Mabillonium *Analect. Tom. IV.*

Verum hic provecta jam ætate Christianismum amplexus, non videtur ubiqve fidei dogmata satis accurate percepisse, saltem non satis feliciter expressisse. (a) Præterea *Gregorii Nazianzeni* Oratio *ad Arianos, & de se ipso*, in ejus *Operibus* comparet. Aliam *Orationem in laudem Martyrum, & adversus Arianos*, Latine primum a *Ioh. Leunclavio*, & post a Iacobo Billio, Græce autem a Richardo Montacutio editam, qvæqve etiam in *Appendice Tomi I.* editionis an. CIϽIϽCXXX. habetur; Nicolaus Faber, & Federicus Morellus, ὑποσατυμάτων potius ex *Oratione* qvadam Chrysostomi esse arbitrantur. (b) Ex *Ambrosii* scriptis huc referas librum *de Fide, seu Consubstantialitate cum Patre*; item, *Orationem ejus in Auxentium*, Episcopum Arianum, *de Basilicis non tradendis Hæreticis, aut Gentilibus*. Ejusdem *Disputatio cum Palladio Ariano* apud Vigilium Tapsensem habetur. Ex *Hieronymi* autem *Epistola II. ad Damasum, adversus Arianorum hypostases*: item, *Epistola adversus Arianos de fide sua ad Marcum*. Scripsit etiam *Faustinus*, Schismatis Luciferiani Presbyter, *de Trinitate*, sive *contra Arianos* librum, septem libris constantem: qvem Sirmondus cum aliis opusculis primum edidit: (c) deinde in *Bibliotheca Patrum* comparet, ac *Notis* illustratus est in Anglia. (d) Præterea *Augustinus* contra Arianos pugnavit *libris qvindecim de Trinitate*; libro *contra Sermonem Arianorum*: libris tribus *contra Maximinum, Arianorum*

Greg. Nazianzenus. *Ambrosius.* *Hieronymus.* *Faustinus.* *Augustinus.*

(a) Cave in Hist. Lit. p. 128. b. (b) Ibid d. l. p. 141. (c) Paris. 1650. (d) Oxon. 1678. (e) Vna cum aliis *contra Hæreses Opusculis* Basil. ed. 1518. & in *Bibl. P. P.*

rum Episcopum. *De incomprehensibili Dei Natura, adversus Anomæos* sex Homilias scripsit *Iohannes Chrysostomus.* Atqve hi sunt scriptores seculi IV. Ex seculo V. occurrit, *Vigilius*, gente Afer, Tapsensis in provincia Byzacena Episcopus, qvi sævientibus in Catholicos Vandalis Arianis patriam suam deseruisse, ac Constantinopolin concessisse, videtur. Et in hujus qvidem Operibus, a Francisco Chifletio collectis (a) comparent: *Altercatio sub nomine Athanasii adversus Arium:* sive *Dialogi II.* in Concilio Nicæno, inter Athanasium & Arium habiti, Probo judice: *Dialogi,* sive *Altercationes III.* ab Athanasio contra Arium, Sabellium, & Photinum, coram Probo judice habitæ: *de Trinitate,* sive *de Vnitate, Trinitate Deitatis contra Marivadum Arianum libri XII.* Liber *de Vnitate Trinitatis ad Optatum,* sive, *Dialogus inter S. Augustinum. & Felicianum Arianum,* a Vigilio confectus: De *Trinitate adversus Varimadum,* seu *Marivadum,* sectæ Arianæ *Diaconum,* & Hunerico Regi admodum gratiosum libri *III.* sub *Idacii Clari* nomine a Vigilio olim evulgati, & sub ejusdem nomine sæpius impressi: *Liber contra Arianum Episcopum:* Solutiones *Objectionum Arianorum:* qvas primo Dialogo sub nomine Athanasii contra Arianos a Vigilio, ante qvam secundam istorum Dialogorum editionem moliretur, adjectas esse conjicit Chifletius. In *Bibliotheca* autem *Patrum Tomo* VIII, habetur *Altercatio,* sive *Dialogus S. Augustini cum Pascen-*

Chrysostomus.

Vigilius Tapsensis.

(a) Divione ed. 1664.

tio Ariano, coram judice Laurentio, a Vigilio conficta: qvæ a Patribus Benedictinis, novissimæ *Operum S. Augustini* editionis curatoribus, Epistolarum ejus Appendici subnexa. Eodem seculo floruit *Cerealis*, gente Afer, Episcopus Castulensis: cujus *Libellus Concertationis de Fide SS. Trinitatis contra Maximianum*, Ammonitarum Episcopum Arianum, exstat in *Haresiologia* Basileensi, & in *Biblioth. PP. Tomo VIII.* (a) Porro *Alcimus Ecdicius Avitus*, Episcopus Viennensis, scripsit *Collationem suam aliorumqve adversus Arianos*, a Luca Dacherio *Spicilegii Tomo V.* editam. Ex seculo VI. supersunt *Fulgentii* Afri, *Ruspensis* Episcopi, *adversus Arianos liber*: ad decem eorum mira barbarie & obscuritate deformes objectiones totidem responsiones continentes: item, *Contra Fastidiosi Ariani Sermonem ad Victorem liber*: cui præmittitur *Fastidiosi* sermo, & Victoris Epistola ad Fulgentium, refutationem Fastidiosi enixe petens. Franciscus qvidem Chifletius, ejusdem *pro fide Catholica adversus Pintam Arianum* librum edidit: (b) verum Fulgentii non esse, satis arguit, crassa, qvæ inibi deprehenditur, Græcæ Lingvæ ignorantia. (c) Auctoris incerti, sed antiqvi, *Breviarium fidei adversus Arianos Hæreticos, in qvo trium divinarum personarum aqvalitas plurimis Scripturæ S. locis & argumentis liqvido comprobatur*; in *Opusculis Dogmaticis Veterum qvinqve scriptorum*, publicavit Iac. Sirmondus. (d)

Cerealis.

Alcimus Avitus.

Fulgentius Rusp.

Qqqqq At-

(a) Alias editiones vide in Thomæ Hide *Catal. Bibl. Oxon. Bodl.* p. 153. (b) Divione 1649. (c) Cave in *Hist. Lit.* p. 273. (d) Paris 1630.

Atqve hi fere ſunt ſcriptores antiqviores, ad Hiſtoriam & oppugnationem Arianam ſpectantes. Ex recentioribus laudandi veniunt, *Samuelis Langen*, *Theol. Lipſienſis Hæreſis Arii.* (a) Iohannis Meiſneri, Theologi Wittebergenſis, Diſp. Theolog. *de Origine & progreſſu Arianiſmi.* (b) Iohannis *Friderici Kœnigs*, Theologi Griphisvvaldenſis & Roſtochienſis, *Hiſtoria Arianiſmi.* (c) Philippi *Ludovici Hanneckenii*, Theologi Gieſſenſis, nunc Wittebergenſis, *Epitome Hiſtoriæ Arianæ, in qva vita, mores, & mors Arii traditur.* (d) Balthaſaris *Bebelii de Mediis Arianiſmi.* (e) Iohannis *Adami Oſiandri*, Theol. Tubingenſis, *Arianiſmi antiqvi & novi breves lineæ.* (f)

Sam. Lange. *Ioh. Meiſnerg.* *Ioh F. Kœnig.* *Ph. Lud. Hanneckenius.* *Bal. Bebelius.* *Ioh. Ad. Oſiander.*

SECTIO XII.

ARMINIANI ET REMONSTRANTES.

Arminiani Patrum noſtrorum memoria nomen acceperunt ab *Arminio*, Lugdunenſi in Batavis Theologo. Hic vernaculo nomine *Iacobus Hermanni* dictus, anno CIↃIↃLX. *Oudewateræ* (g) ad Iſalam in Hollandia in lucem editus, patre orbus, a *Theodoro Æmilio*, & ab hujus obitu, a *Rudolpho Snellio*, in ſchola Vltrajectina, bonis litteris imbutus, anno LXXV. Marburgum in Haſſiam conceſſit. Sed novam in Batavis Academiam Lugduni erectam eſſe, edoctus, in eam ſe conferens, ad Philoſophiam & Theologiam ingenium applicuit, in intima ejus ady-

Summa Vitæ IACOBI ARMINII.

ta

(a) Lipſ. 1643. (b) VVitteb. 165? (c) Gryphiſv. 1654. (d) Gieſſæ 1660. (e) Argent. 1669. (f) Tubing. 1688. (g) Hinc *Veteraqvina* ſolet dici.

ta se penetrans. Anno LXXXII. a Senatu Amstelodamensi, Genevam, uberioris profectus ergo, missus, cum ibidem *Theodorum Bezam* aliqvamdiu audivisset, Basileam migravit: ubi Facultas Theologica, ob præclaram eruditionem, Doctoris titulũ sumptu publico liberaliter ipsi obtulit: qvem tamen modeste recusavit. Genevam inde reversus, aliqvo tempore ibi exacto, motus fama *Iacobi Zabarellæ*, Philosophi Patavini, Italiam adiit, qva septem mensibus perlustrata, Genevam repetiit. Anno LXXXVIII. a Mæcenatibus suis Amstelodamum revocatus, ibidem per qvindecim annos sacro ministerio functus, eidemqve interea colligendi *Corporis Controversiarum Anabaptisticarum* cura fuit credita Anno CIↃIↃCIII. a Curatoribus Academiæ, Lugdunum vocatus, ac ægre dimissus, Professoris ibi Theologici munus, voce, scriptis, ac vita inculpata, obiit. Hic cum *Ægidii Hunnii*, aliorumqve Lutheranorum Theologorum scripta freqventius legeret, ac perpenderet, sive, ut Petrus Bertius *in Orat. de vita & obitu Arminii*, Disputationibus ejus præfixa, refert, Bezam in doctrina de Prædestinatione adversus Ecclesiæ Delphensis Pastores defendere conaretur; sententiæ, qvam oppugnabat, victus pondere, in doctrina *de Prædestinatione* a ceteris Reformatis dissentire, suamqve sententiam, cum aliis scriptis, tum *Examine modesto libelli Gvilielmi Perkinsii de Prædestinatione*, & *Amica Collatione cum D. Francisco Iunio*, confirmare cœpit. Qvæ res magnam ei apud ceteros sectæ suæ Theologos invidiam creavit, sicut inprimis

primis a *Francisco Gomaro* Collega, Supralapsariorum tenebris involuto, acerbe exagitaretur. Enimvero is non modo in ipsa Academia cum Arminio Collega congressus, sed etiam an. CIƆIƆCVIII. in summo Hollandiæ Ordinum consessu, primo solus, post sociatis hinc inde qvatuor Pastoribus, absqve tamen sperato successu, cum Arminio disputavit: donec hic, excusatione infirmæ valetudinis usus, postremum colloqvium abrumperet, domumqve reversus, anno CIƆIƆCIX. XIX. Octobris supremum diem obiret. (a)

D. Conr. Vorstio. In Arminii qvidem locum designatus erat *Conradus Vorstius*, Coloniensis, anno CIƆIƆLXIX. natus, Professor Gymnasii Steinfurtensis: sed cum tempori se prodidisset, præsertim in libro *de Deo*, in qvo monstrosa dogmata &. SS. Trinitati adversa spargere cœperat, deqve iis & Ecclesiæ qvædam Reformatæ, & ipse Rex Magnæ Britanniæ *Iacobus*, Belgii Ordines monendos existimassent, (b) nunqvam huic muneri, ad qvod vocatus erat, & cujus occupandi causa jam Lugdunum, cum familia venerat, admotus fuit. Vnde eum postea Sociniani, ad capessendam apud ipsos Theologiæ professionem invitarunt. Obiit Tonningæ in Holsatia anno CIƆIƆCXX. (c) Interim dum Studiosorum in Academia Lugdunensi divortium, qvorum alii *Arminiani*, alii *Gomaristæ* dicebantur, incrementa sumeret,

(a) Encomia Arminio ab Heinsio, Martinio, & Buxtorfio tributa, vide in *præfat. Ep. Theologicarum Arminii*. (b) Exstat ipsius Regis super causa Vorstii *Declaratio*. Scripta Anti-Vorstiana recenset Hottingerus *Bibliothecarii lib. 3. cap. 2. pag. 384.*
(c) Sandius in Biblioth. Antitrinitariorum p. 98.

meret, ac Arminii doctrinæ passim in civitatibus Proceres qvidam accederent: non desierunt Ecclesiæ Ministri in Synodis suis particularibus & provincialibus urgere, ut, qvi discesserant a recepta Calvini, Bezæ, aliorumqve veterum ex Reformatis Doctorum sententia, ad eandem reducerentur. Qvod autem voto suo exciderent, dissentientes, ac absoluti illius Reprobationis decreti impugnatores, Nationalis Synodi decreto, opprimendos putabant: præsertim cum adversariis Socinianismi hæresin imputarent. Verum Arminiani apertam Socinianismi accusationem ferendam minime putabant (num ex animo tum Socinianorum errores fuerint exsecrati; an præ metu id fecerint, ne jure provinciis fœderatis excluderentur, meum non est definire) ac Ordinibus supplicem libellum offerebant: cui cum *Remonstrantiæ* nomen imposuissent, ab eodem postea REMONSTRANTES fuerunt appellati: perinde ac *Contra-Remonstrantes*, qvi alio libro *Contra-Remonstrantia* dicto, *Remonstrantiam* impugnabant. Qvo ipso paulatim *Arminianorum* ac *Gomaristarum* nomenclatura obliterata fuit. Et iste qvidem *Remonstrantiæ* libellus, Hollandiæ ac Westfrisiæ Ordinibus ab Arminianis anno CIƆIƆCX. oblatus fuit: qvi in *Collatione Hagiensi* anni CIƆIƆCXI. & in Wilhelmi Baudartii *Polemographia Auraico-Belgica* exstant. A qvo diversa est iterata *Remonstrantia* anno CIƆIƆCXVII. Ordinibus exhibita: in qva diserte protestantur, se non nisi qvoad qvinqve articulos, videlicet, de *absoluto Prædestinationis decreto*; De *Redemptione CHRISTI particulari*; de *servo hominis arbitrio*; de *irresisti-*

REMONSTRANTIUM nomen unde.

sistibili Gratiæ Dei operatione in Conversione; nec non, de *perseverantia vere fidelium, fideiqve inamissibilitate*, a ceteris Reformatis dissentire. Oblatis his libellis, cum a mutuis calumniis neqvaqvam abstineretur futuri id aperti schismatis erat præludium: in tantum qvidem, ut, licet ab eo tempore, non minus ac antea, per Colloqvia, publico privatoqve nomine instituta, tum & per Conventus Classium Synodales, rupturam illam Contra-Remonstrantes resarcire cogitarent, oleum tamen atqve operam perdiderint. Nimirum Remonstrantes in eo persistebant, tolerari mutuas illas dissensiones tamdiu deberi, donec per liberam Nationalem Synodum, in qva ante omnia *Catechesis*, & *Confessio Belgicarum Ecclesiarum* corrigenda, componendarum vel tollendarum litium remedium ostenderetur. Contra-Remonstrantes vero tantum aberat, ut in ullam *Catecheseos*, atqve *Confessionis* emendationem consentire vellent, ut omnes potius, qvi in ministerio viverent publico, nec jam tum juramento publicæ doctrinæ professionem confirmassent, nunc necessitate id exigente, ad illud præstandum adigendos censerent. Perspicientes igitur fœderati Belgii Ordines Generales, Synodos Provinciales huic vulneri mederi amplius non posse; qvin & timentes, ne, ceu in *præfatione Actorum Synodi Dordracenæ* profitentur, Nationalem Synodum, qvam Contra-Remonstrantes impense urgebant, differrent longius, *Ecclesia contra Ecclesiam aliam, civitas una contra alteram, provincia contra provinciam insurgat*,

gat, sicqve intestinum bellum florentissimum Belgium consumeret; Synodum tandem Nationalem Kl. Novembris an. CIƆIƆCXVIII. Dordraci inchoandam indixerunt: in qva non modo de absoluto decreto dogma stabilitum ac confirmatum, verum etiam dissentientes Remonstrantes loco moti, Politici autem quidam Remonstrantismo faventes, sed sub prætextibus etiam aliis, partim plexi capite (id prudentissimo tum temporis mortalium, & Reip. fœderati Belgii propemodum Statori, Oldenbarneveldio, obtigit:) partim in carcerem Lovesteinianum, ex qvo mire evasit Hugo Grotius, abducti fuere. Tum etiam *Simon Episcopius*, qvi in locum Francisci Gomari Lugdunum accitus erat, exauctoratus fuit: qvi tamen postea, supra Prædestinationis negotium, Socimana dogmata passim ita suis admiscuit, ut & Remonstrantium fecerit, & sectæ affricarit, qvam ducebat. Patet id ex *Confessione*, qvam laxam nimis & ambiguam cudit, ut & *Apologia* illius, *Remonstrantium* omnium nomine edita: qvod vehementer improbat Hoornbeekius. (a) Et huic qvidem si fidem adhibemus, *turbidi, paradoxi, & mordacis ingenii vir erat* Episcopius, *ad serendas augendasqve contentiones, non ad componendas factus, & cui qvale qvale caput, certe non adfuit animus Theologi.* Ceterum placet hic summam Vitæ Episcopii a Curcellæo scriptæ, ejusqve Operibus Amstelodami an. CIƆIƆCLXII. duobus Tomis editis præfixæ, repetere. Natus est Amste-

De Synodo Dordracena.

(a) In *Summa Controv.* l. 8. p. 577.

Vita SIM. EPISCOPII.

Amstelodami anno CIƆIƆLXXXIII. patre *Egberto Remberti Episcopio*, matre *Gertruide Iohannis*, qvi in mediocri sorte decem procreaverunt liberos, sed, excepto nostro, & *Iohanne*, præmaturo fato decedentes. Simon autem, cum non obscura felicis ingenii, & vivacis memoriæ indicia daret, studiis consecratus fuit, subsidium ultro offerente *Cornelio Benninga*, viro consulari. Missus itaqve sub disciplinam *Petri Vekemanni*, Rectoris Scholæ, tantos brevi in literatura Latina ac Græca progressus fecit, ut a Senatu Amstelodamensi in numerum alumnorum reciperetur. Anno CIƆIƆC. Lugdunum in Collegium illustrium Hollandiæ WestFrisiæqve Ordinum, cui tum præerat *Iohannes Kuchlinus*, antea Ecclesiastes Amstelodamensis, missus, anno CIƆIƆCII. patrem, nec multo post matrem amisit. Anno CIƆIƆCVI. Magisterii titulo a *Rudolpho Snellio*, Matheseos Prof. ornatus fuit. Exin totum se Theologiæ dedidit, præceptoribus *Francisco Gomaro*, *Luca Trelcatio*, & *Iacobo Arminio*: qvorum lectiones sedulo freqventavit, & in Disputationibus atqve Concionibus exercitatoriis, qvas *Propositiones* vulgo vocabant, summe se industrium exhibuit. At cum deinde, præcipue post Trelcatii obitum (is anno CIƆIƆCVII. XII. Sept. obiit) dissidium illud *de Prædestinatione* inter reliqvos duos Theologos in nervum tandem erumperet, & Episcopius Arminio adhæreret, id in causa fuit, ut Pastores adversarii obstarent Episcopio, qvo minus Amstelodami Spartam potiretur Ecclesiasticam. Anno

CIƆIƆCIX.

CIↃIↃCIX. qvo Arminius concessit fatis, Episcopius Franeqveram se contulit, fama potissimum *Johannis Drusii* motus: sed ibi qvoqve cum in Disputationibus fervidior esset, *Sibrandi Lubberti* odium in se concitavit. Anno CIↃIↃCX. in patriam reversus, a Senatu Roterodamensi ad pastorale sacrum munus in Bleysvvico pago vocatur: atqve Colloqvio inter senos Pastores Remonstrantes, ac totidem Contra-Remonstrantes in consessu Hollandiæ & Westfrisiæ Ordinum an. CIↃIↃCXI. Hagæ-Comitis instituto adhibitus est. Anno CIↃIↃCXII. in locum *Francisci Gomari*, qvi sponte stationem deseruerat, vocatur: in qvo munere cum D. *Johanne Polyandro*, Collega, diversum licet ab ipso in controversia Prædestinationis sentiente, amice conversatus est. Hoc tempore cum aliqvando in patriam se contulisset, ut testem baptismi Gertruidæ, fratris Johannis filiæ ageret, & Caspar Heidanus Minister Ecclesiæ insolita qvadam qvæstione in ipso actu ipsum exercere vellet, nec responso suo ei satisfaceret; exprobrationem Ministri *Juvenem* eum per contemtum vocantis, æqvo tulit animo: sed templo digressus, parum abfuit, qvin a plebe pugnis contunderetur, lapidibusqve impeteretur. Qvin & haud multo post faber ferrarius ipsum prætereuntem conspicatus, arrepto vecte ignito, qvem supra incudem formabat, *Arminianum & Ecclesiæ turbatorem* vocitans, qvasi mactaturus inseqvebatur. Tandem an. CIↃIↃCXVIII. ad Synodum Dordracenam ab Hollandiæ Ordinibus vocatus, una cum aliis Remonstrantibus

ribus comparuit, ac qvæ in Actis habetur, *Orationem* recitavit, collationem cum adversariis exoptans. At cum se, non ad conferendum, sed ad judicandum convenisse, Contra Remonstrantes, Præsidis sui ore dicerent, hi præmissa protestatione, qvod Synodum, utpote maximam partem ex hostibus constantem, qvi se jam ante damnassent, pro legitimo controversiarum judice non possent agnoscere, ad sententiam suam proponendam ac defendendam se accingebant. Veruntamen Synodo exclusi, varia scripta, qvorum potissima pars Episcopio debetur, concinnant, qvæ una cum *Actis Synodalibus* aliqvanto post lucem viderunt. Tandem pronuntiata est sententia Synodica, qva Remonstrantes, tanqvam corruptæ religionis rei damnantur, & muneribus exauctorantur, aliis Pastoribus in locum eorum suffectis, qvamvis plerisqve Ecclesiis invitis & reclamantibus. Nec mora, per apparitores Ordinum, in curribus ad id paratis, extra fœderati Belgii limites abducti sunt, postqvam per octo menses Dordraci fuerant detenti. Episcopius ergo & pleriqve socii in vicinam Brabantiam se conferunt, & Antverpiæ, durantibus inter Hispanos & fœderatos Belgas induciis, domicilium eligunt: ubi Episcopius cum *Petro Wadingo* Iesuita, *Disputationes*, & *Antidotum adversus Synodi Dordracenæ Canones* ac insuper *Confessionem fidei*, Remonstrantium nomine conscripsit. Redintegrato bello, cum Episcopio in Brabantia secure amplius vivere non liceret, in Galliam migravit, & modo Rothomagi, modo

modo Parisiis habitavit, variaqve scripta emisit. Ibi etiam cum *Stephano Curcellao*, ac *Edmundo* Mercero, eximio Mathematico, fidam amicitiam iniit. Tandem Episcopius, Galliæ penitius cognoscendæ cupidus, Lutetia Lugdunum abiit, inde Massiliam, Nemausum, Montempessulanum, Rupellas, Pictavos, Andegaviam, Salmurium, Turonas, Cæsarodunum, Aureliam: unde Lutetiam & Rothomagum repetiit. Jam qvod persecutionum æstum contra Remonstrantes in patria nonnihil deferbuisse, audivisset, relicta Gallia, Roterodamum se contulit, ubi Ecclesiæ Remonstrantium satis numerosæ operam navavit, ac *Apologiam Confessionis Remonstrantium*; *Responsionem ad Specimen Professorum Lugdunensium*; *Vedelium Rhapsodum*; aliaqve composuit: uxorem qvoqve ibidem duxit *Mariam Pesseriam*, Henrici Nicelii, Concionatoris Roterodamensis viduam: cum qva ad annum CIↃIↃCXLI. concorditer, sed sine prole vixit. Anno CIↃIↃCXXXIV. Amstelodamum vocatur, ut *Remonstrantium Seminario praeesset*, & *juvenes, qvi in spem Ecclesiæ aluntur* (sic loqvitur Curcellæus) *institueret*: ubi inter alia *Verum Theologum Remonstrantem* elaboravit. Anno XXXIX. cum ob negotia qvædam Roterodamum ire compelleretur, in gravissimum morbum incidit, qvi aliqvot eum menses lecto affixum tenuit. Restitutus pristinæ valetudini, reversus Amstelodamum, docendo scribendoqve occupatus, anno XLIII. in morbum lethalem eundem, qvo conjux obierat, incidit, ischu-

riam scilicet, eamqve tam pertinacem, ut undecim dierum spatio ne guttulam urinæ reddere potuerit. Vnde cum ultra duos menses decubuisset, ac aliqvot ante supremum diem hebdomadis, visum amisisset, IV. Aprilis fuit demortuus.

Vita STEPH. CVR-CELLÆI.

Iam qvia *Stephanus Curcellæus*, fidus sectator & successor fuit Episcopii, hujus qvoqve vitam, potissimum ex funebri Oratione, ab *Arnoldo Pœlenburgio*, successore, Operibus ejus Amstelodami anno CIↃIↃCLXXV. cura Philippi a Limborch editis, præmissam, contrahemus. Natus est Genevæ anno CIↃIↃLXXXVI. II Maji, patre *Firmino*, Ambianensi, cujus frater, in patria Advocatus, magna eloqvii gloria effloruit: matre *Abigail*, Michaelis Coxii Parisini, Ecclesiæ Genevensis Pastoris, filia. Pater tempore lanienæ Parisiensis, Lugduni in cella qvadam ab homine Pontificio per tres dies ac noctes occultatus, tandem evasit incolumis. Stephanus vero cum vix, aut nondum natus, patrem amisisset, mox proximo consangvineo, *Carolo Perotto*, Pastori Parisiensi in disciplinam atqve educationem fuit traditus. Ephebis excedens, Lyceum Genevense ingressus est, inqve eo Philologos & Philosophos audivit præstantissimos. Cumqve tum temporis *Renatus Cartesius* inclaruisset, ejus philosophandi rationem in multis comprobavit, eoqve plurimum se illi insinuavit. Verum qvod Theologico studio inprimis se vellet addicere, in legendis Calvini scriptis erat assiduus, ac porro Theodori Bezæ utebatur institutione, qvi & privatim literis Græcis ipsum im-

imbuebat. Poſtea profectus in Helvetiam, Gymnaſium Tigurinum, & Academiam Baſileenſem, inviſit: indeqve peragrata bona parte Germaniæ, Heidelbergam devenit, ubi ſummo Icto, *Dionyſio Gothofredo* uſus eſt familiariter. Statuerat cum Curcellæus, Medicinæ jam etiam, & Iurisprudentiæ non ignarus, in Belgium profectionem ſuſcipere: verum nuncio de Arminii morte accepto, qvem potiſſimum adire constituerat, in patriam ſe recepit, nec diu poſt, anno nimirum CIↃIↃCXIV. Fontisbellaqvæ Eccleſiaſtico muneri admotus eſt. Anno XXI. ad Eccleſiam Ambianenſem in Picardia promotus eſt, ubi decretis Synodi Dordracenæ in Aleſiana Gallicana firmatis una cum *Davide Blondello,* tum Paſtore Houdanenſi, ac pluribus aliis ſe oppoſuit, ſic ut juramenti, ad qvam erant adſtringendi, formula rumperetur: proximo tamen anno in alia provinciali Synodo novum inſtrumentum confectum fuit, qvo omnes in Canonum Dordracenorum fidem recipiendam compellebantur, absqve juramento tamen. Curcellæus igitur cum diu id facere detrectaſſet, deniqve tamen conſangvineorum, aliorumqve interpellatorum crebris admonitionibus, victus, ſub certæ conditionis temperamento conſenſit, (a) ac mox Eccleſiæ in pago *Helmauru* præfectus, & Samueli Mareſio prælatus fuit. Non diu poſt ad Eccleſiam urbicam Vitriacenſem, totius Campaniæ celeberrimam evocatus,

(a) Honeſtam Palinodiam vocat Mareſius *in præfat. Apologeticæ Curcellææ*, juncta *Papiſſæ Reſtitutæ* p. 243.

riam ſcilicet, eamqve tam pertinacem, ut undecim dierum ſpatio ne guttulam urinæ reddere potuerit. Vnde cum ultra duos menſes decubuiſſet, ac aliqvot ante ſupremum diem hebdomadis, viſum amiſiſſet, IV. Aprilis fuit demortuus.

Vita STEPH. CVRCELLÆI. Iam qvia *Stephanus Curcellæus*, fidus ſectator & ſucceſſor fuit Epiſcopii, hujus qvoqve vitam, potiſſimum ex funebri Oratione, ab *Arnoldo Pœlenburgio*, ſucceſſore, Operibus ejus Amſtelodami anno CIↃIↃCLXXV. cura Philippi a Limborch editis, præmiſſam, contrahemus. Natus eſt Genevæ anno CIↃIↃLXXXVI. II. Maji, patre *Firmino*, Ambianenſi, cujus frater, in patria Advocatus, magna eloqvii gloria effloruit: matre *Abigail*, Michaelis Coxii Pariſini, Eccleſiæ Genevenſis Paſtoris, filia. Pater tempore lanienæ Pariſienſis, Lugduni in cella qvadam ab homine Pontificio per tres dies ac noctes occultatus, tandem evaſit incolumis. Stephanus vero cum vix, aut nondum natus, patrem amiſiſſet, mox proximo conſangvineo, *Carolo Perotto*, Paſtori Pariſienſi in diſciplinam atqve educationem fuit traditus. Ephebis excedens, Lyceum Genevenſe ingreſſus eſt, inqve eo Philologos & Philoſophos audivit præſtantiſſimos. Cumqve tum temporis *Renatus Carteſius* inclaruiſſet, ejus philoſophandi rationem in multis comprobavit, eoqve plurimum ſe illi inſinuavit. Verum qvod Theologico ſtudio inprimis ſe vellet addicere, in legendis Calvini ſcriptis erat aſſiduus, ac porro Theodori Bezæ utebatur inſtitutione, qvi & privatim literis Græcis ipſum im-

imbuebat. Postea profectus in Helvetiam, Gymnasium Tigurinum, & Academiam Basileensem, invisit: indeqve peragrata bona parte Germaniæ, Heidelbergam devenit, ubi summo Icto, *Dionysio Gothofredo* usus est familiariter. Statuerat tum Curcellæus, Medicinæ jam etiam, & Iurisprudentiæ non ignarus, in Belgium profectionem suscipere: verum nuncio de Arminii morte accepto, qvem potissimum adire constituerat, in patriam se recepit, nec diu post, anno nimirum CIƆIƆCXIV. Fontisbellaqvæ Ecclesiastico muneri admotus est. Anno XXI. ad Ecclesiam Ambianensem in Picardia promotus est, ubi decretis Synodi Dordracenæ in Alesiana Gallicana firmatis una cum *Davide Blondello*, tum Pastore Houdanensi, ac pluribus aliis se opposuit, sic ut juramenti, ad qvam erant adstringendi, formula rumperetur: proximo tamen anno in alia provinciali Synodo novum instrumentum confectum fuit, qvo omnes in Canonum Dordracenorum fidem recipiendam compellebantur, absqve juramento tamen. Curcellæus igitur cum diu id facere detrectasset, deniqve tamen consangvineorum, aliorumqve interpellatorum crebris admonitionibus, victus, sub certæ conditionis temperamento consensit, (a) ac mox Ecclesiæ in pago *Helmauru* præfectus, & Samueli Maresio prælatus fuit. Non diu post ad Ecclesiam urbicam Vitriacensem, totius Campaniæ celeberrimam evocatus,

(a) Honestam Palinodiam vocat Maresius *in præfat. Apologeticæ Curcellæanæ*, juncta *Papusæ Restitutæ* p. 243.

in hac ſtatione per decennium perſeveravit, ad annum nempe CIↃIↃCXXXIV. (a) Nam eo tempore conſcientiæ ſtimulis (uti voluit) qvod in Canones ſynodi Dordracenæ conſenſiſſet, adductus, in Belgium aufugit, (b) ubi Amſtelodami prælo typographico aliqvamdiu inſerviit, potisſimum Hugonis Grotii rogatu, cujus *Annotationes in qvatuor Evangeliſtas* a mendis repurgavit. Vertit & Mathematica nonnulla; deſcriptiones etiam Geographicas, qvas *Caſpar Barlæus* nonnullas confecerat in Opere magno Blaeuano, proſecutus eſt, atqve pertexuit. Sed cum Epiſcopius obiiſſet, Remonſtrantium Eccleſiæ unanimi ſuffragio, in ejus locum ſuffectus eſt. Qvo in munere multa ſcripſit, ediditqve, ac inter alia *Novum Teſtamentum*: cujus tamen variantes lectiones ad ſectæ ſuæ ſenſum multimodis pertrahere ſtuduit. Cum etiam nova de Prædeſtinatione controverſia inter *Moſem Amyraldum, & Petrum Molinæum* coorta eſſet, ſcripto Gallice edito, arbitrum ſe interpoſuit, ac porro ſuam & Arminii ſententiam *de Iure Dei in creaturas*, contra Amyraldum defendit. Sub extremum vitæ evulgavit Tractatum *de Eſu ſangvinis*, qvo multis rationibus probare annititur, Chriſtianis ut olim, ita nunc qvoqve ab omni eſu ſangvinis abſtinendum eſſe. Tanta eum temperantia fuiſſe, ajunt,

(a) Qvæ interea temporis cum Curcellæo acta, exponit Mareſius, d. pag. & ſeqq. (b) Commendat hanc in rem Mareſius Epiſtolam Molinæi ad Spanhemium, præfixam opuſculo ſuo Gallico, Lugd. Bat. excuſ. an. 1648. ſub hoc titulo: *Eclairciſſement des Controverſes Salmurienes.* Vide porro Mareſium pag. 282.

ajunt, ut nunqvam genio liberalius indulſiſſe, viſum, auditumve ſit. Anno XLVIII. ex ulcere veſicæ adeo laboravit periculoſe, ut Medici certam mortem prænunciarent: qvam tamen ſalvus evaſit ac incolumis. Tandem cum ſeptuageſimum ætatis annum jam eſſet supergreſſus, in priſtinum incidit morbum, qvi anno CIƆIƆCLVII. ipſo Aſcenſionis CHRISTI feſto die eum ſuſtulit. Corpore poſt obitum a Medicis reſecto (qvod ut fieret, non abnuerat) compertum fuit, veſicæ paulum qviddam ſupereſſe, ejusqve loco hæreſcere ingentem calculum, qvi digitorum attractu facile atteri poſſet, & confringi. Duas habuit uxores, *Iohannem de Beaulieu, le Blanc*, matronam nobilem, ex qva ſuſcepit *Gedeonem*, in nobili Douſarum toparchia Nordvici Eccleſiæ Remonſtrantium Paſtorem, & *Mariam* filiam. Hac jam in Galliis amiſſa, alteram ſibi ſociavit, *Suſannam Fleurigiam*, Vaſciacenſem: qvæ qvatuor ante mariti mortem annis, nulla relicta ſobole, vita exceſſit.

Iam ut ad Scriptores in cauſa Arminiana & Remonſtrantium pergamus, monendum ante omnia, fuiſſe inter Noſtrates Theologos, qvi Arminii doctrinam (modo in ea perſtitiſſent Sectatores, nec tot Sociniana admiſcuiſſent) *in articulis de electione, reprobatione, & qvæ his annexa, qvantum ex ſcriptis Arminii detur colligere, cum orthodoxa Lutheranorum & pure Evangelica doctrina ſi non in omnibus circumſtantiis, ſaltem in fundamento, & cauſa primaria, maximam partem convenire:* id qvod *Iohannes Donne-* *Arminiani Noſtratibus qvadamtenus conſenſerunt.*

rius,

rus, in præfatione *Considerationis nonnullarum Quæstionum e Synodo Dordracensi depromptarum*, docuit. Qvam iniqve vero & contra liberæ Synodi leges, qvatenus ab ipsis Reformatis feruntur, actum cum Remonstrantibus fuerit, jam ab aliis est ostensum, & nos, si vixerimus, alibi forte commonstrabimus.

Qvi contra Armin. & Remonstr. scripsere. Deinde contra Arminianos & Remonstrantes, & de illis scripserunt, partim Reformati, partim Nostrates. Et ex Reformatis primus forte fuit *Franciscus* ille *Gomarus*, *Fr. Gomarus.* Theologus Lugdunensis, ac deniqve Groningensis, qvi (qvod & jam supra monitum: (a)) anno CIƆIƆCXLI. XI. Ian. mortem cum vita commutavit, (b) utpote cujus habemus *Exhortationem Belgicam*; *Specimen Doctrinæ Arminianæ*; *Considerationem in Concionem funebrem Bertii.* Seqvuntur *Iacobus Triglandius*, *Iac. Triglandius.* cujus *Virtus Dei* (sic habet titulus) exstat, *contra Poppium*: *Guilielmus Amesius*, *Gv. Amesius.* Theologus Franeqveranus, qvi *ad Collationem Hagiensem* qvædam edidit. Ejusdem habemus *Coronidem, qva argumenta Pastorum Hollandiæ adversus Remonstrantium V. articulos ab horum exceptionibus vindicantur*: (c) item: *Antisynodalia scripta*, vel *Animadversiones in dogmatica illa, qvæ Remonstrantes in Synodo Dordracena exhibuerunt, & postea divulgarunt.* (d) Habemus etiam *P. Molinæus.* Petri *Molinæi* Anatomen *Arminianismi*. (e) Et in hanc cum Ioh. Arnoldus Corvinus, Lugduno-Batavus, ex patriæ

(a) pag. 755. (b) Vid. Voss. Epist. 405. ad Lud. Crocium, ubi & hæc legas: *In eo maximæ virtutes: qvas tamen aliqvantum depreciabat zelo, & animi impotentia.* (c) Lugd. Bat. 1618. (d) Franeq. 1629. Amstel. 1633, 1646. (e) Lugd. Bat. 1619.

patriæ civitatis Ecclesiaste, I.V.D. & in Gymnasio Amstelod. Prof. P. *Censuram* scripsisset (a) *Anton. Walæus*, ad eandem respondit. (b) Sic Theologiæ Proff in Acad. Lugdunensi, *Specimen Calumniarum atque heterodoxarum opinionum ex Remonstrantium Apologia excerptarum, instar Prodromi ad præmonendos omnes veros Christianos*, cum *Appendice, ad Lectorem Christianum* in lucem emiserunt. (c) Eorundem exstat *Appendix altera, seu Responsio* S. Theol. Proff. in Acad. Lugdunensi, *ad Prodromum, adversus ipsorum* Specimen *a Remonstrantibus emissum: qua Remonstrantium calumniæ & dogmata heterodoxa ad ulteriorem cautionem lectori exponuntur.* (d) Nicolai *Vedelii*, S. Theol. D. & Prof. in Illustri schola Daventriensi, *de Arcanis Arminianismi libri II.* seu *Quæstio, Quænam sit Religio & Fides Theologorum Remonstrantium, decisa ex Confessione Fidei & Apologia ipsorum.* (e) Huic *Stephanus Curcellæus*, ἀνωνύμως tamen, opposuit *Vedelium Rhapsodum*, sive *Vindicias Doctrinæ Remonstrantium a criminationibus & calumniis* Nic. Vedelii, *quas Rhapsodiarum in morem congessit, & inscripsit* Arcana Arminianismi. (f) Sed respondit Vedelius *Arcanorum Arminianismi parte III.* sive *Arcanis Novis Anti-Trinitariorum Hæreticorum, qui se* Remonstrantium *nomine involvunt, & Orthodoxam Doctrinam de Trinitate simulant: quæ ipsi prodiderunt in Responso, quod Tractatui primo* de Arcanis Arminianismi

Theologi Lugdunenses.

Nic. Vedelius.

Cui se opposuit Curcellæus.

Sed responsum a Vedelio.

Sſſſſ

(a) Francof. ed. 1622. (b) Lugd. Bat. 1625. (c) Ibid. 1630. (d) Ibid. 1632. (e) Ibid. 1632. (f) Hardervici ex offic. Typographorum Remonstr. 1633.

nismi *opposuerunt, cui Titulum fecerunt*, Vedelius Rhapsodus, *sive* Vindiciæ: (a) item, *Parte IV. continente Descriptionem I. Partis, sive Examine* Vindiciarum, *qvas Antitrinitarii Hæretici .... illi Parti opposuerunt.* (b)

Ioh. Maccovius.

Ioh. *Maccovii* πρῶτον ψεῦδος, *sive Ostensio primi falsi Arminianorum.* Ejusdem *Prælectiones pro Perkinsio contra Arminium.*

Nic. Bodecherus.

Nicolai *Bodecheri*, Sociniano *Remonstrantismus.* (c)

Iac. Triglandius.

Iacobi *Triglandii*, Viana ad Leccam Hollandi, ex Pontificio Reformati, primum Scholæ Vianensis Rectoris & Ecclesiastæ, post Amstelodamensis per XXIV. annos Pastoris, deniqve Theol. D. & Prof. in Acad. Lugduno Batava, *Dispp. Theologicæ in Confessionem Remonstrantium*: item, *Antapologia*, sive *Examen & Refutatio totius Apologiæ Remonstrantium.*

Ab. Heidanus.

Abrahami *Heidani*, Theologi Lugd. Batavi, *Examen Catechismi Remonstrantium.*

Leonh. Ryssenius.

Leonardi *Ryssenii*, Theol. D. *Synopsis impuræ Theologiæ Remonstrantium, ipsorum verbis tum expressa, tum sæpe refutata: cum Responso ad Epistolam* Arnoldi Poelenburgii. (d)

Abr. Calovius.

Ex Nostratibus huc spectant *Abrahami Calovii*, Theol. Wittebergensis, *Consideratio Arminianismi.* (e)

I. Ernest. Gerhardus.

Ioh. *Ernesti Gerhardi*, Theologi Nostratis optime meriti, *Synopsis Arminianismi*, sive *Sententia Remonstrantium circa aliqvot fidei Christianæ articulos.* (f)

Bal. Bebelius.

Balthasar *Bebelius*, de *Remonstrantium Scepticismo*.

Christ. Franckius.

Christophori *Franckii*, Norimbergensis, Theologi

Holsa-

(a) Lugd. Bat. 1635. (b) Ibid. eod. an. (c) Ibid., 1622. (d) Ultraj. 1661. (e) Witteb. 1655. 1657. 1671. (f) Jenæ 1656.

Holſato-Kilonienſis, *Specimen Controverſiarum, qvæ Eccleſiæ Lutheranæ cum Remonſtrantibus intercedunt:* (a) ac ab eodem *Univerſæ Remonſtrantium Theologiæ*, & *Syſtematis* ſimul ejusdem, qvod Philippus a Limborch, (de qvo mox dicemus) edidit, accuratum Examen exſpectamus. (b) Ioh. *Olearii*, Theologi Lipſienſis pientiſſimi, *Synopſis Errorum Arminianorum.* (c) Ceterum magna pars Hiſtoriæ Arminiano-Remonſtranticæ petenda eſt ex *Epiſtolis Præſtantium & Eruditorum* inter Remonſtrantes Virorum Eccleſiaſticis: qvarum primam editionem *Chriſt. Hartſœkerus*, Cœtus eorum Fridericopolitani in Holſatia, & Roterodamenſis, ad annum usqve emortualem CIↃIↃCLXXXIII. Eccleſiaſtes, & *Philippus a Limborch*, Amſtelodamenſis, illorum Eccleſiæ adhucdum Antiſtes, an. CIↃIↃCLX. Amſtelodami Latino, & biennio poſt ibidem, Belgico idiomate, ex Epiſcopii, Vorſtii, Barlæi, ſuisqve ſcriptis publicarunt. Poſteriorem, Epiſtolarum plusqvam CCC. auctario ſuperbientem, & ſex in univerſum illarum Centurias cum dimidia exhibentem, ſoli Limburgio debemus: qvi typis eam Amſtelodamenſibus anno CIↃIↃCLXXXIV. vulgavit.

Ioh. Olearius. *De Epp. Remonſtrantium.*

(a) Kilonii 1618. (b) Vide Molleri *Iſagogen ad* Hiſt. Cherſ. Cimbricæ part. II. cap. 5. p. 110. (c) Lipſ. 1686.

SECTIO XIII.

ARNALDISTÆ.

Nova non ita pridem ſecta inter Pontificios emerſit, bicipitem viſibilem Eccleſiam nobis ſiſtens

in Petro ac Paulo Apostolis. Hujus Auctor fuit ANTONIVS ARNALDVS, Theologus Gallus, qvi primo edidit librum Gallicanum, sic inscriptum *De l'authorité de S. Pierre & de S. Paul, qvi reside dans le Pape Successeur de ces deux Apostres.* (*De auctoritate S. Petri & S. Pauli, qvæ in Pontifice residet, successore duorum horum Apostolorum.*) Verum ei mox se opposuerunt ex ordine Iesuitico, *Isaacus Habertus*, & *Petrus de S. Ioseph*: qvorum alter, de *Cathedra seu Primatu singulari S. Petri in Ecclesia Catholica Apostolica & Romana libros II.* (a) alter autem librum, cui titulus: *L'Advocat de sainct Pierre, de l'authorité de sainct Pierre, & de S. Paul* (*Advocatus S. Petri, de auctoritate S. Petri, & S. Pauli*) ediderunt: (b) Contra Arnaldus sententiam suam magis firmavit, libro, qvem vocavit: *La grandieur, de l'Eglise Rom. establie sur l'authorité de S. Pierre & de S. Paul.* (*Magnitudo Ecclesiæ Romanæ stabilita super auctoritatem S. Petri & S. Pauli.*) Partes ejus sunt IV. I. complectitur *prolegomena contra dictos Iesuitas*: II. argumentum promit *pro æqvalitate Petri & Pauli, ex ipsis Papis*: III. *Concilia, & Patrum Græcorum Latinorumq; testimonia* producit: IV. *varias rationes, dubia & explicationes* addit. Etsi autem Innocentius X. cum ei offerretur scriptum, nauseabundus abjecit, addens: *Io non so Theologo* (*Theologus non sum*) post examen tamen aliis demandatum, & reqvisitam sententiam, Bullam emisit, in qva Hæreticos proclamat, *qvi sine subordinatione & subjectione S. Pauli*,

Ant. Arnaldus duo Ecclesiæ Romanæ capita statuit.

Adversarii ejus.

Qvibus ipse respondit.

Innoc. X. P. non intellexit controversiã: damnavit tamen.

(a) Paris. ed. 1645. (b) Ibid. eod. an.

Pauli, ad S. Petrum, in potestate suprema, susciperent dictos Arnaldi libros. Qvamvis verò supra duos illos, tertius accesserit Arnaldi adversarius Iesuita, *Erhardus Billius*, Theol. Prof. in Collegio Cænensi; item, *Antonius Vatier* in *Notis ad Augustini librum* de Corruptione & Gratia; item, *Animadversionibus in Arnaldum*, ac porro *Rodericus ab Arriaga*, Lucroniensis Hispanus, Academiæ Pragensis Cancellarius: non tamen Arnaldo fautores & Patroni defuere. Ipse autem Arnaldus, cum in Gallia sua amplius non satis esset ab injuriis & persecutione tutus, in Belgium se recepit: ubi qvam pridem habuerat, eruditissimi nominis famam pluribus aliis scriptis, inprimis contra Iesuitas propagavit. Ceterum *Arnaldismum*, sive *Typum Doctrinæ, qvam* Antonius Arnaldus, Theolog. Gallus *proposuit in libro, cui titulus:* La grandeur de l'Eglise Romaine, sub præsidio *Ioh. Adami Osiandri*, SS. Theol. D. & P.P. Tubing. examini publico subjecit *M. Leonhardus Rumpus*, Vlmensis, SS. Th. Stud. (a) *Alii Arnoldi adversarii.*

(a) Tubingæ 1670.

SECTIO XIV.

ATHEI.

O utinam essent nulli! Sed sicuti feracissima seges est eorum, qvi vita, factisqve, Deum, vindicem scelerum, negant, ita qvoqve proh dolor! & superiori, & nostro seculo, reperti sunt complures, qvi verbis etiam & scriptis Deitatem impugnarunt. De una Lutetia scribit Marinus Mersennus, Ord. Minimorum S. Francisci de Paula, *Commentar. in Genesin*, *Athei in Gallia longe plurimi.*

Gvil. de Asson-ville. Al. Capellus. M. Fotherby. Gisb. Voëtius. Theoph. Grossgebauer. Th. Spizelius. Ant. Reiserus. Seb. Niemannus. [illegible]

qvod anno cIↃIↃCXXIII. Atheorum ſocietas ibi in L. millia excreverit, & in unica ſæpe domo duodecim reperti, qvi hanc impietatem fuerint profeſſi. Iam de illis hiſtoricas æqve ac apologeticas complures habemus ſcriptiones: ex qvibus ad meam notitiam pervenere ſeqventes: *Gvilielmi de Aſſonville*, Atheomaſtix. (a) *Alexandri Capelli*, Theologi Salmurienſis, *Atheiſmus convictus*: Gallice. *Martini Fotherbyi* (Fotherby) Angli, *Atheomaſtix*. (b) Gisberti *Voetii* Diſputatio *de Atheismo*. (c) *Theophili Groſsgebaueri*, Eccleſiaſtæ Roſtochienſis ad S. Iacobum, Viri ſumme pii, *Antidotum adverſus Peſtem hodiernorum Atheorum: qvi certitudinem, & divinam S. Scripturæ auctoritatem, ac animarum noſtrarum immortalitatem in dubium vocare volunt*: Germanice. *Ludovici Fabricii*, Theologi Heidelbergenſis *Diſpp. contra Atheos*. (d) Theophili *Spizelii*, Eccleſiaſtæ Auguſtani, *Scrutinium Atheiſmi Hiſtorico-Ætiologicum*. (e) Ejusdem *Epiſtola de Atheiſmi radice*, ad Henricum Meibomium. (f) Ejusdem *Epiſtola, de Atheismo eradicando*, ad Antonium Reiſerum. (g) *Antonii Reiſeri, de origine, progreſſu, & incremento Antitheiſmi, ſeu Atheiſmi, Epiſtolaris Diſſertatio*, ad Theophilum Spizelium. (h) *Chilianus Rudrauf*, Philoſophus & Theologus Gieſſenſis, *de Atheiſmo*. *Sebaſtiani Niemanni*, Lubecenſis, Theologi primum Noſtratis, poſt Generalis Superintendentis in Ducali Holſatia, qvi an. CIↃIↃCLXXXIV. VI. Martii in vi-

(a) Antverp. 1599. (b) Londini 1622. (c) Parte I. *Diſpp. Selectar.* a pag. 115. 226. (d) Roſtoch. 1661. (e) Auguſtæ 1663. (f) Ibid. 1666. (g) Ibid. 1669. (h) Ibid. eod. anno.

vivis esse desiit, sive ejus Respondentis, M. Christophori *Ioachimi Iani*, Hannoverani, *Diss. de Atheis, eorumqve sectis variis, qvomodo illi rationibus firmissimis refutari, & adveræ religionis, Christianæ scilicet, agnitionem adduci & possint, & debeant.* (a) Caroli *Wolseley*, Baroneti Angli, *Irrationabilitas Atheismi:* Anglice. (b) Adami *Osiandri Exercitat. de Notitia Dei contra Atheos.* Iohannis *Mülleri* Atheismus *devictus*, Germanice. (c) *Christophori Franckii*, Atheus *convictus*. (d) Tobiæ *Wagneri*, Theologi Tubingensis, *Examen Elenchticum Atheismi Speculativi.* (e) Valentini *Greissingii*, Corona-Transsylvani, Electoral. Saxon. Alumni, *Exercitationes Academicæ II. de Atheismo*, Renato des Cartes, & Matthiæ Knuzen *oppositæ*. (f) Qvod autem ad hunc Knutsenium attinet, is Oldeswortha-Eiderstadiensis, ex Theol. Studioso, in Atheismi degeneravit patronum, istumqve in schedis aliqvot inficetis, ac blasphemis in Salana Nostra ac Altdorfina an. CIƆIƆCLXXIII. & -LXXIV. sparsis, ac se Novæ *Conscientiariorum*, nihil, nisi quod ratio ac conscientia dictitet, credentium, sectæ, auctorem falso profiteri, non erubuit. Atqve idem ille nebulo innumeros per omnem Europam homines, & in hoc oppido septingentos cives atqve Studiosos falsissime sibi jactabat adstipulari. Qvi rumor mendax, qvem malevoli, & flori Academico invidentes, mirifice auxerunt, ne seqviori etiam apud bonos de hac Academia suspicioni

Car. Wolseley.
Ad. Osiander.
Ioh. Müllerus.
Chr. Franckius.
Tob. Wagnerus.
Val. Greissing.
D. Matthias Knutsen.
Conscientiariorum plasta.

(a) Ienæ 1668. (b) Londini 1669. Vide Kempii *Biblioth. Angl. Theolog.* (c) Hamburgi 1672. Vide Molleri *Isagogen in Hist. Cimbr. part. II. p 167.* (d) Kiloni 1672. (e) Tubing 1677. (f) Witteb. 1677.

ab Ioh. Musæo refutato.

ni ansam præberet, *Iohannes Musæus*, Theologus, deliria Knutsiana anno CIↃIↃCLXXIV. peculiari scripto vernaculo solide confutavit, chartasqve scurræ athei impias eidem præmisit. Secundæ, qvæ proximo anno prodiit, editioni, Vindiciæ S. Codicis contra Empæctam hunc accuratæ accesserunt. (a)

Qvi de Veritate Religion. Christianæ scripsere.
I. Lud. Vives.
Th. Bibliander.
Pet. Ramus.
Ph. Mornæus.
Eilh. Lubinus
H. Grotius.
G. Calixtus.
Ioh. Micrælius.
El. Taddelius.
I. Henichius.
Iord. Edenius.

Deniqve heic, tanqvam loco non incommodo, monendum, qvod pleriqve illi, qvi *de Veritate Religionis Christianæ* commentati, etiam contra Atheos disputaverint. In illis sunt *Ioh. Ludovicus Vives*, Hispanus doctissimus prudentissimusqve: (b) *Theodorus Bibliander*, an. CIↃIↃXIV. natus an. CIↃIↃLXIV. denatus. (c) *Petrus Ramus*, Veromanduus, in laniena Parisiensi sublatus. (d) *Philippus Mornæus*, Plessiaci Dominus. (e) *Eilhardus Lubinus*, Prof. Rostochiensis. (f) *Hugo Grotius*: cujus liber etiam in Arabicam lingvam ab Eduardo Pocockio translatus est. (g) *Georgius Calixtus*, Theol. Helmstadiensis. (h) *Iohannes Micrælius*, Philos. & Theologus Pomeranus. (i) *Elias Taddelius*, Rostochiensis, primum in patria Theol. Prof. & Ecclesiastes, post Pastor Ecclesiæ Lutheranæ Amstelodamensis, qvi anno CIↃIↃCLX. obiit. (k) *Ioh. Henichius*, Theologus Rhintelensis. (l) *Iordanus Edenius*, Theologus Vpsaliensis. (m) Ioachimus

(a) Vide Molleri *Isagog. in Histor. Cimbricam* part. II. c. 6. p. 166. (b) Basil. 1544. Lugd. 1551. (c) Scripsit is *Christianismum sempiternum, verum certum, in quo solo homines possint salvari.* (d) Francof. 1594. (e) Lugd. B. 1587. & alibi. (f) Rostoch. 1603. (g) Vide Hottingeri *Histor. Orient.* p. 228. & *Hist. Eccl. Sec. 8* p. 511. & Pocockii *Epist. ad Vossium* n. 376. p. 251 a. (h) Helmst. 1633. (i) in *Ethnophronio.* (k) Rostochii ed. (l) Rhintelii 1667. (m) Vpsal. 1664.

mus *Stegmannus*, Junior, Ecclesiastes in Polonia, post Clausenburgi in Transsylvania.

Qvod reliqvum est, silentio prætermittere neqveo, haut ita pridem novum, eundemq; pestilentissimum libellum atheisticum, in qvo colluvies omnium periculosarum hypothesium, in unum qvasi systema redacta continetur, ex orco in lucem emersisse. Hic cum uni Collegarum meorum, Viro pietatis, probitatis, ac doctrinæ rarioris, submissus esset, ut cum cura legeret, ac pro re nata refelleret; adeo exhorruit mens viri pientissima, ut apud me tum ex morbo decumbentem de infrunita blasphemi hominis insania gravissime qvereretur, ac nihil magis optaret, qvam ut flagitiosissimi illius scripti memoria æternum deleretur. *Nam qvod si maxime refutaretur accurate*, addebat, *apud ipsum hominem, jam, uti apparet, per malitiosam animi obfirmationem reprobo sensui datum, ac divina principia omnia negantem, Scripturamqve sacram modis indignissimis tractantem, necqvicqvam proficiet ejusmodi refutatio: imo valde timendum est, ne apud alios notitia saltim diabolicorum dogmatum, pessimos in animo relinqvat aculeos.* Atqve ob id ipse etiam sancte celavi, qvod exemplum *Concordiæ Rationis & Fidei* Ienam devenerit. Interea qvoniam heri (hæc scribo XVII. Ianuarii anni ineuntis CIↃIↃCXCIV.) per novellas hebdomadarias, qvid cum hoc scripto ejusqve auctore actum Berolini, qvidqve agendum porro, innotuit; vel Collegæ laudatissimi, vel meam taciturnitatem nihil amplius profuturam

Qverela de novo libro Atheistico.

publico censui. Ceterum acerbissimis deplorandum lacrumis, qvod hæc ætas nostra tam ferax sit ejusmodi infelicissimorum foetuum: cujus rei causæ etsi cuiqve anti-Christianum nostrum Christianismum practicum paulo intimius introspicienti ignotæ esse neqveunt; id tamen impense miror, turpilucricupidorum qvorundam typographorum ac bibliopolarum licentiam summe temerariam majori rigore non coerceri. Qvæ cum ita se habeant, Potentissimi ELECTORIS BRANDENBVRGICI religiosa cura eo magis est deprædicanda, qvod nisi resipuerit, qvisqvis est, blasphemus homuncio, toti orbi sit demonstraturus Heros incomparabilis, qvam sollicitam dare velit operam, ne qvid universa religio Christiana, ne qvid Scriptura Sacra, per has ferales chartas aliqvid detrimenti capiat. Atqve hoc peregregium exemplum, ut alii Magnates ac Rerump. Præsides seqvantur mascule, ex animi sententia opto, voveo, precor: sed & intimis suspiriis anhelo, velit ipse Deus tam horribilibus creaturarum suarum machinationibus obsistere, ne in tot tantisqve scandalis, etiam parvulus Electorum coetus vacillet ac deficiat, sed potius majora semper atqve solidiora fidei ac charitatis incrementa sentiat.

Elogium ELECTORIS BRANDENBVRG.

SECTIO XV.

BASILIDES.

De ætate Basilidis.

Hic, si non ipsa Apostolorum ætate, certe paulo post, Ægyptum hæresi sua infecit. Clemens Alexandri-

andrinus *lib. VII. Stromatum* eum ſub Hadriano Imp. res Eccleſiæ turbaſſe tradit. Sed recte obſervavit Ittigius Noſter(a) eo tempore jam ſatis adultam fuiſſe hæreſin: cum Hieronymo teſte(b) Baſilides ſub Hadriano vixerit. Prolixius hoc argumentum de ætate Baſilidis tractavit Iohannes Pearſonius in *Vindiciis Epiſtolarum Ignatianarum:* (c) cui tamen Matthæus Larroqvanus, *Obſervationibus in Vindicias Ignatianas* (d) varia oppoſuit. Docuit Baſilides, *ab ingenito Patre prognatam Mentem; a Mente, Verbum; ab hoc Prudentiam; ab iſta Sapientiam, ac Potentiam; ab his Virtutes principes & Angelos; ab illis ſecundum Cœlum, iterumqve alios Angelos*, & ſic deinceps; donec per continuas Angelorum propagines CCCLXV. cœli, qvorum nomen *Abraxas*, ſeu *Abraſax* in ſe continet, formati fuerint: ut Irenæus *lib. I. adverſus hæreſes* cap. XXIII. teſtatur. Sub *Abraxa* autem portentoſo nomine, ſummum illum Deum coluit, a qvo, tanqvam ſupremo principio, cetera omnia deduxit.(e) Iam complures ſuperſunt gemmæ, hac *Abraſax*, inſcriptione inſignitæ, qvæ Baſilidianis hæreticis amuleti vice fuere contra morbos, & malos dæmones. De his *Baſilidianis gemmis* ſingularem Diſqviſitionem ſcripſit *Iohannes Macarius*, Grevelinga-Flander, Aerienſis apud Arteſios Canonicus, vir in excutiendis Bibliothecis ſcrutandisqve veterum monumentis, aſſiduus,

De Gemmis Baſilidanis ſcripſ. Ioh. Macarius.

Ttttt 2 Ae-

(a) *de Hæreſiarchis ſect. 2. c. 2 p 99.* (b) Catal Scriptor. c.21. (c) part. 2. c. 7. (d) p. 253. ſeqq. (e) Tertullian. de *Præſcript. adverſus hæreſes* c. 46. & Hieron. in *Catal. d. l.* item in *Comm. ad Amoſum cap 3.*

Neriæ mortuus XXV. Augusti an. CHRISTI CIↃIↃCVI.(a) Neqve tamen ipse eam in lucem dedit (nam qva erat modestia nimia, bonis & doctis invisa, nihil unqvam suorum publicavit) sed id ab obitu ejus factum a *Iohanne Chifletio*, Ioh. Iacobi filio, ICto Vesontino, qvi aliam ipse *Disqvisitionem* adjunxit, qvæ inscribitur: *Abraxas Proteus, seu Gemma Basilidiana multiformis portentosa varietas*: in qva CXX. *gemmas Basilidianas* exhibet, & commentario illustrat: in cujus frontispicio etiam Baronii, Scaligeri, Salmasii, Gassendi, aliorumqve *de Deo Basilidis* judicia affert. Cujus rei non meminissem, nisi ipsi Basilidis historiæ per hæc scripta haut vulgare lumen affunderetur. Atqve utinam superesset *Agrippæ Castoris* adversus *Basilidianos* Opus, ab Eusebio aliqvoties commendatum.

Ioh. Chifletius.

Agrippæ Castori.

(a) Val. Andreas in *Bibl. Belg.* p. 529.

SECTIO XVI.

BERENGARIANISMVS.

Ita solet appellari illorum error, qvi veritatem corporis & sangvinis Dominici in S. Cœna pernegant. Fuit autem *Berengarius*, natione Gallus, patria Turonensis, Archidiaconus Andegavensis: qvi inclaruit anno CIↃXXXV. qvo sententiam suam de Eucharistia, qvod etiam post consecrationem non sit verum corpus & sangvis Domini, sed eorum figura, spargere cœpit. Opposuit se primum Berengario *Lanfrancus*, Papiensis Italus, qvi postqvam in Beccensi Normanniæ cœnobio, monachus factus, deinceps in Gvilielmi

De BERENGARIO, & ejus Doctrina.

Adversarii Ejus Lanfrancus.

Ducis aulam adſcitus, inde Monaſterii ſui Prior; ac paulo poſt Abbas,atq; tandem a Duce ſuo, jam Angliæ Rege, Archiepiſcopus Cantuarienſis renuntiatus, poſt fortunam variam anno CIↃLXXXVIII. IV. Iunii, obiit. Deinde id fecit *Gvitmundus*, primum Ordinis Benedictini in cœnobio S. Leufredi apud Normannos monachus, deinde Averſanus in Italia Archiepiſcopus, &, ut qvidam volunt, Cardinalis, qvi anno CIↃLXXX. vivere deſiit. Accedebat *Adelmannus*, Fulberti Carnutenſis diſcipulus, & Berengarii commilito, ex Scholaſtico Leodicenſi, Brixienſis Epiſcopus, qvi circa annum CIↃLXI. deceſſit, ſcripta *Epiſtola* ad Berengarium *de Veritate Corporis & Sangvinis CHRISTI in Eucbariſtia*: qvæ cura Johannis Vlimmerii, cum aliis ejusdem argumenti opuſculis, Lovanii prodiit, & *in Bibliothecis Patrum* exſtat. Scripſit qvidem & aliam, teſte Sigeberto Gemblacenſi *de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* CLIII. Epiſtolam, ad *Paulum*, Metenſem Primicerium, qva ipſum pariter ac Berengarium a ſententia ſua revocare conatus eſt: ſed illa videtur interiiſſe. At cum Berengarius perſtaret in ſententia, varia contra illum habitæ ſunt Synodi. Et primo qvidem anno CIↃL. Leo IX. Papa lecta ejus ad Lanfrancum Epiſtola, hominem in Synodo Romana damnavit, & Eccleſiæ communione privavit: teſte Lanfranco, qvi ipſe Synodo interfuit. Idem eodem anno factum eſt in Vercellenſi Synodo: qvo Berengarius vocatus, capiti ſuo metuens, comparere noluit, ſed duos ablegavit Clericos, nomine ſuo acturos: qvi tamen

Gvitmundus.

Adelmannus.

Synodi contra Berengarium habitæ

Romana.

Vercellenſis.

men in ipso actionis limine deficientes capti sunt. Eodem circiter tempore Brione in Normannia, coram Gvilielmo Duce; Parisiis etiam, absens licet, coram Henrico Rege damnatus est: ut nos docet *Durandus*, Monachus Fiscamnensis in Normannia, ac postea Abbas Cœnobii Troarnensis, in *Tractatu de Corpore & Sangvine Domini contra Berengarium:* qvem primus in lucem dedit Dacherius, in *Appendice ad Lanfranci Opera.* Anno CIↃLV. habitum est adversus ipsum Florentiæ Concilium, eodemqve anno Victor II. Pontifex Romanus Turonis in Gallia Synodum indixit, misso illuc Hildebrando sacellano, ac permissa Berengario potestate, dogma suum proponendi, ac defendendi. Sed qvod id non auderet facere, *confessus coram omnibus communem Ecclesiæ fidem, juravit se ab illa hora ita crediturum, sic ut in Romano Concilio ipsum jurasse erat superius deprehensum.* Ipsa hæc sunt Lanfranci verba: ex qvibus fere colligas, Berengarium antea in Romana Synodo comparuisse: qvod tamen negant viri docti. (a) Neqve tamen postea errorem abjecit, sed apud suos magis disseminavit. Imo anno CIↃLIX. in Synodo Romana, in qva CXIII. Episcopi comparuerunt, coram Nicolao II. Papa mascule pro sententia sua disputavit, sic ut, referente Leone Ostiensi in *Chronico Cassinensi lib. III.* Albericus Diaconus Cassinensis ad Synodum evocaretur: & cum post multas disputationes neuter cederet, Albericus, acceptis unius

Berengarius Parisiis damnatus.

Durandus Troarnensis.

Synodus Florentina. Turonensis.

An Bereng. Synodo Rom. adfuerit.

Berengarii pertinacia in alia Synodo Rom.

(a) Vid. Henr. Mullerus in *Berengarianismo* §. 28. pag. 16.

nius hebdomadæ induciis, librum adversus Berengarium edidit. Exin Berengarius minis territus, Iohannis Scoti Erigenæ librum, ex cujus lectione perversum dogma hauserat, combussit, & revocationis formula, ab Humberto Episcopo Cardinali sibi præscripta, qvæqve apud *Lanfrancum*, & *Algerum* (de qvo postea dicemus) sed & inter Decreta a Gratiano compilata comparet sed instabilis, errorem abjuravit. Verum mox ad pristina relapsus, scripsit invectivam adversus illam, qvam in Synodo legerat, probaverat, jumento firmaverat, Confessionem, conversus in Humbertum, qvi eam scripsisset, & in Ecclesiam Romanam, cujus auctoritate id fecisset, consensisse se scriptitans, *Ecclesiæ sanctæ Romanæ revera non sanctam Ecclesiam expertum esse, sed Ecclesiam malignantium, non Apostolicam, sed Ecclesiam Satanæ.* Qvod inaudiens *Lanfrancus*, sparso veneno paravit antidotum, scribens librum illum *de Corpore & Sangvine Domini*, contra Berengarium: qvi in *Bibliothecis Patrum*, & *Operibus* Lanfranci a Luca Dacherio editis (a) comparet. Eandem Ecclesiæ Romanæ operam præstitit *Gvitmundus* antea laudatus, *libris III. de Veritate Corporis & Sangvinis Domini in Eucharistia*: qvi itidem in *Bibliothecis Patrum* habentur. Nec minus etiam *libros III. de Sacramento Corporis & Sangvinis Domini* adversus Berengarium composuit *Algerus*, primum Ecclesiæ S. Bartholomæi Leodicensis Diaconus & Scholasticus; dein ad Ecclesiam S. Lamberti translatus

Berengarii revocatio.

Scriptores contra Berengarium. Lanfrancus.

Gvitmundus.

Algerus.

(a) Paris. 1648.

latus, postremum in Cœnobio Cluniacensi sub Petro Mauricio Abbate vitam monasticam amplexus est. Habentur & illi in *Bibliotheca Patrum.* Ceterum anno CIↃLXIII. Mauritius Archiepiscopus Rothomagensis Synodum habuit, in qva Berengarium ejusqve sectatores condemnavit, ac fidei confessionem dogmati Berengariano oppositam condidit: cujus Synodi Acta Iohanni Mabillonio debemus *Analectorum Tomo II.* Anno CIↃLXXXV. indicta est alia adversus Berengarium Synodus Pictavis, præside Girando Pontificio: uti ex Chronico Maxentiano notat laudatus Mabillonius. Anno CIↃLXXVIII. in festo Omnium Sanctorum Concilium Romæ congregavit Gregorius VII. in qvo Berengarius brevem fidei Confessionem edidit, qvam loco laudato in lucem protulit Mabillonius. Anno seqventi in Qvadragesima nova Romæ Synodus congregata, qva in nova Berengario formula proposita, qvæ apud Binium & Baronium exstat. Initium ejus tale: *Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem & vinum, qvæ ponuntur in altari, per mysterium sacræ orationis, & verba nostri Redemptoris substantialiter converti in veram & propriam ac vivificam carnem & sangvinem Domini nostri.* Coactum id fecisse, valde est verosimile. Nam ad priorem sententiam rediisse, ex Lanfranco, aliisqve coævis Scriptoribus patet. Imo Mabillonius ipsius Berengarii Tractatum ms. se legisse fatetur, in qvo tertiam istam fidei professionem penitus rescindit, plurimisqve argumentis convellit, subditqve extre-

Synodus Rothomagensis.

Pictaviensis.

Nova Bereng. revocatio:

sed itidem inconstans.

qvemadmodum ad subscribendum inductus sit, nimirum metu mortis sibi certo imminentis, qvove sensu eam asseruerit. Berengarium qvidem posthæc ad sanam mentem rediisse, fideiqve Catholicæ ad extremum usqve spiritum adhæsisse, non uno argumento probare contendit Mabillonius. *An rem usqve eo æqve confecerit, judicent alii*, inqvit Wilhelmus Cave in *Berengario*: (a) qvem per hanc tractationem, præcipue qvod ad notitiam in hac causa Synodicam nos secutos, profitemur. Berengarius autem Roma discedens, Turonas venit, & in S. Cosmæ insulam civitati suburbanam secessit, assumpto habitu monastico. Obiit eo loci die VI. Ianuarii anno CIƆLXXXVIII. Epitaphium ei scripsit Hildebertus, Cenomanensis tunc Diaconus, post Episcopus, ipsius Berengarii discipulus, in qvo mire eum laudat ab humilitate, liberalitate in egenos, modestia, castitate, zelo, abstinentia: qvod Gvilielmus Malmesburiensis *de Gestis Regum Angliæ lib. III.* nobis servavit, addens tamen: Hildebertum in *his versibus laudis excessisse modum.* Subjicit demum: *Berengarius ipso Epiphaniorum die moriens, gemituqve producto recordatus, qvod miseros qvosdam adolescentes primo ætatis flore secta sua infecerit. Hodie, inqvit, in die apparitionis suæ apparebit mihi Dominus meus IESVS CHRISTVS propter pœnitentiam, ut spero, ad gloriam, vel propter alios, ut timeo, ad pœnam.* Ceterum *Berengarianismi Veteris Noviqve Historiam* exhibuit *Henricus Müllerus*, Theol.

De morte & Epitaphio Berengarii.

H. Mulleri Berengarianismus.

Vuu uu

(a) Histor. Liter. pag. 420. (b) Rostoch. ed. 1674.

Theol. D. & Prof. Ord. Collegii Theol. Senior, & Ecclesiæ Rostoch. Superintendens, qvi XXII. Septembris anno CIƆIƆCLXXIV. animam cœlestem cœlo reddidit.

SECTIO XVII.

BERO.

BERO Valentini sectator. De Hippolyti scriptos Ittigii judicium.

Beronem qvendam, Valentini hæresi infectum fuisse, ante qvam, ea deserta, ad pejora dogmata prolaberetur, testis est *Hippolytus*, Portuensis Episcopus, in *Sermone de Theologia, & Incarnatione contra Beronem & Helicem hæreticos.* Thomas tamen Ittigius (a) verisimiliorem ait sibi videri eorum sententiam, qvi fragmenta qvæ ex hoc *Sermone* supersunt, qvæqve Latine apud Henricum Canisium *Tomo V. Lectionis Antiqvæ*, ex interpretatione Francisci Turriani, Græce vero & Latine in *Anastasii* Bibliothecarii *Collectaneis* a Iacobo Sirmondo editis, habentur, non esse *Hippolyti Portuensis*, sed scriptoris longe junioris: etsi haud nesciat, Georgium Bullum, *in Defensione Fidei Nicenæ, contra Sandium, & Auctorem Irenici Irenicorum*, hunc Hippolyti fœtum, tanqvam genuinum defendere.

(a) De Hæresiarchis sect. 2. c. 7. §. 10. pag. 133.

SECTIO XVIII.

BOGOMILI.

De Bogomil. nomine.

Horum nomen ab Euthymio Zygabeno in *Panopolia tit. XXXIII.* ex Bulgarorum lingva hunc in modum deducitur: Bog, *Bulgarorum lingva* Deum signi-

significat. Milui *vero*, Miserere, *ut* Bogomilus *apud eos sit*, Qui Dei misericordiam implorat. Cui consentit *Constantinus Harmenopulus, libro de Sectis, num. XIX. Significat Bogomilus*, inqvit, *juxta Mysorum lingvam*, qvi Dei misericordiam implorat. Vbi *Leunclavius* Interpres in margine notat, *Mysos* hic idem esse, qvod *Bulgaros*; ac *Bogomilus* compositum esse ex *Bog*, qvod *Deum*, & *Mile*, qvod *propitium*, lingva Heneta significet. Qvæ lingua *Heneta*, Vinidorum seu Wendorum est, ac Slavonica alias dicta, Polonicam, Bohemicam, & affines complectitur, ac late hodie per confinia Vngariæ patet: licet alias *Bulgaria* inter *Mœsiam superiorem & inferiorem*, ad ripam Istri, soleat collocari, atqve metropolin *Sophiam* habeat. Nomen autem hoc Bogomilis videtur impositum, qvod in precibus, consveta qvadam formula (qvalis hodie Moscovitarum *Gospodi pomilui: Domine miserere mei*) freqventius uterentur. Origo hujus sectæ a *Massalianis*, sive *Messalianis*, qvi alias Ευχῖται Græcis, seu *Euchetæ*, Latine *Orantes*: de qvibus Epiphanius agit *Heresi* LXXX. Augustinus *De Hæresibus cap. LVI.* & Harmenopulus *d. l.* Auctor sectæ, vel saltem præco, ac doctor præcipuus erat *Basilius* qvidam, qvem Anna Comnena in laudato Excerpto, *Monachum*; Euthymius, *Medicum*; Zonaras vero *Medicum & monachum*, simul vocant: & Anna Comnena sic describit, qvod *habitu monachus, facie macilentus, mento glaber, seu barba tenui, statura procerus, ad impietatem pertractandam callidissimus* fuerit. Hic, teste Zonara, cum annis

De Lingua Heneta.

De ortu Bogomilorum.

De Basilio auctore hæresis.

xv. erroris illius perniciosa dogmata didicisset, & LII. docuisset, totum fere orbem hac peste implevit, cum & XII. discipulos, qvos *Apostolos*, vocabat, haberet, ac mulierculas qvoqve, tanqvam discipulos, corruptissimis moribus secum duceret. Imperator autem Alexius, sicuti filia ejus Anna refert, accepto de Bogomilis rumore, in hæresin inqvirere cœpit, ac eorum nonnullis in aulam abductis, Basilium illum magistrum & sectæ esse principem intellexit: præcipue ex Diplatio: qvi cum interrogatus confiteri nollet, tormentis subjectus, deniqve Basilium, tum, qvos ille creaverat, Apostolos, indicavit. Tandem ipse Basilius comparuit, atqve ab Imperatore ejusqve fratre Isaacio Sebastocratore honorifice exceptus, convictui fuit adhibitus. Simulabant nimirum Imperator, ejusqve frater, qvasi illius discipuli fieri vellent, ac dicta ejus omnia, tanqvam divina oracula, extollebant. Veterator vero ille primo tergiversari, alias ex aliis moras nectere, demum qvotidiani convictus familiaritate captus, eructare virus. Qvæ autem ab ipso, nemine nisi Imperatore & fratre ejus præsente, dicebantur: notario post velum latente, ac responsa excipiente calamo. Vbi satis dixisse visus, scena sublata, Senatores convocati, militares ordines accurrerunt, & Seniorum Ecclesiæ collegium adfuit. Ibi Patriarcha tum Constantinopolitanus, Nicolaus Grammaticus, dogmata ejus percurrit, Basilio non negante dicta, sed defensionem parante, ea pervicacia, ut ad verbera, ignem, & mille mortes se

Diplatius Basilium prodit.

Qvi ab Imp. Alexio in aulam vocatus, primum splendide tractatur

[illegible] effutiret nefanda.

se videretur offerre. Multis interim, eorum qvoqve qvi antea illius pestis participes fuerant, impietatem ipsi exprobrantibus, & supplicium ignis minantibus, mansit nihilominus immobilis, etiam postqvam carceri mancipatus, & sæpius ab Imperatore accersitus, atqve exoratus, ut impietatem ejuraret. Auditi simul & visi a qvodam Parasceviota custodiæ illius destinato, nocturni splendente luna lapidum jactus in cella, cui inclusus, non sine qvadam pavimenti per terræ motum concussione. Tandem damnatus, & in theatro eqvestri combustus est. Errores ejus Anna Comnena paucis perstringit, pudore impedita, ne reliqva proferret, ad Euthymium Zygadenum lectorem remittens. Et hic qvidem, qvia Alexii Imp. jussu, cum ipso contulit Basilio, & in *Panoplia* dogmatum monstra detexit, eadem ex hoc libro contracta afferemus. I. *Rejecerunt omnes Mosaicos, ceterosqve Vet. Test. libros, Psalterio Davidis, ac Prophetis majoribus & minoribus exceptis, qvos septem ordinibus habebant dispositos.* II. *Etsi se in Patrem, Filium, ac Spiritum S. credere, finxerunt; tamen qvia Patri tres appellationes, ac humanam formam tribuebant, qvi qve ex binis cerebri panniculis binos emittat radios, alterum Filii, alterum Spiritus S. monstrosum Deum corporeum efformarunt.* III. *Filium & Spiritum S. ex qvo provenerint, in Patrem rursum resolvi, ipsumqve qvi anno abhinc qvinqvies millesimo qvingentesimo tertio & trigesimo trium fuerit personarum, rursum unius factum personæ dixerunt, in-*

Basilii supplicium.

Horrenda ejus dogmata.

corporeum qvidem, sed humana forma preditum. IV. Negarunt Filium & Spiritum S. usque ad qvinqvies millesimum & D. annum exstitisse, eoqve principium extrinsecus suscepisse, ut essent & nominarentur. V. Patrem Filium; hunc Spiritum S. & istum, Iudam proditorem, & ceteros Apostolos genuisse, blaterarunt. VI. Etiam Satanam, ipsum qvoqve Dei Patris Filium, & Satanael dictum, Filio Verbo natu majorem præstantioremqve, utpote primogenitum, & fratres esse, affirmarunt. Sed Satanael domus procuratorem, & secundas post Patrem partes obtinentem, eademqve stola & habitu indutum, ad dextram ejus consedisse in solio: qvo honore dementatum, defectionem molitum, arreptaqve occasione ministras tentasse potestates, ut se seqverentur, & in Patrem insurgerent. VII. Sic Satanael sublimibus dejectum, cum aqvis non posset insidere, quod terra esset invisibilis & incomposita, ipse vero divinam adhuc formam haberet, & creandi potestatem, Angelos socios convocasse, & ad imitationem Dei creatoris cœli & terræ, firmamentum, & alia fecisse. VIII. Sed cum homines acerbo Dæmonum dominatu premerentur, ac crudeliter perderentur, paucos ex parte Patris exstitisse, & in Angelorum ordinem receptos, eos nimirum, qvi in Genealogiis Evangelii Matthæi & Lucæ recenseantur. Tandem Patrem se decipi atqve injuria affici animadvertisse, qvod majore hominum numero privaretur, commiseratum animæ, qvam ipse insufflasset, ad ejus ultionem anno qvinquies millesimo qvingentesimo ex corde suo Verbum eructasse,

ſe, id eſt, Filium & Deum. IX. *Porro finxerunt, Angelos qui ceciderant, cum intellexiſſent, Satanaelem Patri pollicitum, loca ipſorum ex hominum genere completum iri, filias hominum impudice conſpexiſſe, easqve in uxores accepiſſe, qvo ſemen ipſorum in Cœlum reverteretur ad loca Patrum ſuorum.* X. Item, *Moſen a Satanaele deceptum, in Ægyptum revertiſſe, & Iudæos a ſe deluſos, eduxiſſe portentis & ſignis, qua virtute Sataneelis effecerit, montem Sinai conſcenderit, legem a Satanaele traditam acceperit, perqve illam innumera hominum millia perdiderit.* XI. *Eos ſolos habuere Sanctos, qvi apud Matthæum & Lucam* (ut diximus) *inGenealogiis commemorantur: ut & ſedecim Prophetas, Apoſtolos & Martyres, qvi, ne idola adorarentur, fuerint occiſi. Sacerdotes autem & Patres omnes tanqvam idololatras, qvoniam imagines adorarent, reprobos exiſtimarunt, & omnes Reges pios e ſorte Chriſtianorum rejiciendos putarunt, ſolos autem imaginum oppugnatores orthodoxos fideliſqve vocarunt, inprimis Conſtantinum Copronymum.* XII. *Cum ex Baſilio qværeretur,* Cur ſanctos Sacerdotes beatosqve Patres rejiceren, qvorum reliqvias ipſi venerarentur? *reſpondit:* Qvoniam cum illis ſunt dæmones, qvi eos dum viverent, docuerunt, & ad eorum tumulos aſſidentes, portenta faciunt ſub eorum perſona, ut ignaros decipiant, ſvadeantqve, ut impuros tanqvam ſanctos adorent. XIII. Dixerunt, *Dæmones a ſe ſolis aufugere, ſingulos vero ſingulis reliqvis hominibus inhabitare, & ad flagitia pellicere, cumqve mortui fuerint,*

rint, reliqviis insidere, & sepulchris assistere, atqve resurrectionem exspectare, ut una cum illis puniantur, ac ne in supplicio qvidem eos deserere. XIV. *Crucem adspernati sunt, quod in ea Servator occiderit.* XV. *Cum ex Basilio qværeret Euthymius,* Cur a Dæmonibus vexati ad crucem accurrant, & vociferentur? *respondit:* Crucem, ut proprium opus, vehementer amari a Dæmonibus, qvi eis inhabitant. Ipsi enim, *ait*, illam tunc excogitarunt, ut Servatorem e medio tollerent. Aliqvando autem eam se fingunt afficere contumelia, & ultro illam fugiunt, ut id homines adspicientes eam magis honorent, tanqvam Dæmonum inimicam & expultricem. XVI. *Baptismum* Orthodoxorum, *Iohannis Baptismum; suum autem, CHRISTI* affirmarunt. Vnde si qvis ad istos confugeret, rebaptizarunt. XVII. S. Eucharistiam contempserunt, *Dæmonum qvi in templis habitarent, Sacrificium* appellantes. XVIII. *In sacris omnibus templis habitare Dæmones,* dixerunt, *cum ea qvis sortitus sit proportione ordinis & virtutis.* XIX. *Solam precationem Dominicam probarunt, eaqve sola usi, septies interdiu, qvinqvies nocte.* XX. Asserebat etiam Basilius, *hanc Domini vocem suis in Evangeliis* scriptam esse: Dæmonia colite, non ut vobis prosint, sed ne absint. XXI. *Item hanc:* Omni ratione saluti vestræ consulite: *hoc est;* omni arte & dolo simulantes fidem eorum, qvi vos opprimunt, servate vos a periculis & morte, qvæ vobis ab illis imminet. XXII. Ajebant, *suos, omnes, in qvibus Spiritus S. habitet,* Deiparos (θεοτόκους)

&

& esse, & nominari: cum ipsi quoque Dei verbum concipiant, & in utero gerant, atque pariant, dum alios docent. XXIII. Dixerunt denique, *se non in somnis solum, sed etiam revera cernere Patrem, tanquam senem profunda barba præditum; Filium tanquam juvenem pubescentem; Spiritum S. imberbem adolescentem.* Alia his subjungit Euthymius, quæ ad Bogomilorum vivendi rationem, ritus & instituta spectant: nempe, I. quod sub veste monastica lupum abscondant. II. Secunda, quarta & sexta singularum hebdomadarum die jejunent, usque ad horam nonam: ad convivium autem vocati vorent & bibant, tanquam Elephantes. III. Quod initiandos simpliciter doceant, & bona illis præcepta instillent, ut paullatim pellectos ad interitum trahant. IV. Quos ex Scriptura S. retineant libros mirifice pervertant, & ad suas opiniones inflectant. V. Quod Synagogam suam appellent *Bethlehem:* In se enim CHRISTUM nasci, seu Verbum Dei, quo fidei veritas prædicetur. Insuper ut pateret, verum esse, quod de perversa Scripturas interpretandi ratione Euthymius annotaverat, in seqventibus ex solo Matthæo ejusque novem prioribus capitibus illustre dat specimen: sed ex quibus, ne in longum excrescat hæc tractatio, nihil repetam. Id solum suffecerit monere, cum supplicio Basilii Bogomilorum sectam non fuisse penitus exstinctam, cum superessent scripta cujusdam *Constantini Chrysomala*, quæ ad indicium a monachis monasterii S. Nicolai factum, post auctoris obitum ex latebris producta:

Bogomilorum reliquiæ.

De Constant. Chrysomala scriptis.

sic ut præter istud, qvod monachi illi ab Euthymio, monacho Gerocomii acceperant, duo alia, a Petro monacho S. Athenogenis monasterii præside, & Georgio Præsule, cognomento Pamphilo, petita fuerint exemplaria. Qvæ cum sub Iohanne Comneno, Alexii successore, in Synodo a Leone Styppiota, Patriarcha Constantinopolitano coacta, cum essent examinata, patuit continere dictis Enthusiastarum & Bogomilorum absurdiora: qvorum varia recensentur in sententia synodali, qvam Allatius *de perpetuo Consensu lib. II. cap XI.* in lucem protulit: qvæ non solum in eadem Synodo damnata, & scripta illa habere, aut legere, sub anathematis pœna interdictum, sed & qvi eadem penes se habuerant, *Petrus* ille, & *Georgius Pamphilus*, illa ipsa qvæ antea probaverant, improbare, veniam cum lacrumis petere, imo perpetuo anathemati & hæc commentaria, & eorum auctorem, & ita sentientes omnes, subjiçere coacti: Petrus qvoqve ille gradu dejectus, & in aliud monasterium missus. Atqve ita secta illa Bogomilorum tandem disjecta fuit. Constantini tamen istius scripta Basilii dictis meliora esse, & in multis sensum commodum admittere, & similia videri illis, qvæ *Qvietistarum* sectæ hodie tribuuntur, docti viri observarunt. *Germani* II. Archiepiscopi Constantinopolitani *Oratio in exaltationem venerandæ Crucis, & adversus Bogomilos*, Græce & Latine exstat apud Iacobum Gretserum *de Cruce, Tomo II.* Singularem etiam de *Bogomilis* habemus Disqvisitionem Historico Theologicam *D. Samuelis*

muelis Andreæ, Prof. Theol. Marburgensis celeberrimi: Marburgi anno CIↃIↃCLXXXVIII. publice propositam: cui in hac commentatiuncula, non parum me debere, libens meritoqve profiteor.

SECTIO XIX.

BOHMISTÆ.

Ita plerumqve solent nuncupari, qvi sutorem illum Gorlicensem, *Iacobum Böhmium*, ejusqve scripta nimium æstimant, extollunt, commendant, & tantum non a S. Spiritus afflatu profecta contendunt. Qvorum hominum o utinam non nimis ferax esset ætas nostra, eoqve fanaticis atqve enthusiasticis opinionibus ac scriptionibus latissima aperiretur porta! Ceterum *Böhmius* ille anno CIↃIↃLXXV. Alten-Seidenburgi, pago duobus circiter Gorlicio, montana versus dissito milliaribus, parentibus natus agrestibus, Iacobo & Vrsula; & ipse ruralibus negotiis, pascendoqve pecori admotus, ætatis anno decimo literas, ut legere ac scribere aliqvantum posset, atqve inde opificium sutorium, addidicit. Qvo tempore ferunt ignotum hominem ipsi prædixisse, fore ut in magnum & admirabilem virum evaserit, sic tamen ut variis persecutionibus, aliisqve ærumnis simul fuerit obnoxius. Qvæ si vera sunt, hominem talia freqventius meditatem, ad majora, suumqve captum supergressa exstimulasse, opinor. Anno CIↃIↃXCIV. impetrato magisterio calceario, uxorem duxit. Anno CIↃIↃC. ecstasi spirituali per septiduum se abreptum fuisse, ad

Summa Vita IAC. BOHMII.

divina & cœlestia contemplanda, fruendaqve, dixit: & post iterum anno CIↃIↃCX. cum jam binos filios aleret: nec multo post librum conscripsit, cui titulum fecit *Aurora:* qvem a nemine recte intelligi, nec ab auctore qvidem, certo sibi persvasit Iohannes Hoornbeekius: (a) *non, qvod tam sublimia doceat, sed qvum hoc non agat, tamen tam sublimia loqvatur; Astrologica, Philosophica, Theologica, mixturam omnium faciat prodigiosam.* Qvare Magistratus Gorlicensis illum coram se accusatum, citatumqve, jussit a scribendo, idiota qvum esset, abstinere, ac ipsum librum studuit supprimere. (b) Ex qvo tempore per septennium qvievit: sed tum demum qvasi ex veterno excitus, stimulatus etiam amicorum monitis, calamum iterum arripuit, ac qvinqvennii curriculo plusqvam viginti libellos consarcinavit, in qvibus principem locum obtinet, *Mysterium magnum,* sive *Expositio Geneseos, de Revelatione Verbi divini per tria divinæ essentiæ principia, ac de origine mundi, & creatione: in qvo Regnum Naturæ & Gratiæ miris modis explicare contendit.* Sunt qvi scribant, Böhmium paulo ante obitum Dresdam vocatum, ac coram Hoeo, Meisnero, Balduino, & Lysero (Gerhardum Nostrum qvidam adjiciunt) Theologis, de suis scriptis examinatum, ita se gessisse, ut optima cum gratia ab Electore fuerit dimissus. Verum *Abrahamus Calovius,* cum hac de caussa ad Dresdense Protosynedrium scriberet, responsum

Aurora, liber Böhmii.

(a) *Summæ Controv. l. 6. p. 456.* (b) Hoornb. d. l. Anton. VVeckius *Historia Dresdensis parte 4. tit. 2. p. 318.*

ſum accepit, *Secretarium cum juſſu Præſidis acta diſqviſiverit, nihil tamen reperire potuiſſe.* (a) Dignisſima utiqve hæc res eſſet, in qvam tum Gorlicii, tum alibi, inqvireretur ſollicitius. Nec dubium, qvin, ſi res ita, ut ferunt Böhmiſtæ, geſta, ipſe Böhmius de eo in literis ad amicos (nam magnum ei cum multis commercium intercesſiſſe literarium ajunt) (b) fuiſſet gloriatus. Interim integrum vitæ, externorumqve ſcelerum fuiſſe purum, non negaverim, nec facile etiam illorum opinioni acceſſerim: qvi Diabolicas in ejus libris inſpirationes haberi, affirmant: qvamvis Hermeticis, Platonicis, Paracelſicis, Enthuſiaſticis & fanaticis pluribus ſcatere exiſtimem. Et ſane cum ante paucos annos ab amico Collega, mirifica Dominicæ Orationis dilaceratio mihi oſtenderetur, tum ipſius Auctoris, tum ſectatorum impenſe me cœpit miſereri. Scio qvidem a nonnullis reſponderi, non eſſe omnia Böhmii, ſed multa ei ab aliis ſcriptoribus fuiſſe ſuppoſita. Qvod ſi ita eſt, cur non conveniunt Böhmiſtæ in diſcernendis genuinis & ſuppoſititiis? ut tandem aliqvando Eccleſiæ noſtræ liceat plenum de Theologia Böhmiana ferre judicium. Ceterum Böhmius anno CIↃIↃCXXIV. XVIII. Novembris Gorlicii placide fuit demortuus, inqve cœmeterio honeſte ſupultus. (c) Scripta ejus in Hollandia aliqvoties Belgice & Germanice fuerunt impreſſa, ac ab amaſiis avide coempta, & non raro incautis

De morte Böhmii.

 cautis

(a) Vide Calovii præfationem *Anti-Böhmii.* (b) VVerkius d. l. p. 319. (c) Eodem d. l.

cautis obtrusa: qvamvis multos etiam novitatis cupiditas ad ea legenda commoverit: in qvibus si qvid hæsivit veneni, nemo mirabitur, cum licet tot orthodoxa nostratium scripta, & in his Arndii (apage, qvi & hæc inter heterodoxa referunt!) Gerhardi, Henrici Mülleri, Ioh PhilippiSpeneri, habeant ascetica, malint tamen Bohmiana nocturna versare manu, versare diurna. Inter asseclas Bohmianos non postremus fuit *Abrahamus a Franckenberg*, Nobilis Silesius: qvi interdum se *Amadeum a Friedleben* nominavit: cujus *Nosce Te ipsum; Liber Epistolaris*, Via *veterum Sapientum; De Imitatione* CHRISTI; *Trias Mystica; Oculus Sydereus; Mysterium Iniqvitatis; Raphael; Fundamentum Sapientiæ; Theomantia; Parva Schola domestica; De loco Animæ; De statu hodierni Christianismi*; aliaqve scripta magnam partem fanatica, circumferuntur. Fervide etiam Bohmisticam causam agere cœpit *Qvirinus Kuhlmannus*, (a) homo non indoctus, & πολυμαθείας studiosus, ac ob id etiam a B. Mohrhofio in *Polyhistore* æstimatus. Vixit is ante complures annos in hac Academia: sed qvamvis aliqva Poetica ab eo dono acceperim, non memini tamen unqvam hominem vidisse. Exin se recepit in Belgium, variaqve fanatica molitus est, ac scripsit, in qvibus non ultimum locum habet liber, cui titulus: Der Neubegeisterte Böhme. Vtut autem Constantinopolin proficisci, ac ibidem lingvam Arabicam addiscere, itemqve Bohmiana in eam conversa Impera-

De Abrah. a Franckenberg.

De Qvirino Kuhlmanno.

rato-

(a) Hic Böhmium non dubitat vocare *Angelum illum cum æterno Evangelio per cælum volantem.*

ratori Turcico offerre voluerit; (a) ſunt tamen, qvi ſcribant aliam ipſum induiſſe mentem, ac Bohmiana deſeruiſſe. (b) At enim Ehre-Gott Danieli Colbergio in *Chriſtianiſmo Platonico-Hermetico* (c) vix id videtur veroſimile, eo qvod nuper Riga Livoniæ fuerit perſcriptum, circa Dantiſcum multos ipſum ſeduxiſſe, ſed parum abfuiſſe, qvin ob bigamiam, aliaqve crimina vivicomburio tolleretur. Verum qvod hic effugit, in Moſcovia eidem obtigit: ſi vera eſt, qvam non ita pridem legi, narratio. De ſcriptoribus Anti-Bohmianis non eſt, qvem commendem ante annum præſentis ſeculi XLIII. qvo *David Gilbertus*, Vltrajectinus *Admonitionem adverſus ſcripta* Bohmiana edidit: cui cum *Theodorus Tſcheſchius* Nobilis Sileſius, *Defenſionem Böhmianam* opponeret, Gilbertus anno XLIV. *Apologia Admonitionis* reſpondit. Tſcheſchiana illa homo Pontificius, *Gerhardus Antagnoſſus* (ſive id verum, ſive, qvod opinor, fictitium fuerit nomen) recudi fecit, cum *Refutatione*, qvam inſcripſit: *Ne ſutor ultra crepidam*: in qva demonſtrat, Bohmium Manichæorum & Gnoſticorum phantaſmatibus adſtipulari. Porro *Johannes Mullerus* tractatum edidit Germanicum cui titulus: *Fanaticus Atheus, ex Archi-Enthuſiaſtæ Iacobi Böhmii ſcriptis*: (d) in cujus præfatione provocat ad

Scriptores Anti-Böhmiani. Dav. Gilbertus.

(a) Hæc cum ſcripſiſſem, accepi ab amico perveniſſe Conſtantinopolin, expetiiſſe, ac obtinuiſſe ad Imp. aditum; ſed a loqvela, ſive Arabica, ſive Turcica, qvam mirabiliter ſibi obventuram crediderat, deſtitutum, multis plagis fuiſſe affectum. (b) Eraſmus Franciſci im Gegenſtral der Morgenröthe. p. 723. (c) cap. 8 pag 325. (d) Fanatiſcher Atheiſt aus des Ertz Enthuſiaſten Jacob Böhmens Schrifften.

ad aliud plenius a pluribus congestum opus: qvod nescio an jam venerit in lucem. Egit etiam *Tobias Wagnerus*, Theologus Tubingensis, *de scriptis Iacobi Böhmii, Teutonici dicti Philosophi:* (a) & *Abrahamus Calovius*, Theologus VVittebergensis, *Anti-Böhmium* scribere cœpit. (b) Nec inelegans liber est ob varia ac erudita scripta clarissimi viri, *Erasmi Francisci*, cui vocabulum imposuit: Gegenstraal der Morgenröthe: (c) ut taceam, qvæ nuperrime tam pro Böhmio, qvam adversus eum, complures scriptiones in lucem venerunt: qvasqve alibi recensere animus est.

(a) Tubing. 1679. (b) VVitteb. 1682. (c) Norimb. ann. 1684.

SECTIO XX.

CAPERNAITÆ.

Sic merito appellantur, qvi cum Capernaitis Iohannis VI. 53. Carnem CHRISTI, *carnem nudi hominis*, crasso atqve physico modo manducandam putant: a qva hæresi Evangelica nostra Ecclesia longissime abest, docens, Carnem CHRISTI esse Deificatam, (sic enim B. Gerhardus aliiqve Nostratium Theologorum loqvuntur) manducandam qvidem ore corporis, sed modo supernaturali. De *Capernaismo* singularem Dissertationem scripsit *Iohannes Meisnerus*, Theologus Wittebergensis.

SECTIO XXI.

CARTESIANI.

Sic solent plerumqve appellari, qvi *Renato des Cartes*, ejusqve Philosophiæ ita adhærent, ut etiam simul in S. Theologiam peccent. Fuit autem *Renatus* hic

hic, gente Gallus, provincia Arvernus genere Nobilis, Perroni Dominus, natus Hagæ Turonum anno CIϽIϽXCVI. Holmiæ vero in Svecia, qvo Christina Regina, eum, perinde ac alios magni nominis viros, vocaverat, anno CIϽIϽCL. denatus. Vitam ejus legas in calce *Observationum* Petri Borelli, Medici Regii Castrensis, ab hoc ipso, scriptam. Etiam *Iohannes Tepelius*, vitam Cartesii consignavit singulari libello: (a) qvo primum agit de ipso Cartesio, & qva occasione ad Philosophiam sese applicuerit; dein de scriptis Cartesii; post de principiis Philosophiæ Cartesianæ; hinc de ejusdem adjunctis; porro de oppugnatoribus & propugnatoribus, ac deniq; de judiciis virorum doctorum super ea. Hoc ipso etiam an. XCIII Parisiis prodiit *Vita Cartesii*, continens historiam Philosophiæ ejus, aliorumqve operum ab ipso editorum; præterea qvicqvid ei per totam vitam memoratu dignum obtigit, in compendio exhibens. Auctor (ut ex dedicationis subscriptione patet) est Adrianus *Bailletus*, Bibliothecæ Lamonianæ præfectus. Vir alioqvi ingenii magni, & sublimis erat Cartesius, qviqve inprimis novarum doctrinarum studio, totius orbis literarii oculos in se convertit, parte illius, summe ipsum admirante, & æstimante; at altera parte, principia ejus Philosophica damnante, putanteqve, ad Atheismum ea viam sternere. Id qvod sane existimavit Gisbertus Voetius, in *Disp. de Atheismo*: qvamqvam hoc ægre admodum tulerint *Manes Cartesiani ab ipsomet defensi*: sive, Renati des Cartes *Qverela Apologetica ad Senatum Vltrajectinum*.

Vitæ Cartesii Scriptores.

P. Borellus.

I. Tepelius.

A. Bailletus.

Iudicia de Cartesio.

(a) Norimb. 1673.

Cum enim *inter Ignatianos educatus* (verba sunt Adami Osiandri: (a)) *Mercurium Lojoliticum profunde imbiberit, & latenter sua philosophemata per Belgium disseminarit, hactenusqve unanimes etiam armarit in prælia fratres, subiit qvorundam mentes dubitatio, num ingenue, an per insidias philosopharetur iste ἰδιογνώμων; num εὑρήματα sua dirigeret in scientiarum reparationem, an Theologiæ ejusqve principiorum destructionem? imo aperte qvidam, novam methodum examinando, illam cum Iulio Cæsare Vanino, Atheorum apice, comparare ausi, & potius calcem ac lateres ad Atheismi muros erigendos, qvam subvertendos subministrasse, opinati sunt.* Confer Spizelii *Scrutinium Atheismi:* (b) a qvo tamen dissentit Antonius Reiserus in *Dissertatione Epistolari de Antitheismo:* (c) ubi non pauca affert singularia, & in his qvoqve Monumentum ei Holmiæ positum. Præterea Cartesii defensionem singulari epistola apologetica suscepit Henricus Morus, Cantabrigiensis, SS. Th. D. qvæ editioni II. Enchiridii Ethici adjecta est. (d) Interim qvi pro receptis sanioris Philosophiæ, & ad S. Scripturæ ductum conformatæ principiis, Cartesiana obtrudere volunt juventuti, non adeo pie, ac provide mihi videntur agere: sic ut alicubi a turpi omnia miscendi prurigine parum absint. *De abusu Philosophiæ Cartesianæ*, scripsit *Samuel Maresius:* (e) itemqve *Vindicias Dissertationis de abusu Philos. Car-*

Cartesium excusat Reiserus:

defendit Henr. Morus.

Accusant Sam. Maresius.

(a) In Tract. *de Deo in lumine Naturæ repræsentato* §. 28. (b) §. 26. p. 115. seqq. (c) pag. 329. seqq. (d) Lond. 1669. (e) Groning. 1670. D. Val. Alberti in *Cartesianismo* §. 12. scribit, *Maresium per conciliationem cum Voetio passum fuisse imminui saltim, non tolli suam in Cartesium propensionem.*

Cartesiana, adversus Petrum ab Andlo, Batavum: Gangranam Novitatum Cartesianarum, *Petrus van Mastricht*, Theologus Duisburgensis edidit. (a) De *Cartesianis, & Cartesianismo*, Iohannes Christophorus Sturmius; *de Cartesianismo & Coccejanismo, Belgio hodie molesto, sibi suspecto*, Valentinus *Alberti*, Log. & Metaph. Prof. Ord. SS. Theol. Extraord. Collegii B. Virginis tum temporis Præpositus, & Acad. Lipsiensis Decemvir, egerunt: (c) *Collegium Considerationum in Dogmata Theologica Cartesianorum*, Ioh. *Adamus Osiander* publicavit. (d)

Pet. v. Mastricht. *I.C. Sturmius.* *Val. Alberti* *I. A. Osiander.*

(a) Amstel. 1674. (b) Altdorfi 1677. (c) Lips. 1678. (d) Stutgardiæ 1684.

SECTIO XXI.

CERINTHIANI.

Qvia S. Iohannes Apostolus, ab Episcopis Asiæ rogatus, Evangelium suum contra Cerinthum inprimis, & Ebionitas conscripsit, teste Hieronymo; (a) placet etiam de hoc Hæresiarcha nonnulla afferre. Hic an *Merinthus* etiam appellatus fuerit, definire non audet Epiphanius: (b) qvamvis *Cerinthianos* qvoqve *Merinthianos* vocatos fuisse, fateatur. Sic Augustinus (c) & Damascenus (d) non definiunt, idemne *Merinthus* cum *Cerintho*, an alius fuerit; etsi *Cerinthiani* a Cerintho, *Merinthiani* a Merintho nomen acceperint. Cerinthus autem ortu, ut videtur, Iudæus, teste Theodoreto (e) in Ægypto diu versatus, & in Philosophicis eruditus, fidem demum Christianam amplexus est; ita tamen ut Iudaicæ religionis zelum reti-

CERINTHUS *an & Merinthus dictus.* *ortu Iudæus* *& zelans adversus Gentiles.*

(a) in Catal. Script. c. 9. & in prolegom. ad Matthæum. (b) Hær. 68. (c) de Hæres. c. 8. (d) Hær. 28. (e) Hæret. Fab. l. 2.

retineret, & Gentiles in Ecclesiam admitti, ægre ferret. Eundem Hæresiarcham, tumultu Hierosolymis excitato, Apostolis congregandi Concilii, & peculiaris decreti, qvod Actor. XV. consignatum, promulgandi necessitatem imposuisse, Philastrius memorat: (a) additqve Epiphanius, Cerinthum qvoqve certaminum, qvæ Actor XI. & XXI. contra Petrum & Paulum ex Iudaismi zelo nata, Lucas retulit, auctorem fuisse, ejusqve asseclas a Paulo in altera ad Corinthios epistola (b) *Pseudapostolos* & *dolosos operarios* vocari. Porro cum Paulus in Epistola ad Colossenses II. 18. ab iis cavendum monet, qvi ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, *in ea qvæ non viderunt, gradum inferunt*; ad Cerinthianos Apostolum spectasse, *Iohannes Garnerius* in *Auctario* Operum Theodoreti suspicatur: qvam ejus sententiam pluribus exponit, ac partim confutat Eruditissimus Ittigius. (c) Postea Cerinthus ab Ecclesia secedens, Hæresin in Asia propagavit, ac sectam sibi cognominem instituit. Et primo qvidem Divinitatem CHRISTI impugnavit: dum eum *a Iosepho natum, justitia tantum & prudentia ceteros homines antecelluisse*; deinde præterea *IESVM a CHRISTO divellens*, docuit, *post IESV baptismum descendisse in eum CHRISTVM ab ea principalitate, quæ est super omnia, figura columbæ, & tum annuntiasse incognitum Patrem, & virtutes perfecisse, in fine autem avolasse iterum CHRISTVM a IESV, & IESVM passum esse, & resurrexisse, CHRISTVM autem impassibi-*

An occasionem dederit Concilio Hierosolym. Act. 15.

An Coloss II. 18. Cerinthus signetur.

Hæretica ejus dogmata.

(a) de Hæres. c. 36. b cap. XI. v. 13. (c) *De Hæresiarchis sec. I. cap. 5. pag. 52. 53.*

sibilem perseverasse existentem spiritalem: ut est apud Irenæum *lib. I. cap. XXV.* Philastrius tamen, Epiphanius, & Augustinus, Cerinthum *docuisse* scribunt, *CHRISTUM quidem passum & crucifixum, nondum autem a mortuis excitatum: sed id demum futurum, cum omnes mortui resurrexerint.* Adhæc, *non solum Angelicas revelationes jactitavit, verum mundum quoque ab Angelica quadam potestate conditum finxit, ipsumque Iudæorum Deum, Angelum fuisse, qui etiam Legem eis dederit.* Porro *post resurrectionem CHRISTI, regnum per mille annos in terris continuandum, ejusque cives Hierosolymis degentes in omni carnalium voluptatum genere victuros, somniavit:* teste Cajo, apud Eusebium *lib. III. cap. XXVIII.* Præterea Epiphanius se a majoribus traditum accepisse, refert, *nonnullos Cerinthianorum citra baptismum vivis excessisse, eorumque nomine alios baptismum suscepisse, ne, cum resurgerent, neglecti baptismi pœnas darent:* abusi Pauli verbis 1. Cor. XV. 29. *Si mortui non resurgunt, quid ergo pro iis baptizamur?* Tanto autem S. Iohannes odio habuit Cerinthum, ut balneum Ephesi ingressurus, cum Cerinthum intro esse audiret, pedem e vestigio retulerit, comites suos sic allocutus: *Fugiamus, ne balneum corruat, in quo Cerinthus est veritatis hostis:* ut ex Polycarpi ore nonnulli audiverunt, a quibus id cognovit Irenæus, ut ipse testatur *lib. III. cap. III.* Ex Irenæo, Eusebius, Timotheus Presbyter, aliique acceperunt. Addit Hieronymus *Dialogo adversus Luciferianos*, balneum illico corruens, subita ruina Cerinthum

S. Iohannes balneum in quo Cerinthus, ingredi noluit.

An balneum id corruerit.

thum oppressisse. Sed memoria fefellit Hieronymum, qva lapsus etiam Epiphanius, cum Ebioni illud tribuit, qvod Irenæus & Eusebius de Cerintho retulerunt: nisi forte Baronii conjectura placuerit, Ebionem & Cerinthum simul lavisse. Interim sententiam illam Hieronymi multi juniorum postea amplexi sunt: in qvibus & Prateolus, in *Elencho Hæresium* locum habet. Imo Stigelius, Poeta qvondam hujus Academiæ celeberrimus, non dubitavit ruinam balnei his versibus exprimere:

Impia Cerinthus Sancto convicia CHRISTO
Dum facit, & stulta garrulitate furit,
Concidit, & rapido blasphemum contudit ictu,
Collapsæ subito facta ruina domus.

Ad multos annos vitam suam produxerit oportet Cerinthus, si adhuc Pii I. ætate, qvi circa medium seculi II. floruit, multos a fide avertit. Id enim Pius Iusto Viennensi significavit, in priori, qvam ad ipsum scripsit, epistola: qvam tamen supposititiam esse, certum est: & jam pridem id monuit David Blondellus. (a)

(a) In *Pseud-Isidoro & Turriano Vapulante.*

SECTIO XXII.

CHILIASTÆ.

Variæ Chiliastarum nomina.

Hi & a Philastrio *Chilionetitæ*; ab Augustino *Milliarii*; ab Isidoro Hispalensi, *Milliastæ*; a Rabano Mauro, (modo lectio sit genuina) *Milliasti*; a Gratiano *Millenarii*, dicuntur: fueruntqve illi, qvi visibile CHRISTI regnum ante diem novissimum, & universalem mortuorum resurrectionem, in his terris mille annis dura-

duraturum, crediderunt. Damascenus libro de *Hæresibus*, etiam *Pepuzianos* dictos esse asserit, a *Pepuza* oppido, Galatiam & Phrygiam a Cappadocia dividente, qvam desertam, *alteram Hierosolymam* dixerunt, qvasi divinitus destinatam futuro regno in terris gloriose auspicando. Probe autem distingvendum inter *Chiliastas*: qvorum alii carnale ac corporale illud regnum; alii vero, utut visibile, spirituale tamen, certe ab omni carnali voluptate alienum, affirmarunt. Et hoc qvidem posterius multi peregregii, religiosissimiqve, tam Græcæ, qvam Latinæ Ecclesiæ Doctores antiqvi, vaticinio S. Iohannis Apocalyptico *cap. XX.* aliqvoties repetito, moti, asseruerunt. Qvia tamen *Papias*, Hierapolitanus Episcopus, primus hujus opinionis auctor est, non dubitavit eum Bernhardus Luzenburgius in *Catalogum Hæreticorum* referre: qvem tamen Baronius Cardinalis *Martyrologio* suo inseruit. Bene autem Hieronymus, utut Chiliasmo infensissimus, in *Commentar. ad cap. XIX. Ieremiæ*: *Qvæ licet non seqvamur, damnare tamen non possumus, qvia multi Ecclesiasticorum Virorum, & Martyrum, ista dixerunt, & unusqvisqve in suo sensu abundet, & Domini cuncta judicio reserventur.* Et Augustinus *lib. XX. de Civ. Dei cap. VII.* opinionem Chiliastarum utcunqve censuit esse *tolerabilem, si aliqvæ delitiæ spirituales in illo Sabbatho affuturæ Sanctis per Domini præsentiam credantur.* Vnde Vir optimus doctissimusqve, *Iohannes Mollerus* in Isagoge *ad Historiam Chersonesi Cimbricæ parte II. cap. VI.* scribit: *Hæreo, an ii,*

Distingvendi Chiliastæ.

De Papia Hierapolitano.

Moderatio Hieronymi

& Augustini.

Ioh. Molleri judicium.

qvos

qvos à τοῦ ῥητοῦ discedere Conscientia, licet erronea, prohibet, ob dissensum hunc, Fidei fundamenta non convellentem, Communione Ecclesiæ sint excludendi. Qvod enim in istos vibratur anathema, Sanctissimos etiam feriet primitivæ Ecclesiæ seculis prioribus Doctores, Papiam, Iustinum, Irenæum, Melitonem, Tertullianum, Lactantium, Victorinum Pictaviensem, Apollinarium Seniorem, Sulpitium Severum, Ambrosium, Hilarionem, & alios horum coætaneos. Omnes enim hos erroris Chiliastici fuisse patronos, & Hieronymus jam olim monuit, & verbis plerorumqve αὐτολεξεὶ adductis, Georgius Calixtus, de Iudicio Extremo, *& Adamus Tribbechovius,* in Historia Chiliasmi, *jampridem demonstrarunt.* Sed post pauca addit: ---- *Non trahenda autem hæc sunt ad Chiliasmi crassioris, carnales in Regno illo Millenario voluptates expectantis, patronos, qvorum hactenus inter Nostrates neminem observavi. Hos enim, ceu lutulentos Epicuri de grege porcos merito detestamur, & è cœtu Christianorum, ad Iudæos ac Muhammedanos illis ὁμοψήφους jubemus facessere.* Ceterum crassi illius & carnalis Chiliasmi auctor forte primus fuit *Cerinthus,* (Ebionem qvoqve Chiliasmo fuisse addictum, patet ex Hieronymo *in Esaiæ cap. LXVI.*) recte ob id a veteribus scriptoribus Hæresiologicis notatus, & damnatus (a) Nisi dixeris, Cerinthum hæc ex Iudæorum scriptis hausisse apocryphis, ac pervulgatis traditionibus: utpote qvos terrenum Messiæ regnum jam olim exspectasse,

Cerinthus forsan primus crassi Chiliasmi auctor.

(a) Vid. Eusebii Hist. Eccl. Philastrius, Epiphanius, Augustinus, & alii *de Hæresibus.*

ctasse, & adhuc dum præstolari, in propatulo est. Opiniones Iudaicas de duratione Regni, & diuturnitate vitæ Messiæ, cui bis mille annos alii, alii סו qvidam CCCLXV. tribuunt, refert Iohannes Henricus Hottingerus *Dissertat. de abusu Patrum*, e Bereschith Rabba, & Gemara Sanhedrin, sententiarumqve divortia sub tribus capitibus hoc modo concludit: *Qvidam Fortunatas sibi Insulas, omnium rerum corporalium affluentiam, licentiam & libidinem Messiæ tempore fingebant: alii spirituales delicias, studium Legis, liberationem a peccato, urbis & templi Hierosolymitani reædificationem, imperium qvietum temporibus Messiæ. Tertii mixtum aliqvod regnum ex utroqve exspectabant.* Confer Iohannis Buxtorffii *Synagogam Iudaicam cap. XXXVI.* Iohannem Ligtfootium in *Horis Hebraico-Talmudicis in cap. XII. Iohannis*, & Iohannem Coccejum *Notis ad Gemaram cod. Talmudici Sanhedrim cap. XI.* Similiter & Iudæi, de adventu Messiæ, in conjunctione Saturni & Iovis, in sidere piscium, multa fabulantur, interqve eos Rabbi Abarbanel *Commentariis in Danielem*: qvem Dissertatione peculiari perstrinxit B. Noster *Frischmuthius.* (a) Qvas non excitavit inanis spei imaginationes illa conjunctio omnium Planetarum in Sagittario facta I. (XI.) Decembris, anno CIↃIↃCLXII. ut id propter *Petrus Serrarius* scripserit *Dissertationem de fatali & admiranda illa omnium Planetarum in uno eodemqve signo Sagittarii igneæ triplicitatis ultimo Conjunctionis die I. & XI. Decembris?*

De Chiliasmo Iudaico.

Zzz zz Certe

(a) Ann. 1677.

Certe Menasse Ben Israel non potuit spes suas continere, conceptas ex relatione *Aaronis Levi*, alias dicti *Antonii Montezinii*; unde vulgavit peculiarem scriptiunculam, cum elogio, *Spes Israelis*: qvam Theophilus Spizelius examinavit in *Elevatione Revelationis Montezinianæ.* (a) Seculo IV. tempore Damasi Papæ, Chiliasticus hic error, in Apollinario, sive Apollinari, damnatus fuit: ex qvo per plura secula conticuit. Sed superiori eundem revocarunt aliqvi Anabaptistarum, crassum illud CHRISTI Regnum cum impiorum excidio conjunctum, somniantes: uti patet ex *Augustana Confessione artic. XVII.* & Chytræi *Commentariis in Apocal. cap. XX.* Sic diserte Philippus in *Disp. de furoribus & deliriis Anabaptistarum:* (b) Anabaptistæ *affirmant, oportere ante novissimum diem in terris regnum CHRISTI tale existere, in qvo pii dominentur, & omnes Reges impios opprimant & deleant.* Qvamobrem tempore obsidionis Monasteriensis, Anabaptistæ librum promulgarunt, sic inscriptum: *Restitutio totius mundi:* qvo *hanc restitutionem futurum seculum antecessuram*, docebant, *ut impiis omnibus oppressis, justitiæ velut domicilium ac sedes adornetur.* (c) Et ut taceam Melchiorem Hoffmannum, Iohannem Stifelium, Ezechielem Meth, pluresqve alios ex superiori nostroqve ævo fanaticos; comparuit demum *Henricus Nicolai*, qvi Monasterii Westphalorum natus, Amstelodami diu se continuit, novamqve societatem

Ant. Montezinius a Spizelio examinatus.

De Chiliasmo Apollinarii Sec. IV.

De Chiliasmo Anabaptistico.

Henr. Nicolai.

(a) Basil. ex 1661. (b) Tomo I. VVitteberg. Lat. (c) Ex hoc libro qvædam repetit B. Gerhardus *de Consummat. Seculi c. 7.* §. 5 pag. 454.

ratem, *Familiam Charitatis* instituit, qvam in Angliam secum asportavit. Hic in scriptis, *Evangelium Regni*; *Terra Pacis*; *Exhortatione*; *Correctione*; omnem *resurrectionem pernegavit*, & *cœlum in terra fixit*: crassissimo errore, & plusqvam Chiliastico. Primum illum librum refutavit *Iohannes Knewstub*, Anglus: itemqve *Theodorus Cornbertius*, amicus ejus primus, post antagonista factus, calamum adversus ipsum strinxit. *Fratres* qvoqve *Roseæ Crucis*, a Chiliastis non fuisse alienos, in *Continuatione Inqvisitionis in Confessionem Fratrum de Rosea Cruce*, ostendit *Andreas Libavius*. Neqve *Qvackerorum* colluviem, certe non paucos ex iis Chiliasticum illum errorem imbibisse, aliisqve propinasse, ex scriptis eorum patet. *Iohannem* qvoqve *de Labadie*, ejusqve socios *Petrum Yvon*, & *de Lugnon* in eodem luto hæsisse, apparet: ac certum est, priorem, integrum *de Regno CHRISTI novo*, librum vulgasse. Atqve hi qvidem, aliiqve plures, uti terrenum CHRISTI regnum, ac pleriqve etiam voluptuarium, inqve eo impiorum excidium, somniarunt; ita neqve inter Pontificios, nec Reformatos, nec Socinianos & Arminianos, nec deniqve Nostrates defuere, qvi meliorem ante excidium mundi Ecclesiæ statum fore, eundemqve vel per mille annos, vel per longissimum tempus aliud, mille istis annis apocalypticis respondens, duraturum, affirmarunt, variis tamen ob id censuris, ac aliqvi etiam periculis obnoxii. Et ex Pontificiis qvidem *Iohannes* Episcopus Chemensis in *Onere Ecclesiæ* dogmati millenario non parum

a Knewstublo & Cornbertio refutatus.

Fratrum Roseæ Crucis.

Qvackerorum.

Labadistarum.

De Chiliasmo PONTIFICIORVM. Auctoris Oneris Ecclesiæ.

parum se addictum ostendit: (a) qvi citat etiam *V-*
Vbert. de Casali. *bertinum de Casali,* Ord. Minorum Professum, Scriptorem *de septem statibus Ecclesiæ Apocalypticæ*, cujus *septimus status coincidat cum regno millenario:* item
Ioach. Abbas. *Ioachimum* Abbatem Florensis cœnobii, Ord S. Benedicti, suo tempore verissimum Prophetam. (b) Dein
Alph. Conradus. *Alphonsus Conradus*, Mantuanus, in Commentario A-
Matth. Cotterius. pocalyptico anno CIↃIↃLXXIV. edito, & *Matthæus Cotterius*, in *Expositione Apocalypseos continua apodictica*, idem dogma probant, & confirmare nituntur. Ex
REFORMATORUM. Reformatis probant hanc sententiam, *Cœlius Secundus Curio*, duobus libris *de amplitudine beati* Regni: *Iohan-*
Io. Piscator. *nes Piscator*, Observation. *in Apocalyps. cap. XX.* Iohan-
I. H. Bisterfeldius. nes *Henricus Bisterfeldius*, in *Mysterio Pietatis contra* Crellium, *de uno Deo Patre lib. I sect. I. cap. VIII.* Iohan-
Io. Alstedius. nes *Alstedius*, libro *de mille annis Apocalypticis:* (c)
Seb. Franck. qvem *Sebastianus Franck* Germanice versum edidit: & in *Chronologia:* ubi ab anno C CIↃIↃCXXIII. usqve ad CIↃIↃCXCIV. protasin facit ad M. annos Apocalypticos:
Iac. Brocardus. Iacobus Brocardus in *mystica & prophetica interpre-*
P. Launæus. *tatione Geneseos:* (d) *Petrus Launæus*, alias *Ionas Buicus Peritus*, fictitio nomine dictus, *Commentario in Danielem & Apocalypsin:* qvi Tractatum etiam peculiarem

(a) Vide B. Gerhardum *de Consumm. Sec. cap. VII. §. 14.* (b) De hoc *Ioachimo Abbate*, sec. exeuntis XII. scriptore, legendi Sixtus Senensis *in Biblioth.* Corn. a Lapide *præfat. in Esaiam*, & *Comm. in Apocal.* Ludovicus ab Alcazar *ad Apocal. not. 22. n. 3.* Gerhardus *Confess. Cathol. Tom I. cap. III.* Labbeus *ad Bellarmin. Tom I.* Carolus Visch in *Biblioth Cisterc.* Cave in *Hist. Literar. pag. 487.* (c) Francof. ed. 1630. (d) Lugd. ed. 1593.

liarem *de Regno mille annorum* contra Mosis Amyraldi instantias editum, *Replicatione* vindicare laboravit: *Thomas Brigthmannus*, Commentario *in Apocalypsin:* (a) Petrus *Crugotius* Notis *ad Apocalypsin.* Patricius *Forbesius a Corse*, Baro in Oneil, in *Commentario Apocalyptico*, qvem svasu Molinæi, Tileni, Capelli, & Gomari edidit filius, Iohannes Forbesius: (b) & in *Hypomnemate* Commentario adjuncto: *Andreas Rallius*, Ecclesiastes Occitanus, in *Halcyoniis Ecclesiarum Evangelicarum*, sive, *de Regno CHRISTI glorioso in terris: ubi aperitur mysterium Regni mille annorum:* (c) in qvo & consentientes laudat *Polierum* Bernatem, in libro Proceribus Helvetiæ consecrato, & typis expresso Genevæ anno CIƆIƆCLII. Gallice: *Iohannem Dobucium*, in libello suo, χερνομηνύτωρ qvi inscribitur, a Stella nova anno CIƆIƆCIV. & magna conjunctione Planetarum excitatum, ad eadem de felicitate Ecclesiæ promissa danda: *Petrum Serrurierum*, Pastorem, & Auctorem Gallici libri, *Assertio Regni mille annorum* dicti, contra Amyraldum: *Osiam Darvierum*, *Davidem Derodonem*, & alios. Huc spectant etiam *Henricus Morus*, S. Theol. D. Cantabrig. libro *de magna Visionum Apocalypticarum utilitate*: (d) Iosephus *Medus*, Theologus Cantabrigiensis, in *Clave Apocalyptica*, & *Fragmentis Sacris*, Trigæ *Dissertationum Ecclesiasticarum* annexis. (e) Sic Auctor Tractatus Germanici, *Chiliasmus Sanctus*, sub larva Waremun-

Th. Brigthmannus. *P. Crugotius.* *Patr. Forbesius.* *And. Rallius.* *Polierus.* *I. Dobucius.* *P. Serrurierus.* *Henr. Morus* *Ios. Medus.*

 di

(a) Francof. ed. 1625. (b) Amstelod. 1646. (c Genev. 1659. (d) In *Operibus* primum Anglice, deinde Londini ed. 1675. (e) Londin. 1652.

Seidenbecherus. di Freiburgeri latens (a) (hujus Auctor creditur *Seidenbecherus*, Pastor in Ducatu Coburgensi, ob contumaciam in dogmate Chiliastico munere exutus) ait *Nath. Homesius.* *Nathanaelem Homesium*, S. Theol. D. Anglice librum grandem *de mille annis* auctoritate publica edidisse: *Ioh. Coccejus.* *Ioh. Coccejus*, Theol. Prof. Lugd. qvem ob id accusat *Antonius Hulsius*, S. Theol. D. & Prof. Lugd. Collegii ibidem Regens, in *Specimine Theologiæ Hypotheticæ*, *P. Serrarius.* *vulgo* Coccejanæ *dictæ*: *Petrus Serrarius*, jam antea citatus, in Assertione *de Regno mille annorum, & prosperitate Ecclesiæ CHRISTI in terra*, Gallice, contra *ARMINIANOR. ET SOCINIANORUM.* Mosen Amyraldum. (b) Inter Socinianos & Arminianos, primum ipse Faustus Socinus, in *Miscellaneis* fatetur de suis sociis (utut nullo pacto sibi probetur spes de futuro ejusmodi regno) qvod statuant, *istud regnum CHRISTI corporale futurum esse in terra, & quidem in ipsa Iudæa, super Iudaicum populum Hierosolymis, postqvam Dei nutu & providentia urbs illa in ea provincia eodem loco ubi antea erat, instaurata fuerit.* *St. Curcellæus.* *Stephanus Curcellæus* in *Institutionibus Religionis Christianæ.* *Ioh. Erasmi.* Iohannes *Erasmi*, in libro contra P. Thyræum Iesuitam, *de Antichristo.* Anno CIↃIↃCLVII. Amstelodami prodiit Tractatus *de Regno Ecclesiæ glorioso* *Auctor. Tract. de Regno Eccl. Glorioso,* *per CHRISTUM in terris erigendo*, è Belgico jam ante edito, ab Auctore, nonnullis mutatis, in Latinum sermonem conversus. Cui etiam addita sunt ejusdem Auctoris *Annotata in librum Apocalypseos S. Iohannis*: item, *Tractatus de Qualitate Regni CHRISTI*, sive, *An cum*

(a) Amstelod. ed. 1660 & 1673. (b) Amstelod. 1657.

cum spirituali ejus natura terrenæ dominationes conveniant? ex Belgico Latine versus. Huic potissimum Auctori celeberrimus Theologus Nostras, *Iohannes Gvilielmus Baierus*, Norimbergensis, Dissertationem *Historico-Theologicam* anno CIↃIↃCLXXVIII. opposuit, *De Regno Ecclesiæ Glorioso per CHRISTVM in his terris erigendo*, respondente M. *Melchiore Ludolpho Sattlero*, Hannoverano. In hac cap I. §. XXVII. legas, *nomen ejus se hactenus non comperisse: qvisqvis tamen sit, nostrum certe non esse; neqve Augustanæ Confessionis, aut ullius Ecclesiæ Symbolorum auctoritatem admittere.* Ceterum paulo ante laudatus *Rallius*, hunc Tractatum censet esse *Danielis Brenii*, Sociniani, cui & ipsi *Annotata in Apocalypsin* tribuantur. Atqve idem sentit *Elias Vejelius*, Disput. *de Errore Apostolorum circa Regnum CHRISTI.* Qvæ, ne qvid celem, ex eruditissima Meelfuhreri *Dissertatione Historico-Theologica de Chiliasmo Veterum & Recentiorum* (a) addidici. In Christophori Sandii *Bibliotheca Anti-Trinitariorum*, de *Daniele Brenio*, legas, qvod patria Harlemo Batavus, Episcopii discipulus, an. CIↃIↃXCIV. natus, an. hujus seculi LXIV. obierit, laudaturqve ibidem inter complura scripta alia, liber de *Spirituali triumphante Regno CHRISTI*, Belgice & Latine editus. Et ut ad Nostros veniam, Ioh. Fevardentius qvidem, in II. Petri cap. III. & Iodocus Coccius in *Thesauro*, Lutherum velut consentientem Chiliastis laudant, aliqvid e Colloqviis Convivalibus afferentes: verum ut

a I.G. Baiero refutatus.

Auctor. est Daniel Brenius Socin.

De Chiliasmo LVTHERANORVM. An ipse Lutherus eum foverit.

(a) cap. 4. pag. 29. & c. 7. pag. 70.

ut taceam, librum illum, nec visum, lectum, aut probatum a Luthero; verba illa non tam de Chiliasmo confirmando, qvam de interitu mundi agunt, ut & de vita æterna parabolis humanis comparata.(a) Aliter se res habet cum Henrico Gebhardo, alias *Wesener* dicto, Dominorum Ruthenorum Cancellario, qvi sub *M. Gottlieb Heilandi* persona latens, *Verosimilia Historico-Prophetica de rebus in novissimo die* eventuris, cum *Appendice Verosimilium*; item, *Coronidem Expositionis Historico-literalis præcipuorum Oraculorum Propheticorum die de novissimo*, & plura scripta alia edidit:(b) in qvibus causam Chiliastarum aperte strenueqve egit. Verum respondit ei, politissimæ doctrinæ ICtus, *Caspar Facius*, Consiliarius Saxo-Altenburgicus, in suis *Admonitoriis*. Et licet aliqva *Depulsio Epistolica Wesneriana* sit secuta, procul omni tamen dubio Faciana illa scriptio palmam obtinuit. Sed & postea Gebhardina scripta B. Noster *Gerhardus* singulari studio examinavit: cujus μελετήματα demum luci dedit Filius, *Ioh. Ernestus Gerhardus*, optime non minus de Academia, qvam universa Ecclesia nostra, meritus. Titulus ita habet: *Tractatus Theologicus, in qvo præcipua Chiliasmi fundamenta solide destruuntur, pariterqve de Gog & Magog, item de universali Iudæorum conversione uberius disseritur.* (c) Præterea Chiliasmum ex Nostratibus defenderunt *Paulus Egardus*, Parochus Nortdorpiensis in Holsatia: qvem *incomparabilem studii pietatis, & veræ Christianismi praxeos* ἐργοδιώκτην vocat

Cancellarius Gebhardus.

P. Egardus.

(a) Confer B. Gerhardum de Consumm. Sec. cap. 7. § 16. (b) Geræ 1623. seq. (c) Ienæ 1667.

cat Cl. Ioh Mollerus, jam aliqvoties nobis laudatus. (a) Item *Hermannus Iungius*, Stormarsus, Ecclesiæ Monckendamensis in Belgio Pastor Lutheranus: *Herm. Iungius.* ne de *Friderico Breckelingio* (qvem forte plurimi inter γνησίως Lutheranos ægre tulerint) aliqvid dicam. *Frid. Breckeling.* Nostra memoria *M. Henricus Ammersbachius*, ad D. Petri & Pauli Halberstadii Pastor, Chiliasmum propugnavit, in *Consideratione præsentis & futuri temporis*, Germanice scripta: *Henric. Ammersbach.* cui tamen non modo Ministerium Halberstadense, ab Helmstadiensium, Rhintelensium ac Marburgensium Responsis sublevatum, se opposuit: sed & idem scriptis singularibus fecere, *Georgius Conradus Dilfeldius*, Ecclesiæ Cathedralis Northusanæ Pastor: (b) & *Balthasar Rebhahn*, Pastor Reichenbacensis, *in Retecto Ammersbachio*: *De ejus adversariis.* ut mirum sit B. Calovium, utrumqve pro complicibus Ammersbachii venditare: (c) qvod & ab Colbergio observatum memini. (d) Interim orthodoxus qvidam Ecclesiæ nostræ Theologus, ac vere pius, cum Ammersbachio mitius agendum censens, Dilfeldianas iras retulit; qvæ tamen cum hujus obitu qvieverunt. Deniqve causam Chiliasticam ante paucos annos propugnare cœpit *Ioh. Wilhelmus Petersen*, Lubecensis, SS. Theol. D. ac primum Postulati Episcopi Lubecensis, Ducisqve Holsatiæ Concionator Aulicus, & Antistes Euthinensis, post dulcissimæ patriæ meæ Luneburgensis Super- *I. W. Petersen.*

 inten-

(a) In *Isagoge ad Hist. Cimbr.* p. 170. (b) In der wolgemeinten schriftl. Einladung zu kurtzen schriftl. Gespräch wegen etlicher streitigen Lehrpuncten an M. Henr. Ammersbach. Northh. 1678. Et in *Mille annorum fabula*. [c] in *Anti Böhmio* p. 131. [d] im Platonisch-Hermetischen Christenthum part. 2. cap 13. p. 577.

intendens, non modo vir doctissimus, sed (ceu eqvidem existimo) etiam pientissimus, religiosissimusqve: cujus tamen fata, ob hanc, & aliam *de Visionibus*, controversiam, acerbiora, etiam in vulgus nota sunt. Ἀνωνύμως eidem jam anno LXXXIV. patrocinatus est *Laurentius Frisius*, Parochiæ Bredbroensis in diœcesi Ripensi Pastor ἑβραικώτατος, eodem anno vita defunctus in *Conjecturis de residuis mundi temporibus.* (a)

De Scriptor. Anti-Chiliasticis. Sed tempus est ut ad recensum Scriptorum Antichiliasticorum accedamus: in qvibus etsi non paucos jam commemoravimus, plures tamen supersunt. Primus autem qvi in Chiliasticam opinionem insurrexit, *Dionysius*, Presbyter primum, dein Episcopus *Alexandrinus* erat, ex cujus libris II. *de Promissionibus*, ad Nepotem, in Ægypto Episcopum, plura affert Eusebius *lib. VII. Hist. Eccl. cap. XXIV. XXV.* *Elegantem* hunc Dionysii librum vocat Hieronymus *lib. XVIII. in Esaiam*, ejusqve summam oratorie depingit. Superiori seculo qvi contra Anabaptistas scripserunt, in his qvoqve scriptis plerumqve crassum illum Chiliasmum oppugnarunt. (b) Ex nostro demum seculo huc pertinent *Daniel Cramerus*, in *Exegemate de Regno CHRISTI.* *M. Iob. Georgii Seldii*, Chiliasmus *Elenchomenos.* (c) Christiani *Schosani*, Diatribe *de Errore Chili-*

Dionysius Alexandr.

Dan. Cramerus.

I. G. Seldius.

Christ. Schotanus.

[a] Unmaßgebliche Muthmassungen / was nach dem geoffenbahrtem Worte Gottes in der noch hinterstelligen Zeit der Welt vor dem Jüngsten Tage geschehen werde. Amsterdam 1684. [b] Huc referas Vrbani Regii Disp. *de Restitutione Regni Israelitici contra omnes omnium seculorum Chiliastas, in primis tamen Monasterienses* qvæ ex Sereniss. Ducis Rudolphi Augusti Biblioth. recusa Brunsv. 1691. [c] Hamb. 1661.

Chiliastarum & mille annis Apocalypticis. (a) Gisberti *Voetii* Dispp. *de Regno millenario ad Apocal. XX.* (b) Samuelis *Maresii Chiliasmum Enervatum*, P. Serrario potissimum oppositum. Cum enim hic Chiliasmum aliqvot libellis, inprimis *Dissertatione de Planetarum Conjunctione*, antea laudata, propugnasset, Maresius anno LXII. *Dissertatione* opposita, eum refutavit: & cum Serrarius *Dissertationem Apologeticam* edidisset, *Vindicias* prioris suæ *Dissertationis* emisit, & has una cum dicto titulo, *Chiliasmi Enervati*, edidit Groningæ anno LXIV. *Ioh. Henr. Vrsini*, Indicem *Apocalypticũ, cum Chiliasmi Historia & Refutatione*, Germanice. *Adami Tribbechovii*, Historiar. P. Kiloniensis, *Historiam Chiliasmi.* (c) Sebastiani *Schmidii*, Theologi Argentoratensis, Dissertationem *Historico-Theologicam de Chiliasmo Apocalyptico hominum superstitiosorum ac fanaticorum commento, textui Apocalyptico cap. XX. contrario.* (d) Iohannis *Henrici Heideggeri* Diss. *de Chiliasmo.* (e) Georgii *Henrici Häberlin*, SS. Theol. D. ejusdemqve nec non Hebr. L. Prof. P. Duc. Stip. Theol. Superintendentis Tubingensis, *Diss. Theologicam de Chiliasmo Hodierno, Fidei Christianæ Ruina, & Infidelitatis Iudaicæ Firmamento, e novissimis Scriptis Gallicis* L'Accomplissement des Propheties, & Lettres des Rabbin des deux Synagogues, *strictim delineato.* (f) D. Ioh. *Gviliel-mi Baieri*, Disp. de *Regno Christianorum spirituali.* (g) Viti *Christophori Gebhardi*, Disqvisitionem *de Chiliasmo ex Apocalypsi.* (h) Augusti *Pfeifferi*, SS. Theol. D. & Su-

Gisb. Voetius. *Sam. Maresius.* *Ad. Tribbechovius.* *G. Henr. Häberlin.* *I. G. Baierus.*

[a] Franek. 1661. [b] *parte II. Dispp. Select.* n. 78. 79. 80. p. 1248. seqq. (c) Kilon. 1667. (d) Argent. 1674. (e) in *Dissert. Selectis num. 23.* (f) Tubingæ 1688. (g) Ienæ 1691. (h) Eodem anno.

perint. Lubecensis, *Anti-Chiliasmum* : Germanice. (a) Iohannis *Wandalini*, Filii, S. Theol. D. & P.P. in Regia Academ. Hafn. *Chiliasmi Veteris & Novi Orthodoxam Considerationem, cum præfatione de Novis Revelationibus.* (b) D. Friderici *Vlrici Calixti*, Disp. de *Chiliasmo antiqvo & novo.* (c)

(a) Lubecæ 1691. (a) Hafn. 1692. (b) Helmst. 1693.

SECTIO XXIII.

CIRCVMCELLIONES.

Vnde dicti. Hi ex Donatistis in Africa ita dicti, qvod maxime in agris discursantes, *circum cellas* vagarentur rusticanas: in qvibus primum soli habitabant, postea cum mulieribus; atqve illinc in alios suæ sectæ adversos irruebant. (a) Dicebantur & *Circelliones*; itemqve *Agonistici:* ut est apud Optatum Milevitanum *lib. III.* & Augustinum in *Psalm. CXXXII.* *In Catholicos sævierunt.* Pessimum autem erat hoc hominum genus, nefanda qvæqve flagitia specioso heroicæ virtutis titulo velans. Facinora illa graphice describit laudatus Optatus, & Augustinus in Epistolis: in qvibus etiam reperias, qvod in *Clericorum Orthodoxorum oculos calcem & acetum miserunt; Restitutum Catholicum Presbyterum occiderunt, ac Innocentio Presbytero oculum effoderunt, & digitum præciderunt: alium* autem *Presbyterum immaniter cæsum, & in gurgite cœnoso volutatum, burda* (amictus erat junceus) *vestitum, in pompa proterve circumduxerunt: nec in viros tantum, sed & in mortuos, sævierunt; basilicas clausas vi aperuerunt; altaria everterunt, calices fregerunt, conflarunt, & vendiderunt;*

(a) Vide Augustinum *in Psalm.* 132 & *lib. 1. contra Gaudentium*, & lib. 3. *contra Cresconium Grammaticum.*

derunt; *S. Eucharistiam canibus objecerunt.* Qvalis furor non modo legibus Constantini Magni, Constantis, Iuliani, Theodosii Magni, Honorii & Arcadii, sed & militari manu repressus fuit. Vnde Augustinus in Psalm. X. *Imperatorum Constitutiones frustra objicitis Catholicis, cum in vestris castris privati fustes ignesqve sic saeviant.* Non dubitarunt tamen Circumcelliones sociennos suos ita occisos, in Martyres referre, iisdem aras erigere, ac per eorum nomina jurare. (a) Neqve vero in alios tantum, sed & in sese saeviebant, ac per mortes varias, inprimis autem praecipitia, se ipsos usura lucis privabant, Iudam traditorem pessime imitantes: id qvod Philastrii, & Honorii, sed & pluribus Augustini testimoniis, in *Harmonia Historiae Passionis IESV CHRISTI*, jam ante hoc decennium probavi: (b) qvibus nunc addo, Augustinum *Epist. L. ad Bonifacium*; *LXI. ad Dulcitium*; *& CLXII. Serm. VI. de Verbis Domini secundum Matthaeum*; *in Ioban. cap. I. Tract. VI. & cap. III. Tract. XI.* De his *Circumcellionibus* Dissertationem Historicam scripsit *M. Svante Gustavus Dietz*, Ronneburga Livonus, SS. Theol. Stud. (c)

Legibus & armis repressi.

Fuere αὐτόχειρες.

De his scripsit Sv. Gust. Dietz.

(a) Vide Optatum *lib. 3.* (b) *part. 2. cap. 7. §. 187. pag 560. f.* [c] Lips. 1690.

SECTIO XXIV.

COCCEIANISMVS.

Ita solet a nonnullis appellari nimium studium pro dictis scriptisqve *Iohannis Cocceji*, Theologi Lugduno-Batavi. Is Bremae anno CIƆIƆCIII. XXX. Iulii natus, *Cocbii* nomen, in *Cocceji* mutans, primum Gymnasii

De IOH. COCCEIO.

patrii, post Franeqvera S. Lingvæ & Theologiæ, demum hujus etiam Lugduni Batavorum Professor an. CIↃIↃCLXIX. mense Novembri obiit. Nobile is nomen inter Theologos Reformatos meritus scriptis variis, qvibus S. Scripturæ libros interpretatus est. Et ex Nostratibus qvidem B. Calovius, Virum laudandum censet, *qvod plemqve oracula V. T. non cum Calvino suo Christianis eripiat, aut ambigua reddat; sed dextre de CHRISTO explicet.* Qvia tamen hypotheses qvasdam statuit ad intellectum S. Scripturæ universum facientes, qvæ nec ceteris placerent Reformatis, *Antonius Hulsius*, Lingvæ S. & Theolog. Prof. Lugdunensis. *Theologiam Hypotheticam*, duabus partibus constantem edidit. (a) Sic *Irenæus Philalethius*, personatus scriptor, LXXIV errores Coccejanis imputavit. Imo Samuel Maresius, *Christophoro Wittichio*, Silesio, Prof. Lugdunensi, Cocceji sectatori CCCLIII. errores objecit. Qvamvis Academiæ Lugdunensis Curatores in *Decreto* suo, qvod adversus Coccejanos & Cartesianos tulerunt, in hac biga, tantum viginti errores annotarunt. Latum id anno CIↃIↃCLXXVI. XVI. Ianuarii: ac paulo post (v. die Maji) *Abraham Heidanus*, Lugdunensium Professorum Senior, cathedra Academica exclusus est. Factum hoc, aliis defendentibus, qvibusdam improbantibus, ac impugnantibus: eo qvod rem tantam non convenire existimarent Academiæ Curatoribus, & civitatis Lugdunensis Consulibus; verum Ordinibus Provinciali

Cocceji adversarii Ant. Hulsius. Ir. Philalethius, & S. Maresius.

[a] Lugdun. Batav. 1675.

cialibus: cum his tantum inspectio in Professores, non ea adscripta jurisdictio. Et *Heidano* qvidem (uti seipsum describit in *Considerationibus*, Belgice, & Latine editis) anno præsentis seculi LXXVIII. *fluxit annus ætatis LXXIX. Ex iis LIII. in Ecclesiarum Ministerio exegit, Nardæ qvidem qvinqve, paucis demptis mensibus, inqve Ecclesia Leydensi XLIV. qvorum postremis XXVIII. Academicam Professionem cum Ministerio conjunctam sustinuit. Post omnes suos qvondam, cum in Ecclesia, tum Academia Collegas, est illorum in utraqve, & uno aut altero exceptis, per omnem Hollandiam senior.* Ceterum de Cocceji erroribus, per compendium egit, Theologus ac Philosophus Lipsiensis celeberrimus, ac de me olim optime meritus, D. Valentinus Alberti, in *Cartesianismo & Coccejanismo*, jam ante laudato. *Val. Alberti.*

SECTIO XXV.

COLLYRIDIANI.

De his ita Epiphanius in *Antidicomarianitis, Hæresi LXXVIII.* ex versione Cornarii: *Narrant, qvod qvadam mulieres illic in Arabia a partibus Thraces hanc vanitatem invexerunt, ut in nomen Sempervirginis* collyridem *qvandam sacrificent, & simul congregentur: & in nomen Semper-virginis ultra modum qvid tentent aggredi, nephario ac blasphemo negocio: & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres: qvod totum impium est ac nephariumm, alienum a prædicatione S. Spiritus: ut sit totum Diabolicum opus, & Spiritus* *Unde dicti.*

immun-

immundi doctrina. Impletur enim & in his hoc: Deficient qvidam a sana doctrina, attendentes fabulis & doctrinis *dæmoniorum.* Repetiit autem Epiphanius hæc, & plura, qvæ præcedunt, ac seqvuntur, de cultu Mariæ indebito, ex Epistola a se ad Arabes scripta: ad qvam porro provocat singulari *contra Collyridianos Mariæ offerentes,* tractatione, Hæresi LXXIX. In ista & hæc legas: *Hæc hæresis rursus in Arabia a Thrace, & superioribus Scythiæ partibus emicuit. ---- Qvædam mulieres currum qvendam, sive sellam qvadratam ornantes, expasso super ipsum linteo, in die qvadam illustri anni, per aliqvot dies panem proponunt, & offeruntin nomen Mariæ: Omnes autem pane participant: velut in Epistola in Arabiam a me scripta ex parte disseruimus.* Ceterum *Collyrida* (si Iohanni de Ianua, Monacho Dominicano, in Lexico, *Catholici* nomen habente, fidem adhibemus) *panis fuit tenuis & subcinericius: vel modicus & triangulus coctus, & frictus detersus.* Vsus hac voce Vulgatus Bibliorum Interpres Levit. VII. 22. *Offerent panes absqve fermento conspersos oleo ---- & collyridas olei admistione conspersas.* Vbi B. Lutherus reddidit: Geröstete Semmelkuchen. Idem Interpres Vulgatus Lev. VIII. 25. *Tolles collyridam conspersam oleo:* qvod laudatus Lutherus expressit, einen Kuchen geöletes Brodts. Sic II. Samuelis VI. 19. *Et David partitus est universæ multitudini Israel, tam viro, qvam mulieri singulis collyridam panis:* einen Brodtkuchen/ ut habet Lutherus. Memini & nuper *Collyridam* apud Ambrosium legere;

Collyrida qvid.

re; sed ita ut visus sit ex Veteri Interprete S. Scripturæ vocem mutuasse. Vide *Glossarium* Fresnianum in *Collyrida*, ubi etiam laudat Eadmeri, Hugonis Parisiensis, & Alexandri Poetæ, loca: qvæ non exscribo. De *Collyridianis* singularem Dissertationem scripsit *Samuel Schelwigius*, SS. Theolog. D. Athenæi Dantiscani Rector. & ad ædem SS. Trinitatis Pastor: qvæ tamen ad conspectum nostrum nondum pervenit.

SECTIO XXVI.

DAVID-GEORGIANI.

Hi in Saxonia inferiori, ac Belgio, *David-Ioristæ* solent appellari: ii nempe, qvi pestilentissimas hæreses *Davidis Georgii* non dubitant approbare, & hominem maleficum, non pro Sancto, sed ipso Messia, pro qvo se venditavit, habere. Hæreseos hujus coryphæus *David Georgius*, Delphis in Hollandia, parentibus infimæ sortis natus, vitri pictoriam artem (Glaßmahlerey) primum exercuit, post partibus Anabaptistarum se adjungens, propter concordiam aliqvam inter illos, sua potissimum opera initam, in oppido Westphaliæ *Bockholt*, Doctor haberi, & propriam, sed nefandam, partim doctrinæ, partim ratione vitæ, sectam erigere tentavit: ubi *se Davidem secundum Spiritum esse, verumqve Messiam, CHRISTO esse perfectiorem; Polygamiam licitam; peccati sensum, infernos, dæmones, nihil esse*, docuit: uti hæc per

Summa Vitæ DA. GEORGI.

Dogmata nefanda.

compendium enarrat Iohannes Hoornbeekius in *Summa Controversiarum lib.VI.* Patria extorris, ob edicta & persecutionem Anabaptistarum, aliorumqve religioni Pontificiæ adversantium, Basileam se contulit anno CIↃIↃXLIV. & aliqvot annos se illic clam, mutato nomine in *Iohannem Bruck*, vel etiam ab agro & domo, qvam emerat, *Iohannem Brimingen*, magnaqve modestiæ specie, tenuit: discipulos interim in Belgio multos, variis promissis, librisqve prodigiosis fovens: solis Helvetiis & Basileensibus insciis: apud qvos non mediocri fama vitæ honestæ, opumqve agebat: usqve dum Basileæ mortuus anno CIↃIↃLII. & honorifice sepultus, detecta tandem summa ejus improbitate, & imposturis, jussu Senatus, per carnificem, triennio fere ex qvo decesserat, effossus, & publice una cum libris, qvos varios lingva Belgica scripserat, suisqve crebro submiserat, & effigie in ejus ædibus reperta, concrematus fuit an. CIↃIↃLIX. XXV. Augusti. *Historiam de Vita, Doctrina, & qvid post mortem ejus cum cadavere, libris, ac familia actum sit*, edidit Academia Basileensis: (a) qvæ & in Germanicam ac Belgicam lingvas conversa est: eamqve accurate perseqvitur Illustris Thuanus *lib. XXII.* & Nicolaus Meinardus Blesdikius, Davidis gener, in *Historia Soceri*, a qvo se circumventum agnovit, & meliora postea sapuit, una cum aliis Davidis generis & filiis: cujus Blesdikii partem *Historiæ Davidicæ* aliqvam, debemus *D. Iacobo Revio*, Daventriæ editam anno

Dav. Georg. Basileam concedit.

Historiam Impostoris qvi scripserint. Academia Basil.

Nic. Blesdikius gener David. Georgii.

Iac. Revius.

(a) VVitteb. ed. 1559 & habetur Tomo III. Schardii. Germanice etiam prodiit Basil. 1596.

anno CIƆIƆCXLII. (a) Deinde *Vbbo Emmius*, cum Rector adhuc esset scholæ Groninganæ, libellum vernaculum *de Spiritu David-Ioristico* in lucem dedit, qvo in scenam hominis late pandit, atqve explicuit. Interim is *Apologiam* scripsit sermone vernaculo, ad Annam Comitem Oldenburgicam, anno CIƆIƆXL. qva omnia fere negat objecta sibi probra, & perversa dogmata. Ceterum hæc hæresis medio superiori seculo etiam Holsatiam, Eiderstadiam, & Dithmarsiam inficere cœpit: sicut docent Hæresiarchæ illius Epistolæ an. CIƆIƆL. & -LII. ad suos in his provinciis discipulos exaratæ. Qvæ autem hoc seculo, Iohannis Adolphi, & Friderici IV, Slesvvici ac Holsatiæ Ducum auspiciis, adversus David-Ioristas, ab Eiderstadiæ Præsidibus, ac Præpositis Ecclesiasticis, & hos inter præcipue M. *Iohanne Moldenitio*, Tonningensi, Ecclesiæ patriæ Parocho, & Præposito ad annum usqve emortualem CIƆIƆCLIII. gesta, in prolegomenis *Operis*, qvod gener hujus, atqve Collega, *Fridericus Iessenius* iis opposuit, & de qvo mox dicemus, itemqve ab Antonio Heimreichio in *Historia Ecclesiastica Sleswicensi, lib. IV. cap. IV.* enarrantur. Vir Cl. Iohannes Mollerus (cui hanc notitiam rerum David-Ioristicarum in Cimbria acceptum fero) ineditam vidit illorum *de Baptismo, Eucharistia, aliisqve Fidei capitibus Confessionem* vernaculam, phrasibus ambiguis & æqvivocis Lectori imponentem; *Apologiam* item

Vbbo Emmius.

De D. Georgii Apologia.

Ioh. Moldenit.

Frid. Iessenius

De scriptis qvibusdam D. Ioristicis

Bbb bbb 2 Com-

(a) Titulus est: *Historia Vitæ, Doctrinæ, ac rerum gestarum Davidis Georgii hæresiarchæ, conscripta ab ipsius genero. Nicolao Blesdikio.*

Commissariis Ducalibus exhibitam, qva in suam innocentiam, & cur doctrinam David-Ioristicam abjurare neqveant, pluribus deducunt. Sed utramqve, gemino judicio, itidem inedito, confutavit laudatus *Moldenitius*, Eiderstadiensis: cujus etiam superest Germanicum *Compendium Doctrinæ Archihæresiarchæ, Davidis Georgii, ex propriis ejus scriptis contractum.* Prolixiori opere Germanico (a) Davidis Georgii hæresin detexit pariter, atqve profligavit laudatus itidem Moldenitii gener, *Fridericus Iessenius*, Husensis, S. Theol. D. Ecclesiæ Tonningensis ab anno CIↃIↃCXL. ad annum -L. Diaconus, Kiloniensis autem ad annum CIↃIↃCLXXVII. qvo paulo ante excessum Viri, ex itinere Danico redux, eum conveni, & ab ipso librum hunc dono accepi, Antistes. Subjecit illi *Historiam Vitæ*, atqve Scriptorum Davidis Georgii, ex Basileensium Relatione, Emmio, Blesdikio, aliisqve collectam, qvam Soceri sui Analectis maximam partem deberi, in *Præfatione* fatetur. Conferri cum illa potest *M. Iacobi Stolterfothii*, Pastoris Lubecensis gravissimi, doctissimi, atqve eloqventissimi, qvem adolescens scholam Lubecensem freqventans, aliqvoties perorantem non sine admiratione audivi, Historia Germanica de *Davide Georgio, blasphemo Archihæresiarcha*, ex Thuano, Iobo Fincelio, Henrico Adamo Petri, Iohanne Wigando, & Luca Osiandro, congesta: qvæ Lubecæ lucem vidit anno CIↃIↃCXXXV. Qvanti Davidem fecerit *Anna Ovena Hoye-*

a Moldenitio confutatis

&
Frid. Iessenio.

Iac. Stolterfoth

Historia Dav. Georgii

(a) In der auffgedeckten Larve *Dav. Georgii*, Kilonii ed. 1670.

Hoyeria, Poetria Cimbriæ haud incelebris, ſtirpe in Eiderſtadia haud ignobili nata, poſt annum CIↃIↃC-XLVIII. in loco ſolitario Sveciæ exſtincta, ſeqventes ejus rhythmi docent, a Mollero (a) allati:

Davidem G. magnifecit Anna Obena Hoyeria.

Dit heft juw geſecht/
De truw Gottes Knecht/
Den gy verdömen:
Siin Liif iß verbrandt/
Siin Seel in Gades Hand
Jck darf em nicht nömen.

Senſus hic eſt: *Id vobis dixit fidelis ille Dei ſervus, qvem vos condemnatis; cujus corpus crematum, anima autem in Dei manibus agit: qvemqve nominare non audeo.*

SECTIO XXVII.

DONATISTÆ.

Summa vita DONATI Haretici.

Hi & *Donatiani* ſunt vocati, a DONATO Afro, poſt Majorinum, factionis Donatiſticæ *Carthaginenſi Epiſcopo.* Qvamvis enim alter *Donatus*, Africanus itidem Numida, Epiſcopus de Caſis Nigris, primus ſchiſmatis dux ac auctor fuit; ab illo tamen, utpote magis illuſtri, denominari maluerunt Schismatici. De hujus vocis declinatione & analogia, incidit Auguſtino cum *Creſconio Grammatico* qvæſtio: ut ipſe ſcribit *lib. II.* contra eum *cap. II.* Carthagine qvidem primum *Pars Majorini* vocabantur, qvod Donatiſtarum primus Præſul ibi *Majorinus* eſſet, a Donato ordinatus: qvemadmodum ipſi Catholicos, a Co-

Donati duo.

Pars Majorini.

(a) *Parte 2. Iſagoges p. 143.*

a Comitis *Macarii* nomine, qvi Carthagine Cæciliani tempore præfuit, *Macarianos* appellabant: postea tamen obtinuit, ut *Donatistæ* passim nominarentur. Romæ vero *Campates* dicebantur, teste Hieronymo *in Epist. contra Luciferianos* & *Montenses:* a monte forsan, in qvo clanculum conveniebant: qvod nominis apud Optatum *lib. II.* & Augustinum *lib. II. contra Petilianum cap. CVIII.* & *de Hæresibus cap. LXIX.* reperias. Optatus qvidem aliam nominis affert rationem: *Si speluncam qvandam,* inqvit, *foris a civitate gradibus sepserunt, ubi ipso tempore conventiculum habere potuissent: unde* Montenses *appellati sunt.* Occasio schismatis hæc fuit. Cum ad Carthaginensem Episcopatum Donatus adspiraret, eaqve spe, electo, prælatoqve sibi Cæciliano, excidisset, eundem perfidiæ, atqve abjurati nominis fideiqve Christianæ, accusavit, qvod in persecutione sub Maximiano & Diocletiano Impp. sacros codices hostibus fidei & idololatris comburendos tradidisset. De qvo ipso, ab eodem Donato, omnes alii Episcopi, qvi Cæcilianum ordinarant, accusati sunt: sed omnes falso, ut causæ eventus, ter apud diversos judices actæ, docuit: Cæciliano etiam ab ipso Constantino Magno Imp. audito & absoluto. Interim Donatus nec Cæcilianum pro Episcopo, nec ejus cœtum pro vera Dei Ecclesia voluit agnoscere, qvæ perfidis & traditoribus sacrorum codicum hominibus constaret, neqve satis pura & immaculata ipsius judicio esset: cum tamen totus propemodum Donatistarum cœtus scateret vulneribus,

Macariani.

Campates Montenses.

Occasio Schismatis Donat.

&

& sanie, non tantum erroris impurissimi, sed etiam vitæ improbæ sceleratæqve: uti sæpe docet Augustinus, & ex *Circumcellionum* historia notum. Colligit igitur privatim Ecclesiam homo ambitiosus, altare contra altare erexit, schismaqve faciens, Carthagine cœtum suum solum esse *sanctam illam Ecclesiam, qvam crederemus*, contendit, adeo etiam ut Catholicos ad se accedentes rebaptizaret, suis autem permitteret, ut per se, tanqvam Deum, initio jurarent. Qvod etsi parum æstimatum, & facile a plerisqve refutatum, ConcilioqveCarthagine collecto damnatum; pervicacia tamen ac indomita Donatistarum audacia defensum est, in nervum jam erumpente hæresi, corruptisqve S.Scripturæ locis pluribus. Cum tempore etiam multos fautores ac promotores accepit hæresis Donati, inprimis opulentam illam mulierem Carthaginensem Lucillam, (a) qvæ suis opibus eorum Episcopos, & cœtus, laute sublevavit. Igitur non amplius se mœnibus Carthaginis continuit venenum, sed ita totam Africam, ac extremam qvoqve Numidiam pervasit & infecit, ut multæ provinciæ atqve urbes hac peste corriperentur penitus, ac contabescerent. Qvin & Donatistæ in alias transmarinas regiones trajecerunt, easqve labefactarunt: sic ut Imperatorum legibus ac in iisdem definitis pœnis difficulter coercerentur. Diu enim perstitit hæc hæresis, qvippe qvæ etiam Tiberii II. ætate superavit, & GregoriusMagnus de ævi sui Episcopis & Magistratibus

Donatistarum capitalis error.

De Lucilla.

(a) De hac pluribus Optatus Milev.

tibus qveritur, *qvod magna eorum culpa & negligentia fieret, ut hic tam gravis error & pestilens, tamen in Ecclesia latius serperet, & diutius obtineret.* Postea tamen jugulata est hæresis, atqve conqvievit, nisi Anabaptistæ, & demum Labadistæ, ab inferis superiori, & nostro seculo, revocassent. Sed ut inter Anabaptistas, sectæ, etiam ob res leviculas, plures, ita olim qvoqve inter Donatistas *facta sunt schismata, & ab iis se diversi cœtibus alii atqve alii separarunt: qvorum tamen separationem* cetera grandis *multitudo non sensit:* qvæ verba sunt Augustini *de Hæresibus Ecclesiasticis.* Ipse Donatus pulsus est Carthagine, anno CCCLVI. si tempus recte signat Hieronymus: reclamante Baronio, & contendente, Donatistas Episcopos a Constante relegatos, & nonnisi per Iulianum restitutos esse. Scripsit Donatus, teste Hieronymo, de *Scriptoribus Ecclesiasticis cap. XCIII.* multa ad hæresin suam pertinentia opuscula, & in his librum *de Spiritu Sancto*, in qvô dogmati Ariano consentanea docuit, qvod & Augustinus *de Hæresibus* cap. LXIX. affirmat. De Colloqviis cum Donatistis, ut & Synodis adversus illos, habitis, alibi dispiciemus. Contra *Parmenianum*, sectæ Donatisticæ apud Carthaginem Episcopum, *de Schismate, libros VII.* scripsit *Optatus*, gente Afer, urbis *Milevitanæ* in Numidia *Episcopus*, acerrimus Donatistarum impugnator, qvi circa annum CCCLXVIII. tempore Damasi Episcopi Romani, claruit, ac sub Imperio Valentiniani obiit. In hoc Opere totius schismatis originem & progressum aperit, schisma-

Donatist. hæresis resuscitata.

Schismata Donatistarum.

De Scriptis Donati.

De Optato Milevitano.

ſchiſmaticorum mores tumidos, protervos & truculentos depingit, fraudes & mendacia refellit, & Eccleſiæ Catholicæ cauſam, adverſus effrontes eorum calumnias, non minori modeſtiæ & manſvetudinis, qvam doctrinæ & acuminis laude, tuetur. (a) An autem liber VII. ipſius ſit Optati, non immerito dubitant Eruditi, præſertim qvia ab ſuperioribus non modo ſtyli elegantia ſuperatur; ſed & contraria nonnunqvam dogmata affert. Qvid? qvod Hieronymus non niſi *ſex libros* ab Optato ſcriptos memorat. Qvamobrem Elias du Pin (b) cujusdam Afri opus eſſe cenſet, qvi paulo poſt Optatum vivens, hæc adjicienda exiſtimavit, qvæ poſtea Optato ſint adſcripta. Qvod ad editiones Optati, primum Moguntiæ typis eſt excuſus anno CIƆIƆXLIX. ſed admodum mendoſe. Poſtea doctiſſimus ICtus, *Franciſcus Balduinus* eum edidit Pariſiis anno CIƆIƆLXIII. ex Ms. recognitum, qvem Spenſæus cum ipſo communicaverat, multisqve locis emendaverat. Præmiſit amplam præfationem adverſus Calvinum, Principibus judicium rerum ad religionem pertinentium permittentem: qvam præfationem omiſit in editione Pariſienſi anni LXIX. in qva & *Victor Uticenſis* (ſic tum adhuc vocabatur, qvem poſtea *Vitenſem* dicendum apparuit) habetur. Sed & *Annotationes* adjecit oppido doctas, & Donatiſtarum Hiſtoriam non parum illuſtrantes: qvamvis, Du Pinio judice, *propter prolixitatem magis*

De VII. libro Optati.

Editiones Optati Moguntina.

Fr. Balduini prima.

ſecunda.

(a) VVilh. Cave in *Hiſt. Literar. p.132.* (b) in *Biblioth. Eccl. Auct. Tomo II. pag. 187.*

pro commentario, qvam Notis haberi mereantur. Vltimam hanc Editionem Balduinianam expresſit *Commeliniana*, anni CIↃIↃXCIX. At enim anno CIↃIↃCXIII. Lugduni Batavorum prodierunt Optati libri (ut titulus habet) *multo qvam antehac emendatiores, & Emendationum ac Notarum libello illuſtriores.* Harum qvis ſit *Notarum* Auctor, ambigo. Nam licet in fine legas: *Et ſic expliciunt Notæ Barthianæ in lib. VII. Optati*; ſub initium tamen in iis laudatur ipſe *Barthius*, ac *eruditus & felicis ingenii adoleſcens*, vocatur. Ex Barthii autem *Adverſariis* multa ſumta eſſe, deprehendi. Anno CIↃIↃCXXXI. *Gabriel Albaſpinæus*, Pariſiis excudi curavit Optatum cum parvis Notis, & longioribus Obſervationibus, qvas adjecit Balduini *Annotationibus*, & Notis qvibusdam Auctoris anonymi. Eodem anno XXXI. *Mericus Caſaubonus*, Iſaaci filius, Londini textum Optati edidit, cum *Notis Criticis*, ſane qvam doctisſimis; & ex qvibus ſummum judicium relucet. Deniqve *Philippus Priorius*, novam editionem hujus Auctoris procuravit Pariſiis anno CIↃIↃCLXXIX. cui adjectæ ſunt præfationes Balduini, Notæ Albaspinæi, Caſauboni, Barthii, & Anonymi: præmiſſis aliis qvibusdam, a Du Pinio parum æſtimatis. Poſthæc *Commentarium* Balduini, & Albaspinæi *Obſervationes* addidit, cum nonnullis aliis, ad Optati cauſæqve Donatiſticæ illuſtrationem pertinentibus. *Tot & editiones & Commentaria* (repeto verba Du-Pinii) *auctorem illum emendatiſſimum & explanatiſſimum effeciſſe debuiſſent. Non tamen ſic ſe res habet: textus enim*

Commelini.

Lugdunenſis.

Albaſpinæi.

Mer. Caſauboni.

Ph. Priorii.

Du Pinii judicium de edd. Optati.

adhuc est corruptissimus, multiqve loci illustrari & restitui debent. Balduini Notæ multam lucem afferunt Historiæ; sed multis tamen locis hallucinatus est, ut ostendit Valesius in erudita sua Dissertatione de Schismate Donatistarum. Notæ & observationes Albaspinæi nonnulla Disciplinæ capita explanant, sed non semper accuratæ sunt. Casauboni Notæ omnium optimæ sunt ad textus intelligentiam: Barthii vero & ceterorum non plurimi faciendæ sunt. Eruditissimus Rigaltius, editis Tertulliano, Minutio, & S. Cypriano, Optatum edere statuerat. Et conjicere licet, eum, cum esset Critices peritissimus, & in Antiqvitate Africana & mss. codicum cognitione versatissimus, multa magni momenti menda abstersurum, multisqve in locis textum Optati restituturum fuisse. Verum ante qvam opus illud aggrederetur, e vivis excessit. Id onus in me forte suscipiam, & in lucem edam textum Optati recognitum e plurimis mss. codicibus, qvi emendatiores sunt eo qvi huc usqve in lucem prodiit. Vltima Interpretis forte sic emendanda: *qvi emendatiores sunt iis, ex qvibus huc usqve in lucem prodiit.* Post Optatum, magnus Ecclesiæ Africanæ Doctor, & Præsul Augustinus, non pauca adversus Donatistas edidit: nempe I. *Contra partem Donati Psalmum.* II. *Contra Epistolam Parmeniani Donatistarum Episcopi libros III.* III. *Contra literas Petiliani Donatistæ libros III.* IV. *Contra Cresconium Grammaticum libros IV.* V. *Contra Epistolas Gaudentii Donatistarum Episcopi libros III.* VI. *De Baptismo contra Donatistas libros VII.* VII. *De*

Speranda nova ipsius Du-Pinii editio.

Augustini scripta contra Donatistas.

unico Baptismo contra Petilianum librum. VIII. *Breviculum Collationum cum Donatistis.* IX. *Contra Donatistas post Collationem librum.* X. *De Gestis cum Emerito, Donatistarum Episcopo, Sermonem.* XI. *De Gestis cum eodem Emerito librum.* XII. *Contra Fulgentium Donatistam librum.* Qvamvis, an ultimus hic sit Augustini, multi dubitent. Scriptores incerti fœtum putat Vossius, in *Historia Pelagiana:* atqve idem sentiunt *Lovanienses* Operum Augustini editores, ac censores. Contra perierunt seqventes Augustini in Donatistas libri: I. *Contra Epistolam Donati Hæretici.* II. *Contra Anonymum Donatistam.* III. *De Maximianistis contra Donatistas.* (a) IV. *Ad Primianum Commonitorium.* V. *De traditione in Persecutionibus, & falso Baptismate, contra Donatistas libri III.* VI. *De Baptismo contra eosdem liber.* VII. *Ad Mercatorem Episcopum contra eosdem.* Ex recentioribus, de *Schismate Donatistarum,* Henricus Valesius *Dissertationem* scripsit, jam ante a Du-Pinio laudatam: qvæ exstat in calce *Annotationum ad Eusebium.* Exercitationem præliminarem *de Donatismo,* Matæologiæ suæ Labadianæ, Germanice scriptæ, præfixit, *Christianus Nifanius.* (b)

Ejusdem deperdita.

H. Valesius.

Christ. Nifanius.

(a) Horum schisma sæpe repetit Augustinus, maxime *lib. 3. contra Cresconium cap. 27. 28.* & tangit in *de Hæresibus.* (b) Mindæ 1673.

SECTIO XXVIII.

EBIONITÆ.

An ullus fuerit Ebion.

Ab *Ebione* hæresiarcha id vocabuli fluxit: qvem tamen ejus nominis nunqvam exstitisse, Socinus, Ostoro-

ſtorodus, Curcellæus, Iurieuſius & Richardus Simonius (a) non dubitarunt affirmare: provocantes ad Origenem, qvi *lib. II. contra Celſum* refert, Ebionitas per contemtum, *Ebionæos*, ſeu *pauperes*, dictos fuiſſe, qvi IESVM pro CHRISTO receperunt. Lambertus Danæus qvoqve *Commentariis* in Auguſtinum *de Hæreſibus* cap. X. (b) Ebionitarum ſectam *ab Euſebio non de nomine auctoris cujusqvam appellatam*, exiſtimat, *ſed de ratione profesſionis ac vitæ: qvod hi hæretici inſtar mendicantium qvi dicuntur, Monachorum, & Cynicorum Philoſophorum, perpetuam paupertatem & inopiam ſeqverentur & voverent.* Verum hæc ex Euſebio non exſculpſeris. Qvamvis enim is *lib. III. cap. XXVII.* videatur reſpicere ad originem Hebræam vocis אביון, qvæ *pauperem*, & *afflictum* ſignificat; non tamen hoc facit ex Danæi ſenſu: ſed ob id is ita dictos cenſet, *qvod humiliter admodum & abjecte* (πτωχῶς καὶ ταπεινῶς) *de CHRISTO ſentirent.* Et in fine capitis inqvit: *Cujus rei cauſa Ebionæorum cognomen ſortiti ſunt, qvo intelligentiæ illorum inopia ſatis indicatur. Sic enim mendici apud Hebræos vocantur.* Neqve tamen eo processit Danæus, ut Ebionem tolleret ex orbe: id qvod Sociniani, pauciqve alii voluerunt facere; utut Euſebii mentem non ſatis videatur aſſecutus. Sed de exiſtentia Ebionis, cum pluribus diſſeruerit Cl. Ittigius, non eſt, qvi in hoc argumento diutius occupemur. Atqve idem ille Vir πολυμαθέστατος obſervavit, falli *Danielem Huetium*,

L. Danæus notatur.

Huetius ab Ittigio notatus.

 qvan-

(a) Vide Ittigium *Diſſ. I. de Hæreſiarchis cap. 6. pag. 60.* (b) pag. 87. ed. Helmſt.

qvando *in Notis ad Origenem*, partem Ebionitarum, *Majores* a Nicephoro dici sentiat: utpote qvem errorem ex Latina versione Nicephori hauserit. Præterea laudatus Ittigius, contra Victoris Giselini *Notas ad Prudentium*, demonstrat, neqvaqvam solos Ebionitas, *Homuncionitarum* nomen, sed hoc ipsum plures hæreticos Divinitatem CHRISTI impugnantes accepisse. Sed ut ad Ebionem ipsum accedamus, *Samaritanus* fuit gente: qvam tamen cum odiosam ubivis esse nosset, pro Iudæo haberi voluit. Vixit sub Domitiano, & cum in terris adhuc ageret S. Iohannes Apostolus: qvi potissimum propter hunc & Cerinthum, Evangelicam historiam conscripsit, qvo CHRISTUM verum Deum, æternumqve Dei Patris λόγον esse, infallibilibus argumentis demonstravit. *Marius Mercator*, scriptor Augustino coævus, in *Appendice ad contradictionem XII. anathematismi Nestoriani*, Philosophum eum vocat *Stoicum*: qvod unde hauserit, nescio. Virus suum sparsit Ebion, ante Nicolaitas, uti docet Irenæus *lib. I. cap. XXIII.* qvamqvam Tertullianus eum Cerinthi discipulum facit. Cœpit hæc hæresis primum, ut ait Epiphanius, circa *Pellam*, urbem Syriæ, in vico *Cochaba*, qvæ latius postea propagata est, & Basanitida regionem: deinde vicinam Nabatæam, & Arabiam celerrime pervasit, ex qva in Asiam minorem, ac deniqve Romam ipsam penetravit. Perstitit autem in Armenia diutius: ut iterum Epiphanius affirmat. Hi Hæretici statim se in varias partes ac divortia secue-

Homuncionitæ.

Summa Vitæ EBIONIS.

Ubi cœperit Ebionitarum hæresis.

runt,

runt, mutato tamen priori nomine, & *Sampſeorum*, ac *Elceſitarum* (*Elxeus* Pſeudo-Propheta inter Ebionitas fuit) aſſumpto: ſive potius hi Ebionitis ſeſe ſociarunt: ut apparet ex Epiphanio, qvem Auguſtinus ſeqvitur. Duos tantum Ebionitarum hæreticos errores refert Auguſtinus: nempe, *qvod CHRISTVM tantummodo hominem* dixerint: &, *qvod circumciſionem, & cetera legis ceremonialis mandata obſervari voluerint.* At Epiphanius pene infinitos affert: in qvibus etiam ſunt ſeqventes: *Adamum eundem fuiſſe cum CHRISTO. Non aliud Evangelium, qvam Matthæi, recipiendum. Ab animatis & carnibus, & ab omni edulio ex carnibus abſtinendum. S. Paulum iracundia permotum, qvod deſiderata puella non potiretur, contra Iudæos ſcripſiſſe. Non alios Prophetas, ac Moſen, Aaronem, & Ioſuam recipiendos. S. etiam Cœnam perverterunt, adhibentes panem azymum & ſolam aqvam.* Iuxta Origenem *lib. V. contra Celſum* duo fuerunt Ebionitarum genera, qvorum unum *IESVM ex Virgine, virtute Spiritus Sancti;* alterum vero, *ex Ioſephi & Mariæ concubitu, more reliqvorum hominum prognatum*, aſſeruit: utrumqve tamen CHRISTI Divinitatem negaſſe, Euſebius *lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. XXVII.* teſtatur. Ad Iudaicas, imo plus qvam Iudaicas Ebionitarum ſuperſtitiones pertinet, qvod Irenæo teſte lib. I. cap. XXV. *Hieroſolymam adorarunt:* item, qvod juxta Euſebium d. l. & Theodoretum *lib. II. Hæret. Fabularum cap. I.* non minus *Sabbathum cum Iudæis, qvam Dominicam cum Chriſtianis celebrarunt:*

Elxeus. Elceſitæ.

Errores Ebionitarum.

qvod

qvod juxta Damascenum, *continuo se aqva abluerunt*. Patripassianorum errorem iis qvoqve tribuit Optatus Milevitanus *lib. IV.* qvod tamen improbabile videtur Ittigio. (a) De *Ebione, & Ebionitis antiqvis & recentioribus* Κόνημα *Historico-Theologicum* scripsit Michael Siricius, Giessensis tunc temporis Theologus. (b)

De Ebione & Ebionitis scripsit Mich. Siricius.

(a) pag. 68. (b) Giessæ 1668. & locupletius anno 1678.

SECTIO XXIX.

ENTHVSIASTÆ.

Qvinam Enthusiastæ.

Commune id qvidem fere nomen est Fanaticorum: qvamqvam vi vocis, eis inprimis videatur convenire, qvi raptus singulares animæ, sive mentiuntur, sive etiam revera sentiunt, non tamen a Sancto Spiritu, sed a cacodæmone, aut ab impulsu qvodam naturæ ad eosdem dispositæ profectos. Qvo etiam referri solent, qvi revelationes divinas vel angelicas crepant: qvod olim *Montanistæ*, aliiqve, superiori ac nostro seculo *Anabaptistæ* potissimum fecerunt. Et notum est, qvomodo Thomas ille Münzerus *Gideonis romphæa* (a) superbiens, seditiosam qvam ducebat, rusticanarum copiarum multitudinem paverit, flexerit, ac tandem in præceps dederit. De Enthusiastis singulariter scripsisse *Philippum Marnixium*, auctor est Hoornbeekius. (b) An *Historia antiqvorum novorumqve Enthusiastarum*, in qva *Martinus Schoockius* desudavit, & cujus Auctor *Historiæ Professorum Groningensium* meminit, lucem viderit publi-

(a) Ita enim solebat literis subscribere: Thomas Müntzer mit dem Schwerd Gedeons. (b) *Summa Controv. lib. 6. pag. 382.*

blicam, non habeo dicere. Citat tamen eam, tanqvam editam, Cl Wittius *in Diario Biographico.* (a) Digna alias lectu est *Balthasaris Bebelii*, de *Enthusiasmo* Dissertatio. (b) Huc etiam pertinet Rever. Ministerii Tripolitani (Lubecensis, Hamburgensis & Luneburgensis) liber contra Enthusiastas, calamo Nicolai Hunnii compositus; (c) Item, Ejusdem Apologia, a Iohanne Mullero, Antistite Hamb. Nicolao *Tetingio opposita.* (d) Nuperrime etiam celeberrimus Theologus Nostras, Ioh. Gvilielmus Baierus, lectissimum Programma publicavit, *de Enthusiasmi prima origine & incrementorum caussis ac remediis* (e)

(a) Ad an. 1666. (b) Argent. 1683. (c) Ausführl. Bericht von der neuen Propheten Religion, Lehr/ und Glauben. Lübeck. 1643. (d) Nothwendige Vertheidigung des ausführl. Berichts von den N. Pr. wider Nic. Tetinzs Verantwortung. Hamb. 1636. (e) 14. Ian. 1694.

SECTIO XXX.

EVNOMIANI.

Nomen iis dedit *Eunomius*, gente Cappadox (a) Dacora, territorii Cæsariensis vico in agro Argæno, a monte Argæo (hic extra Cappadociam est ad Euphratem prope Mazacam, sive Cæsaream, ut habet Plinius *Hist. Nat. lib. VI. cap. III.*) nominato, oriundus: parentibus qvidem, qvi majorum Magni Basilii liberti fuerant. Ipse Aetii, ad qvem se Antiochia contulit, qvondam discipulus & notarius (ut Suidas narrat) a qvo hæresin suam hausit; rerum eruditione & fama

Summa Vitæ EVNOMII.

(a) Philostorgius lib. 6. c. 3.

ma, magiſtrum, cui poſtea morienti Conſtantinopoli adſtitit, oculosqve & os clauſit, (a) multimodis ſuperavit, Dialectica inprimis arte excellens. (b) Ab Eudoxio, tum Antiocheno Epiſcopo, Diaconus factus, (c) mox legatus a ſuis Conſtantinopolin mittitur, a Baſilianis in itinere captus, Midajum Phrygiæ relegatur, qvi exin conceſſit in Armeniam. (d) Anno CCCLX. ab Eudoxio, & Mari, Chalcedonis Epiſcopis, Cyzicenus Epiſcopus ordinatur: (e) inde paulo poſt a civibus pulſus. Sub Iuliano & Ioviano, Conſtantinopoli egit: Valente imperante in hortum Chalcedonenſem ſeceſſit: donec delatus apud Imperatorem, qvod Procopium tyrannum in agro ſuo occultaſſet, (f) exul in Mauritaniam miſſus eſt (g) Sed dum apud Murſam Illyrici in itinere conſiſteret, ab Imperatore revocatur. (h) Theodoſius Magnus, cui ἔκθεσιν τῆς πίστεως, ſive *Fidei libellum*, adhuc dum ſuperſtitem (i) anno CCCLXXXIII. obtulerat, ipſum ex Chalcedone abreptum, Halmyridem, locum Mœſiæ ad Danubium ſitum relegari juſſit. (k) Vnde a Barbaris fugatus, Cæſaream Cappadociæ abductus eſt. At civibus inviſus, qvod adverſus Baſilium eorum Epiſcopum libros conſcripſerat, apud Dacoram vicuſum natalem in agris ſuis degere permiſſus eſt, (l) ubi

[a] Philoſt. l. 9. c. 6. [b] Vnde Dialecticus ab Honorio *de Hæres.* vocatur. Vide Philoſtorgium l. 8. c. 18. [c] Philoſt. l. 5. c. 5. [d] Idem l. 4. c. 6. [e] Idem l. 5. c. 3. [f] Idem l. 9. c. 5. [g] Id. l. 9. c. 8. [h] Id. d. l. [i] Hunc primus ex cod. Florentino in lucem protraxit, additaqve verſione edidit *Henricus Valeſius*, Annotat. ad Socratem l. 5. c. 10. [k] Philoſt. l. 10. c. 10. (l) Idem d. l.

ubi grandævus moritur circa annum CCCXCIV. Corpus ejus Tyana transferendum, & illic a Monachis servandum, curavit Eutropius Patricius, ne a discipulis ejus Constantinopolin translatum, commune cum magistro sepulchrum sortiretur: qvin & ejusdem libros publicis edictis aboleri jussit. (a) Summis Eunomium laudibus evehit Philostorgius, ipse secta Eunomianus, (b) cujus integra pene *Historia Ecclesiastica* haud aliud qvem Eunomii encomium censeri debet. (c) Styli ejus censor est *Photius*, (d) Philostorgii abbreviator, qvem non exscribo. Qvi Philostorgium primus edidit, ac *Dissertationes* in ejus *Historiam* ampliores scripsit, *Iacobus Gothofredus*, Ictus, multam qvoqve lucem Historiæ Eunomianæ affudit. Augustino teste *dissimilem per omnia Patri asseruit Filium, & Filio Spiritum S.* additqve porro: *Fertur etiam usqve adeo fuisse bonis moribus inimicus, ut asseveraret, qvod nihil cuiqvam obesset qvorumlibet perpetratio, ac perseverantia peccatorum, si hujus, qvæ ab illo docebatur fidei particeps esset.* Qvæ extrema Honorius Augustodunensis *de Hæresibus*, sic expressit: *Dicunt nullum imputari peccatum in fide manentium.* Harmenopulus (f) Eunomianos, *minas futuri supplicii, & Gehennæ, non ad veritatem, sed ad metum prolatas statuisse*, affirmat. Eos etiam, *qvi se ipsorum partibus adjungebant, demissos in caput, una mersione rebaptizasse*,

De morte Eunomii.

Philostorgius Eunomii præco.

Eunomianorum error.

 idem

(a) Philost. lib. II c. 5. (b) Qvomodo Carterius, Philostorgii pater, Eulampiam conjugem, & hæc, patrem, fratres aliosqve propinqvos Eunomianos fecerit, narrat Philostorgius *l. 9. c. 9.* (c) Cave in *Hist. Lit. p. 120.* *Biblioth.* (d) *Cod. 138.* (e) *De Hæres. c. 54.* (f) *De Hæres. c. 13.*

idem scriptor asserit. (a) Scripsit Eunomius inter alia *Apologeticum*, in qvo adversus SS. Trinitatis dogma, præcipue æternam & consubstantialem Domini nostri Deitatem, argute disputat Hæresiarcha. Integrum hoc opusculum Græce exstat apud *Thomam Thenison*, Anglum, D. Theologum. *Prologum & Epilogum*, una cum subjecta Eunomii *Confessione*, ex Codice Thenisoniano descriptum, & a Whartono Latine versum, *Historiæ suæ Literariæ Scriptorum Ecclesiasticorum* inseruit *Wilhelmus Cave*. Huic autem *Apologetico* oppositi sunt *Basilii Magni* qvinqve *egregii*, ut Hieronymus vocat, (b) *libri*, qvi tamen numerum non indicat. Nam duo posteriores, tum ob nonnullam styli dissimilitudinem, tum qvod in antiqvissimis mss. desint, ab aliqvibus in dubium vocantur. Sed Elias Du Pin, (c) eos qvidem *sicciores, scholamq; magis redolere* putat: qvod tamen ne qvis miretur, addit: *In prioribus præcipua Eunomii ratiocinia evertit; in posterioribus vero hisce duobus, totus est in refutandis hujus Hæretici circa multa Scripturæ loca subterfugiis & argutiis, quemadmodum in II. libro promiserat. Qvapropter*, (subjicit) *non est, quod rejiciantur V. libri tanqvam supposititii.* Ad hoc argumentum qvoqve pertinet *Epistola* Basilii CLXVIII. in qva Hæreticum illum, qvi se omnia capere jactabat, irridet, multas ipsi circa res naturales movens qvæstiones, qvæ nullomodo solvi poterant. Eunomius

Eunomii Apologeticus

In Anglia ms. superest: cujus partem edidit VVilh. Cave.

jam olim refutavit Basilius M.

De Basilii Epist. 168.

[a] Confer. Philost. *l. 10. c. 4.* [b] *De Script. Eccl. c. 116.* [c] *In Bibl. Eccl. Auth. T. 2. p. 704.*

mius qvidem *Defensionem Apologiæ suæ* adversus Basilium *libris III.* complexus, eidem elaborandæ multas annorum Olympiadas, ædiculæ inclusus, insumpsit: vivo tamen Basilio suppressit, post mortem ejus demum editam. Hujus libri pariter ac *Apologiæ* fragmenta, passim apud Epiphanium, Basilium & Gregorium Nyssenum reperias. *Gregorium Nyssenum*, inqvam, Basilii Magni fratrem natu minorem, qvi fratre jam demortuo, XIII. libros (qvidam tantum XII. numerant: sed V. bifariam sectus est:) contra Eunomium scripsit: in qvibus pleraqve confutat, qvæ is in *Apologetico* suo attulerat, ut Basilio responderet. Initio libri I. Basilii personam, agendiqve modum a calumniis Eunomii vindicat: dein hujus hæretici, ipsiusqve magistri Aetii vitam describit: post impia ejus dogmata confutat, & loca Scripturæ, qvibus ad palliandos errores suos fuerat abusus, vindicat. Impense hoc Opus in *Bibliotheca* sua, laudat Photius. Primus hujus operis liber diu desideratus a Gretsero editus in *Appendice Operum Nysseni*, Parisiis an. CIƆIƆCXVII. Etiam *Gregorii* Episcopi *Nazianzeni Orationes V. de Theologia*, magnam partem contra Eunomium habitæ, scriptæqve sunt, ac in *tertia* qvidem adstruit æqvalitatem trium Personarum, & Divinitatem Filii, & plerisqve Eunomii Sophismatibus respondet: qvem laborem *qvarta Oratione* continuat.

Eunomii Defensio Apologiæ suæ.

Greg. Nyssenus scripsit contra Eunomium.

Summa hujus scripti.

Gregorii Nazianzeni. Orat. contra Eunomium.

SECTIO XXXI.

EUTYCHIANI.

Hi, qvi & *Eutychitæ*, & *Eutychianistæ* dicti (qvamvis

Theodoretus *l. II. Hæret. Fab.* ab Eutychianis distingnat Eutychitas) ab *Eutyche* Presbytero & Archimandrita Constantinopolitano, qvem Abbatem postea vocarunt, exortisunt, Hic primum in Concilio Ephesino strenue contra Nestorium decertans, non vulgarem sibi famam peperit: post tamen, jam senex, in contrariam prolapsus hæresin, *unicam in CHRISTO tantum Naturam*, statuit: sicut ante Divinæ Humanæqve Naturarum Vnionem, duas qvidem in CHRISTO Naturas fuisse concederet; post factam autem Vnionem, nonnisi unam Naturam admitteret. Vnde & CHRISTI carnem nostræ consubstantialem negabat, ex Maria qvidem reliqvis hominibus consubstantialem fassus, carnem autem ex ea nostræ naturæ consubstantialem suscepisse pernegans. Et hæc pestilentissima dogmata in symbolum qvoddam redacta, per monasteria divulgavit, ut ab omnibus Monachis subscriberentur, exigens. Qvo nomine ab Eusebio Dorylæensi (Dorylæum, urbs Phrygiæ Pacatianæ) Episcopo clanculum admonitus, cum resipiscere nollet, ab eodem hæreseos apud Flavianum Episcopum Constantinopolitanum accusatus est. Qvamobrem Flavianus anno CCCCXLVIII. Synodum provincialem Constantinopolin convocat, ac Eutychen tertia vice eocitat. Sed ille monasterio se includere, morbum simulare: mox tamen ex latibulis se proripere, Imperatorem Theodosium II adire, militare satellitium flagitare. Eo stipatus Synodum ingreditur, adversa-

De EVTYCHE.

De hæreticis ejus doctrinis

Eutyches ad Synodum Cpol. vocatur.

versarios Orthodoxos armorum strepitu vel dispulsurum, vel accusationem sibi intentatam discussurum, ratus. Verum res aliter, ac sperabat, cecidit. Nam cum fidem Catholicam, ac duas in CHRISTO Naturas, sæpius a Flaviano monitus, confiteri nollet, ab munere sacerdotali, communione Ecclesiæ, ac primatu monasterii submovetur. Sed qvid faceret homo pervicax? Acta Concilii fraude inimicorum depravata qveritur, & Chrysaphii cubiculariorum principis, sibi addicti, auctoritate abusus, ut coacta nova Synodo, & adhibitis in consessu Aulicis qvibusdam, causa iterum examinaretur, per Imperatorium decretum obtinet. At vero relectis prioris Synodi actis, ac controversia utrinqve disceptata, Eutyches denuo damnatur. Neqve sic tamen homini hæretico qvies: verum Dioscurum Alexandrinum Episcopum, pii Cyrilli impium successorem, in partes trahens, ut ad causam suam cognoscendam generalior Synodus, anno proximo, præside Dioscuro, habenda, ab Imperatore indiceretur, Chrysaphio intercedente, impetrat. Eo profectus, ac fidei in Concilio Nicæno firmatæ assentiri, præ se ferens, pessimis Dioscuri artibus, ac inaudita in Episcopos tyrannide, in integrum restitutus est: Flaviano contra ac Eusebio depositis: qvorum alter calcibus a Dioscuro protritus, ac inde saucius triduo post excessit vita. Atqve hæc est famosa illa *prædatoria* (λῃστρική) Synodus Orthodoxis summe infesta, de qva alibi forsan pluribus dicemus. Ceterum Theodosio demortuo, alia

qvam armis Impp. turbare nititur.

incassum tamen.

Nova Synodus præsentibus Aulicis contra Eunomium habetur, in qva damnatur denuo.

[illegible]

Postea tamen restituitur.

De Synodo.

lia Synodo a Marciano Imp. anno CCCCLI. Chalcedone collecta, causa Eutychis per sexcentos & triginta Episcopos rite dijudicata, ac confessio illa in Ephesino conciliabulo oblata, relecta, nec Nicæno symbolo consona, reperta est. Nam verba illa, *Qui descendit, & incarnatus est de Spiritu Sancto*, reperta sunt prætermissa. Qvapropter postqvam Eutychis blasphemiæ innumeris testimoniis confirmatæ, unanimi omnium voce anathemate percussus est. Qvid ei exinde contigerit, non satis liqvet: nisi qvod Leo I. Episcopus Romanus cognomento Magnus, binis epistolis a Marciano & Pulcheria Augusta enixe petierit, ut e monasterio Constantinopolitano, ubi cum periculo fidelium agebat, depulsus, in exilium mitteretur. Qvo vero successu id fecerit Leo, non constat. *Eusebii* illius Dorylæensis *libellus accusationis adversus Eutychen*, qvem Synodo Constantinopolitanæ obtulit, habetur *Tomo IV. Conciliorum*: perinde ac *libellus adversus Dioscurum*, in Synodo Chalcedonensi exhibitus. Nec minus ibi comparet *Athanasii*, Alexandrini Presbyteri, a Dioscuro crudeliter tractati, *Libellus adversus* hunc *Dioscurum*, Patribus Synodi Chalcedonensis oblatus: qvo mala, qvæ ab hoc homine passus, luculenter describit: item *Ischyrionis*, ut & *Theodori*, Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconorum. ac tandem *Sophronii*, hominis Laici ejusdem argumenti libelli. Exstat etiam Leonis Papæ, in *Miscellaneis S. Patrum*, cum Gregorio Thavmaturgo, ab Gerhardo Vossio,

De Concilio Chalcedonensi

in qvo Eutyches anathematizatus.

Scripta contra Eutychen Eusebii Dorylaensis.

Athanasii.

Ischyrionis.
Theodori.
Sophronii.

Borch-

Borchlonio editis, (a) itemqve ad calcem *Operum Leonis*, studio Theophili Raynaudi editorum (b) *Tractatus contra Eutychis hæresin*, habitus in basilica S. Anastasiæ. Porro habemus *Leontii Byzantii* adversus *Eutychianos & Nestorianos libros III.* tum apud Canisium *Antiqvæ Lect. Tomo IV.* tum in *Bibliotheca Patrum, Tomo IX.* item *Petri Chrysologi*, Episcopi Ravennatensis, anno CCCCXXXIII. electi, & ante annum CCCCLI. demortui, *Epistolam ad Eutychem Archimandritam*, qva eum ad fidem Catholicam reducere laborabat, itidem a Gerhardo Vossio, in *calce Gregorii Thaumaturgi* productam. Ex recentioribus *Ioachimus Meisterus*, Gorlicensis, anno CIↃIↃXXXII. natus, an. LXXXVII. denatus, Vir Græcæ literaturæ summe peritus, *Orationem* emisit *de Eutyche & ejus erroris sectatoribus.* (c) Pleniorem autem Eutychis & Eutychianorum historiam nobis dedit, *Matthias Zimmermannus*, Superintendens demum Misnensis, ante hoc triennium vita defunctus, qvi sub *Theodori Althusii*, latens nomine, *ortum, progressum, propagationem, errorum enarrationem & refutationem, cum consectario, Lutheranos non esse Eutychianos*, exhibuit. (d) Deniqve Eutychianismum nostræ Ecclesiæ ab adversariis impactum, singulari *Dissertatione* amolitus est, magnus Wittembergensis Theologus, *Abrahamus Calovius.* (e)

Leontii Byz.

P. Chrysologi.

Ioh. Meisteri.

M. Zimmermanni.

(a) Mogunt. 1604. (b) Lugd. 1623. & 1633. (c) Gorlicii 1583. (d) Lips. 1659. (e) VVitteb. 1650.

SECTIO XXXII.

FELICIANA HÆRESIS.

Ita a compluribus medii ævi ſcriptoribus (a) vocatur illud dogma *Felicis Vrgelitani*, ac *Elipandi Toletani*, Epiſcoporum Hiſpanorum, *qvo CHRISTVM ſecundum Humanam Naturam Filium Dei Patris adoptivum* aſſerebant, tum antea aliqvoties, tum anno ɪↃCCXCIV. in Caroli M. Concilio Francofurtenſi damnatum. Qvod autem hoc dogma, Patrum noſtrorum memoria, inſignis, ac ſumme doctus Eccleſiæ noſtræ Theologus publicis ſcriptis excuſaret, magnæ ob id aliorum Theologorum invidiæ, ac vehementi contradictioni fuit obnoxius. De Feliciana hæreſi pluribus egit, Iohannes *Conradus Dorſcheus*, tum Argentoratenſis Theologus, *in Collatione ad Concilium Francofurtenſe*, alibi laudanda pluribus. Qvid de eadem ſcripſerit, *Iohannes Tobias Major*, Theologus Ienenſis ſumme ingenioſus, nondum me vidiſſe, memini.

De Felicianæ hæreſi ſcripſ. I.C. Dorſcheus.

I. Tob. Major.

(a) Ab variis Auctoribus *Annalium Francorum*, & *Vitæ Caroli M. Scriptoribus*, item ab Hermanno Contracto, Lamberto Schafnab. Mariano Scoto, Sigeberto Gemblacenſi, Conrado Vrsbergenſi, aliisqve.

SECTIO XXXIII.

FLACIANI.

Superiori ſeculo ita vulgo vocabantur, qvi *Matthiæ Flacii*, Illyrici, aſſertionem, *Peccatum ipſum eſſe hominis ſubſtantiam*, probare vellent, ac defendere.

Qvo-

Qvomodo autem Flacius ad id pervenerit erroris, paucis perstringam. Victorinus Strigelius, novæ hujus Academiæ Ienensis Professor, Philippi incautioribus, uti videtur, locutionibus seductus, Voluntati hominis in Conversione, συνεργείαν qvandam, qvantumvis *langvidam*, e naturalibus adhuc residuis viribus, tribuebat. Huic inprimis se opposuerunt Flacius, & D. Simon Musæus, Theologus tum Nostras. Cum autem malum in herba commode non posset supprimi, utraqve pars Vinariam vocata, annoqve CIↃIↃLX. præsentibus Saxoniæ Ducibus, aliisqve Viris nobilibus, & eruditis, ut & ex Salana Studiosis, Colloqvium inter Flacium & Strigelium, institutum fuit: in qvo per fervorem disputationis, eo prolapsus est Flacius, ut *peccatum Originis*, *accidens esse* negans, *ipsam hominis substantiam esse*, assereret: qvæ propositio cum pertinacius deinde ab ipso defenderetur, ac novo schismati in nostris Ecclesiis ansam daret, damnata ejus sententia, Flacius professoria dignitate exuebatur, ac deniqve exul Francofurti decedebat. (a) Extant *Acta Disputationis* illius *Vinariensis*, ab Musæo, jam Ecclesiæ Bremensis Superintendente, edita: de qvorum tamen editione valde conqvestus est Strigelius. Horum compendium, in præfatione novæ *Clavis S. Scripturæ* Flacii editionis anno CIↃIↃCLXXIV. celeberrimus Academiæ hujus Theologus, Iohannes Musæus, recensuit. Inter sectatores Flacii præcipuus erat *Cyriacus* ille *Spangenbergius*, Theologus a-

 lio-

(a) Vide supra cap. 18. p. 144.

lioqvin cordatus, & Historicus summe diligens: qvi geminum cum Flacio fatum expertus, imo fere durius, si scriptorum ejus etiam innocentissimorum (de Historicis loqvor) direptionem cogitamus: in qvibus qvantum Germania, ac inprimis Thuringia nostra, jacturam passa sit, ne deplorari qvidem, nedum dici scribive potest satis. Ceterum Flacii, & sociorum in hac causa scriptorum indicem, si vixerimus, atqve convaluerimus, in *Historia recentiori Thuringica* afferemus. De Flacianismo superiori seculo *Iohannes Wigandus*; hoc nostro, *Iohannes Ernestus Gerhardus*, (a) scripsere. Habemus etiam *Gerhardi Titii*, Theologi Helmstadiensis, Disp. Theologicam *de Errore Flacii circa Peccatum Originis*, respondente *M. Henrico Alto*. (b)

Scripta de Flacianismo.

(a) Ienæ 1658. (b) Helmst. 1661.

SECTIO XXXIV.

PETRVS FVLLO.

P. FVLLONIS Summa Vita.

Hic arte (unde & nomen accepit) *Fullo*, cœnobii Acæmetensis monachus, ob Eutychianismi studium, inde pulsus, mox S. Basiæ apud Chalcedonem Presbyter, anno CCCCLXXI. Zenonis favore subnixus, magnas Antiochiæ turbas dedit, ac Theopaschitarum sectæ se adjungens, *Deum crucifixum esse*, docuit, addita solenni *Trisagii* formulæ, hac clausula: *Qvi crucifixus es pro nobis.* Tumultuum pertæsus Martyrius, Episcopus Antiochenus, anno CCCCLXXII. sedi suæ renuntiavit: qvam Petrus mox tyrannice invasit. Hoc vero, edicto Leonis Imp ejecto, & in Oa-

sim

ſim relegato, Iulianus ſubſtituitur. Anno LXXVI. a Baſiliſco ſedi Antiochenæ reſtituitur, Iuliano mœrore animi confecto. Anno ſeqventi, ab Iohanne Epiſcopo Apameæ, iterum deturbatur, & a Synodo clandeſtina damnatur. Anno LXXVIII. a legitimo Epiſcoporum Orientalium Concilio Antiochiæ; ab Acacio, Conſtantinopoli; a Simplicio, Romæ, damnatur, a Zenone etiam Pityunta (ad Euxinum mare, in finibus Colchidis) deportari juſſus. An. LXXXIV. ab Imperatore, Acacio id curante, ſedi ſuæ reſtituitur, eodem licet tempore, a Felice, Simplicii ſucceſſore, Romæ damnatus: eamqve usqve ad annum CCCCLXXXVI. qvo vitam cum morte commutavit, tenuit. *Tomo IV. Conciliorum* variæ exſtant ad Petrum hunc Fullonem *Epiſtolæ*, hæreticam ejus ſententiam, ac clauſulam *Triſagio* additam, damnantes: nempe, una *Acacii*, Epiſcopi Conſtantinopolitani: duæ, *Felicis*, Epiſcopi Romani; item *Qvintiani*, Aſculani; *Antheonis*, Arſinoes; *Fauſti*, Apolloniadis; *Pamphili*, Abydorum; *Aſclepiadæ*, Trallium; *Iuſtini*, urbis cujusdam in Sicilia, Epiſcoporum, ſingulorum una. Henricus qvidem Valeſius, Epiſtolas illas ad Fullonem in dubium vocare, ac pro ſuppoſititiis habere auſus eſt: ſed earum γνησιότητα pluribus defendit Wilhelmus Cave, *in Hiſtoria Literaria Scriptorum Eccleſiaſticorum.* (a)

Epiſtolæ ad Fullonem.

(a) pag. 262.

SECTIO XXXV.

GNOSTICI.

Vnde dicti.

Sic antiqvissimi qvidam Hæretici, ab excellenti, quam sibi in mysteriis divinis arrogabant, γνώσει, *cognitione*, ac *scientia*, appellari voluerunt. Vnde Augustinus *de Hæresibus cap. VI.* Gnostici *propter excellentiam scientiæ sic se appellatos esse, vel appellari debuisse, gloriantur.* Qvia tamen falso in sua γνώσει gloriabantur, Epiphanius eleganter καταγνωστικὸς, hoc est, *condemnabiles* appellat. (a) *Antiqvissimos* dixi *Hæreticos.* Feralem enim horum hominum hæresin jam tum Apostolorum ævo caput cœpisse exserere, ex I. ad Tim. VI, v. 20. videtur elucescere: ubi S. Paulus inqvit: *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas novitates, & oppositiones illius falso nominatæ scientiæ:* (καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως) *qvam qvidam profitentes, circa fidem aberraverunt.* Loqvitur enim Apostolus de certis hominibus, qvi falsam illam scientiam magnificis promissis jactantes, fide salvifica exciderint. In hunc Pauli locum ita commentatur Theodoritus: (b) *Qvi a Simone processerunt, apellati sunt γνωστικοὶ, qvasi dicas, cognitione aut scientia præditi. Qvæ enim Scriptura divina tacuit, ea Deum sibi dicit revelasse. Sunt autem plena omnia impietate ac libidine. Iure ergo eam vocavit falso cognominatam scientiam, ut qvæ ignorationis habeat*

An designentur a S. Paulo.

(a) Initio hæres. 26. Sic Paulinus Epist. 24. ad Amandum Episc. Burdigalensem, Gnosticum, falsæ scientiæ nomine gloriantem, nobis sistit. (b) Operum Tom. 3.

beat caliginem, non autem lucem divinæ cognitionis. Ex his Hæreticis videntur nominatim perstringi *Hymenæus* ac *Philetus* II. ad Timoth. II. 17. Itaqve Theodoretus præfatione *lib. II. Hæret. Fabularum*, cum hunc locum post alios protulisset, subjungit: *Hæc qvidem aperte indicant, qvod eis* (Apostolis) *adhuc prædicantibus exorti sunt multi exsecrandarum hæreseos auctores.* Eam vero *Simonis Magi*, ac sectatorum ejus fuisse, non modo auctoritas Irænei *lib. I. cap. XX.* & Theodoriti svadet; verum illud etiam, qvod Epiphanius *Hæresi XXI.* aliiqve produnt, Simonem impurissimam mystagogiam suam, γνώσεως nomine, venditasse. Irenæus autem etsi Simonianos Gnosticorum nomen usurpasse, diserte non affirmat; a Simonianis tamen *falsi nominis scientiam*, initia sua accepisse, scribit *lib. I. cap. XX.* A Simone per Carpocratem, Menandrum, Saturninum, Basilidem, & Valentinum, propagata est illa γνῶσις, ad eos usqve hæreticos, qvi dissimulatis suis progenitoribus, maluerunt, ab eximia illa rerum divinarum intelligentia, nomen sibi arrogare Gnosticorum. Certe Epiphanius, ex *Carpocratis* & Marcellinæ disciplina, Gnosticos exortos esse, tradit *Hær. XXVII.* Et Eusebius *Hist. Eccles. lib. IV. cap. VII.* ex Irenæo, Carpocratem sectæ Gnosticorum conditorem fuisse, refert. Contra Clemens Alexandrinus *lib. III. Stromatum*, non tam ab ipso Carpocrate, qvam *Prodico*, qvi Carpocratis filio, & paternæ impietatis hæredi, & amplificatori, Epiphani, successit, Gnosticorum originem derivat. A *Menandro*, Simonis discipulo

Simon Magus Gnosticorum princeps.

De aliis Gnosticis.

Gno-

Gnosticos initia sua traxisse, Irenæus docet *lib.III.cap. IV.* E Menandri schola prodierunt *Saturninus* & *Basilides*: qvorum alter, ab Irenæo *lib.II.cap.LVI.* & Epiphanio, laudato loco, alter ab Hieronymo *de Scriptoribus Eccles. cap.XXI.* inter Gnosticorum majores referuntur.

An Nicolaus Gnosticorum parens.

Qvid? qvod *Nicolaum*, Gnosticorum parentem faciunt, Philastrius *Hær.XXXIII.* & Theophylactus, *ad I.Timoth. cap.VI.* Qvæ ut invicem concilies, multo (ni fallor) labore fuerit opus.

An Gnostici Aniceti tempore invaluerint.

At enim si pro confesso acceperis, qvod tradit Epiphanius *Hæresi XXI.* Gnosticos primum invaluisse temporibus Aniceti, Episcopi Romani (is circa annum CLXVII. cathedram illam impetrasse dicitur) facile patet, eos, qvi ψευδώνυμον illam γνῶσιν S. Pauli, directe interpretantur de Gnosticis, (nisi Gnosticorum nomine cum Theodoreto intelligant, qvicqvid Simonianæ factionis Apostolum viventem attigit) refelli ratione temporum.

S. Pauli ætate Gnosticorum nomen vix notum: utut affirmet Grotius.

Magna tamen cum fiducia, & re & nomine magnus ille Grotius, ad hæc S. Pauli; *Vides hic, qvam vetus nomen Gnosticorum, qvod isti Philosophi Christianis cœtibus sese admiscentes sibi indebant.*

Chrysostomus dubitanter asserit.

Chrysostomus qvidem in eandem sententiam inclinat *Homilia XVIII. in I. ad Timotheum*, ad verba τῆς ψευδωνύμου γνώσεως inter alia sic commentans: *Aut fortasse hoc ait* (ἢ τάχα τοῦτο φησὶ) *qvia tunc seipsos qvidam appellabant Gnosticos, ut qvi aliis amplius qviddam scirent.* Attamen ejus τάχα (*fortassis*) conjecturam tantum mellifui Doctoris fuisse, ostendit. Similis modestia Ioachimi Camerarii, ad hunc locum scribentis: *Certam*

etiam

etiam sectam notari hoc loco ab Apostolo suspicor τῶν Γνωστικῶν καλουμένων, qvi de Nicolaitis pullulasse perhibentur, ostentantes singularem occultarum rerum cognitionem. Majori cum apparatu de Gnosticis Paulum interpretatur, *Henricus Hammondus*, Presbyter & Theologus Anglicanus, *Dissertatione proœmiali I.* Dissertationibus IV. *de Iuribus Episcopatus* præmissa, *cap. IX. seqq.* qvi insuper plura alia Novi Testamenti commata a Gnosticorum dictis factisqve lucem plurimam acceptura esse, profitetur. Verum scenæ suæ inservit Hammondus, dum id agit, ut ipsum illum famosum Antichristum in Simone & Gnosticorum colluvie reperiendum esse, lectori persvadeat: in qvo qvantopere a vero aberret, limatissimæ vir doctrinæ, Iacobus Thomasius, in eleganti *Schediasmate Historico*, qvo occasione definitionis vetustæ, qva Philosophia dicitur γνῶσις τῶν ὄντων, etiam in Hæresin Gnosticorum sollicitius inqvirit: (a) ac tandem dicta sua his obsignat verbis: *Ipse, nulla temporum distinctione, qvicqvicqvid uspiam est de Gnosticis proditum, ad Apostolicum ævum per vim trahit.* Id qvod ipse, cum ante hoc decennium Hammondiana illa curatius pervestigarem, satis superqve deprehendi. Non mirum itaqve, Hammondum, Vsserio, aliisqve doctis ludibrium debuisse, qvi illo accedente, se vereri significabant, ne ipsis freqventi & importuna Gnosticorum memoria aures obtunderet: ut refert Stephanus Le Moyne *in Notis ad Varia Sacra.* Qvamobrem

& Ioach. Camerarius.

Henr. Hammondus pro Gnosticis in S. Paulo decertans.

Antichristum inter illos qværens.

Fffff

(a) Notis ad §. 31. pag. 20.

obrem, qvia S. Paulus non γνωστικὸς commemorat, sed γνῶσιν, seqvitur, fuisse tum hæreticos, qvi falso ejusmodi γνῶσιν jactarent; non autem, fuisse, qvi nomen qvasi proprium inde sumpserint: qvod demum seculo II. factum est. Qvam falso autem Gnostici de sua γνώσει fuerint gloriati, doctrina eorum perversissima, ac vita impurissima demonstrat. Vnde Augustinus d.l. *Propter excellentiam scientiæ sic se appellatos esse, vel appellari debuisse, gloriantur: cum sint superioribus omnibus* (a se allatis Hæreticis) *vaniores, atqve turpiores. Deniqve cum ab aliis atqve aliis per diversas terrarum partes aliter atqve aliter nuncupentur, nonnulli eos etiam Borboritas vocant, qvasi cœnosos, propter nimiam turpitudinem, qvam in suis mysteriis exercere dicuntur.* Borboritarum, sive Borborianorum hæresin, apud Tertullianum, Epiphanium, Philastrium, Theodoritum, & alios invenias: sic tamen, ut aliqvi a Gnosticis distingvant, nonnulli cum iisdem confundant: qvod & Eusebium facere, dicit Danæus. De *Borborianis*, ita inter alia Philastrius Hær. LXXIII. *Hi in cœnum euntes, & inde obliti de cœno facies & membra sua deformantes, eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonstrantes: cum illa vorago culparum, & vitiorum pernitiosa damnatio ex hominum voluntate, non legis divinæ promissione descenderit.* Ceterum Gnostici etiam seqventibus nominibus alibi atqve alibi fuere insignes. Nimirum dicebantur *Barbeliota, Coddiani, Epiphanii, Levitici, Naasiani, Phemionitæ, Phibionitæ, Stratiotici,*

De Borborianis.

Varia Gnosticorum nomina.

Secun-

Secundiani, *Socratitæ*, *Zacchai*: prout inprimis ex Epiphanio patet, tum in ipsa *Gnosticorum*, tum *Nicolaitarum* Hæresi. Qvæ magnam lucem capiunt ex iis, qvæ de variis Gnosticorum nominibus eruditissime disseruit Cl. Ittigius. (a) Sed ut ad dogmata Gnosticorum, seu verius, deliria, accedam, generatim de iis Augustinus: *Tradunt dogmata fabulosissimis plena figmentis.* Et mox: *De Deo rerumqve natura fabulosa, & a sanitate veritatis aliena multa contexunt.* Qvod igitur ad hæreticas Gnosticorum de Deo fabulas attinet, Simonem Magum secuti, primo *duos inter se pugnantes Deos statuerunt, Bonum, & Malum.* De qvo iterum Augustinus: *Dicuntur qvoqve bonum Deum, & malum Deum in suis habere dogmatibus.* Ex his unum, Veteris; alterum, Novi Testamenti præsidem fecerunt: utrumqve in novas potestates ac principatus, barbaris omnes nominibus insignitos partientes. Atqve hinc Christianus Lupus in scholiis ad Tertullianum *de Præscriptionibus cap. XIII.* putat, Ecclesias Africanas, Rhodanenses, & Orientales, ad verba primi articuli in Symbolo Apostolico; *Credo in Deum*, particulam *Unum* addidisse, ut Gnosticorum de duplici Deo fabula elideretur. Qvam in rem plura vide apud jamjam laudatum Ittigium. Præterea Irenæo teste lib. IV. cap. XIV. *ignotum qvendam Deum* jactitabant. Deinde *tam Divinitatem qvam Humanitatem CHRISTI impugnarunt*: ut commonstrat Epiphanius. De origine etiam animæ perperam do- *Perversa eorum dogmata.*

 cen-

(a, De Hæresiarchis sec. II. cap. 9. §. 10. seqq.

centes, eandem ex divina substantia deduxerunt. Sic enim Augustinus: *Animarum substantiam Dei dicunt esse naturam.* Id qvod ex Philosophia Platonica haustum est. Huc referas, qvod Gnosticorum semina in Platonis scriptis relucere, observavit Tertullianus *libro de Anima cap. XVIII.* Sed & *duas in hominibus fidelibus animas constituerunt: unam sanctam, ex hac Dei substantia, qvam CHRISTUS Patris imperium minuens eo ignorante solus sit habiturus: alteram adventitiam, qva ex Dei insufflatione insit homini, uti ceteris animalibus, qvam solam Pater sit habiturus.* Ita Irenæus *lib. I. cap. XXXIV.* ac confer Augustini librum *de duabus animabus cap. XII.* Putarunt qvoqve eas animas, qvæ in hominibus peccant, esse nobis cum brutis, imo & arboribus ac fruticibus communes. Epiphanius: *Ajunt eandem animam esse & in animalibus, & in feris, & in piscibus, & serpentibus, ac hominibus insitam esse; itemqve in oleribus, & arboribus ac fructibus.* Itaqve rursum eas in alia corpora etiam, brutorum Pythagorica μετεμψυχώσει, migrare & mitti; sanctas contra, qvæ sunt in hominibus, non peccare, nec iterum in alia mitti corpora asseruerunt. Et ex hac credita a Gnosticis qvarundam animarum humanarum cum brutis convenientia, natam esse reor eorundem opinionem, *de ratione brutorum:* qvam Gnosticis qvoqve tribuit Philastrius. Adhæc corporum resurrectionem, & juditium novissimum, negarunt. Epiphanius: *Asserunt carnem perire, & non resurgere.* Idem: *Iudicium futurum*

non

non putant, neque resurrectionem confitentur. Sacra quoque Scriptura in parvo apud eos fuit pretio. Licet enim V. & N. Testamento uterentur; quam primum tamen quædam suis deliriis adversa reperirent, hoc a Spiritu mundano profectum; contra quæ quoquo modo ad cupiditates suas possent pertrahere, ex Spiritu veritatis processisse, affirmabant. Quod Epiphanius aliquot exemplis declarat. Idem eos *de Abrahamo, Mose & Elia blasphema protulisse*, item, *Legem Domini & Prophetas abnegasse*, scribit. Suos autem libros, quamvis perversissimos, spurcissimosque, summe æstimarunt. Non paucos horum fuisse, clarum est ex Epiphanio: qui & ex iis *Revelationes Adami; Interrogationes Mariæ majores, & minores:* item, *Noriam; Stirpem Mariæ;* Evangelium *Evæ, & Philippi;* & aliud *Evangelium Perfectionis*, citat, & ex singulis aliqua affert. Pestilentissimum insuper doctrinarum Gnosticarum genus erat, *Indifferentismus* ille *moralis:* dum nihil honestum ac turpe ex se ac natura sua, sed ex opinione hominum tradebant. De Carpocrate & sociis, Irenæus *l. I. c.* XXIV. *Sola humana opinione negotia mala & bona dicunt.* Ac iterum: *Reliqua vero indifferentia cum sint, secundum opinionem hominum quædam quidem bona, quædam autem mala vocari, cum nihil natura malum sit.* Sic Epiphanius: *Asserunt, quod quæcunque apud homines mala esse putantur, ea mala non sint, sed natura bona: Nihil est enim natura malum; verum hominibus putantur mala.* Idem: *Quin & rursus dicunt: Dignus hæc recense-*

De libris Gnosticorum sacris.

De eorum Indifferentismo morali.

censere dignamur, qvo faciant ea, qvæ videntur esse mala, non sunt autem natura mala. Qvo in prælusit ipsis pessimus ille Simon: de qvo Irenæus lib. I. cap. XX. *Nec enim esse* (dixit) *naturaliter operationes justas, sed ex accidentia.* Ex hac vero doctrina non potuit non seqvi vita licentiosa, & vitiis flagitiisqve maxime coinqvinata. De Gnosticis sane qvæ circumferuntur, adeo spurca sunt & fœda, ut ea silentio præterire, satius esse duxerit Theodoritus: qvem vide præfatione *lib. II. Hæreticarum Fab.* Totam qvidem scenam libidinum, aliorumqve scelerum, aperuit Epiphanius; tam timide tamen, atqve circumspecte, ut aliqvoties dubitet, an id facere ausit, nec ne. Verba Epiphanii, ne longior sim, non exscribo. Qvæ cum ita sint, neqve pudor meus sinit, nec lectorum, qvos mihi polliceor, modestia, ut singula spurcitiarum Gnosticorum revelem. Nihil enim est, qvod nudi totum corpus precarentur; qvod jejunium omne damnantes, corpora curarent ungventis, balneis, epulis, comessationibus; eo sane processit miserorum brutalis fœditas, ut semen virile vorarent, menstrua biberent, & alia talia incredibilis obscœnitatis designarent. Huc accessit abominanda immanitas, qvam sic describit Epiphanius. *Si prægnans facta fuerit mulier, qvid gravius ac horribilius designent tales, audi. Detractum enim fœtum qvocunqve tandem tempore id aggressi fuerint, accipiunt, & in mortario qvodam pistillo tundunt, & ammixto melle ac pipere, & aliis qvibusdam*

Gnosticorum spurcitiæ.

busdam aromatis ac ungventis ad avertendam nauseam. Sic congregati omnes porcorum ac canum horum sodales, participes fiunt contusi pueri, atqve sic humanæ carnis esu peracto, preces fundunt ad Deum. Confer qvæ ex Clemente Alexandrino, Philastrio, & Augustino, hanc in rem affert Theologus optimus, Christianus Kortholtius, *De Calumniis Paganorum in Veteres Christianos cap.* XVIII. §. III. Non itaqve mirum, hos aliosqve Hæreticos occasionem dedisse Gentilibus, ut veris Christianis infensi essent, ac inprimis Thyesteas epulas, & Oedipodeos incestus iisdem objicerent. *Atqve hinc factum est*, inqvit Eusebius *lib. IV. c. VII. ut absurda qvædam & impia de nobis opinio apud infideles tunc temporis spargeretur, qvasi nefario concubitu cum sororibus & matribus misceri, & exsecrandis dapibus vesci soleremus*, Plura veterum in hanc rem laudat Kortholtius, juniorum autem Thomasius. (a) Huic tamen opinioni contradicere cœpit Desiderius Heraldus, in *Notis ad Minucium Felicem*, existimans scilicet, omnia illa, qvæ de Gnosticis & Qvintilianis Epiphanius, aliiq; nonnulli hoc in genere tradiderunt, esse commentitia, & in odium sectarum illarum, ab hominibus perverse religiosis, qvi Dei opus mendaciis provehi posse existimarent, conficta. Ac parum abest, qvin idem sentiat Vir qvidam eruditissimus, ac pientissimus, argumentorum copia & expolitione Heraldum vincens. At enim licet Epiphanii credulitas non plane nobis sit ignota, (b) qvia tamen

(a) pag. 33. (b) Vide supra pag. 792. seq.

men non modo libros Gnosticorum a se lectos citat; sed etiam viros fide dignos, & insuper ipsos talium patratores, in qvos inciderit, & per lubricam ætatem ab earum mulierculis ad societatem scelerum invitatus, ex ore suo facinora narrantium αὐτοπροσώπως hæc audiverit; nolim eqvidem de eo dubitare: præsertim si perpendo mecum, qvomodo Cacodæmon mentes veritatem divinam fastidientes soleat fascinare, & ad horrenda qvævis propellere. Id qvod tam Gentilium, qvam magicarum rerum vetus ac recens historia prodit. Ad Paganos qvidem qvod attinet, qvamvis moratiores, potissimum in scriptis suis, his, qvæ Gnosticis imputantur, sceleribus fuerint infensi; vulgus tamen, imo & Principes sibi indulgentes, & docti qvandoqve, qvam cooperti fuerint incredibilibus flagitiis, notius est, qvam ut multis exponi mereatur. Tum vero multa Gentilium sacra & mysteria plurimis obscœnis dictis factisqve fuisse plena, in propatulo est: ac fortean constaret magis, si eruditissimi cujusdam Viri, meiqve qvondam Præceptoris, de *Sacris* ejusmodi *Obscœnis*, libellus a me visus, in lucem prodiisset: qvem, ne pias probasqve mentes offenderet, impiis autem majorem peccandi ansam daret, tum sponte sua, tum ex alius magni Viri consilio, suppressit. Qvæ vel propterea hic affero, qvia certum est, tum ipsum Simonem Magum, tum propaginem ejus infelicissimam, Gnosticorum sodalitium, ex doctrinis sacrisqve Gentilium pleraqve sua deliria hausisse. De Gnosticis Epiphanius: *Ex opi-*

Liber ineditus de Sacris obscœnis.

Simon M. & Gnostici deliria sua ex doctrinis Gentilium perversis hauserunt.

nione

nione Græcæ superstitionis fabulosas nugas, ac imaginationem apud ipsos Græcos transmutantes sic mendacium veritati implicant. Ac iterum: *Ex Græcis fabulis omnes secta collectum sibi ipsis errorem proposuerunt, ita ut ad aliam sententiam deteriorem transmutarint.* Huc accedunt, ceu dixi, artes magicæ, qvibus, perinde ac primipilus illorum Simon, fuere deditissimi. Qvam in rem Irenæus *lib. I. c. XXIV.* & Eusebius *lib. IV. cap. VII.* legendi sunt. Propter hoc etiam magiæ studium, *Zoroastris*, sive genuini, sive, qvod malim, suppostitii, malefici tamen, libri, Gnosticis erant in pretio. Nam ex Porphyrio, qvem etiam hanc in rem laudat Baronius (a) constat, Gnosticos Romæ vulgasse libros qvosdam, qvos *Zoroastris Revelationes* appellarint. Si qvi *Prodici hæresin* seqvebantur (Gnosticos fuisse, patet) Clemente Alexandrino teste, *lib. I. Stromatum*, arcanos Zoroastris libros se possidere, gloriabantur. Duravit Gnosticorum hæresis multis seculis, tum in Asia, tum maxime in Ægypto; ex qvo Valentinianorum primum, post Manichæorum, dein Priscillianistarum Lernæ natæ sunt, atqve disseminatæ, variisqve se nominibus, & sæpe de industria mutatis insinuarunt, ne exsecrabili Gnosticorum nomine noti, statim ab Ecclesia exploderentur. In Hispania non modo exeunte seculo IV. instaurata fuit, sed late etiam pullulavit hæresis: ceu fusius alibi ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ (b) docebimus. De *Origine Gnosticorum*, peculiarem epistolam ad Latinum Latinium

De magicis Gnosticorum artibus

& studio in Zoroastris libris.

Quamdiu Gnostici durarint.

De Gnosticis scriptor.

Ggg ggg   scri-

(a) Tom. II. ad an. 120. n. 36. (b) *ad Sulpicium Severum.*

C. P. de Leon. ſcripſit *Conſalvus Poncius de Leon:* qvæ exſtat inter Epiſtolas Latinii. (a) De tota Gnoſticorum Theologia, doctiſſime diſſerere, *Iohannem Crojum*, in *Specimine Conjecturarum ad loca qvædam Origenis*, notavit Wilhelmus Cave. (b) Prodiit illud anno CIↃIↃCXXXII. *Joh. Crojus.*

Scripſit adverſus Gnoſticos tractatum, *Plotinus*, Philoſophus Platonicus, inter cujus Opera, ille *Enneadis II. librum IX.* conſtituit: ac plura de iſtis Gnoſticis, eorumqve erroribus a Plotino refutatis, attulit *Marſilius Ficinus*, in ſua ad illum Plotini librum *Commentario.* Habemus etiam Tertulliani *Scorpiacum adverſus Gnoſticos*, in ejus Operibus, ac ſeparatim etiam editum. *Plotinus contra Gnost. ſcriptis, & ad eum Ficinus.* [illegible]

(a) Tom. I. parte II. p. 3[illegible]4. (b) Hiſtor. Liter. pag. 42.

SECTIO XXXVI.

GODESCALCUS.

Summa Vitæ GOTTSCALCI. Sive *Gottſchalcus*, vel *Gotteſchalcus*, in Belgica ſecunda (uti videtur) natus, in Monaſterio Sveviæ Augiæ divitis (Reichenau) ſub Tatone Abbate, bonis literis inſtitutus, adeo in iiſdem cum tempore excelluit, ut *Fulgentii* inde nomen traxiſſe dicatur. Poſtea ex monacho ordinis Benedictini Orbacenſi, vacante per Ebbonis depoſitionem cathedra Remenſi, a Ricboldo Chorepiſcopo, Presbyterii gradum accepit: ægre id ferente Rothado, Epiſcopo Sveſſionenſi, in cujus diœceſi monaſterium Orbacenſe ſitum erat. Anno IↃCCCXLVII. adverſus regulam monaſticam, cœnobio egrediens, Italiam, Dalmatiam, Pannoniam peragravit, ac aliqvamdiu Romæ ſe continuit. Anno

no seqventi in patriam redeuntem, Eberhardus, Comes in Gallia Cisalpina, comiter excepit, apud qvem aliqvamdiu mansit: ac, qvæ diu sub pectore presserat, dogmata, apertius protulit. Et primo qvidem, *de modo videndi Deum in futura vita*, qvæstiones non necessarias movere cœpit: frustra ob id a Lupo Servato, Ferrariensi, admonitus. Mox verbis S. Scripturæ, & B. Augustini male intellectis, & *de Prædestinatione; & absoluto Reprobationis decreto; de Gratia Divina*, aliisqve huc spectantibus, nimis curiose disputavit. Hæ disputationes gravibus controversiis locum fecerunt, tota fere Ecclesia Gallicana in duas partes scissa: hinc, Remigio Lugdunensi, Prudentio Trecassino, Ratramno Corbejensi, aliisqve, Gottschalcum defendentibus; illinc Hincmaro Remensi, Amalario Lugdunensi, Rabano Mauro Moguntino, & Iohanne Scoto, acerrime oppugnantibus. Vt autem constet, qvænam de gemina Prædestinatione, aliisqve ei annexis capitulis hominis fuerit doctrina, propriis ipsius verbis, prout Hincmarus *libro de Prædestinatione cap. V.* conservavit (nam integrum Gottscalci scriptum per temporum injuriam periit) repetemus: *Ego Godescalcus credo, & confiteor, & testificor, ex Deo Patre, per Deum Filium, in Deo Spiritu Sancto, & affirmo, atqve approbo coram Deo & Sanctis ejus, qvod gemina est Prædestinatio: sive Electorum ad reqviem, sive Reproborum ad mortem: qvia sicut Deus incommutabilis ante mundi constitutionem omnes Electos suos incommutabiliter, per gratuitam gratiam suam prædestinavit ad vitam æ-*

Gottschalci defensores.

Ejusdem hostes.

Gottscalci Confessio.

ternam; similiter omnino omnes Reprobos, qui in die judicii damnabuntur propter mala ipsorum merita, idem ipse incommutabilis Deus, per justum judicium suum incommutabiliter prædestinavit ad mortem merito sempiternam. Item: *Rursus illos omnes impios & peccatores, pro quibus idem Filius Dei nec corpus assumpsit, nec orationem, ne dico, sangvinem, fudit, neque pro illis ullo modo crucifixus fuit.* Item: *Proinde quod fidelissime credo, fidentissime loquor, & certissime pariter ac fructuosissime confiteor, atque veracissime profiteor; quod Deus noster omnipotens omnium creaturarum conditor & factor Electorum tantummodo cunctorum gratuitus esse reparator dignatus est, & refector, nullius autem Reproborum perpetualiter esse voluit Salvator, nullius Redemptor, & nullius Coronator.* Ac iterum: *Omnes, quos vult Deus salvos fieri, sine dubitatione salvantur, nec possunt salvari, nisi quos vult Deus salvos fieri; nec est quisquam, quem Deus salvari velit, & non salvetur: quia Deus noster quæcunque voluit, fecit. Ipsi omnes itaque salvi fiunt, quos omnes vult salvos fieri; & non salvantur, quos non vult Deus salvari.* Latius hæc postea non uno libro, non una edita confessione (a) explicavit. Ceterum anno IↃCCCXLVIII. circa Kl. Octobris habita est sub Ludovico Germaniæ Rege, Moguntiæ Synodus, cui præter Rabanum Maurum, Archiepiscopum Moguntinum, & Haimonem, Episcopum

Gottsc. in Synodo Mogunt. damnatur.

(a) *Confessionem Gotteschalci* Monachi damnati, ex ms. cod. Corbejensi, in Bibliotheca S. Germani de Pratis, & aliam ejus *Confessionem* prolixiorem edidit Mauguinus in *Vindiciis Prædest. & Gratiæ Tomo II. pag. 7*[illegible].

pum Halberstadensem, plurimi Germaniæ Galliæqve Episcopi, Abbates, Monachiqve interfuerunt, iisdemqve Gottscalcus libellum suæ sententiæ obtulit. Sed ab his damnatus, & ad Hincmarum Remensem Archiepiscopum suum, cum Synodicis literis, remissus est, præstito (ut nonnulli volunt) prius juramento, se posthac in regnum Ludovici non rediturum. Anno IↃCCCXLVIII. occasione placiti Regii, habitus est apud Carisiacum complurium Episcoporum conventus: in qvo examinata causa Gottscalci, decreverunt, ipsum sacerdotali gradu esse deponendum, & apud Altivillarensis Cœnobii monachos ergastulo includendum, deniqve juxta ordinis sui regulam, durissimis verberibus castigandum: qvod & eousqve factum, donec librum, qvem contra Rabanum scripserat, propriis manibus flammis tradiderat. De qva severiori sententia graviter qveritur Remigius, Lugdunensis Episcopus, apud Hincmarum: *Illud prorsus,* inqvit, *omnes non solum dolent, sed etiam horrent, qvia inaudito irreligiositatis & crudelitatis exemplo tamdiu ille miserabilis flagris & cædibus trucidatus est, donec, sicuti narraverunt nobis, qvi præsentes aderant, accenso coram se igni libellum, in qvo sententias Scripturarum, sive Sanctorum Patrum sibi collegerat, qvas in Concilio offerret, coactus est jam pene moriens suis manibus in flammam projicere, atqve incendio concremare. ----- Maxime cum illi sensus, qvi ipso continebantur libello, excepto uno, qvod extremum ponitur, non essent sui, sed Ecclesiastici: nec ignibus damnandi,* sed

In placito Carisiaci decernitur captivatio Gottscalci.

Qvi cogitur librum contra Rabanum comburere.

De qvibus qveritur Remigius.

sed pia & pacifica fuerint inqvisitione tractandi. Sed *& illa ejusdem hominis miserandi tam longa, & inhumana in ergastulum per tot annos damnatio, aliqva, ut credimus, compassionis benignitate & consolatione fuerat temperanda, vel etiam removenda, ut frater, pro qvo CHRISTVS mortuus est, per caritatem, & Spiritum mansvetudinis potius lucraretur; qvam abundantiori tristitia absorberetur.* Anno ɪↄccccʟɪɪɪ. Hincmarus Conventiculum habuit Carisiaci: in qvo *Capitula qvatuor*, qvasi anno XLVIII. in Synodo Carisiaca constituta, contra Gottscalcum & fautores ejus protulit: qvæ tamen, detecta fraude, in aliis Synodis improbata fuere. Nimirum anno ɪↄccccʟv. jussu Imp. Lotharii, coacta est Synodus Valentina, præsidentibus Archiepiscopis *Remigio* Lugdunensi, *Egilmaro* Viennensi, *Rodlando* Arelatensi, in qva etsi qvædam Gottscalci dogmata improbarentur; aliqva tamen, ac inprimis *de particularitate meriti CHRISTI* defensa, sed & Iohannis Erigenæ Scoti scripta, tanqvam inepta, indocta, ac impia, rejecta sunt. Valde autem falluntur *Cæsar Baronius*, & *Severinus Binius*, qvando hanc Synodum congregatam putant, ad condemnandos Prædestinatianos: cum satis constet eam Gottscalci patrocinium magis, qvam adversariorum suscepisse. Rejecta autem ibi sunt IV. illa Hincmari Capitula. Id qvod iterum factum in Synodo *Lingonensi* apud Saponarias, anno LIX. (a) ut & in *Tullensi*: qvorum capitula Hincmaro confutanda a Carolo Calvo tradita sunt. Sed Hincmarus id fa-

De Hincmari Conventiculo Carisiacensi.

De Synodo Valentina.

(a) Vide Maugvinum d. l. pag. 135.

facere distulit, eo qvod Remigius, colloqvio, aut generali Concilio melius, qvam scriptis eristicis, componi posse controversiam, putaret. Gliscente autem indies animorum dissensu, Rex Carolus anno IↃCCCLIX. capita Valentinæ Synodi iterum Hincmaro dedit, ut ad ea qvamprimum responderet. Qvi libro integro id fecit, eumqve ad Regem misit, una cum literis, qvibus de injuria, sibi & sententiæ suæ a Valentina Synodo facta, qveritur, ac singulos pene ejusce Concilii canones expendit. (a) Qvamvis autem Hincmarus omnem moveret lapidem, ut ad saniorem mentem Gottscalcum revocaret, nihil tamen promovit. Qvippe in sententia sua vindicanda immotus perstitit: &, qvo speciosius innocentiam suam ostentaret, pro perversa seculi consvetudine, *ad Iudicium Dei* provocavit, nempe qvod ferventis aqvæ, olei picisqve dolia sigillatim esset introiturus, suosqve adversarios ad idem examen subeundum provocavit. (b) Obiit circa annum IↃCCCLXX. postqvam XXI. annis carceris angustias fuisset expertus. Scripsere & pro Gottscalco non pauci illo ævo: perinde ac contra illum factum est a pluribus. Et primo qvidem causæ scriptisqve Gottscalci, favit *Remigius*, Sacri Palatii Lotharii Imp. Magister, seu Capellæ Regiæ Præses, ac favore Domini, post Amulonis mortem, Archiepiscopus Lugdunensis: id qvod patet ex ejus *libro de tribus Episcoporum Epistolis*, seu *Responso*

Pro Gottscalco scripsere. Remigius Lugd.

Eccle-

(a) *Acta hujus Concilii* exstant apud Maugvvinum *Tomo II.* pag. 291. seq. Confer Vossium Hist. Pelag. l. 7. pag. 820. (b) De *Iudicio Dei*, singularem Dissertationem scripsit *Ioh. Christoph. Becmannus*, Theol. & Historicus Francofurtensis celeberrimus.

Ecclesiæ Lugdunensis nomine facta, adversus Hincmari, Rabani, & Anonymi Episcopi Epistolas: item: ex ejusdem libri *Appendice*, seu *Absolutione cujusdam Qvæstionis, de generali per Adam damnatione omnium, & speciali per CHRISTVM ex eadem ereptione*: item: ex libello, *de tenenda immobiliter Scripturæ S. veritate, & sanctorum Orthodoxorum Patrum auctoritate fideliter sectanda.* Qvæ Opuscula habentur in *Bibliotheca Patrum*, & apud Gilbertum Maugvvinum, in *Vindiciis Prædestinationis & Gratiæ.* (a) In librum de tribus Epistolis *Notas* scripsit *Andreas DuVallius*, D. Sorbonicus, & Regius in Academia Parisiensi Professor: qvæ item apud Maugvvinum comparent. (b) Deinde

Prudentius Trecasinum.

Gottscalcus fautorem habuit *Prudentem*, sive *Prudentium*, gente Hispanum, Trecarum in Gallia Episcopum: unde non modo se subtraxit, cum Hincmarus ipsum de statu & compressione Gottscalci consuleret, Hincmaro ob id conqvērente apud Flodoardum *lib. III. cap. XX.* sed & *Tractatum* scripsit *de Prædestinatione, contra Iohannem Scotum Erigenam, ad Wenilonem Archiepiscopum Senonensem*, qvi XIX. Capitula ex Scoti libro excerpta ad ipsum transmiserat: item *Tractoriam Epistolam adversus IV. Capitula Conventus Carisiacensis*: qvam per Vicarium misit ad ordinationem Ænææ Parisiensis, cum ipse adesse non posset: ut &, *Collectaneum de tribus Epistolis ad Hincmarum. Tractatum* illum, & *Tractoriam*, Maugvvinus (c) *Collectaneum*, Ludovicus Cellotius (d) edidit, cum *Præfatio-*

(a) Tomo II. p. 61. 148. 178. (b) d. l pag. 165 seqq. (c) Tomo II. pag. 191. seqq. 176. (d) ad calcem *Histor. Gottscalci.*

tionem, ſeu *Epiſtolam* ei præfixam publicaſſet Maugvvinus. (a) Habentur & Prudentii Opuſcula in *Bibliotheca Patrum*. Nec minus huc ſpectant *Ratramni*, Corbejenſis Monachi Ord. S. Benedicti, de *Prædeſtinatione Dei libri II. ad Regem Carolum Calvum*, apud Maugvvinum. (b) Præterea *Florus*, Magiſter, & Diaconus Eccleſiæ Lugdunenſis, nomine totius Eccleſiæ ſuæ, *librum* compoſuit *de Prædeſtinatione, adverſus Iohannis Scoti*, Erigenæ, *erroneas definitiones*: qvem cum Duvallii *Notis*, & Flori *Sermone* de eadem materia vulgavit Maugvvinus: (c) & in *Bibliotheca* qvoqve *Patrum* reperitur. Atqve hi fere ſunt potiores ex iis qvi ſuperſunt, Gottſcalci fautoribus. Seqvuntur nunc oſores ejus ac oppugnatores: qvos inter primas merito obtinet *Hincmarus*, nobili apud Gallos loco natus, inqve Cœnobio S Dionyſii prope Pariſios educatus, poſt Remenſis electus Archiepiſcopus, exeunte anno IↃCCCLXXXII. in villa Sparnaco mortuus, ac in S. Remigii monaſterio ſepultus. Hujus qvidem *Opus primum, adverſus Gottſcalcum, reliqvosqve Prædeſtinatianos*, in tres libros diſtinctum, periit, ſuperſtite tantum Epiſtola ei præfixa: ad Carolum Regem (non *Magnum*: qvod ſphalma typographicum credo in Cave *Hiſtoria Literaria* (d)) ſed ſuperat poſterior *de Prædeſtinatione Dei, & Libero Arbitrio Diſſertatio, contra Gottſcalcum & ceteros Prædeſtinatianos*, anno IↃCCCLIX. ſcripta: item: *Contra Gottſcalcum Collectio ex SS. Scripturis, & Orthodoxis dictis, de*

Ratramnus Corbejenſis.

Florus Magiſter.

Oppugnatores Gottſcalci.

Hincmarus.

(a) Tomo II. pag 5. (b) Tomo II p. 27. (c) Tomo II. p. 575. (d) pag. 378. a.

una, & non trina Deitate sanctæ & inseparabilis Trinitatis unitate, anno LVII. facta. Quæ in Operum Hincmari editione Parisiensi anno CIↃIↃCXLV. a Iacobo Sirmondo procurata comparet. Succedat *Rabanus Maurus*, Archiepiscopus Moguntinus, alibi a nobis laudatus: (a) cujus *de Prædestinatione Dei, contra Gottscalcum* videlicet, *ad Hincmarum Remensem, Notingum Veronensem, & Eberardum Comitem*, Iacobus Sirmondus edidit. (b) *Fragmenta* ex *tribus his Epistolis* publicavit Maugvvinus. (c) Seqvatur *Amulo*, sive *Amulius*, aut *Amularius*, primum Diaconus, post Archiepiscopus Lugdunensis, Agobardi successor, anno IↃCCCXLI. electus. Hujus ad Gottscalcum *Epistolam*, qva erroneas ejus opiniones diligenter refellit, eundemqve ob perversos mores, atqve obstinatam animi pervicaciam, objurgat, primum a Sirmondo editam, post ab aliis, ac in his a Maugvvino, in *Collectione Scriptorum IX. seculi*, qvi in sectiones distinctam, Notisqve suis illustratam exhibet *Dissertat. Histor. cap. XXIII*. Exstant ejusdem Amulonis *Responsio ad interrogationem cujusdam de Præscientia vel Prædestinatione divina, & de Libero Arbitrio*: item *de Gratia & Præscientia Dei, deqve Prædestinatione & Libero Arbitrio, de spe item ac fiducia salutis, & de sententia S. Augustini*: nec non, *Sententiæ Augustini ex libris ejus de præfatis rebus sumptæ, & in unam seriem distinctis Capitulis ordinatæ*: qvæ itidem Sirmondo debemus. Edidit postea *Amulonis Opera*, cum *Notis*, Stephanus Baluzius, ad calcem *Agobardi*:

Rab. Maurus.

Amulo.

(a) In Antiq. Ducatus Thuring. & supra cap. 32. pag. 807. (b) Paris. 1647. (c) Tomo II. pag. 3.

hardi: exinde translata sunt in novissimam editionem *Bibliothecæ Patrum.* *Iohannes, Erigena, & Scotus* dictus: qvem qvidam Anglum, aliqvi Scotum, nonnulli Hibernum gente, faciunt. Is patria relicta, in Galliam transiens, Carolo Calvo fuit in deliciis, &, ut Matthæus Westmonasteriensis loqvitur, (a) *individuus comes & mensæ, & cubiculi.* A morte hujus Caroli, anno IↃCCCLXXVII in Angliam reversus, Oxoniæ aliqvamdiu docuit: sed, nata inter Academicos discordia, Malmesburium secessit, in cœnobio illo ludum literarium aperiens: ubi tamen anno LXXXIII. sive, ut alii volunt, LXXXVI. a discipulis gravitatem viri, morumqve duritiem, sed & diversam ejus in de S. Eucharistia doctrinam, male ferentibus, stylis & graphiis confossus interiit: attestantibus Matthæo Westmonasteriensi, & Gvilielmo Malmesburiensi *lib. II. de Gestis Regum Anglorum cap. II.* qvod perperam aliqvi ad Iohannem Duns Scotum, factionis suæ inter Scholasticos principem, trahere voluerunt. Fuit autem Noster Scotus inter illos, qvi Gottscalco ejusqve doctrinæ se opposuerunt. Ejus liber *de Prædestinatione Dei,* contra Gottscalcum, a Maugvvino fuit editus. (b) Ex eodem *XIX. Capitulorum Summulæ,* qvæ Lotharii Imp. jussu olim collectæ, ad Carolum fratrem per Ebbonem, Gratianopolitanum Episcopum missæ, in Palatio Vermeriensi anno IↃCCCLIII. traditæ, & a Prudentio Trecassino & Floro Lugdunensi postea refutatæ sunt; habentur in Vsserii *Historia Godescalci* | Ioh. Scotus

(a) in *Floribus Historiar.* ad an. 883. 885. (b) Tomo II. p. 103.

Scriptor Hist. Gottscalci Iac. Usserius. *cap. XIX.* (a) Nimirum *Iacobus Usserius*, Archiepiscopus Armachanus, anno CIↃIↃCXXXI. *Historiam Gottescalci* singulariter exposuit, eandemqve Gerhardo Iohanni Vossio inscripsit: (b) qvi initio anni seqventis lectissima Epistola gratias egit Præsuli, nec tamen dissimulans, qvod neqvaqvam Gottscalco consentiat. (c) Qvin Kl. Februarii ad Gvilielmum Laudum, Episcopum tunc temporis Londinensem scribens, in hæc erumpit verba: *Reverendissimus Usserius talem Godescalci defensionem suscepit, qvalem non ausus fuit Remigius ipse, vel Ecclesia Lugdunensis.* (d) Exin *Gilbertus Maugwinus*, Regi Galliæ a Consiliis, & in suprema Monetarum Curia Præses, *Vindiciis Prædestinationis & Gratiæ*, duobus Tomis Parisiis editis anno CIↃIↃCL. præmisit I. harum *Vindiciarum*, seu *Gotteschalcanæ Controversiæ Historicam & Chronicam Synopsin*: II. *Historicam & Chronicam Dissertationem ipsam*, constantem *Præfatione*, qvæ habet occasionem, rationem, propositum, una cum ejusdem reticendæ vel publicandæ causis, *Capitibus L. & Epilogo*: III. *Vindiciarum Dissertationem alteram*; seu *accuratam Historiæ Prædestinatianæ R. P. Iacobi Sirmondi Confutationem*: qvæ constat præfatione & Capitibus XII. Præterea *Ludovicus Cellotius*, Parisinus, e Soc. Iesu, operose scripsit *Historiam Gottscalci Prædestinatiani*, Parisiis publicatam CIↃIↃCLV. Qvibus deniqve addideris *Pauli Roberi*, Theologi, Pastoris & Superint. Witteberg. Dispu-

Gilb. Maugwinus.

Lud. Cellotius.

Paul. Roberus.

(a) Confer Vossium *Hist. Pelag. lib 7. pag. 785* (b) Dublini primum ed. post Hanov. recus. 1662. (c) Vide Epp. Vossianas pag. 205. seqq. (d) In iisdem Epp. pag. 209.

Disputationem Theologicam, *de Godeschalci erroribus olim damnatis, Deum non velle omnes homines salvos fieri, nec CHRISTUM pro omnibus sangvinem fudisse:* Resp. pro Licentia, *M. Zacharia Laur. Klingio*, Illustr. Regnorum Sveciæ Cancellarii Pastore. (a)

(a) VVitteb. 1646.

SECTIO XXXVII.

HUBERIANISMUS.

Ita plerumqve appellari solet erroneum dogma, *de omnium hominum tam fidelium, qvam infidelium ad vitam æternam Electione:* qvod *Samuel Huberus*, exeunte seculo superiori, in Ecclesiam Evangelicam invehere conatus est. Scripsit Huberianæ hujus controversiæ historiam sic satis luculenter Lucas Osiander, Epitomes *Historiæ Eccles. centur. XVI. lib. IV. cap. XLV.* ex qvo contractam cum benevolo lectore communicabimus. *Samuel Huberus*, Burgsdorfio-Helvetius, (Bernatem vocant Osiander aliiqve) Pastor in pago Bernæ vicino factus, legerat *Acta Colloqvii Mompelgardensis*, anno CIↃIↃLXXXVI. inter D. Iacobum Andreæ, & Theodorum Bezam, habiti, cumqve in iis reperisset duras admodum, ac impias Bezæ assertiones, &, ut ita loqvar, vere Gottscalcianas, non modo ab iis abhorrere cœpit, sed etiam Bernensem Magistratum monere, qvi sedulo caveret, ne doctrina tam profana in diœcesi Bernensi spargeretur. Senatus Bernensis tantam rem non contemnendam ratus, convocavit Musculum, Grynæum, Iezlerum, Theologos disputatu- *Summa Historia Huberiana.*

taturos, eosqve cum Hubero commisit. Qvod autem hic Bezæ propositiones strenue oppugnaret; Theologi vero acriter defendere niterentur, cum Huberus de sua sententia non recederet, ex decreto Senatus exauctoratus, atqve exulare jussus est. Qvi mox in Wurtembergicum Ducatum sese contulit, ibiqve Proto-Synedrio Stutgardiano, qvid secum actum Bernæ, exposuit, piam ac orthodoxam fidei suæ Confessionem edens. Vnde volente Duce, in Ministerium Ecclesiasticum receptus est in pago *Derendingen*, Tubingensi Academiæ tam vicino, ut qvotidie, si vellet, lectiones Theologicas audire, in vera religione proficere; sed simul etiam observari posset, qvæ constantiæ documenta esset daturus. Itaqve brevi temporis spatio, præcipuis se Theologis Academicis, ac Stutgardianis, insinuavit: qvibus tamen postea malam retulit gratiam. Iam cum plena ei fides haberetur, in lucem edidit, ac publice Tubingæ defendit Disputationem, ex pluribus Thesibus Anti-Calvinianis constantem: qvæ a Theologis aliisqve doctis viris æstimata, ac approbata fuit. Etsi enim in ea semina qvædam sparserat, de universali omnium hominum electione, atqve prædestinatione; qvia tamen ea sic interpretabatur, qvod nihil aliud vellet, qvam qvod S. Paulus (a) scripsit: *Deum velle omnes homines salvari, & ad agnitionem veritatis pervenire:* & S. Petrus (b) *Deum non velle, ut qvisqvam pereat, sed ut omnes ad pœnitentiam convertantur.* Qva Hube-

(a) 1. Tim. 2. v. 4. (b) 2. Epist. 3. v. 9.

Ilberi explicatione boni omnes fuere contenti, neqvaqvam suspicantes, angvem in herba latere, ac hominem aliqvid moliri Symbolico Concordiæ libro adversum. At vero is suum de Prædestinatione illa universali errorem clanculum primum cum Pastore qvodam sibi familiari communicare; Theologos Tubingenses, qvasi in articulo Prædestinationis, cum Calvino, ejusqve sectatoribus conspirent, sugillare: sed cum de eo appellaretur, pleraqve negare, certe ita explicare, ut Theologis satisfaceret. Qvin imo cum ad Professionem Theologicam in Academia Wittembergensi obeundam, vocatus esset, Bibliothecæ Tubingensi donavit aliqvot opuscula sua affabre compacta, qvibus manu sua inscripsit: qvod cum Theologis Wurtembergicis per omnia, & in cunctis religionis articulis consentiat. Nominetenus etiam comprobavit D. Stephani Gerlachii Disputationem, in qva *particularis Prædestinatio, & ad solos Electos spectans*, perspicue asseritur. Itaqve amice a Theologis, ac reliqvis Professoribus dimissus, recta in Saxoniam contendit. Vbi Wittembergam venit, erroneam doctrinam *de universali Prædestinatione* paulatim, occultius tamen, Studiosis, qvi ejus alacritatem in confutandis Pontificiis ac Reformatis mirabantur, instillare non intermisit. Cumqve nihilominus gradum Doctoris Theologiæ expeteret, ac Facultas Theologica de ejus orthodoxia addubitare inciperet, candide ipsum admonuit, qvæ de sparso dogmate heterodoxo circumferebantur, neqvaqvam dissimulans, si

S.Scri-

S. Scripturæ & Formulæ Concordiæ adversa sentiret, & doceret, nunqvam ipsi honores Theologicos collatum iri. In his angustiis, ne existimationis jacturam faceret, ad pristinas rediit artes: qvædam negando; aliqva commode interpretando; deniqve sanctissime protestatus est, ac juramento confirmavit, se per omnem vitam nihil docturum, qvod cum Libro Concordiæ non conveniret. Ceterum impetratis honoribus, Huberus factus securior, non modo scriptis privatis inter Studiosos sparsis, verum etiam Epistolis ad exteros missis, conceptam semel sententiam propagare studuit. Qvamobrem Wittembergenses, & Theologi Tubingenses, privatas illas scriptiunculas conqvirunt, atqve non unum jam, sed plures errores in iisdem deprehendunt: nempe, *Qvod Deus ab æterno omnes homines in CHRISTO ad fidem elegerit, ac ordinavit, ante omnem fidem, & citra ullum ejus respectum. Merum figmentum esse, qvod Deus hunc magis diligat, qvi credit, qvam alterum, qvi minime credit: omnes homines ita a Deo per CHRISTVM electos esse, ut actu sint in gratia Dei, in numero dilectorum, electorum, justificatorum, Sanctificatorum, filiorum & hæredum Dei: e qvo numero tamen maxima pars hominum per incredulitatem se iterum excludat, & nomina ista amittat. Omnes promissiones Evangelii simpliciter universales esse, ex Deo: nec aliqvas ad solos credentes a Deo restrictas esse. Qvod in Baptismo etiam hypocritæ, (puta Iudæi adulti, simulantes fidem, & mentientes Christianismum) regenerentur.*

Qvod

Quod ex parte Dei una tantum sit remissio peccatorum; qua ex æquo omnibus hominibus, propter CHRISTUM, a Deo sint remissa peccata, sive credant, sive minus. Justificationem esse universalem, qua omnes homines sint ex æquo a Deo, propter meritum CHRISTI, justificati, adoptati in filios & hæredes Dei, sanctificati, salvati, glorificati & hæc omnia absque respectu fidei: & similia portenta ab his dependentia. Admonitus autem Huberus per Theologos Wittembergenses, coram, & per Wurtembergenses, literis amicis & gravibus, ut erroribus renunciaret, ac lingvam stylumque contineret. Datis etiam literis ad Wittembergenses Theologos, Wurtembergici solenni ritu protestabantur, se nullatenus consentire erroneis Huberi dogmatibus. Falso enim in Saxonia, & apud alios, in literis suis jactaverat consensum Theologorum Wurtembergensium. Postqvam vero Huberus ex ordine Professorio Wittembergæ exclusus, vagatus est per inferiorem Saxoniam, undiqve disqvirens Theologos absurdorum dogmatum suorum approbatores. Et sanè aliqvo in loco Theologis verborum præstigiis imposuit, & commoda interpretatione bonos, sed non satis circumspectos viros decepit, ut dogma ejus de universali Electione non damnarent. Cum autem & alibi eodem modo fucum facere vellet cordatis viris, hi versutiam ejus animadvertentes, mox hominem a se ablegarunt, aliosqve literis admonuerunt, ut ab Hubero illo, vafro & versipelli, sollicite sibi caverent. Inde in superiorem Sa-

xoniam rediens Huberus, per amicos suos Politicos in eo elaboravit, ut Professioni Wittembergensi restitueretur. Responsum autem est ab Administratore Electoratus Saxonici, Friderico Wilhelmo, qvi tunc in Comitiis Ratisbonensibus agebat, ut cum Theologis Wurtembergicis, qvorum aliqvi tum aderant Ratisbonæ, de suo dogmate conferret, eisqve consentiret; sin, in Saxoniam non reverteretur. Theologi autem illi Wurtembergici erant: *Eberhardus Bidenbachius*, D. Abbas Bebenhusanus; *Christophorus Binderus*, Abbas Adelbergensis: *Lucas Osiander*, D. (is ipse, cui hanc notitiam debemus) & *M. Felix Bidenbachius*, uterqve Concionator Aulicus. Qvibus (ita volente laudato Administratore) adjunctus erat D. *Iacobus Heilbrunnerus*, Philippi Ludovici Palatini Concionator aulicus. Disputatum est cum Hubero per aliqvot dies ex Scriptura S. Libroqve Concordiæ, ejusqve dogma *de universali Electione & Prædestinatione* solide refutatum est. Opiniones enim reliqvas (qvod *in CHRISTO omnes homines sint adoptati, justificati, sanctificati, glorificati, heredes regni cœlestis*) non amplius urgebat. Post longam tamen disputationem nihil est effectum, ac Huberus antiqvum obtinens, suæ sententiæ inhæsit: cumqve semel sub vesperam significasset Theologis, se crastini ad ulteriorem collationem rediturum; non stetit promissis, sed summo mane Ratisbona clam discessit. Elapsis aliqvot hebdomadis profectus est Tubingam, & per supplices a Duce Wurtembergico peti-

petiit, ut sibi liceret cum Theologis Tubingensibus de suo dogmate conferre. Impetrata licentia, iterum disputatum est cum ipso: sed gemino cum successu, hoc est, frustraneo. Qvod igitur Huberus se prorsus pervicacem & incorrigibilem demonstraret, jussus est a Principe excedere Ducatu, ne (qvod jam facere cœperat) falsiloqvio suo plures inficeret. Post illa Spiram cum familia se contulit: inde aliqvot libellos in Theologos sibi adversantes, admodum acerbos & virulentos emittens: in qvibus eos per calumniam Calvinismi accusavit. Intercedente aliqvo tempore Spira discessit: ubi autem locorum exin vagatus, de eo certi nihil affirmare potuit Osiander, præsertim cum inter vertentem annum nihil in lucem emiserit. *Acta Huberiana* (ad qvæ deniqve provocat Osiander) Tubingæ anno CIↃIↃXCVII. sunt impressa: qvibus etiam scripta Huberi & Theologorum ipsi adversantium verbotenus inserta sunt. *Acta Huberiana.* Præterea ex scriptis Anti-Huberianis mihi innotuerunt: *Ægidii Hunnii, Polycarpi Lyseri, & Samuelis Gesneri* Controversiæ *inter Theologos Wittenbergenses de Prædestinatione & Electione: Explicatio cum Refutatione argumentorum, qvæ Samuel Huber pro assertione suæ opinionis hactenus protulit:* *Contra Huberum scripsere* (a) *Ægidii Hunnii*, Theses, *Huberianismo oppositæ:* (b) *Stephani Gerlachii*, Disputationes tres *Huberianismo oppositæ.* *Steph. Gerlach.* (c) *D. Matthiæ Hoe*, Expedita Responsio *ad appellationem & provocationem D. Samuelis Huber:* *Addita est delineatio Articuli de Prædesti-*

Iiiiii 2 desti-

(a) Francof. 1594. (b) Witteb. 1597. (c) Tubingæ 1600.

Ph. Nicolai. *destinatione:* (a) Philippi Nicolai, *Responsum ad Huberi Confessionem de Vniversali Electione:* Polycarpi *Pol. Lyserus.* Lyseri, *Extorta Relatio de Controversia Huberiana:* (b) Ejusdem *Testimonium de doctrina & Vita Samuelis Huberi:* (c) utrumqve Germanice.

(a) Lips. 1605. (b Ibid 1611. (c) Francof 1616.

SECTIO XXXVIII.

IANSENISTÆ.

Hoc nomen impingi cœpit omnibus illis, qvi dogmata & causam *Cornelii Iansenii,* Episcopi Iprensis calculo suo comprobarunt: qvæ qvidem per Belgium non modo, & Galliam, sed per universum fere regnum Pontificium innumeras dederunt turbas, nondum in præsentem diem funditus compositas. *Summa Vitæ CORN. IANSENII.* CORNELIVS autem ille IANSENIVS, Leerdami anno CIↃIↃLXXXV. die festo SS. Simonis & Iudæ, honestis parentibus natus, ab extrema usqve pueritia memoriæ atqve ingenii singularis specimina exhibuit. Nam Vltrajecti condiscipulos longe post se relinqvens intervallo, eorum ipse velut dux ac præceptor, ad summa qvæqve properabat. Missus inde Lovanium ad Gymnasium Falconis, Philosophicis studiis tam gnaviter incubuit, ut biennio exacto, anno CIↃIↃCIV. ceteris commilitibus ingenii palmam lociqve prærogativam facile præripuerit, lingvamqve Græcam sine præceptore, magno tamen & valde difficili labore, addidicerit. Majori deinde felicitate Theologiæ nomen dedit, hæsitqve lateri *Iacobi Iansenii,*

nii, cognati sui, viri pii, ac singulariter docti, qvem ut parentem observabat, & apud qvem prope filii loco erat, in Collegium Adriani VI Pont. cujus ille moderator erat, receptus. Hinc cum ex pertinaci diligentia tabis periculum esset, Medicis svadentibus, ut solum Lovaniense ad tempus mutaret, visendæ Galliæ cupido ipsum incessit, & in Parisiensi, aliisqve Galliæ Academiis annos ipsos duodecim versatus, multorum oculos ac ora in se convertit, exasciatam ejus atqve accuratam doctrinam, itemqve singulare in legendo atqve explicando Augustino studium, mirantium. Lovanium postliminio reversus, & novo S. Pulcheriæ Collegio præfectus, fundos aliosqve proventus, accepta a Provisoribus pecunia, emit, ædificia partim construxit, partim reparavit, totumqve Collegium antea informe, in splendidam formam ita convertit, ut pro novo fundatore haberi potuerit. Postea tamen cura rei familiaris, & regimine juventutis, multum ipsi ad studia temporis necessarii deperire animadvertens, relicto Collegio, sibi & studiis, & potissimum meditationi doctrinarum Augustini per complures annos vixit. Supremis in Theologia honoribus ornatus anno CIↃIↃCXVII. itemqve Professor Ordinarius, S. P. Q. Lovaniensis suffragiis, denominatus, brevi tempore eam de se opinionem apud Academicos omnes excitavit, ut dignus fuerit judicatus, qvi nomine ejusdem Academiæ bis legatus in Hispaniam mitteretur: ubi tum apud Regem, tum in Salmanticensi ac Vallisoletana Academiis, commissa fideliter ac feliciter ex-

pedivit. Anno CIↃIↃCXXX. ad ſacrarum literarum profeſſionem auſpiciis Regiis promotus, indeqve qvinto anno poſt, eodem, qvo natus erat, die, in Epiſcopum Iprenſem delectus, ac vertente anno, ſimiliter eodem die conſecratus fuit, annum tunc ætatis agens LI. Verum vix anno cum dimidio in ea dignitate exacto, cum novi Palatii Epiſcopalis molem auſpicatus, ac multa per Diœceſin in melius reformare cœpiſſet, morbo epidemio de vita decedit anno CIↃIↃCXXXVIII, die VI. Maji. Vir fuit, judice Valerio Andrea, *in Bibliotheca Belgica, ut de ceteris ejus virtutibus, de pietate & religione in Deum, de vita modeſtia, morumqve diſciplina nihil dicatur, vel maxime prudentia conſpicuus, qvippe qvi hoc unum in primis cavebat, ne ageret, vel loqveretur qvidpiam, qvod aut reprehenſum, aut revocatum optaret: Certabat in illo fœcundiſſimo ſcientiæ omnifariæ pectore ingenium cum judicio, labor cum induſtria conſtantiaqve, ut qvi nullum ſibi labi aut perire tempus pateretur, qvo non aut legeret, aut notaret, aut diſceret aliqvid: ut ſummum qvinas, aut qvaternas, ſæpe etiam pauciores horas ſomno indulgere ſolitus. Unum fere e SS. Patribus vitæ ſuæ ducem ſtudiorumqve magiſtrum delegerat S. Auguſtinum: cujus opera omnia fere decies, libros vero* de Gratia Divina & Libero Arbitrio, *plusqvam tricies a capite ad calcem, decerptis, & in adverſaria per claſſes diſtributis, qvæ in rem videbantur, evolverat: atteſtante hoc de eo,* Liberto Fromondo, *S. Theol. D. & Ianſenii in cathedra Lovanienſi ſucceſſore*

re (qvem fere unicum Lovanii in interioris admissionis amicis habuit) dum præfatur ad Crisin *suam, qvam reposuit* Causæ Desperatæ (Papatus) Gisberti Voetii, *pro eodem Iansenio, & in* Synopsi Vitæ, *qvam Augustino* Ianseniano *præmisit.*

Iam hic ipse *Iansenianus Augustinus* est, qvi tot tantosqve fluctus excitavit. De hoc autem, & scriptis reliqvis, in Testamento suo, vix media ante mortem hora, seqventia verba dictavit. *Ego Cornelius, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopus Iprensis, de mea libera voluntate, do & dono omnia mea scripta, ad explicationem S. Augustini spectantia, Capellano meo, Reginaldo Lamæo, partim, qvia magno labore ea scripsit, vel dictavit, partim, qvia sine Originali Copia corrigi non potest. Hac tamen mente hanc donationem facio, ut cum doctissimis Viris, Magnifico Domino Liberto Fromondo, & Reverendo Domino Henrico Caleño, Canonico Mechliniensi conferat, & disponat de editione qvam fidelissime: sentio enim aliquid difficulter mutari posse. Si tamen Romana Sedes aliqvid mutari velit, sum obediens Filius, & illius Ecclesiæ, in qva semper vixi, usqve ad hunc lectum mortis obediens sum. Ita mea postrema voluntas est. Actum sexta Maji* CIƆIƆCXXXVIII. Horum igitur hæredis, & Inspectorum cura, anno CIƆIƆCXL. *Augustinus* Iansenii primum prodiit Lovanii, S. Cæs. Maj. & Regis Hispaniarum Privilegiis stipatus, ac ab Archiepiscopo Philippensium, qvi Papæ Vicarium in Belgio profitebatur, sex Sorbonæ; qvatuordecim, Lovaniensis, Bononiensis, & Duacenæ Facultatum Do- *De AVGVSTINO Iansenii.*

ctori-

ctoribus; aliqvot Abbatibus, Decanis, multisqve Professoribus probatus, dictoqve anno Parisiis recusus est. Sic *Opus* (de eo Doctor Sorbonicus, Le Feron loqvitur) *absolutissimum de Gratia ex mente B. Augustini a Reverendissimo Domino Cornelio Iansenio, Iprensi Episcopo conscriptum legi & probavi. Sapit enim in omnibus Orthodoxiam Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ, & ad ejus solatium subsidiumqve docte omnino & opportune componitur in laudem gloriæ & gratiæ Servatoris nostri IESV CHRISTI: nec immerito lucubrationes hujusmodi novi Augustini nomine indigitantur.* Et Beauhornois, Doctor itidem Sorbonicus: *Incertam de prostrato errore Pelagiano victoriam fere jam reddiderat qvorundam incauta sentiendi & scribendi libido, nisi Illustrissimus & Reverendissimus Episcopus Iprensis, D. D. Cornelius Iansenius singulari Dei providentia exstitisset, qvi piis multorum desideriis satisfaciens, antiqvæ saniorisqve doctrinæ placita reponeret in Augustino suo: qvo qvidem in libro, qvod in Ecclesiæ fide, & quotidianis precibus, profundissimoqve omnium Theologorum Magistro latebat, aperuit, thesaurosq; gratiæ & charitatis absconditos fidelium intelligentiæ tam luculenter patefecit, ut ausim dicere, vix aliqvem a B. Augustini temporibus exstitisse, qvi naturæ stantis vires, lapsæ vulnera, & gratiæ per IESVM CHRISTVM liberatricis naturam, efficaciam, necessitatem, penitius viderit, eruditiusqve explicarit. Qvamobrem cum hoc magnum opus fundatissimam in Scripturis doctrinam contineat, nihilqve alienum doceat a mente Catho-*

licæ

lica Ecclesia, Apostolica & Romana, dignum profecto est, quod ab omnibus quam studiosissime legatur; ut homines propriæ infirmitatis conscii humilientur sub potenti Dei manu, & ingenita vulnera agnoscentes, ad Medium recurrant, quo Christianos se re & verbis profiteantur. Et Archiepiscopus Mechliniensis, Belgii Primas, in scripto *inferius allegando: Cornelius Iansenius pro ingenio, quo valebat, profundo admodum, & perspicaci, complurium annorum spatio, omne studium, omnemque operam adhibuit, ut genuinam ejus in hac materia mentem, veramq; sententiam erueret, tam intellectu difficilem, quam ab humana ratiocinatione, Ethnicaque Philosophia principiis longissime distat. Quod cum viginti anorum spatio (nempe quo Ecclesia, ductore Augustino, Pelagianos oppugnavit) præstitisset, seque mentem ipsius assecuturum arbitraretur, existimavit, nihil Theologo dignius, nihil Deo, ipsiq; Sedi Apostolicæ gratius, & Ecclesiæ utilius, se facturum, quam si eam orbi Christiano exponeret, edito ad hoc libro, quem propterea appellavit Augustinum.* Et paulo post ipsum vocat *Doctorem celeberrimum, & nulli ex ordine eo postponendum: quemque constabat fuisse quondam Academiæ Lovaniensis lumen, & ornamentum; atque Universitates Hispanicas in sui admirationem, tum vita & morum integritate, tum eruditionis excellentia rapuisse.* Jam in ampliorem Augustino suo usum, *succinctum Compendium*, seu *Commentarium*, addidit Iansenius: cujus titulus est: *Erroris Massiliensium, & opinionis quorundam Recentiorum*

De Compendio AUGUSTINI Iansenani.

tiorum *παράλληλον*, *& Statera.* Per *Recentiores* autem qvin Iesuitas, Liberi Arbitrii adversus Gratiam defensores, ac speciatim *Ludovicum Molinam, Leonhardum Lessium, Gabrielem Vasqvezium*, & similes scriptores intellexerit, nullum est dubium: qvibus etiam complures errores Pelagianos imputat: non contentus semel de illis monuisse, qvin potius eadem sæpius inculcans, ne opinari qvis posset, excidisse Auctori tales adversus communem Iesuitarum opinionem conceptas sententias. Imo non multum remissior est adversus Iesuitas hac in causa Iansenii zelus, qvem adversus Pelagianos Augustini, qvi *neglectæ fidei & salutis doctrinæ* passim adversarios suos accusat. Neqve tamen negandum, modum interdum excessisse Iansenium, & in veterum Prædestinatianorum, & qvicum ipsis faciebat, Gottscalci, castra concessisse.

Errores Iansenii.

Interim qvod a communi Pontificiorum sententia nimium recessisse videretur, posthumum ejus fœtum, simul ac in lucem prodiit, multi, Iesuitæ inprimis, vehementer abominati sunt: aliis atqve aliis in mortuum leonem insurgentibus. Inprimis luci dederunt librum *Thesium*, in qvibus Iansenium, ut *impostorem Calvini spiritu repletum*, ac aliis prope infinitis, horrendisqve contumeliis traduxerunt.

Scripta in Iansenium

Contra has *Theses* pro Iansenii defensione mox qvædam prodierunt, & rursus contra hæc alia. Ac Romæ interea nihil intactum nihilqve intentatum reliqverunt Iesuitæ, ut liber Iansenianus a Pontifice proscriberetur atqve damnaretur. Atqve id fecit demum

[illegible]

mum

mum Vrbanus VIII. die I. Augusti an. CIƆIƆCXLI. hoc obtentu usus, qvod adversus decreta Pauli V. & sua, prohibentia, *ne qvis tractatus in materia de Auxiliis Divinæ Gratiæ, absqve Sedis Apostolicæ licentia edatur, Augustinus cum gravi scandalo fuisset editus.* At vero illam proscriptionem multi subreptitiam dixerunt: eo qvod decreta, qvæ violata esse assererentur, hujus libri editione non tantum non fuerint recepta, sed nec ulla adfuerit recipiendi obligatio. Nam exstant innumeri de hoc argumento tractatus, absqve ulla Sedis Pontificiæ permissione postea in lucem emissi, in Hispania, Gallia, Germania & Belgio: nec auditum, vel libros, vel auctores, censuram aut reprehensionem tulisse: qvamvis nonnulli Cardinalibus, Nepotibus, ac Nunciis, qvos vocant, Apostolicis, imo ipsi Pontifici, fuerint inscripti. Tum perpetuæ fuit in Belgio consvetudinis, & ab omni ævo recepti moris, qvod Pontificiæ Constitutiones, vim legis in Belgio prius non habeant, qvam ibidem fuerint promulgatæ: adeoqve ut Belgas obstringant, non sufficiat Romæ facta promulgatio. Et ea qvidem consvetudo in tantum radices egit, ut legibus Belgicis (qvas Rex Hispaniæ ejusqve antecessores in sua inauguratione se servaturos jurarunt) accenseatur. Qvæ cum *Iohannes Iansenius*, Furnensis Canonicus, Cornelii Episcopi fratris filius, ad impetrandam promulgationis bullæ Vrbani suspensionem, donec Pontifex plenius edoceretur, Regi exposuisset, placuit omnibus Belgii Episcopis literis ad eos datis mandare, ut in sua qvisqve diœcesi inqvireret, *An revera Iansenii li-*

Vrbanus VIII. damnat Iansenii AVGVSTINVM.

Bullæ Pontificiæ se opponunt Belgæ.

ad veterem privilegia provocantes.

Archiepiscopi Mechliniensis studium pro Iansenio.

liber scandalum peperisset. Qvod qvidem Archiepiscopus Mechliniensis magno cum studio & fide præstitit, auditis omnibus, qvi de rei veritate potissimum videbantur instructi, & ad ferendum in hoc negotio judicium maxime idonei: ac inter alios Superioribus & celeberrimis omnium Ordinum in sua dioecesi Theologis, exceptis Iesuitis, & Lovaniensibus, qvibus utrisqve audiendis curam Rex Academiæ Rectori commiserat. Et vero deprehendit Archiepiscopus, vere occasione libri Ianseniani non levia exorta esse scandula; sed qvæ jure ipsi libro imputari neqveant, verum adversariorum audaciæ ac impotenti iræ, qva eum aggressi Iesuitæ adversarii; ac præcipue antedictarum *Thesium* nimiæ acerbitati atqve insolentiæ. Idem Archiepiscopus deprehendit, eorum, qvi librum attente pervolverunt, hanc esse sententiam, qvod liber scandalosus esse aut videri non possit, nisi doctrina S. Augustini, tot Pontificibus, Conciliis, Sanctisqve Patribus probata, scandalosa simul esse judicetur: utpote cum nihil præter ipsissima D. Augustini sensa contineat, & propositiones, qvæ plus ceteris agitantur, & impetuntur, propriis ipsius S. Doctoris verbis efferantur. Deniqve tantum abesse, ut hujus libri lectores scandalum aliqvod ex eo acceperint, ut etiam qvi inter illos graviores sunt, & primi nominis, Deo gratias egerint, in ea se tempora incidisse, qvibus contigit, præcipuos fidei Catholicæ articulos, & solidissima Christianæ humilitatis, pietatis, & amoris divini principia a S. Augustino

gustino olim tradita, primævo suo splendori restitui. Iesuitæ interim, & tres Lovaniensis Academiæ Theolog. Facult. Doctores (qvos mirum sane visum fuit cum illis conspirasse in hac causa: qva, prostrato Iansenio, conabantur erigere Molinam ab ipsa Facultate, gravi censura proscriptum) Romam præter omnem veri speciem scripserunt; *Constitutiones Pii V. & Gregorii XIII. Lovanii conculcari, & Propositiones in iis condemnatas palam restitui, eo qvod a Iansenio renovatæ & assertæ conspicerentur: jamqve nisi tempestive obviam iretur, præ foribus esse schisma toti Ecclesiæ perniciosum.* Ex hinc graviori nota liber Iansenii ab Vrbano VIII. proscribitur anno CIƆIƆCXLII. pridie Nonas Martii, formata nimirum Bulla, caussisqve priori Censura expressis, ac his insuper additis: *in Augustino Iansenii contineri, & cum gravi scandalo, Sedisqve Apostolicæ contemptu ac in Ecclesiæ perniciem renovari, & defendi multas Propositiones, jam dictis Pii V. & Gregorii XIII. Constitutionibus damnatas.* Propositiones autem sunt seqventes: I. *Aliqva Dei præcepta hominibus justis, volentibus & conantibus secundum præsentes, qvas habent, vires, sunt impossibilia; deest qvoqve illis Gratia, qva possibilia fiant.* II. *Interiori Gratiæ, in statu naturæ lapsæ nunqvam resistitur;* III. *Ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non reqviritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione.* IV. *Semi-Pelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium*

Nova Augustini Jans. damnatio.

 fidei:

immutaretur. In primo nihilominus ad Pontificem accessu, hic diserte affirmavit: *Non aliud se mandasse, qvam ut denuo confirmaretur Bulla Pii V. a Gregorio XIII. ante firmata, sed & diserte cavisse, ne qvis in dicta Bulla expresso nomine sugillaretur.* De cujus rei veritate eo ambigendum minus, cum id ipsum iidem legati Romæ adhuc agentes *Memoriali* libello *Informatorio*, Cardinalibus Commissariis, cum Relatione ad eundem Pontificem, exhibito, expressis verbis inseruerint. Nec enim credibile est, ausuros fuisse istiusmodi viros, scripto, qvod Pontifici porrigebant, asserere, tanti momenti ab eo dicta, si dicta non fuissent, & ea qvidem fiducia, ut hoc præterea adderent: *Mirum ergo videri, unde in dictam Bullam irrepserit nomen Iansenii.* Sed licet ea Pontificis declaratio bonam futuri successus spem faceret, procedente tamen actione, nihil aliud, qvam constantis illius neqvidqvam in eo negotio immutandi voluntatis, qvam Cardinalis Barberinus, Abbati S. Anastasiæ tam aperte significaverat, perpetua experimenta senserunt. Aperte enim testabatur legatorum alter (altero Romæ demortuo) qvidqvid apud Barberinum Cardinalem fecerint, qvidqvid urserint, nunqvam tamen obtinere potuisse, ut liber Iansenii legitime examinaretur, cumqve scriptis Augustini conferretur: unde tamen præcipue pendeat Iansenii defensio, ut qvi nihil aliud intenderit, qvam explicare, & fidelissime proferre Augustini sensa; neqvaqvam vero de eorum veritate aut falsitate qvidqvam statuere: uti pluribus locis

Iii palam

palam sit testificatus: Verum nec illud obtineri potuit, ut Bullam falsis extortam fuisse suggestionibus, argumentis in eam rem paratis ostendere liceret. Id saltim concessum est, ut remedium aliqvod exposcerent adversus eos, qvi occasione dictæ Bullæ, D. Augustini auctoritatem in contemptum adducebant. Valde præterea suspectum fuit, qvod idem Legatus affirmavit, Assessorem S. Officii, Albicium, Bullæ compilatorem (gravissimi haut dubie criminis reum, si qvid in ea a mente Pontificis alienum expressisset) omnibus consultationibus ea de re habitis interfuisse. Qvarum hic demum fuit exitus, qvod etsi Legati (ut nihil committerent, in qvo offendi Card. Barberinus posset, nec ab eo datam sibi potestatem excederent) nihil aliud postulassent, qvam ut obtrectatores B. Augustini compescerentur; a morte tamen Pontificis (is obiit anno CIↃIↃCXLIV. XXIX. Iulii,) Decretum iis traditum fuit, tam longe a precibus suis alienum, qvam his, qvæ Card. Barberinus, Abbati S. Anastasiæ scripserat, consentaneum. Disertis enim verbis in eo refertur, & statuitur: *porrectum fuisse a Legatis supplicem libellum pro dictæ Bullæ veritate, & intentione Suæ Sanctitatis circa illam indaganda: at ut huic petitioni satisfieret, Pontificem mandasse, ut ejus exemplum illis traderetur exacte cum autographo collatum, ac simul significaretur, eam S. Sanctitati mentem esse, ut præcise Bulla observaretur, disputationibus, difficultatibus, ac qverelis hac occasione exortis, vel exorituris perpetuum silentium imponendo.* Innocentio X.

ad

ad Pontificatum erecto, Legatus superstes rursus apud eum institit, ut Iansenii liber debito examini subjiceretur, & cum S. Augustini scriptis conferretur. Paratissimum enim se exhibuit, clarissimis argumentis ostendere, (qvod & ante vivo Vrbano in Consessu Cardinalium aliorumqve hujus causæ cognitorum fecerat) controversiam, qvæ nunc inter Iansenium, ejusqve adversarios agitatur, nihil omnino ab ea differre, qvæ fuit olim inter S. Augustinum & Pelagianos, nullisqve Iansenium hactenus impugnari argumentis, qvam qvibus Pelagiani & Semipelagiani impugnarunt Augustinum: ea qvidem conditione, ut si vel in uno articulo eum convinci, vel deficere contingeret, suis ipse manibus Iansenii librum ultricibus flammis in Campo Floræ esset traditurus. At nihil iterum obtinuit: non minus tamen honorifice a novo Pontifice habitus, ac dimissus fuit, submisso postqvam Roma excesserat, scriptiuncula (*Gratium* vocant Pontificii) qvo qvid de eo censeret Pontifex, qvantoqve illum affectu proseqveretur, pro fidelitate, observantia & sinceritate erga S Sedem exhibitis, manifeste ostendit. Præterea aliqvoties laudato Abbati S. Anastasiæ, Nuncio illi Pontificio, aliud Decretum fuit redditum, de nemine ad ullum beneficium Ecclesiasticum admittendo, qvi conceptis verbis Iansenii Augustinum non ejurarat, seqventi nimirum formula: *Ego N. N. profiteor me obedientem S. Rom. Ecclesiæ, sanctissimo nostro Domino Innocentio P. M. ejusqve successoribus, atqve ideo me acceptaturum, prout de facto accepto*

 debi

debita submissione Constitutionem felicis recordationis Vrbani VIII. editam Anno XIX. sui Pontificatus, incarnationis Domini CIↃIↃCXLII. prid. Non. Martii ----- in qua probibetur liber C. Iansenii, cui titulus Augustinus, quam Constitutionem ego integre accepto, & cum ea in omnibus sentio ac consentio, at promitto, me quantum in me fuerit, curaturum, ut præfatam Constitutionem omnes & singuli acceptent, & cum eadem in omnibus sentiant & consentiant: ita spondeo, & voveo, juro ego idem N.N. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Adversarii novo hoc decreto suffulti, omnia sibi adversus Iansenium licere, qvasi jam omnino prostratum, existimarunt, adeoqve ipsi S. Augustino petulantius insultare cœperunt. Ac trium qvidem, qvos antea memoravi, Doctorum Lovaniensium unus, e publica cathedra jam ante, non sine gravi multorum auditorum offensa, pronunciarat, plures propositiones, qvas Augustini esse fatebatur, iisdem, qvibus ille has asseruerat terminis, damnatas esse: *Ecclesiam à D. Augustini Pædagogia liberari debere: D. Augustinum Doctorem fuisse, qvalis ipse sit: Augustinum argumentis & objectionibus Iuliani Pelagianorum coryphæi, non fecisse satis: Ejusdem Theologiam de traductione Peccati Originalis esse rusticanam.* Vtqve deinde ostenderet, hæc omnia non leviter, ac incogitanter a se asserta, composuit, suisqve discipulis dictavit tractatum singularem, *de D. Augustini auctoritate:* ea fini, ut, qvam tanto Patri auctoritatem Iansenius non ex ingenio

genio suo, sed Pontificum, Conciliorum, Sanctorumque Patrum testimoniis atqve elogiis asseruerat, hanc ille eriperet, vel saltem imminueret. Alter vero cum paratam in Iansenium haberet *Declamationem*, qvam ne proferret, mandato regio vetabatur; se qvidem huic mandato pariturum; sed qvæ in Iansenium composuerat, in Calvinum conversurum, palam edixit. Nec deinde qvidqvam protulit, qvam plurium e Calvino haustarum farraginem, intermixta non raro verissima ipsius Augustini doctrina, ipsissimis ejus verbis. Qvidam Antverpiæ Iesuitæ Bullæ promulgationem diutius protrahi ægre ferens, eam ipse pro concione ad populum proclamare ausus est: more qvidem adeo insolenti, totqve congestis in Iansenium & sectatores conviciis, ut totum auditorium gravissime conturbaretur. Qvod videri non potuit, ignorantibus & improbantibus Superioribus evenisse: cum ille pluribus sermonibus, *rem plane novam se paratam habere, populo exponendam* edixerit, omnesqve ad hanc audiendam studiose invitaverit; neqve tamen id propter increpitus fuerit, aut castigatus. Qvin potius eadem convicia diversis postea homiliis repetiit, hisqve graviora adjecit, perspicuis deniqve verbis asserere ausus, *nullam se Superiorum offensam metuere, qvorum utiqve voluntatem exeqveretur*. Ac alius deinde Iesuita eadem in civitate, eodemqve pulpito, ad infringendam in materia *de Gratia Dei* S. Augustini auctoritatem, multas illius Sancti Viri in alia materia propositiones recitavit:

 qvas

qvas falsas esse pronuntiavit, ac Catholicæ doctrinæ adversas.

De Gallicanis ob Iansenium motibus.

Dum hæc in Belgio Hispanico aguntur, Iansenius qvoqve in Galliis a Iesuitis eo liberius & audacius cœpit proscindi, qvod libri illius, qvi MARS GALLICVS dictus, auctor haberetur: (a) qvo cum ad asserenda Hispanicæ Monarchiæ jura, ac præcellentiam & armorum justitiam nihil solidius, ita rebus Gallicanis magis exitiosum judicabatur. Neqve neglexerunt Iesuitæ (ut publicum adversus Iansenii memoriam ejusqve sectatores concitarent odium) scriptis omnibus, qvæ in hac materia evulgant, summo studio id ipsum inculcare: idqve nulla Bullæ Pontificiæ reverentia, qvæ non minus severe adversus Iansenium, qvam pro eo, scribi vetuit. Et ut constet, qvam aperte huic Bullæ illuserint, eam una cum *Thesibus* (qvas supra tetigi) eadem cum Iansenii libro prohibitione expresse comprehensis, Parisiis excudi curarunt: dum interea in Belgio, ac præcipue Concionator ille Antverpiensis, publicis declamationibus, infelices armorum Hispanicorum successus Bullarum Pontificiarum contemtui adscriberet. Præterea qvam religiose Bullam observaverint, testabatur falso *Antonii Richardi* nomine aliqvoties

(a) Iansenium hujus libri auctorem facit Henr. Valesius in *Orat. de Dion. Petavio.* Et in Epist. qvadam ex Ital co in Latinum versa hæc legas: *In Flandriam reversus Iansenius scripsit in Hispanorum favorem eruditissimum libellum, cui titulus,* Mars Gallicus, *ejusqve respectu post factus est Episcopus civitatis Iprensis.* Liber hic in varias lingvas, & Germanicam qvoqve versus est.

qvoties excusus liber, cujus auctorem fuisse Belgam Iesuitam, multi suspicati sunt. Hoc sane in tanta eorum copia, qvæ adversus Jansenium edita sunt, nihil unqvam prodiit acerbius, ac Iansenius Præsul fœdius, qvam B. noster Lutherus, aut Calvinus discerpitur. Pudendi ut plurimum latrocinii ac plagii accusatur: qvasi, qvæ primum Calvinus in Augustino deprehendisset, ipse sua industria ex Augustini scriptis eruta profiteretur. Sed & postremæ editioni accessit ad Principem Condæum, præcipuum in Gallia Iesuitarum isto tempore Protectorem ac Mæcenatem, epistola, vilissimis & abjectissimis adulationibus referta, qva diserte expresserunt: *Iansenium Ecclesiæ doctrinam convellere molientem, dum Francorum Reges, propugnaculum, Columnam, Scutum & esse & à Romanis Pontificibus appellari non ignoraret; propugnaculum illud exscindere, columnam evertere, scutum perrumpere conatum esse, ac experiri voluisse in Gallica Majestate, qvid in Apostolicam posset, & Ecclesiæ oppugnationem ex primogeniti filiis auspicari: verum ut duplici ingenii sui fœtu,* Marte *nimirum* Gallico, & Augustino *suo providerit, ut etiam post fata utramqve oppugnaret; sic gemina prole effecisse Condæum, ut cum hunc Superi repeterent, ejus neutra patrocinium desideret. Divisisse Iansenium se ipsum in libros, tanqvam in liberos, & primogenitum qvidem Galliæ hostem esse voluisse: alterum Catholicæ veritatis inimicum; Condæum vero virtutes suas partiri in filios, & majore natu Galliæ scutum; minorem vero Ecclesiæ co-*

summam disignasse; hosqve ea Parentis vota sit implere, ut iis publica vox ea ipsa nomina jam imposuerit, qva Iansenius Operibus suis falso inscripserat: Ludovicum totius Europæ judicio, Martem Gallicum; *Armandum* (*octodecim annorum adolescentem*) *Gallicani Cleri suffragio* Augustinum *haberi. Nec eo minus tamen hic liber cum hac ipsa Epistola Lovanii publice venum expositus, & ab ordinario qvidem Iesuitarum bibliopola.* Hæc tamen & alia hujuscemodi neqvaqvam prohibere potuerunt, qvominus Iansenii liber ferventi zelo, summaq; alacritate defenderetur in Gallia, majori Episcoporum ac Theologorum parte, imo & Politicis qvibusdam viris gratissimus probatissimusqve, tanqvam fidelissimus mentis D. Augustini interpres fuit visus. Sic Sacræ virgines Lutetiæ, qvæ monasterium Portus Regalis incolebant, extremum censuratum rigorem pati, qvam formulis subscribere voluerunt. (a) Dum exeunte Febr. an. CIↃIↃCLIII. Sorbona Parisiensis ad Cyclopici cujusdam monachi librum contra Iansenitas scriptũ censendum, congregata fuit, eo ipso literas regio sigillo munitas, ac pro Iesuitis, ac reliqvis factionis Anti-Iansenitica sociis, a Patre Polino, qvi Regi ab ordinariis confessionibus, exaratas, accepit, qvibꝰ publicatione hujus censuræ interdicebatur. Interea tamen Archiepiscopus Parisinus his Iesuiticis occurrit technis, ac ante a Rege geminum mandatum acciperet, in omnibus urbis partibus edictum af-

figi

(a) Vide Acta Lipf. an. 1683. m. Nov. p. 477.

figi curavit, qvo legere monachi hujus librum, imprimere, vendere, sub excommunicationis pœnâ prohibuit. (a) Sed qvid hoc, ad id; qvod ex Sorbonâ sexaginta Doctores ejecti, qvi noluerint damnare propositionem, qvæ in Chrysostomo, Augustino, aliisqve Patribus reperitur: *qvod* nempe *S. Petrus in tentationis suæ momento non habuerit gratiam sufficientem ad eam vincendam?* Etiam nomina eorum ex tabulis Collegii erasa, & preces post mortem denegatæ sint, etsi pecuniam pro solitis expiationibus numerassent. Id speciatim accidit Episcopo Vinciensi, & Catalaunensi. P. le Noir, Sezensis, sive Sagianæ in Neustria Ecclesiæ Theologus, Iansenismi inculpatus, absqve cognitione causæ, literis Regiis sub sigillo, sive secreto minori, expeditis, in exilium pulsus, & Bastiliæ, claustro illi Parisiensi inclusus fuit, damnatusqve postea, ut funem collo circapositum, manu cereum gerens, & indusio amictus, ad templum cathedrale sisteretur: uti etiam factum est: ubi cum loco revocationis, preces recitasset, in aliud castellum ductus fuit, ad mortem usqve eo detinendus. Cluniacensis Abbatiæ Ord. Bened. monachi, cum veteri more Abbatem elegissent, hic regio mandato cum aliis primoribus monasterii in exilium ejectus est, & reditus monasterii fisco vindicati, donec Cardinalis Bullionæus a Rege nominatus iis potiretur. (b) Et ut alios nunc taceam, *Gilbertus* ille *Maugwinus*, Regi à Con-

(a) Ioh Henr. Ottius in dedicat. *Orat. de Causa Iansenistica.* (b) Vid. Francisci Pictonis Tract *de Afflict. Eccles. Gallicanæ,* in Actis Erud. Lips. 1689. m. Majo p. 368. seqq.

Consiliis, & in suprema Monetarum Curia Præses, in præfatione *Vindiciarum Prædestinationis & Gratiæ*, non dubitavit scribere: *Cum a decennio Cornelii Iansenii, Iprensis Episcopi Augustinus in publicum prodiit, in quo non modo S. Augustini doctrina apprime enucleata traditur, sed & solennes Molinæ, & sociorum opiniones cum Massiliensium erroribus notis LXXX. παραλλήλως, & quasi in statera appenduntur, a Patribus societatis & fautoribus undique conclamatum, nihil in librum illum, & eos qui similia sapiunt, ab illis intentatum relictum, ipsa S. Augustini doctrina miserrime habita, ejus auctoritas a pluribus illorum abjurata: ut cuilibet obvium.* Neqve Academiam Parisiensem, neqve Episcoporum aliorumqve Prælatorum totius Gallicani Cleri nomine ibidem habita Congregatio adduci potuit, ut dictam Bullam reciperent, Principe Condæo, Cancelliarioqve Franciæ, pari affectu Iesuitarum causæ faventibus, ac deinde Cardinale Grimaldi, ejusqve in munere Nuntii Pontificii successore, & ad horum omnium preces, ipsa Regina, neqvicqvam urgentibus. Qvin imo Regina, postqvam laudato Nuntio literas dederat, prædictæ Academiæ simul cum Pontificio Brevi tradendas (qvibus Bullam hanc sine mora recipi severe jubebatur) de gravissimis qvæ inde nascerentur periculis & incommodis monita, eas confestim revocavit, & ab instituto deinceps destitit. Ceterum an Bulla illa Pontificis Anti-Ianseniana in Belgio sit recipienda ac promulganda, nec ne, consultus ab Hispaniæ Rege, Mechliniensis Ar-

chiepiscopus, Belgii Primas summopere id dissvasit, gravibus rationibus, ex qvibus potiores placet repetere. Et primo qvidem putat, hæreticos, (Nos potissimum pungit, ac Reformatos) bullæ promulgatione ac receptione in ea opinione, qva pro se Augustini sententiam stare credunt, pertinacius obfirmatum iri, eamqve bullam sic accepturos, ut nullum potentius telum ad infringendam S. Sedis totiusqve Ecclesiæ infallibilitatem subministrari existimaverint: jamqve apud Hollandos hoc solum respectu conversum esse Iansenii librum, typisqve mandandum, ubi primum constiterit, Bullam ubiqve esse receptam. Deinde non mediocriter verendum, ne Catholicis qvoqve infirmioribus persvadeatur, hæreticorum doctrinam, auctoritate S. Augustini subnixam, illiqve hoc argumento seducantur, præsertim ubi intellexerint inter tot Patres, qvi Augustinum sunt amplexi, S. Bernhardum adeo tenaciter ei adhæsisse, ut aperte profiteretur, *se cum illo sapere, aut errare.* (a) Neqve minus subesse periculum, ne Bulla, qvæ pacis & tranqvillitatis in Ecclesia asservandæ studio emissa, effectus plane contrarios producat, eaqve inde schismata revera oriantur, qvæ Pontifici persvadere nonnulli voluerint oritura, nisi liber Iansenii supprimeretur. Nam si ejus adversarii nullo alio, qvam hac Bulla, innixi fundamento, a concitandis tot turbis, libroque Iansenii tam proterve insultando compesci

 ne-

(a) Bernh. *Epist.* 77. *ad Hugonem de S. Victore.*

neqveant; omnino existimat, longe difficilius contineri posse eos, qvi librum probent, tot utiqve Pontificum & Conciliorum auctoritate (ut certo sibi persvasum habeant) munitos. Et si ea Bullæ esset sententia qvam asseruntadversarii Iansenii omnium maxime verendum putat, ne tandem revocetur, & pari, atqve olim, animorum motu, agitetur antiqva illa controversia, *An in causa Fidei a Pontifice ad futurum Concilium provocare non liceat.* Ac interea pene certum se habere scribit, qvicqvid urgeatur Bullæ executio, eam minime observandam, adeoqve ab illius promulgatione nihil aliud exspectandum, qvam ut Pontificia Regiaqve auctoritas in discrimen adducatur. Qvi enim librum Iansenii probant, (hos vero aliis & numero & auctoritate longe superiores esse, in sua saltem diœcesi, ait) eam nullam esse, & invalidam, prorsus non dubitare: certoqve credere & intrepide asserere, fraude, importunitate, falsisqve suggestionibus extortam, iisdem plane actibus sustentari, ac præcipue potentia Albicii, a qvo contra mentem Pontificiam compositam esse existiment. Nec credibile esse, Sanctitatem suam induci se passuram, ad proscribendum eum librum, in qvo perspectum haberet, nihil aliud contineri, qvam doctrinam toties Antecessoribus suis approbatam, qvamqve eorum unus haud pridem diserte sit professus, Ecclesiam qvasi hæreditario suam fecisse, omniumqve controversiarum in ea materia, qvam liber ille tractaret, definiendarum regulam ac normam esse voluisset. In

iis,

iis, qvæ ſunt facti, Pontificem haut dubie (prout ceteri omnes) decipi poſſe, & circumveniri. An vero qvasdam propoſitiones a Pio V. & Gregorio XIII. damnatas, in contemptum ſedis Apoſtolicæ; & Eccleſiæ perniciem renovet, & defendat Ianſenius, facti qvæſtionem eſſe, & qvidem ejusmodi, ut veritas ſenſu percipi qveat. Inſpicienda tantum loca, qvibus jam dictæ propoſitiones tractantur; ac ipſo adſpectu palam futurum, tantum abeſſe earum aliqvam in Apoſtolicæ Sedis contemptum, & Eccleſiæ perniciem renovari, & defendi, ut potius eas omnes jure damnatas, vel proſcriptas fuiſſe, Ianſenius diſerte aſſerat. Verum qvamvis hæc & plura alia legati Lovanienſes Romæ expoſuerint, cum tamen ad probationem toties oblatam nunqvam fuerint admiſſi, neqve impetrare potuerint, ut liber Ianſenii debite examinaretur, & cum ſcriptis Auguſtini conferretur, eos legitime auditos fuiſſe, ac negotium hoc, prout jus & ratio exigat, diſcusſum, neutiqvam poſſe videri. Has igitur rationes, aliasqve ex præmiſſis facile decidendas, adeo graves ſibi viſas ſcribit, ut omnino crediderit, non ſolum licuiſſe, verum etiam obſtrictum ſe fuiſſe, a promulgatione dictæ Bullæ. Cum non uno Iuris loco ſtatuatur, ſitqve receptiſſima tum Theologorum, tum ICtorum omnium ſententia: *mandata Pontificum Principumqve exſeqvenda non eſſe, ſi veriſimile ſit, pravis ea ſuggeſtionibus fuiſſe obtenta, vel eorum executio ſine ſcandalo, manifeſta injuſtitia, aut alio gravi Reip. incommodo, fieri*

neqveat. Idqve locum habere intelligi, etiam post secundam jussionem; qvin imo tantisper, donec suam Sanctitatem de ejusmodi incommodis, iisve, qvæ falso suggesta prætenduntur, plene edoctam fuisse constiterit. Neqve deesse qvi Bullas Pontificias etiam in materia fidei & doctrinæ, licite suspendi posse, existiment. Ita sane expresse docere *Iohannem Driedonem*, Lovaniensem Doctorem, & moribus, & sacræ Theologiæ Professione insignem, teste Covarruvia *in Practicis Qvæstionibus*. In spem igitur certam induci, non ægre laturum Regem Hispaniæ, qvod huc usqve Bullæ promulgationem sustinuerit: qvin imo interposituram esse Regiam autoritatem suam apud Sedem Apostolicam, ut causa, qva nulla gravior, atqve inqvisitione dignior incidere potest, juste ac legitime cum omni integritate, & æqvanimitate discutiatur; utpote in qva vertatur honor & existimatio summi in Ecclesia Doctoris Augustini, occasione dictæ Bullæ, majori qvam ante hac unqvam temeritate impetitam; idqve in ea materia, in qva ipse tot Pontificum, Conciliorum, ac SS. Patrum testimonio, acceptas a Deo ingenii ac doctrinæ dotes potissimum exeruerit, deqve infestissimis Ecclesiæ hostibus triumphaverit. Agi præterea de nomine & fama doctissimi pariter ac sanctissimi Episcopi, qvi (cum hæreticorum acerrimus semper fuerit hostis ac debellator strenuus) tum publice tum privatim hæreseos aspergatur labe, unde magnum haut dubie dictæ Bullæ promulgatio-

ne, incredulorum hominum animi scandalum accepturi sint. Agi qvoqve de existimatione tot illustrium Prælatorum, ac celeberrimorum ubiqve Theologorum, qvi luculentissimis approbationibus, testimoniis & elogiis librum Iansenii dignum censuerint; qvosqve proinde difficile fuerit eandem hæreseos notam vel suspicionem omnino effugere. Agi porro de innumeris spectatæ probitatis & doctrinæ, cujuslibet Ordinis Religiosis, intempestiva & periculosa coactione adigendis, ut eum e manibus eripi sibi patiantur librum, in qvo certo existiment, vera se principia divini amoris, & Christianæ humilitatis, ex purissimis S. Scripturarum fontibus a D. Augustino hausta percepisse. Agi postremo de ipsius Sedis Apostolicæ Ecclesiæqve Catholicæ auctoritate & infallibilitate, majoribus, qvam unqvam antea, animis viribusqve ab Hæreticis impugnanda: cum eam promulgari, ac ubiqve recipi viderint Bullam, qva tot præclarissimi Catholicissimiqve Theologi persvasum omnino habent, gravissime lædi, ac tam acerba Iansenii proscriptione non posse non involvi doctrinam S. Augustini, a qvamplurimis olim Pontificibus, Conciliis, S. Patribus, & tota Ecclesia probatam & receptam. Et in his qvidem finit memorabile illud scriptum, cui titulus: *Rationes, ob qvas Illustrissimus Dominus Archiepiscopus Mechliniensis, Belgii Primas, a promulgatione Bullæ qva proscribitur Liber, cui titulus Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Augustinus, abstinuit, ex mandato*

Regio allegatæ ac Catholicæ Majestati exhibita. Et hæc qvidem scriptio ex Gallico in Latinum versa, tum alibi, tum Helmstadii, cura Herm. Cohringii recusa est anno CIↃIↃCXLIX. Nec minus etiam Pontifici ab Iansenii fautoribus exhibitus liber *Planctus Veritatis Augustinianæ in Belgio patientis* inscriptus: qvo enixe rogitarunt, ut prius qvam in Iansenium subscribere cogantur, de fide disceptetur, nec tum demum de re cognoscatur, cum de persona judicium constiterit, annexis tribus libellis, qvorum primus *fidei*; alter, *justitiæ*; tertius *charitatis* inscripti. Ac porro digna lectu est *Iohannis Gratiani*, Presbyteri *Qverela*, & *Appellatio ad futurum Concilium*, nomine B. Augustini instituta. At vero cum Rex Hispanus rebus suis nonnihil afflictis Pontificium favorem magnopere putaret expedire, eoqve cum damno etiam juris sui in promulgationem Bullæ Pontificiæ consensisset, nihilominus tamen Mechliniensis Præsulis, aliorumqve in Belgio auctoritas ita invaluit, ut *cognita Regis voluntate, Belgæ ad promulgationem qvidem Vrbanianæ Bullæ sed veteri ritu, salvo majorum more, & secundum regionis privilegia procederent, emisso insuper edicto Regis, qvo turbantibus publicam tranqvillitatem tam Clericis, qvam laicis condignæ pœnæ irrogantur.* Qvam rem tam ægre tulerunt Curiæ Romanæ Proceres, ut protestatione typis emissa, auctoritatem Regiam sugillare inde Pontificio Brevi tempestatem in Archiducem convertere non contenti, ipsum Belgii Primatem, & Seniorem ejus Coepiscopum, qvod non satis

acce-

accepta Romanis auribus admiſcuiſſent Bullæ, Romam in jus vocare, atqve ad cauſam dicendam, ſeveris, & antehac inauditis mandatis urgere non dubitaverint. Nec tamen Curiam Romanam doctrinæ Ianſenianæ negotium adeo momordit, qvam qvod Bulla Vrbaniana per ſingulas diœceſes, & nonniſi addito Regio placito promulgata eſſet: cum illa credi vellet, publicationem novarum Conſtitutionum Romæ ſi fieret in acie Campi Floræ, hanc ſolam ſufficere obligandis mortalibus. Is Curiæ inſolens conatus occaſionem dedit conſcribendis duobus longe doctisſimis Opuſculis, qvorum alteri titulus: *Defenſio Belgarum contra evocationes, & peregrina Judicia*: alteri, *Ius Belgarum circa Bullarum Pontificiarum receptionem*: ac utriusqve evulgationem debemus induſtriæ perſonati *Numæ Sedulii*. Etſi autem ſupra tam favores, qvam odia adverſus Ianſenianum Auguſtinum Gallicanos tetigimus, addi tamen meretur, qvod poſtqvam Bulla Pontificia in Gallias fuit miſſa, a Iulio Mazarinio Cardinali, electo Archiepiſcopo Metenſi, multisqve aliis Archiepiſcopis & Epiſcopis, obviis qvaſi ulnis fuerit recepta. Præter enim dictum Cardinalem, Epiſtolæ ad Innocentium X. Papam hoc nomine miſſæ ſubſcripſerunt, *Victor*, Turonenſis; *De Grignam*, Arelatenſis; *Henricus*, Burdegalenſis; *G. Daubuſſon*, Ebrodunenſis; *Franciſcus*, Rothomagenſis; *Petrus de Marca*, Toloſanus nominatus, Archiepiſcopi: *Leberon*, Valentinenſis & Dienſis; *Ægidius*, Ebroicenſis; *Anthymius Dionyſius*,

sius, Dolensis; *Petrus*, Montisalbanensis; *Antonius*, Grassensis & Venciensis; *P. de Brot*, Antisiodorensis; *Robertus*, Dolensis; *Henricus*, Redonensis; *Iacobus*, Tolonensis; *Felix*, Catalaunensis; *Dionysius*, Briocensis; *Henricus*, Aniciensis; *Ferdinandus*, Macloviensis; *Claudius*, Constantiensis; *Iacobus*, S. Flori; *Iacynthus* Arausiensis; *Harduinus*, Ruthenensis; *Philibertus Emanuel*, Cenomanensis; *Franciscus*, Glandevensis, Ambianensis nominatus; *Gabriel*, Abrincensis; *Iohannes*, Oloronensis, Abbas *de Servient*, Carcassonensis nominatus; Abbas *Tubeuf*, S. Pontii Tomeriarum nominatus, Episcopi. Ipsam Epistolam *Specimini Iansenismi* inseruit Iohannes Adamus Osiander. Cum insuper Episcopi Gallicani nullo lato de V. propositionibus Iansenio adscriptis judicio a Sede Rom, judicium poposcissent; ipsi Antistites hoc factum suum excusant anno CIƆIƆCLX. *eo qvod tunc temporis Synodus aut Conventus Generalis Cleri Gallicani haberi non potuisset, ac idcirco necesse fuisset, ad ejusmodi judicium recurrere.* Non multo post libertas Cleri Gallicani attentabatur in causa qvatuor Episcoporum, qvi accusabantur, ut minus obseqventes constitutioni Innocentii X. & Alexandri VII. circa V. propositiones in Iansenii causa nullo lato de qvinqve propositionibus Iansenio adscriptis judicio, aqve Sede Rom. judicium proposcerunt, Verum ipsi Antistites factum hoc suum anno CIƆIƆCLX. excusant, eo qvod tunc temporis Synodus aut Conventus Generalis Cleri

Cleri Gallicani, haberi non potuiſſet, & idcirco neceſſe fuiſſet ad ejusmodi judicium recurrere. Deinde vero iterum a Romanis attenta eſt libertas Epiſcoporum in cauſa qvatuor Epiſcoporum, qvi accuſabantur, ut minus obſeqventes Conſtitutioni Innocentii X. & Alex. VII. circa V. propoſitiones emisſæ. Tunc enim Rex Galliæ petiit ab Alexandro, ut XII. Epiſcopos in Gallia nominaret, qvi de IV. Epiſcopis, omni appellatione remota, judicarent. Reſponſum eſt a Romanis, mentem Pontificii fuiſſe, ut unum nominaret, vel ut executorem tantum judicii Romæ lati, in gratiam tamen Regis Chriſtianiſmi tres ab eo nominatos, ſed qvi ut meri executores agerent. Hanc reſponſionem indigne tulit Rex, cui deinceps Pontifex in ſpeciem voluit ſatisfacere novem Epiſcopis delegatis, qvi denuntiarent IV. Epiſcopis, ut infra duos menſes formulam in Ianſenium ſine addito ſubſcribendam proponerent, aut ſcirent ſe Eccleſiarum ſuarum ingreſſu interdicendos, & Epiſcopali auctoritate privandos. His inſuper addidit, nullam adverſus iſtos recuſationem licitam fore, permiſitqve ei, qvi inter Commiſſarios ſenior eſſet, ut in eorum locum, qvi nollent parere, alios ſurrogaret. Adverſus iſtud Iudicium, qvo manifeſte Epiſcoporum jura & libertas Eccleſiæ Gallicanæ violabantur, non modo reclamarunt IV. Epiſcopi, qvi encyclicam ea de re Epiſtolam ad alios Epiſcopos miſerunt; ſed & multi alii communem cauſam hanc cernentes, Alex. VII. factum indigne tulerunt, & poſt ad Clementem IX,

literas miserunt: in qvibus inter alia his utuntur verbis: *Absit, ut eis fides adbibeatur, qvi minus caute disseminant, Sanctitatem vestram novo & inusitato modo in eos acturam. Remota est hæc suspicio ab Episcopis Gallicanis, qvibus solenne est non nisi canonice judicari, & a Summis Pontificibus semper benignius excipi.* Iidem deinde in Epistola ad Regem disertius mentem suam aperiunt, & protestantur, Episcopos in prima instantia non posse ab aliis judicari, qvam a XII. Episcopis, non electis, sed e propriis Provinciis assumptis, Præside Metropolitano: qvi numerus Episcoporum si non reperiatur in provincia Episcopi, cujus agitur causa, advocandos esse vicinos. His expostulationibus Rex motus, egit cum Clemente IX ut judicio omisso ad Episcopos accusatos, a qvibus literas innocentiæ suæ testes acceperat, amice scriberet. Sed qvis finis foret, si omnes motus Iansenicos vellem recensere? Qvamobrem hic finio, & paucis adhuc moneo, *Iohannem Henricum Ottium*, Tigurinum anno CIↃIↃCLIII. Orationem *de Causa Ianseniticа una cum scholiis & indice præcipuorum librorum Ianseniticorum* Tiguri vulgasse. Et ille qvidem Index ex *Manuali Catholicorum* desumtus, & in *Libros Pietatis*, ac *Doctrinales*, divisus, in hæc finit verba: *Qvi reliqvos libros, ceteraqve opuscula habere voluerit, sibi eorundem Catalogum nuper typis excusum comparet.* Verum rectius fecisset Ottius, si addidisset, qvis Catalogi hujus auctor, aut, ubi fuisset impressus. Ex utraqve classe placet aliqvos repetere. Et ex priori,

Cardi-

Cardinalis Berullii Opera: P. Condranii Vitam: item *Ejusdem Epistolas: Abbatis a S. Cygirano Epistolas: Ejusdem familiarem Theologiam:* item, *Cor Novum: Pro eodem Apologiam quadripartitam.* Ex posteriori autem: *Reflexiones in Decretum Rom. Inqvisitionis: In idem Annotationes: S. Augustini discipulorum Defensionem adversus Concionem P. Bernace: Iansenitarum Responsionem ad Sermonem Brisacerii, qvem Blæsis habuit XXIX. Martii anno* CIƆIƆCLI. *Considerationes in Epistolam Episcopi Vabrincensis: Difficultates super Bulla Vrbani VIII. Veritates Academicas cum Apologiis pro Academia Parisiensi: Planctum Veritatis Augustinianæ: Libellum supplicem Nepotis Iansenii.* Præterea aliqvoties laudat *Apologiam I. pro Iansenio, contra tres sermones Haberti,* Paris. anno CIƆIƆCXLII. & XLIII habitos, editam anno XLIV. Adhæc Philippus Labbeus πολύγραφος ille Iesuita, edidit *Bibliothecam Anti-Iansenianam,* sive, *Catalogum* (ut ipse vult) *piorum eruditorumqve Scriptorum, qvi Cornelii Iansenii Iprensis, & Iansenianorum hæreses, errores, ineptiasqve oppugnarunt, cum præludiis Historiæ, & cribratione farraginis Iansenisticæ, sive Catalogo librorum aliqvot editorum a Iansenianis.* (a) Qvod scriptum ab Auctore in *Bibliotheca Bibliothecarum* (b) citatum, si in manus venisset meas, majorem forte lucem præcedenti tractationi affudisset.

(a) Paris. 1654. (b) pag. 211.

SECTIO XXXIX.

ICONOLATRÆ.

ICONOCLASTÆ, ICONOMACHI.

Sicuti cultus Imaginum (unde *Iconolatrarum* nomen) innumeris malis portam aperuit; ita qvoqve magna earundem fuga atqve abominatio, in fracturas intempestivas atqve seditiosas erumpens, (ex qvo *Iconoclastarum* & *Iconomachorum* denominatio) innumeros in Ecclesia excitavit motus. Iam mihi non est animus, Historiam Imaginum Ecclesiasticam tradere (hoc enim esset vel noctuas Athenas deferre, vel Iliada post Homerum scribere) interim, ne lector, cui hactenus non qvidem historica notitia fecimus satis, qvadantenus tamen prodesse studuimus, qvalemcunqve nostram desideret industriam, ecce epitomam qvandam *Historiæ*, ut ita loqvar *Imaginariæ* afferre decrevimus. Ante omnia autem certum esse reor, atqve indubitatum, per qvatuor priora a nato CHRISTO secula tantum abfuisse a Christianis, ut Imagines venerarentur, atqve colerent, ut ne habendas qvidem censerent: præcipua ratione usis; qvod Gentiles imagines suas, religioso cultu afficerent. Vnde Clemens Alexandrinus lib. VI. Stromatum: *Nobis nullum est simulacrum in mundo: qvoniam in rebus genitis nihil potest Dei referre imaginem.* Et in Parænetico: *Nobis aperte vetitum est artem fallacem exercere. Scriptum enim est: Non facies cujusvis rei similitudinem.* Item: *Nobis non est imago sensilis, de materia sensili, sed, qvæ percipi-*

tur

tur intelligentia. Deus enim qvi solus verus est Deus, intellectu percipitur, non sensu. Sic Origenes lib. VII. contra Celsum: *Nos Deum & unigenitum ejus Filium agnoscimus, & Sanctos etiam: sed dicimus, fieri non posse, ut Deum qvis norit, & simulacris ut supplicet, Nec solum statuis supplicare vesanum est; sed vel hoc ipsum dissimulare. Nos vero simulachra non veneramur, ne vel in eam incidamus opinionem, qva imagines istas aliqvos esse Deos putemus.* Et, ut rem in summam contrahamus, ex universa Historia Ecclesiastica veteri constat, usqve fere ad B Hieronymi ætatem, in templis nullam fuisse Imaginem, nec pictam, nec fusam, nec sculptam, nec textam, ac ne ipsius CHRISTI qvidem. Et ne Constantini qvidem Magni tempore, qvi tamen multis pretiosis anathematis & donariis, ex auro, argento, & gemmis templa fecit exornari, imagines in templa recepisse legitur. Scio qvidem hic opponi Imagines Salvatoris nostri I. Edessenam, Abgaro Regi ab ipso IESV missam. II. Veronicæ sudario, III. CHRISTI sepulchrali sindoni; ac IV. itidem sudario capitis, prodigiose impressas. Verum & jam pridem a doctissimis viris est ostensum, demonstratumqve, omnia hæc & singula in fabulis cubare, certe maxime dubia & incerta esse. Interim Iohannes Floyrus, Cantabrigiensis *Syntagma* edidit *de Imaginibus non manu factis, deqve aliis a S. Luca pictis.* Et *Iob. Giachetus* Iconologiam *de Imagine CHRISTI ad Regem Abgarum missa*, Romæ CIↃIↃCXXVIII. Ceterum Edessena illa imago CHRISTI

De Imaginibus CHRISTI.

Ioh. Floyrus.

Ioh. Giachetus.

STI qvam maxime occupavit animus, eo qvod Eusebius ad chartas Edessenorum publicas Syriace provocat, aperteqve confitetur, ex iis omnia verbotenus translata, duas præsertim, qvas ne vocula mutata præmiserat Epistolas, uti ex Archivis, habebantur. Vnde Wilhelmus Cave initio *Historiæ Literariæ Scriptorum Ecclesiasticorum* omnem movet lapidem, ut Edessenis hisce chartis fidem certissimam conciliet. Qva de re serram contentionis cum eo reciprocare nolim, cum præsertim in universum hoc *de Imaginibus CHRISTI* argumentum doctissime inqvisiverit (a) Vir πολυμαθέστατος, magnusqve amicus noster *Iohannes Reiskius*, Scholæ Wolffenbüttelanæ Rector summe meritus. Fac autem (qvod nondum plane evictum) has atqve alias Imagines recte se habere; non tamen, qvod inde Pontificii volunt exsculpere, seqvitur, religiosa veneratione fuisse affectas: qvæ iconolatria diu post cœpit, cumqve jam perversa dogmata Pontificia alia in nervum erumperent, etiam hoc caput suum exseruit. Seculo IV. inclinante, qvintoqve inchoante, temporibus Gregorii Episcopi Nysseni, & Paulini Nolani, cœpit usus Imaginum in templis Christianorum freqventari, non tamen nisi *historicus* ad instructionem, vel rerum memoriam conservandam, vel *politicus* ad ornatum, & μιμητικὸς, qvo

(a) Primum Dispp. Ienæ in cathedra Philosophica an. habitis, 1671. 1672. post cum hoc titulo *Exercitationes Historicæ de Imaginibus CHRISTI, qvotqvot vulgo circumferuntur, revisæ, interpolatæ figuris æneis, & multis accessionibus auctæ*, Ienæ 1685. editis.

qvo Gentiles imaginibus & ſimulacris aſſvetos facilius ad Chriſtianam fidem inducerent: qvo tamen ipſo, fateor, rationem antea allatam de abominatione imaginum paganarum viſi ſunt infringere.

Sed poſt illa graviſſima contentio, imo potius acerbisſima dimicatio pro cultu imaginum, verum & contra eum, ac ipſas deniqve imagines ita inter ſe Eccleſiam Occidentalem ac Orientalem commiſit, ut poſt tot horrenda mala flebile ſchiſma exoriretur. Dum enim Philippicus Imp circa an IↃCCXIII. illorum Patrum imagines qvi VI. Concilio Oecumenico Conſtantinopoli habito adfuerant, ex magna S. Sophiæ Eccleſia removit, eo ipſo livorem adverſus hoc Concilium haud obſcure prodidit: ſiqvidem vulgo pro Monotheleta haberetur. Philippico, tertio regiminis anno in convivio oppreſſo & excæcato, Arthemius, eoqve in monaſterium detruſo, Theodoſius Adramyttenus ſucceſſit: ſed qvi per Leonem Iſaurum cognomento Conona in monachum tonſus, imperio exutus eſt. Hic Leo non modo cultum ac venerationem imaginum ſumme improbabat, ſed & eo deveniebat, ut imaginum uſum ſub graviſſimis pœnis tolleret, ac verum ageret iconomachum. Id bilem concitavit in naſum Gregorio III. Pontificis, ut non dubitaret Leonem Imperatorem ac Dominum ſuum excommunicare: inqve Synodo Romana anno IↃCCXXXII. definivit, imagines magna veneratione in templis colendas. Id qvod Romanis Pontificibus opportunitatem dedit excutiendi jugum Orienta-

entalis Imperii : *fecitqve recedere totam Italiam a potestate Leonis haresiarcha ob depositionem imaginum:* Leo Iconomachus. qvæ verba sunt Martini Poloni. Leo his extremum exacerbatus, omnes illos,qvi in causa Imaginum cum Romanis faciebant, duriter tractabat, multis in exilium pulsis, aliqvibus etiam occisis: donec illud in imagines odium cum vita deponeret anno IↃCCXLI. Verum Patris vestigiis gnaviter insistebat Constantinus, cui fœdum hostes cognomen, aut convitium po- Constant. Copronymus. tius, in *Copronymo* dedere. Et vero hunc Imperatorem Latini Historici fere omnes & singuli tam diris incessunt convitiis,ut nihil supra: cum tamen si non omnia, pleraqve tamen ex odio iconomachiæ ejus nata, atqve adeo multa conficta crediderim. Qvamqvam si Zonaræ credimus, non tam iconomachiam urserit, qvam Synodo an. IↃCCLIV. cultum imaginum prohibuerit. Iam huic Synodo Stephanus III. Romanam opposuit: cujus *Acta* disperiisse, qveritur Baronius Synodus Rom. iconolatrica. ad annum IↃCCLIV. Durabat hæc digladiatio ad tempora Irenes, Leonis IV. viduæ tutorio Filii nomine imperantis. Hæc, ut Occidentalium novos aucuparetur favores, anno IↃCCLXXXVI. Synodum Constantinopoli habuit Imaginibus amicissimam sed qvæ ab adversariis, qvorum innumeri in Oriente erant, per seditionem turbaretur ac tolleretur. Verum cum anno proximo Niceæ novam indixisset Synodum, tam callide omnia disposuit, ut nemo ei auderet obsistere. Atqve hoc illud est Concilium Nicænum II. Concil. Nic. II. de qvo tantopere triumphare solent Pontificii, a nobis

bis tamen & Reformatis, tam solide refutati, ut mirum sit crambem toties coctam, toties tamen recoqvi. Acta hujus Concilii Tomo XVIII. & XIX. Parisiensis splendidæ editionis comparent. Ex illo tempore non itum, sed præcipitanter ac festinanter in venerationem ac cultum Imaginum, ut in idololatriam tot artibus, fraudibus & imposturis incrustatam erumperet, nec in præsenti desinat Ecclesia Romana hæc palliare, atqve defendere, imo adversarios eo qvoqve nomine perseqvi. Ceterum uti jure meritoqve *Iconolatriam* illam damnamus, atqve rejicimus; ita non possumus non damnare Anabaptisticum illum in abjiciendis, confringendis, incendendisqve imaginibus furorem: qvi superiori nostroqve seculo qvam maxime qvidem in Belgio, sed & in Germania passim ita se exeruit, ut nisi a magistratibus severe fuisset coercitus, πανολεθρίας alicubi inducere potuisset. Qvorum motuum Historiam nescio an aliqvis separato volumine exposuerit: & facile crediderim, multa adhuc in tabulariis sanctioribus recondita, docti cujusdam ac prudentis scriptoris sollicitam exspectare operam.

Anabaptistarum contra Imagines furor improbatur.

Qvod reliqvum est, hic qvasi per saturam enumerabo Scriptores partem hanc Historiæ variis libris illustrantes explicantes, ac partim deniqve confutantes. Ex his primo loco succurrit *Melchior Goldastus*, Haimensfeldius, supra sæpius a nobis laudatus, ac commendatus. Hic enim Francofurti anno CIↃIↃCVIII. edi fecit, *Imperialia Decreta de Cultu Imaginum in u-*

Scriptores varii de Imaginibus.

M. Goldastus.

 troqve

troque Imperio, tam Orientis quam Occidentis promulgata, ac Notis illustrata. Quia vero scriptum hoc non est ubivis obvium, *Summam Decretorum* afferam. I. *Theodosii II. & Valentiniani III. Impp. Constitutio de Imagine Crucis non ponenda humi anno* CCCCXXVII. II. *Philippici Bardanæ Imp. Edictum de tollendis Imaginibus:* anno IↃCCXIII. III. *Synodus Nacoliana super edicto Gizidi, Arabum Principis, de tollendis Imaginibus:* anno IↃCCXXVI. IV. *Leonis III. Isauri Imp. Edictum de Imaginibus tollendis:* eodem anno. V. *Constantini VI. Caballini Imp. Edictum de tollendis Imaginibus:* anno IↃCCXLI. VI. *Synodus Constantinopolitana VII. Oecumenica, adversus Cultum Imaginum, celebrata ab eodem Imperatore, & Leone filio:* anno IↃCCLIV. VII. *Synodus Gentiliacensis, celebrata a Pipino Rege, de Sanctissima Trinitate, & Cultu Imaginum:* anno IↃCCLXVI. VIII. *Christophori, & Nicephori, Cæsarum, Edictum, de non adorandis Imaginibus:* anno IↃCCLXXV. IX. *Leonis IV. Imp. Sanctio de non adorandis Imaginibus:* anno IↃCCLXXX. X. *Synodus Francofordiensis contra Heresin Felicianam, & Cultum Imaginum celebrata a Carolo Magno Imp.* anno IↃCCXCIV. (a) XI. *Caroli Magni Imp. Capitulare de non adorandis Imaginibus* anno IↃCCXCIV. XII. *Nicephori I. Genicis, & Stauratii Imperatorum Edictum, de non adorandis Imaginibus:* anno IↃCCCIX. XIII. *Michaelis I. Curopalatæ, & Theophylacti Imperatorum Edictum, de Manichæis, & Sergiatis, & Cultu Imaginum:* anno IↃCCCXI. XIV. *Leonis*

(a) Anachronismus aliquot annorum in Caroli M. Imperio.

nis V. Armeni Imp. Edictum, de abrogandis Imaginibus: *anno* ɪↄcccxɪv. XV. *Michaelis II. Balbi edictum, de Pace Religionis, & non persequendis Iconolatris: anno* ɪↄccccxxɪ. XVI. *Ejusdem & Theophili Impp. Epistola ad Ludovicum Pium Imp. Rom. de non adorandis Imaginibus: anno* ɪↄccccxxɪv. XVII. *Synodus Parisiensis habita a Ludovico Pio, & Lothario Imperatoribus de cultu Imaginum: anno* ɪↄccccxxv. XIIX. *Michaelis II. Balbi & Theophili Impp. Edictum, de non adorandis Imaginibus & sanctorum reliquiis: anno* ɪↄccccxxɪx. XIX. *Theophili Imp. Edictum de inquirendis & puniendis Iconolatris: an.* ɪↄccccxxx. XX. *Ejusdem Imp. Edictum, de non adorandis, neque pingendis Imaginibus: anno* ɪↄccccxxxɪɪ. XXI. *Ludovici I. Pii Imp. Rom. Excerptum de cultu Imaginum, ex Claudii Taurinensis Episcopi Apologetico.* XXII. *Bardæ Curopalatæ Cæsaris, & Synodi Constantinopolitanæ Decretum de erigendis, sed non adorandis imaginibus: anno* ɪↄccccʟxɪ. XXIII. *Michaelis III. Porphyrogeniti Imp. Constitutio de non adorandis Imaginibus: anno* ɪↄccccʟxvɪ. Porro Orientalium *Epistolam Synodicam ad Theophilum Imp. de cultu Sanctarum Imaginum: Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani Dissertationem cum Leone Armeno de Cultu sanctarum Imaginum* edidit Franciscus Combefis. *Aliqvot de Imaginibus scripta confessa a Combefisio edita.* (a) Ioh Damasceni *Oratio Demonstrativa*, de sacris *Imaginibus, ad Christianos omnes, adversus Imp. Constantinum Caballinum, ac Hæreticos universos*, exstat in Auctario Græco-Latino Bibliothecæ Patrum a Combefi- *Ioh Damasceni.*

Oooooo 2

(a) Paris. 1664.

Ionas Aurelianensis. beßisio publicato. Ionæ Aurelianensis *libri tres, adversus libellum Claudii Taurinensis Episcopi, pro Defensione sanctarum Imaginum, signi sacratissimæ Crucis, ac Peregrinationum ad loca sancta,* habentur in *Hæresiologia, Orthodoxographis, Bibliothecis Patrum,* & seorsim editi Coloniæ, Antverpiæ, ac alibi. Reliqvos scriptores juxta seriem alphabeticam enumerabimus.

Mos. Amyraldus. Moses Amyraldus, *parte III. Dispp. Salmuriensium. Fr. Balduinus.* *Fridericus Balduinus,* Theolog Nostras, Germanice. *Ren. Benedictus.* *Renatus Benedictus*, Gallice, sed & in Belgicum idioma translatus. (a) *B. Cellarius.* *Balthasar Cellarius,* Theol. Helmstad. in *Examine Controversiarum Aug. Confessionis cum Pontificiis Disp. XV.* *I. C. Dannhauerus.* *Ioh. Conr. Danhaueri* Iconothetes *Christianus adiaphorus, seqvester inter idoloplasten Tridentinum, & Iconoclasten Mahumetico-Puritanum.*(b) *Ioh. Dallæi.* Iohannes Dallæi de *Imaginibus libri IV.* magna cum cura elaborati.(c) *Christ. Dreierus.* Christianus Dreierus, Theologus Regiomontanus, *in Controversiis cum Pontificiis præcipuis: Disp. XXX. seqq.* *Iac. Gretserus.* Iacobus *Gretserus* de *Imaginibus non manu factis.*(d) *Rob. Gvettin.* *Robertus Gvettin,* (e) *Ioh. Henichius.* *Iohannes Henichius,* Theologus Rhintcliensis. (f) *Erh. Lauterbachius.* *Erhardus Lauterbachius* (g) *I. Macarius.* *Iohannes Macarius* de *Picturis & Sculpturis sacris antiqvioribus, præsertim quæ Romæ reperiuntur:* cui titulus *Hagioglypta.* *Ph. Marbach.* Philippi *Marbachii* Assertio *de Cruce & Usu Imaginum* contra Costerum. (h) *Ioh. Molanus.* Iohannes *Molanus* de *Picturis & Imagini-*

(a) 1567. (b) Argent. 1665. (c) Lugd. Bat. 1642. & post aliqvoties recusi. (d) Parif. 1627. (e) VVittius *Diar Biogr. an.* 1630. 13. *Ian.* (f) Singulari Dissertat. Rhintelii impressa. (g) Lipf. 1660. (h) Argent. 1603.

ginibus sacris, liber unus. (a) item: *de Sanctarum Imaginum, & Picturarum usu & abusu.* (b) *Petrus Molinaeus* Tomo I. *Disp. Sedanensium* (c) *Gabriel Palaeotus*, Cardinalis *de imaginibus sacris & profanis libri V.* (d) *Petri Picherelli* Dissertatio *de Imaginibus, habita ad Fanum Germani, coram Regina Matre anno* CIↃIↃCLXII. habetur in ejus *Opusculis Theologicis.* (e) Iohannis *a Porta* Massa *Iconoclastarum, sive, de vero usu sacrarum Imaginum* (f) Nicolaus Sanderus (g) Carolus Scribanius *de Imaginum Cultu. Fridericus Schenck*, a Tautenburg, ultimus Episcopus Vltrajectinus *de vetustissimo Sacrarum Imaginum usu in Ecclesia Catholica* (h) Ioh. Schröderi, Theol. & Ecclesiasticae Norimb. Ἀπόδειξις *Theolog. gemina, de Imaginibus ad habendum, sed non ad colendum Christiano populo concessis.* (i) Friderici Spanhemii *Historia Imaginum Restituta, praecipue adversus Gallos Scriptores nuperos, Lud. Mainburg, & Nat. Alexandrum.* (k) Theodori *Thummii* Sculcetus *Iconoclastes*: hoc est, *Demonstratio, in qva contra Abrahamum Sculcetum, imaginum factura earumqve usus in templis historicus ex verbo Dei, & pia antiqvitate tractatur.* (l) Gisberti Voetii *Qvaestio Status inficialis de adoratione Imaginum*, exstat *Tomo III. Dispp. Selectarum num. LIX.* Caspar *Waserus* de *Imaginibus*. Vitus *Wolfrum* de *Imaginibus* eorumq; abusu & usu. (m)

P. Molinaeus. Gab. Palaeotus. Pet. Picherellus. Ioh. a Porta Massa. Nic. Sanderus. Frid. Schenck. I. Schröderus. Frid. Spanhemius. Theod. Thummius. Gisb. Voetius.

[a] Lovan. 1570. [b] Lugd. 1619. Lovan 1594. Antverp. 1617. [c] pag. 262.-292. [d] Ingolst. 1594. [e] Lugd. Batav 1629. [f] Antv. 1591. [g] Lovan 1569. [h] Antv. 1567. [i] Schvvinf. 1606. [k] Lugd. Bat. 1686. Confer Acta Lips. an. 1687. p. 668. [l] Tubing. 1621. [m] Lips. 1607.

SECTIO XL.

LABADISTÆ.

Nova plane hæc est hæresis, nostra memoria nata, sed, & ceu spero, si nondum exstincta plane, non multum tamen ab occasu remota. Auctor ejus est *Iohannes de la Badie*, Gallus Gasco, patre natus viro militari. XVII. ætatis anno Iesuitico Ordini nomen dedit, eorumqve informatione per duodecim usus est. Verum cum cœlestes revelationes & colloqvia cum Sanctis temere creparet, Superiores sodalitate eum excludere voluerunt: ac ob id literas Romam deferendas ei crediderunt. Hic cum fraudem olfaceret, declinavit illud iter, ac tandem multis precibus impetravit, ut aliorsum se reciperet. In patria amico familiarius exposuit desiderium de deserendo Ordine, novumqve Evangelium prædicando. Re detecta, ad tribunal (Parlamentum) Burdegalense citatus, Genevam aufugit, ac mox Parisios, ubi socium nactus est Exlesuitam Abillanium Hic Episcopo cuidam innotuit, qvi eum claustrorum seqvioris sexus inspectorem constituit: sed in qvo munere tam levitate sermonis & morum, qvam heterodoxis dogmatibus naturam ad res novas pronam ostendit: unde pœnis debitis destinatus, Montem Regalem (a) & ad Episcopum Tolosanum se recepit, qvi eum publico Ecclesiastico muneri præfecit. Præterea denuo inspectione vicinorum monasteriorum mactus, cum

Summa Vitæ IOH. DE LA BADIE.

&

(a) Mont-Royal.

& doctrina, & vitæ innocentia suis se debuisset probare, in Adamitarum ac Libertinorum insaniam devolutum ferunt, sic ut monialibus auctorem velint fuisse, abjectis vestibus (qvod & ipsum factitasse, ajunt) sermones suos audire. Anno CIↃIↃCL. qvam prompte se Carmelitis insinuavit, tam facile hi erronea ejus dogmata, præcipue Chiliastica, deprehenderunt, ut fuga salutem sibi necessum haberet consulere. Qvod igitur nulla amplius inter Pontificios pro eo securitas, relicta hac religione, Montalbani publice Reformatam professus, post biennium Ministrum Ecclesiæ agere cœpit, idqve in qvinqvennium. Qvia tamen cum Collegis parum concordaret, ac præter Chiliastica, alia etiam spargeret heterodoxa, ad tribunal regium citatur Hic autem Arausionem se recipere, ac pristinum virus evomere. Mirum igitur qvi anno CIↃIↃCLX. Genevam in Ministerium Ecclesiasticum vocaretur: ubi tamen rariori eloqventia ac dicendi ἐνεργείᾳ itemqve magna vitæ moderatione, insignem nominis famam collegit, nisi qvod nonnulli orationes ejus paulo acerbiores haut visi sint perferre. Vidit, audivit, sed & semel tum temporis cum eo locutus est *Spenerus Noster*, ejusqve zelum non potuit non probare. (a) Anno CIↃIↃCLXVI. Middelburgi in Zelandia Ecclesiastes constituitur, non sine voto suo, verum parvo auditorum fructu, qvorum animos Novatianorum, Donatistarum, aliorum veterum novorumqve hæreticorum erroribus occupa-

[a] Vide Speneri *Epistolam ad aliqvot Theologos de Collegiis Pietatis* Germ. editam.

cupabat. Sæpicule interim Amstelodamum, Vltrajectum, Lugdunum, Harlemum, Roterodamun excurrebat, ubiqve vel sectam suam instituens, vel modis omnibus augens. Ob id ad Synodum vocatus, comparere noluit, diserte professus, mori se malle, qvam Reformatæ Religionis Confessioni subscribere. Igitur ab officio remotus, indignus etiam habebatur, qvi adS. Eucharistiam admitteretur. Ceterum insuper habitis decretis, conventicula instituit Middelburgi in qvibus, qvam diu parturiverat, bonorum communionem multis svasit persvasitqve: ut tandem & hic solum vertere, ac Amstelodamum abire compelleretur. Hic autem mirifice ad eum confluxit populus novitatis cupidus, invectivas in Professores ac Prædicatores, aliaqve talia avide excipiens, ac passim disseminans. Hinc iterum ad Synodum vocatus, anno CIƆIƆCLXX. Bremam evasit, ac non multo post Hervordam in Westphalia, ubi sub tutela Elisabethæ Palatinæ Abbatissæ cum manipulo sectæ aliqvot annos degit securius, ac inter alia emisit *Declarationem purioris doctrinæ ac sanæ fidei.* Iohannis de Labadie, Petri d Yvon, Petri de Lignon, *Pastorum*, Henrici & Petri Sluterorum, *Prædicatorum, cum multis aliis Hervordiæ congregatis, non modo in doctrina, sed & in vita novam Reformatam Ecclesiam constituendi.* Qvæ Declaratio anno proximo cum titulo *Veritas sui Vindex*, recusa. Verum Rev. Ministerio & Ampliss. Senatu evigilantibus, res tandem ad S. Cæs. Maj defertur: unde Abbatissa hominem dimittere jussa est. Sic abiit cum sociennis

Alte-

Altenaviam; ubi per aliqvot annos nidulificatus, non ſuos modo in erroribus confirmavit, ſed & novos plures decepit, donec anno CIↃIↃCLXXIV. vitam cum morte commutaret. Miraculo res viſa fuit propior, qvod ab eo ſe decipi paſſa ſit. Vindex Veritas ſui recuſa eſt, fœminini ſexus dictis & doctrinis prope infinitis inſtructa: qvippe qvæ etiam gaudium ſuum celare non potens Ευκληρίαν edidit in lucem, ſeu *Melioris partis electionem, Tractatum brevem vitæ ejus declarationem exhibens:* qvaſi nunc demum portionem delegiſſet optimam conteſtata: Qvod ſcriptum tamen Iohannes Gabriel Drechslerus docte ac ſolide confutavit. Dogmata Labadiſtarum multa qvidem ſunt ac varia, qvam maxime tamen eminet inter illa veterum Donatiſtarum hæreſis, qvi tam ab univerſa Eccleſia Chriſtiana, qvam particularibus, in qvibus degebant, ſe ſeparantes, ſuam ſolam, puram & immaculatam perhibebant: in qvo tamen toto errabant cœlo: ſicuti ſupra in *Hiſtoria Donatiſmi* oſtenſum. Ceterum in tempore Labadiſmo ſe oppoſuerunt *D. Iohannes Hundius*, Electoralis Brandenburgo-Cliveniſis Concionator Aulicus (a) *D. Adrianus Pauli*, Prof. & Miniſter Eccleſiæ Hammonæ in Comitatu Marckano: (b) & *ſex Scoti Paſtores in Hollandia exules:* qvibus tamen Labadiſtæ in dicta *Veritatis ſui Vindice* reſpondere conati ſunt. (c) Porro con-

(a) Titulus libri hic eſt: Gutachten von der Declarations-Schrifft. Ioh. de la Badie. (b) Im Schrifftmäſſigen Bedencken von der Declaration Ioh. de la Badie. (c) Integer libri Titulus hic eſt: *Veritas ſui Vindex, ſeu ſolennis fidei declaratio Ioh. de la*

contra sectam & principem ejus calamum strinxere, *D. Andreas Essenius*, Prof. & Ecclesiastes Ultrajectinus: *Antonius de la Marque, de Causis quæ ipsum permoverunt Iohannis de la Badie societatem deserendi:* Hollandice scriptum; *Christianus Nifanius*, Dithmarsus, Superintendens Bilefeldianus & Consil. Ecclesiasticus Ravensbergensis: cujus habemus *Mataeologiam Labadianam* (a) jam supra etiam laudatam. D. Abrahamus *Calovius*, de *Labadismo Disputationem* habuit; ac porro D. Ioh Fridericus Maierus, Mataeologiam Labadianam emisit, in qua inter alia *Syllabus variorum librorum Ioh. de la Badie, & Sociennorum* exstat.

de la Badie, Petri Yvon, Petri du Lignon, Pastorum, & suæ & integræ Ecclesiæ, cui ministrant, quamque secundum Deum dirigunt, nomine jam ante edita nunc vero aucta, asserta atque confirmata, atque ab objectionibus D. Hundii, D. Pauli, & sex Scotorum Concionatorum in Hollandia exulum plene sufficienterque vindicata. Præfixa Protestatione Ioh de la Badie, multo quam ante auctiore. [a] Titulus integer hic est: *Mataeologia Labadiana*, das ist: Wiederholtes und vermehrtes Bedencken/ was nach Anweisung der Heil. Göttl. Schrifft und Gottseeligen Antiquität/ wie auch der gemeinen Evangelisch-Lutherischen/ Reformirten und Römisch Catholischen Lehre von der Religion, Lehr und Leben Iohannis de Labadie, Petri Yvon, Petri du Lignon, Henrici und Petri Schlüter/ neben unterschiedlich andern in der Graffschafft Ravensberg bishero / nunmehro aber in Altena Königl. Dennemärckischen Gebiets Versamleten/ umb daselbst/ dem Fürgeben nach/ nicht nur allein in der Lehr/ sondern auch im Leben und Wandel wahre Reformirte Kirchen zu machen / zuhalten sey. Cum Exercitatione præliminari de Donatismo, & auctario. Mindæ 1673.

SECTIO XLI.

MACEDONIANI.

Hi nomen acceperunt a MACEDONIO, qui secu-

ſeculo IV. plumariam factitans artem erroneis ſuis dogmatibus Divinitatem S. Spiritus impugnantibus, cœpit inclareſcere. Poſtea qvam vero Arianis accedens partibus, defuncto Euſebio Emiſſeno, atqve Paulo, juſſu Conſtantii Imp. Eccleſia ſimul & urbe pulſo, per Philippum Imp. præfectum, Epiſcopus Conſtantinopolitanus eſt conſtitutus: qvæ res miros apud Orthodoxos dolores contraheret, ſicut etiam plebs promiſcua ipſi reſiſteret: ac milites plebem violenter aggrederentur, & tria hominum millia ac centum & qvinqvaginta triſtiſſimo exemplo occumberent. Qvod tamen inſuper-habuit Macedonius & qvaſi ad ſe pertineret minime; officium ſuum adminiſtrans. Imperator cum cognoviſſet, absqve Ejus præſcitu atqve ſuffragio, Macedonium ſolenni Ordinationis ritu Eccleſiæ ſuæ eſſe præfectum magnamqve cauſam populi disſidiis cædibusqve præbuiſſe, graviter ipſi ſuccenſuit. At enim cum Macedonius Eccleſiam Conſtantinopolitanam occupaſſet, multum ſibi tribuit auctoritatis ut Tyrannum potius, qvam Epiſcopum agere videretur. Et fovit hanc impietatem proh dolor! Conſtantius Imp. ac impune ipſi permiſit omnia, qvæcunqve animo colliberent. Factum inde, ut ædificiis ſacris violentas inferrent manus, eaqve nefarie devaſtarent. Atqve hæc omnia Imperatoris ſtudio ac conſultu peragebantur, legem inſuper promulgavit, ac militarem cohortem urbibus immiſit, ut Macedonium audirent, ejusqve doctrinam ſectarentur. Crebris accuſationibus ac

 hor-

horrendis minis excipiebantur omnes, qvi Paulo adhærebant, nec Macedonio cupiebant placere, summaqve vi ad cultum & communionem adigebantur. Pellebantur exilio, alii domibus, alii multabantur exilio, alii vitæ periculo expositi plagis affecti, tormentorum vim experti sunt: uti hæc latius describunt Socrates *l. II. c. XXVII.* Sozomenus *lib. IV. c. II.* Vnde vero perqvam videtur esse simile, qvod Paulo, qvem sede sua ejecerat, Cucusi laqveum injici curaverit, eumqve vita privarit, uti patet ex Sozomeno *lib. IV. c. II.* Ea tamen erat hominis indoles, ut gloriam qvovis sibi compararet modo, dignitatemqve Episcopalem vita factisqve exornaret. Qvapropter Eleusium Cyzici ordinavit Episcopum, ac Nicomediæ Marathonium, qvi Diaconus primum sub Macedonio fuerat: sed qvi geminis artibus dein se Macedonianos ostenderunt. Ipse vero Macedonius in demortuorum corpora sævire incipiens, ac Constantini Magni reliqvias ex Apostolorum templo in aliud qvoddam, ubi Acacii Martyris corpus conditum, transferret. Qvod institutum multorum invidiam ipsi concitavit, magnamqve Ecclesiæ plagam intulit. *Tanta enim hominum cædes facta est* (qvæ verba sunt Henr. Valesii) *ut Ecclesiæ illius atrium sanguine compleretur. Puteus qvoqve, qvi erat in atrio, cruore redundaret, & sangvis in conjunctam porticum efflueret usqve ad ipsam plateam.* Episcopatus igitur ipsi ademtus erat, pristinamqve Cæsaris gratiam amisit. Qvæ res tam misere affecit hominem, ut non nisi de

novis

novis rebus perdius ac pernox cogitaret. Misit ergo ad Socios epistolam, rogavitqve Sophronium & Eleusium, ut datæ fidei promissiqve memores eandem tenerent doctrinam, semperqve defenderent, qvæ Antiochiæ primum tradita, ac Seleuciæ demum confirmata. Qvæ res cecidit qvoqve ex animi sententia, ac brevi eo est deducta, ut multi hominum adjungerentur Macedonio, ejusqve placita approbarent, ut apertius deinde Macedonianorum nomen invalesceret. Ceterum uti Arianis primum videretur favere, ita mox in Semi-Arianorum castra se recepit, hoc tamen novum procudens dogma, qvod Deitatem S. Spiritus impugnaret, creaturam eum esse, ac famulum seu ministrum Dei blasphemo ore effutiret. Hinc Eleusium atqve Eustathium multosqve alios permovit, ut hanc sententiam impigre defenderent. Qvid? qvod magnam ad se traxerit partem populi qvæ Constantinopolin, Thraciam, Bithyniam, Hellespontum, finitimasqve provincias incolebant. Inter hos præcipuus dux erat Marathonius qvidam, qvi postqvam multas in bello sibi comparaverat divitias, pauperum conventus cura studioqve suo sublevavit. Postea demum Eustathii consilio factus monachus, sedulo opibus juxta ac industria allaboravit, ut doctrinæ hujus ratio omnibus constaret. Qvod igitur tantopere cresceret Macedonianorum numerus Concilia variis in locis instituta sunt. Qvibus ut interessent omnes, qvi apud Seleuciam cum illis egerant, solenni publicoqve jusserunt

Marathonius inter Macedonianos potens.

Concilia pro Macedonianis habita.

edicto. Damnarunt vero in iisdem Acacianos, qvi libere ab iis dissentiebant, fidemqve suam, neglectis Ariminensis Concilii statutis, Antiochiæ primum expositam, ac Seleuciæ demum recitatam corroborarunt. Idem qvoqve Lampsaci fecerunt, qvæ in sinu Hellesponti sita, ubi convenientes fortiter contra Ariminensem fidem ejusqve doctores pugnarunt. Synadæ pariter, qvæ Phrygiæ Pacatianæ urbs est, floruisse eos memoratur, Arcadio primum, ac Theodosio haud incognitos.

Macedoniani ad Liberium Papam se conferunt.

Interim Liberium Papam nonnulli compellare volentes, ejusqve auxilium implorarunt, addito simul fidei libello, ac professione, qvam Eustathius decenter ipsi obtulit, eoqve causam suam sic satis gratam reddidit.

Ab iisdem Libellus ad Iovianum Imp. missus.

Ejusmodi qvoqve libellum ad Imp. Iovianum misere, multis erroribus incrustatum. Et in oppugnanda qvidem S. Spiritus Divinitate summe diligentes erant atqve studiosi, & qvo sententiæ suæ qværerent patrocinium, scelestas manus sacratissimo Evangelii Johannis, initio intulerunt.

Alex. Synodus contra Macedonianos.

Vnde Alexandriæ primum Episcopi convenerunt, ubi mascule contra Macedonianos decertatum est. Idem factum ab Illyricensibus, ut & Damaso Papa Romano.

Item Constantinopolit. Oecum. II.

Qvæ demum insecuta est Synodus Constantinopolitana, Oecumenicarum II. cujus Patres, auctoritate Theodosii Magni, Deitatem Spiritus S. in Symbolo Nicæno olim propositam defenderunt iterum, ac contra Macedonianos confirmarunt.

[illegible]

Tandem cum per longum temporis spatium, ac post obitum qvoqve Macedonii viguisset hæc doctrina,

ctrina, neglecta fuit cum tempore hæc secta donec deniqve plane exspiravit, & nonnisi cum Socinismo reviviscceret. Iam contra Macedonium sectatoresqve ejus scripsit Athanasius, Alex. Eccl. Presb. & primum qvidem *Epistolam* ad Serapionem Thmuios in Ægypto Episcopum, *adversus eos, qvi dicunt Spiritum S. esse creaturam:* (a) Ad Serapionem *Epistolæ II. de Spiritu S.* qvæ monente Cave (b) *nonnisi compendium exhibent Epistolæ ad eundem posterioris, supra memoratæ.* Habentur & Tomo II. *duo Dialogi, in qvibus Orthodoxus cum Macedonianis Colloqvium instituit.* Porro Basilii Magni, ad Amphilochium de Spiritu S. liber exstat, exqvisita doctrina confectus: ut mirum sit, Erasmum ei abjudicare fœtum illum. Verum *Erasmum ejusqve in hac opinione seqvaces planissime falli; omnesqve ad unum veteris Ecclesiæ Doctores, Græcos pariter & Latinos hac in re consentire,* Isaacus Casaubonus in *Exercit. Anti-Baronianis* monuit (c) Ipse etiam Amphilochius *librum de Spiritu S.* scripsit, qvod Deus, & qvod adorandus, qvodqve omnipotens sit: qvem librum se legisse testatur Hieronymus (d) *Librum* ejus (Amphilochii) *contra Arianum & Eunomium, & Macedonium,* haberi in *Bibliotheca Parisiensi Regia* fidem nobis fecit Philippus Labbeus, in *Bibliotheca Nova MSS.* Recentiores alios, & in his *Georgium Henricum Götzen,* qvi breviter qvi-

Contra Maced. scr. Athanasius.

Basilii M. de Spiritu S. liber

Amphilochius

[a] Rivetus tamen in *Critico Sacro* inter scripta manifesto supposititia refert. [b] in *Hist. Lit. p. 103.* [c] Exercit. 16. c. 43 & confer c. 33. [d] *de Scriptoribus cap. 133.*

qvidem, ſed in plerisqve ſatis accurate de Macedonianis egit, ſic ut non dubitaverim, cum propter ſummam valetudinem plures hoc tempore conſulere non poſſem, Amici veteris veſtigia ſeqvi, qvæ alibi forte, ſi vixero, enumerabo.

SECTIO XLII.

MANICHÆI.

A MANE nomen qvin acceperint nullum qvidem eſt dubium. At vero an ipſa hæreſis cum Mane primum cœperit; an vero eodem multo ſit antiqvior, inter doctos diſceptatio coorta eſt. Epiphanius hæreſi XLV. primum hæreſiarcham facit Scythianum qvendam, e Saracenis oriundum in Palæſtinæ finibus, & in Arabia educatum: ac porro refert qvod cum Græcorum lingua ac literarum ſtudiis inſtitutus, ſummam inaniſſimarum hujus mundi diſciplinarum ſcientiam adeptus ſit: itemqve divitiis e mercatura qvam usqve in Indiam exercebat, abundaverit, præ deliciis in otio degens, ac luxu nimio: ac mox duo finxit ſumma principia Manichæorum doctrinæ palmarium caput: nimirum duo iſta principia inter ſe diverſa atqve adverſa, eademqve æterna & coæterna, hoc eſt, ſemper fuiſſe compoſuit, duasqve naturas atqve ſubſtantias, boni ſcilicet & mali opinatus eſt: ex qvo longo Syrmate innumera alia hete-

heterodoxa & blasphema ſeqvebantur, ſi Epiphanio credimus, viventibus adhuc Apoſtolis, & ante excidium urbis ſanctæ hæc accidiſſe; refert enim Scythianum deliciis impulſum, ac vehementiori luxu fractum Hieroſolymam ſub Apoſtolorum tempora profectum eſſe, ut illic ſermonem cum iis conferret, qvi ea prædicarent, qvæ ad unius principatum, resq; a Deo conditas pertinerent; qvin & ab illis, qvi ex legis a Deo Moſi traditæ ac propheticæ diſciplinæ præſcripto, vitam inſtituebant, victum diſceſſiſſe. Cæterum magicis artibus deditus mirum ejus ſpecimen editurus cum domum conſcenderet, præceps de faſtigio factus impuriſſimam efflavit animam: qvæ tamen paululum variata apud Socratem legas *Lib. I. c. 22.* Mirum autem qvi factum, qvod Theodoritus hæreticarum fabularum *Lib. I. hær. ult.* Svidas in Lexico, ſub voce Μάνης, Manichæum cum Scythiano eundem fuiſſe aſſeruerint, ſic enim Theodoritus: *Manes erat quidem Perſa genere, ut ajunt, longo autem tempore ſervitutis jugum pertulit. Dum autem ſervus eſſet appellabatur Scythianus.* Sed fallitur Theodoritus, nam ſi Scythianus a Scythia dictus eſt, ille e Perſia oriundus eſſe non potuit. Deinde Manes ſeculo III. ſub Aureliano Imperatore & Felice Epiſcopo Romano innoteſcere cœpit, Apoſtolis jam dudum ad cœleſtia evocatis, & Hieroſolyma everſa. Alius ergo ab eo fuit, qvi cum Apoſtolis collocutus eſt. Ceterum præcipuus ſectæ hujus diſcipulus Terebinthus a Socrate, Terbinthos ab Epiphanio & Τερέβινθος dictus.

Scythianus an cum Apoſtolis converſatus fuerit?

Terebinthus.

Hic postqvam Scythiani cadaver sepelivisset cum omnibus Scythiani thesauris, qvos ut hæres ab intestato ad se rapuerat, in Persiam aufugit, & ut eo melius lateret, viduam Præceptoris sui, qvam is e lupanari meretriciam antea exercentem, duxerat, mutato nomine, pro Terebintho, Buddam se vocavit. Atqve non segnior Præceptore suo in oppugnanda orthodoxia fuit. Huic enim a Socrate, Suida & aliis compositio qvatuor librorum attribuitur; Mysteria 2 Evangelium 3. Thesaurus 4. Capita. Etsi Epiphanius ab ipso Scythiano hæc primum fabricata, a Terebintho autem expolita esse commemoret. Sed nec is impune peccavit. Fidem enim impietati suæ per miraculum facturus, domus fastigium exemplo Scythiani conscendens ab angelo dejectus cecidit. Atqve ita communem cum Protohæresiarcha Simone vitæ exitum Manichæorum alter habuit. Sed ne sic qvidem impiæ hæreseos deleta est memoria, qvin potius qvod semel per Terebinthum in Persia sparserat virus Satanas, conservare non tantum, sed & ampliare omni studio allaboravit, nimirum in subsidium missus novus apostolus, qvem Manem & Manichæum vulgo vocant, Socrates *Cubricum* prius dictum refert: qvod & facit Epiphanius. *Cubrici* autem vox denotabat ventrem seu ventriculum innanem aut dolium vel poculum inane. Vtut vero primum *Cubricus* vocatus fuerit impostor, ejus tamen nominis memoria deleta est. A qvo Manes appellari consvevit: de cujus vocis derivatione & significatione diversi-

Manes

Cur ita dictus?

versimode judicant, Eusebius nomen errori dæmoniaco respondens habuisse putat. Nec aliter Augustinus *hæresi XLVI* ait: *In Græcia discipuli ejus vitantes nomen insaniæ, qvasi doctiores & eo ipso mendaciores, geminata enim litera Mannichæum, qvasi Manna fundentem, pro Manichæo i. e. insano, appellaverunt.* Postqvam autem pecunia & libris Terebinthi, vel ipsius Scythiani, locuples factus est, e pulvere domestico impie emergere conatus, jam Christum, jam Spiritum Sanctum, jam Apostolum se esse mentitus est. Hinc certos Apostolos numero XII. sibi delegit, addito XIII. principe reliqvorum XII. magistrorum ex electis collectorum, nam magnum erat discrimen inter discipulos Manichæi, ex qvibus, qvi Electi vocabantur, ad intima illorum mysteria fuere admissi. Tres etiam discipulos suos in varias regiones ablegavit, *Hermeam*, in Ægyptum, *Addam*, in superiorem regionem, *Thomam* in Iudæam. Vnde tam late repsit gangræna hæc, ut Iudæis etiam undiqve dispersis innotuerit. Neqve contentus Manes ore spersisse impia dogmata, animum qvoqve adscribendum adjecit, fecitqve librum *de Fide* XXII. in partes distributum, secundum literas alphabeti Syriaci, præterea scripsit librum, cui titulus: *Manichæi mysteria* & alium cujus nomen *Thesaurus*, item de *Astrologia*. Nam & astronomicæ scientiæ se peritissimum jactitabat, eoqve illicitas artes, qvas exercebat, magno studio palliabat. Sed postqvam Manes supplicium, qvod

discipuli

ejus
Electi

scripta.

eidem Rex Perſiæ interminatus erat, evitaturus, in caſtellum Arabionis, prope Perſidis & Meſopotamiæ confinia ſitum, ſeceſſerat, ad Marcellum illuſtrem virum, Caſchare, qvod Meſopotamiæ oppidum erat, habitantem, literas dedit, atqve in eisdem duplicis nominis mentionem faciens Marcellus peregrinum hoſpitem ad ſe invitavit. Adventat itaqve Manes, dogmata ſua fuſius expoſuit & probavit Archelao urbis Caſcharæ Epiſcopo: Sed in publica collatione errorum convictus, fuga ſibi conſuluit, Diodoridem ſecedens, & ibidem Tryphoni Presbytero ſe opponens denuo adventante Archelao confutatus eſt. Sed tempus eſt ut de Manetis interitu qvædam afferamus. Præerat Manetis tempore Perſico Regno *Schabur*, qvem noſtri *Saporem* vocant: Hujus filius in periculoſum morbum incidit, cui, ut reſtitueretur ſanitas, omnem pater opem adhibuit: cumqve diffideret Medicis ſuis, Manichæum accerſivit, de cujus in curandis periculoſis morbis miraculoſa facultate fama ubivis ſpargebatur. Acceſſit præſtigiator & curam regiæ ſobolis in ſe ſuſcipit; in ſimul ne laudem ſi reſtitueretur ægrotus, cum ſociis partiri opus haberet, auctor eſt, ut reliqvi archiatri prorſus ab hac cura removeantur. Ita factum ut inter incantationes Manichæi Regis filius occubuerit, ac incredibile ſui deſiderium omnibus reliqverit, Impoſtori vero mortem conciverit. Exacerbatus enim Schaburhominem in vincula conjicit, ex qvibus magna pecuniarum vi, aſſiduisqve precibus exorato commentarienſi

fugam

fugam tandem arripit, ac in Mesopotamiæ & Persiæ confinia discedit, ibidemqve cum Marcello, Archelao & Tryphone colloqvia sua instituit, & convictus a singulis, desperabundus hinc inde oberravit, usqve dum a Regis Persiæ ad id missis satellitibus comprehensus, ad tribunal reductus & tandem ignominiosam mortem expertus sit. Nam calamo cutem ei detraxerunt, qvam utris in modum infartis paleis ante portam civitatis appenderunt & Epiphanii temporibus adhuc in Perside servarunt.

[illegible]

Extincto Manichæo non protenus ejus impia dogmata desierunt, sed impostorem etiam post mortem venerati sunt, qvos in vita sua deceperat.

post mortem a suis honoratur.

Refert enim Victor Vitensis Persecutionis Africanæ LII. Manichæos ob reverentiam Præceptoris sui solitos fuisse gestare hoc scriptum in femoris cute: MANICHÆVS DISCIPVLVS CHRISTI IESV, & Augustinus in Elencho Epistolæ Manichæi, qvam fundamentum vocavit, testatur Manichæos diem, qvo Manes occisus est, qvinqve gradibus instructo tribunali, & pretiosis linteis adornato, ac in promptu posito & objecto adorantibus, magnis honoribus prosecutos esse. Iam ante de electis inter Manichæos diximus: alteri auditores dicebantur: Erantqve illi qvibus arcana impietatis Manichææ plene perspecta & revelata erant.

alterum genus discipulorum auditores.

Et id si qvidem auditores ante electos genua figunt, ut eis manus supplicibus imponatur, non a solis Episcopis vel Presbyteris, aut Diaconis, sed a qvibuslibet electis. Horum electorum officium inter alia erat,

purgare, qvæ ab aliis offerrebantur, & ad esum aptiora reddere. Nimirum imitari voluisse videntur V.T. sacerdotes, qvi cibis delegendis & distingvendis etiam occupati erant.

Qvi contra Manichæos scripserunt.

ContraManichæos scripsit *Heliodorus Presbyter Lib. de natura rerum exordialium*, in qvo unicum esse mundi ac rerum omnium conditorem, unicum rerum principium, nec qvicqvam DEO coævum qvod malum crearet, dari demonstravit. Porro Titus, Bostrorum civitatis in Phœnicia Episcopus, *Libros III.* scripsit contra Manichæos: qvorum Hieronymus meminit, & qvos Henricus Canisius in lectione antiqva Tomo V. primus publicavit, exinde Bibliothecæ Patrum Tomo IV. insertos. Fragmentum ex libro I. repræsentat Photius in Bibliotheca Codice CCXXXIII. Præter Titum Epiphanio hæresi LXVI. p. 638. c. etiam citantur *Archelaus Episcopus, Georgius Laodicenus, Eusebius Emissenus, Eusebius Cæsariensis Serapion Thmuensis, Athanasius, Apollinaris Laodicenus. Archelei* illius Episcopi Mesopotamiæ *disputationem adversus Manichæum una cum integra ad Diodorum (Tryphonem vocat Epiphanius) epistola* ex MS. Cod. Monasterii Bobiensis qvi nunc est Mediolani in Biblioth. Ambrosiana, edidit Henricus Valesius, & observationum libris tribus in Socratem & Sozomenum subjunxit pag. m. 197. seqq. Græcum vero fragmentum habetur apud Epiphanium loc. cit. Huc qvoqve referendi *Zacharias Mitilenensis Episcopus & Heraclianus Calchedonensis, de qvo Photius in Bibl. c. 85.*

Porro

Porro *Fabius Marius*, *Victorinus*, Afer, professione Rhetor, ad Iustinum Manichæum contra duo principia Manichæorum librum scripsit. (a) *Basilius Magnus* contra Manichæos Syllogismos decem scripsit. Præterea *Didymus* genere Alexandrinus, instituto Monachus, Scholæ Catecheseon Alexandrinæ præfectus Hieronymi & Rufini Præceptor, scripsit *librum adversus Manichaeos*, qvem Latine a Turriano conversum vulgavit Henr. Canisius *antiqva lectione Tomo V.* Græce & Latine Combefisius in *Auctario* anno CIↃIↃCLXXII. Sic Augustinus *de moribus Ecclesiæ Catholicæ & Manichaeorum libros duos; Tres libros de libero arbitrio qvos peperit disputatio cum amicis de origine mali*: item *de Genesi contra Manichaeos libros duos scripsit: librum de vera religione adversus eosdem: librum de utilitate credendi ad Honoratum*: item: *contra epistolam Manichai, qvam vocant, Fundamenti librum edidit.* Item: *De duabus animabus contra Manichaeos, librum; contra Fortunatum Manichaeorum Presbyterum librum.* Item: *contra Adimantum Manichai discipulum librum.* Item: *contra Faustum Manichaeum libros triginta tres.* Item: *de Actis cum Fœlice Manichaeo libros duos.* Item: *contra Secundinum Manichaeum librum.* Item: *de natura boni contra Manichaeos librum: Duos libros contra adversarium legis & Prophetarum, qvi contra Manichaeos aeqve ac Marcionitas pugnant.* Porro Evodius Afer, Vzalensis in Africa Episcopus scripsisse perhibetur librum

(a) a Iac. Sirmondo editus inter opuscula dogmatica veterum scriptorum Parif. 1630.

librum *de fide sive de Unitate Trinitatis contra Manichaeos: qui habetur inter opera S. Augustini Tomo VI.* Ex seculo qvoqve nono nota est Petri Siculi *Historia de Manichaeorum ortu progressu & occasu.* (a) Iohann. Wigandus de Manichaeismo renovato.(b) Hottingerus *in Histor. Ecclesiast. cap. III. Sect. V. p. 149.* scribit se reperisse inter Arabas librum Muhammedis Ben-Isaac *de secta Manichaeorum*, cujus contenta ibidem breviter recenset. Deniqve Manichaeismi recensionem Historicam summa cum cura scripsit Ægidius Strauchius, Theologus Wittebergensis: cujus fidem in plerisqve fuimus secuti. (c)

(a) ex MS. cod. Bibl. Vatic. græce cum lat. vers. edita per Matth. Raderum, S.I. Ingolst. 1604. (b) Ienæ 1587. (c) Vvittebergæ 1661.

SECTIO XLIII.

MARCIONITÆ.

Summa vitæ Marcionis.

Hi nomen acceperunt à MARCIONE, genere Pontico, cognomine Nauclero, (a) qvi parente natus Episcopo, viro cumprimis religioso ac veritatis amore flagrantissimo, initio vitæ castitatem præse tulit & tantum fidei catholicæ ardorem ostendit, ut & pecuniam suam ecclesiæ inferret.(b) Cum vero virginem constuprasset, ab ipso Patre ecclesia pulsus, pœnitentiam postea ab eo precibus nullis obtinuit. Qva re permotus, ut popularium suorum probra ac ludibria effugeret, clam Romam se contulit, non

Ro-

(a) VV. Cave *Hist. Lit.* p. 34. Ittig. *Diss. de hæresiarch.* sect. 2. cap. 7. pag 136. (b) Tertullian. lib. 4. adv. Marcum. cap. 4.

Romanum Pontificem appellans, (a) ſed admiſſionem in communionem & principem locum ſperans. Neutrum cum obtinuiſſet, extimulatus invidia, ad Cerdonis hæreſin confugere in animum induxit. Romæ dum erat, forte ei occurrit Polycarpus, cui cum Marcion dixerat: ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς: *agnoſce nos*, reſpondit Polycarpus: ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ *agnoſco te primogenitum Satanæ*.(b) Qvo ipſo Natalis concludit, Marcionem dogmata ſua ſub Antonini Pii imperio Romæ diſſeminaſſe. (c) Cœpiſſe autem ſub Adriano, vult Petavius in animadverſionibus ad hæreſin XLVI. (d) ſcil. aliis in locis. Nam hæreſis hæc, referente Epiphanio, (e) non modo Romæ & in Italia reperta, ſed & Ægyptum ac Palæſtinam, nec non Arabiam, ac Syriam, Cyprum, ac Thebaidem, imo etiam Perſidem, aliasqve regiones longe eſt lateque pervagata. Tandem Marcionem, ſi Tertulliano (f) credimus, errorum pœnituit; ſed dum in eccleſiam recipiendus erat, ea lege, ut qvos perditioni tradidiſſet, eccleſiæ reſtitueret, morte præventus eſt. Capita hæreſeos fuerant ſqq. *duo* Capita hæreſeos *dari principia*, (g) *duos Deos, alterum bonum, à qvo nihil*

[a] ut recte Natal. Alex. *H.E. ſec. 2. part. 2. diſſ. 2. art. 3. p. 162. ſqq. contra Bellarminum.* [b] Irenæus *adv. hær. lib. 3. c. 3.* Euſeb. *H. E. l. 4. c. 14. p. 128. a.* [c] *l. c. diſſ. 2. art. 1. pag. 150. ſqq.* Ittig *l. c.* [d] p. 83. Antonius qvoqve Pagi *in critica ad annales Barronii A. C. 144. n III p. 44.* [e] hær 42. p. m. 302. [f] de præſcript. c. 30. [g Epiphanius tria, Theodoretus qvatuor ei tribuit; ſed monitum eſt ut ſectatorum commenta ad ſectarum principes referantur. conf. Timotheum Presb. Cl. *de receptione hæreticorum in edit. Cotelerii pag. 378. ſeq.* Coteler. *in not. ad Damaſceni hær. 42 p. 771.* Ittig. *l. c. p. 141. ſqq.*

bil ſit eorum qvæ in mundo ſunt, conditum; alterum malum, hujus mundi aſpectabilis creatorem: duos eſſe Chriſtos, qvorum alius Tiberii tempore revelatus in ſalutem omnium gentium, alius adhuc venturus in reſtitutionem Judaici ſtatus: Chriſtum non fuiſſe vere hominem, ſed phantaſticum corpus habuiſſe, nec vere natum nec vere paſſum: eundem deſcendiſſe ad inferos, ut & Caino & Cora &c. nationibus omnibus, qvibus Judæorum Deus fuerat ignotus, ſalutem afferret; Abelum vero, Enochum, Noemum, aliosqve pios illic relictos: conjugium non eſſe eligendum: reſurrectionem eſſe animarum non corporum: baptiſmum eſſe repetendum, non ſemel ſed tertiò, ſi qvis poſt uſurpatum priorem peccaverit: animas ab aliis in alia corpora migrare: legem & prophetas eſſe à malo Deo: mulieres poſſe ordinarie baptizare: ſabbato jejunandum eſſe, ne Dei Judæorum ritibus uti viderentur. Scriptis qvoqve errores ſuos propagare voluit, inter qvæ eminet *opus ex contrarietatum oppoſitionibus Antitheſes cognominatum & ad ſeparationem legis & Evangelii coactum.* (a) Epiphanius teſtis eſt, eum qvidem alia à ſe elucubrata volumina erroris ſui ſtudioſis obtruſiſſe, ſed duos libros duntaxat pro canonicis habuiſſe, *Evangelium ſcil. & Apoſtolitum.* (b) Illud qvidem Evangelium Lucæ ſtylo ipſo referre videbatur: ut autem ab eo mutilatum eſt, initio, medio, ac fine decurtatis, corroſo à tineis undiqve veſtimento ſimillimum erat: (c) Atqve ob id Marcionem à Tertulliano

Scripta Marcionis

cum

[a] Tertullian. *adv. Marcion. 4, 1.* [b] *l. c. p. 309. d. & p. 309. d.* [c] Epiphan. *l. c. p. 311. d.*

cum Pontico mure comparatum legimus. (a) *Apostolicum* ex epistolis Pauli decem, ad Galatas, duabus ad Corinthios, Romanos, priori & posteriori ad Thessalonicenses, Ephesios, Colossenses, ad Philemonem, ad Philippenses, nec iis tamen integris sed misere depravatis est consarcinatum. Vnicam ad Philemonem excipit Tertullianus (b): *Soli huic epistolæ brevitas sua profuit, ut falsarias manus Marcionis evaderet.* Discipulos habuit *Lucanum seu Lucianum*, ante illius sectatorem, post ab eodem divulsum, (c) & nonnulla addentem, qvæ Marcioni in mentem non venerant; (d) *Apellem*, à qvo Apelliani, qviqve sibi privatam scholam qværens, hinc & adversus Magistrum suum & adversus veritatem ipsam se armasse videbatur: (e) *Syerum, Potitum, Basiliscum* (f), *Preponem, Pithonem & Blastum* (g). Diutissime autem hoc malum in ecclesia fuisse grassatum, videre est tum ex Constantini M. salutari institutione, qvàm nominatim ad Marcionitas direxit, (h) tum ex Arcadii zelo adversus eosdem, Episcopo Cypri Imperialium legum auxilium offerentis. (i) Alios Imperatores nunc tacemus qvibus cura summa fuit, qvam citissime hæresin hanc restinguere, ut etiam ob id Epiphanius hæresi XLII. fateatur inqvisitionem dogmatum difficilem sibi fuisse. Multi etiam tum græci tum la-

[a] *adv. Marc. I. 1.* [b] *adv. Marc. 5. 21.* [c] Epiph. *hær. 43. pag. 378.* [d] Damascen. *hær. 43.* [e] Epiph. *hær. 44. p. 3* ... [f] ap. Euseb. *5, 13. p 177.* [g] Theodoret. *hær. fab 1, 25.* [h] Euseb. *Vit. Const. 3. 64. p. m. 520.* [i] Theodoret. *H. E 5, 31. pag. 237.*

Oppugnatores Marcionis.

tini Marcioni Marcionitisqve mascule restiterunt scriptis suis. Illos inter primo loco ponimus *Justinum Martyrem*, qvi apologia II. pro Christianis, post qvam Marcionis dogma capitale recensuisset, id ipsum testatur. *Est nobis liber contra hæreses & sectas omnes compositus, qvem si legere volueritis, dabimus.* (a) & de eo præterea ex *Irenæo* (b) & *Eusebio* (c) nobis constat; dehinc ipsum *Irenæum* libro tertio & qvarto ferme toto adversus hæreses: *Dionysium Corinthium in epistola ad Nicmedienses*, referente Eusebio: (d) *Tertullianum libris V. adversus Marcionem*, licet brevius ejusdem argumenti opus longe ante delineaverit, qvod à qvodam furtim surreptum majoris operis aggrediendi ansam dedit. Extat qvidem inter Tertulliani opera *poema contra Marcionem* totidem libris constans, qvod tamen sententias Tertulliani hypothesibus plane contrarias continet. (e) His jungimus *Clementem Alex.* diversis in locis, (f) *Theophilum Antiochenum*, qvi librum haud qvaqvam spernendum, judice Eusebio, (g) contra Marcionem elaboravit, sed hodie inter deperditos relatum; *Rhodonem*, Tatiani discipulum in *libro contra Marcionem*, ex qvo fragmenta qvædam exhibet Eusebius (h). *Philippum Gortynensem* & *Modestum* (i), nec non *Bardesanem Syrum* adversus eundem patria lingua dialogos (qvos qvidem

[a] *pag.* 70. [b] *adv. hær.* 4, 14. *p. m* 330. [c] *H.E.* 4, 11. *pag.* 125. *b.* ubi tamen vide Valesium in notis ad h. l. p. 65. atqve 4, 17. *p.* 141. *a.* [d] *H.E* 4, 23. *p.* 144. *a.* [e] Vide du Pin *Nouvell. biblioth T.* 1. *p* 92. & 109. [f] præcipue *Strom. lib.* 3. *pag.* 434 *seq.* &c. [g] *H. E.* 4 24. *p.* 146. *b.* [h] *H. E.* 5, 13. *pag.* 177 *sq.* [i] Euseb. *l. c.* 4, 25. *p.* 146. *c.*

qvidem discipuli in græcum transtulerunt) conscribentem: (a) *Hippolytum:* (b) *Cyrillum Hierosolymitanum in Catechesi sexta; Epiphanium*, qvi hæres. XLII. (c) disputationem qvandam inseruit, adversus hæreticum istum ante elaboratam, qvam opus ipsum contra hæreses susciperet. In ea hoc agit Epiphanius, ut ex libris, qvos Marcion pro canonicis comprobavit, selectiora nonnulla, illius ad refutationem pertinentia, decerperet, & ad finem singula notaret, in qvibus istas Salvatoris aut Apostoli sententias contra se videtur stultissime retinuisse. Hoc qvoqve refertur *Sabbatius* in libro *de fide adversus Marcionem &c.* (d) Prudentius *in Hamartigenia.* Ex his aliisqve scriptoribus *Natalis Alex. H.E. sec. II. Part. II.* adversus hæresin Marcionis defendit Dei unitatem, rejectis simul argumentis Marcioni in speciem faventibus, & nuptiarum bonitatem, sanctitatemqve matrimonii contra eundem vindicat. (e)

[a] Id. *l.c.* 4. 30. *p.* 151. *b.c.* [b] Id. *l.c.* 6, 25 *p.* 224. *a.* [c] *p.* 311. *sqq.* [d] Gennad. *de S. E. cap.* 15. [e] *in Panoplia adversus hæreses secundi seculi Diss. XIV. art.* 1. & 2. *pag.* 270. *sqq* & *p.* 308. *sqq*

SECTIO XLIV.

MARCITÆ.

Latinis ita dicti, qvi Epiphanio (a) & Græcis nomine MARCOSORVM veniunt, à Marco descendentes. Diversus est hic ab altero Marco, qvi primus hæresin Priscillianistarum in Hispanias intulit, refe-

[a] *hær.* 34. *p.* 232. *sqq.*

referente Sulpitio Severo. (a) Prodiit Sec. II. ex schola *Valentini*, magicarum artium peritissimus, per qvas & viros multos & non paucas fœminas seduxit, ob id præcursor Antichristi, vocabulo tunc temporis in refutatione hæreticorum usitato, ab *Irenæo* (b) appellatus. Nam pocula vino temperata, eucharistiam simulans, purpurea rubraqve ut apparerent, effecit, & ex illis minoribus in capacius aliqvod transfudit, qvo ipso factum, ut repente majus illud poculum repleretur, & sese liqvor superfunderet. Hinc credebatur habere dæmonem πάρεδρον. Philtra etiam & amatorias illecebras à Marco qvibusdam mulieribus oblata, non tamen omnibus, ipsæ ad ecclesiam reversæ persæpe fassæ sunt. Præter hæc & similia facta Augustinus lib. de hæresibus cap. XIV. qvatuor saltim errores ei tribuit, longe plures autem Irenæus libro primo toto, nimirum *non dari resurrectionem carnis, Christum non vere sed putative passum, duo ex adverso sibi esse principia, cultorem omnium vocari nomine qvatuor literis conflato, qva crescunt usqve ad tricenarium, singula membra veritatis an hominis literis alphabeti subjici, Iesu nomen bis omnibus excellentius esse, baptismum fieri debere in nomine ignoti Patris & veritatis matris omnium & ejus qvi descendit in Iesum.* Numerorum mysteria tetradis, ogdoadis, decadis, dodecadis & tricenarii ex scripturæ locis probare voluerunt Marcosii, simul ob-

[illegible] mago

Hujus errores

[illegible]

[a] *H.S. lib 2. cap. 60.* Ittig. *hæres. sect. 2. cap. 4. p. 139. sq.* (b) *adv. hær. 1, 8.*

obtrudentes apocrypharum scripturarum, qvas ipsi commenti sunt, infinitam multitudinem, & Christo tum facta qvæ ficta, tum verba nunqvam ab eo prolata tum verborum diversum sensum ei affingentes. (a) Contra Marcum qvidam θεῖος πρεσβύτης καὶ κήρυξ τῆς ἀληθείας *divinus senex ac præco veritatis* senarios scripsit, qvos vid. ap. Irenæum (b) & Epiphanium (c). Qvod autem *Clemens* Episcopus Romanus, fixis & integris adsertionibus illum confutans & coram omni plebe in ecclesia detegens, æterna damnatione puniverit, ut habet *autor Prædestinati*, (d) id vix cum successione Pontificum Romanorum genuina convenire poterit. Irenæus autem *lib. 1. advers. hæres. à cap. VIII. ad cap. XVIII.* accuratam istius erroris inqvisitionem instituit, omnemqve dogmatis commentitii seriem ordinemqve proposuit. Quamobrem etiam *Epiphanius loc. cit.* quæ ab illo (e) magno studio sunt elaborata, cuncta prout in ejus opere continentur, ad verbum exscripsit, cum facile ex iis, qvæ a sancto Viro ad illius refellendam improbitatem prodita sunt, everti profligariqve possint. Paucis, non dubitat Irenæus, qvin vanissimas illas de æonum generatione ineptias magnopere qvis derideat. Deplorandos nihilominus esse eos, qvi tam sacrosanctam religionem, vereqve inexplicabilis potentiæ magnitudinem, tantam deniqve Numinis providentiam, *per illud*

Oppugnatores Marci

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[a] cuncta hæc observabis ap. Irenæum & Epiphanium *loc. cit.* Conf. Euseb. *H. E. 4, 11.* [b] *adv. hær. 1, 12.* [c] *l. c. p. 245. sq.* adde le Moyne variis sacris Tom. 2. p. 648. sq. [d] *hær. 14. p. m. 16.* [e] *p. 233. & 257.* [illegible]

illud suum Alpha, Beta, ceterosqve numeros tam frigide violenterqve traducant.

SECTIO XLV.

[illegible]

MELCHISEDECIANI.

Nomen acceperunt ab erroribus, qvos de Melchisedeco foverunt. A *Theodotianis* illos esse ortos censet Epiphanius, sed calamo admodum titubante.(a) Tertullianus vero, cui hoc fere peculiare est, *Theodotum qvidem* sectæ hujus authorem constituit, (b) non tamen priorem; qvo Epiphanius videtur inclinare, sed alterum istius discipulum, a Theodoreto argentarii nomine insignitum. (c) Hic alteram introduxit sectam & *ipsum hominem Christum tantum, modo dixit ex Spiritu S., ex virgine Maria conceptum pariter & natum, sed hunc inferiorem esse qvam Melchisedech, eo qvod dictum sit de Christo:* [TV ES SACERDOS IN ÆTERNVM SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH) *Nam illum Melchisedech præcipue gratia cœlestem esse virtutem: eo qvod Christus agit pro hominibus, deprecator & advocatus ipsorum factus, Melchisedech facere pro cœlestibus angelis atqve virtutibus. Nam esse illum usqve adeo Christo meliorem, ut apator sit, ametor sit, agenealogitus sit, cujus neqve initium neqve finis comprehensus sit, aut comprehendi posset.* Sic Tertullianus loco citato vel potius autor *catalogi hære-*

à Theodoto

Errores de Melchisedech

(a) *hær. LV. p. 468. B. Qvi Melchisedecianos appellari sese volunt, ac nisi fallor à Theodotianis avulsi sunt.* (b) *de præscript. advers. hæret. cap. 53. p. 244.* (c) *hæret. fab. lib. 2. cap. 6.*

hæreticorum libro de præscriptione hæreticorum appendicis vice subnexi. Theodoretus autem vult, qvod *Melchisedech potentiam qvandam & divinam & maximam existimaverint, ad ejus autem imaginem Christum esse formatum.* Augustinus(a) Damascenus(b) & Philastrius (c) nullum illis alium errorem tribuunt, nisi qvod Melchisedech, sacerdotem Dei excelsi, *non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse* arbitrati fuerint. In nomine qvoqve ejusdem, tanqvam apud Deum internuntii, oblationes suas celebrarunt, eo qvod justitiæ sit princeps, & ad id ipsum à Deo in cœlo constitutus; utpote spiritalis ac Dei filius. Qvæ & similia ex Psalmo & epistola ad Hebræos affirmare conabantur. Præterea commentitios qvosdam libros ac confictos habebant, qvibus sibimet ipsis illudebant, teste Epiphanio hær. LV.(d) ubi ex ipsis Scripturæ verbis istorum errorem convicit, variorum de Melchisedeci parentibus, & urbe adducens *sententias*, nec non *Hieracis*, Melchisedecum Spiritum S. esse statuentis. Qvamdiu perstiterit hæc secta, non annotasse scriptores monet Danæus, (e) & hinc statim concidisse verisimile esse, partim orthodoxorum disputationibus, partim robustiore Samosatenianorum & Arianorum, qvi illorum fuerint successores, fraude & nomine notiore. Timotheus vero Presb. CP. supra laudatus suo adhuc tempore sub *Athinganorum* nomine fuisse memorat: (f) habitasse circa

qvamdiu duraverit hæc secta?

Athingani

Sss sss Phry-

(a) *de hæres. cap. 34.* (b) *hær 55.* (c) *hær. 52.* (d) *p. 468. sqq.* (e) *in not. ad Augustinum de hær. 34. p. 179.* (f) *l.c. de receptione hæret. p. 392.*

Phrygiam: nec Hebræos fuisse nec ethnicos: sabbatum qvidem servasse: carnem vero non circumcidisse: non sivisse se tangi à qvoqvam homine, sed licet qvis dederit eis panem; vel aqvam vel aliqvid aliud, non sustinuisse è manibus accipere; verum rogasse eos, qvi tradiderunt, ut allata humi deponerent: Hac

cur ita dicti? ergo ratione Athingani vocantur, qvod refugiant qvenqvam attingere. Natalis l. c. *Sec. II. Part. II.* (a) adversus Theodotum & Melchisedechianos probat, Melchisedechum non fuisse cœlestem virtutem sed verum hominem, dictis Scripturæ S. & testimoniis Patrum; fundamentis qvoqve illorum respondet & tandem commendat *Dissertationem Christophori Schlegelii de persona Melchisedechi* ad calcem Tomi X. criticorum sacrorum. (b)

(a) *diss. 19. p. 626. sqq.* (b) *p. 634.*

SECTIO XLVI.

MELETIANI.

à Meleto Meletiani qvibusdam dicti à Meleto Thebaidis in Ægypto Episcopo, qvi à Petro Alexandriæ Episcopo, tum ob alias causas depositus est, tum præsertim eo, qvod persecutionis tempore fidem inficiatus, sacrificasset. Qvo facto, multos accepit sectato-

occasio schismatis ut ab. res & ab Ecclesia fecit secessionem sibi privatim alios episcopas, aliosqve ad colligendum coetum suum locos eligens. (a) Epiphanius hær. XLVIII rem longe po

(a) Socrat. *H.E. 1, 6. p. 14.* Sozom. *H.E. 1, 24. p. 45 5.* Theodoret. *H.E. 1. 9. p. 29.* Athanasius *apol. 2.* [illegible]

aliter narrat. Scilicet Meletius cum Petro Episcopo ob Christi nomen ab Alexandriæ præfectis in custodiam & vincula fuit datus. Cumqve nonnulli martyrium feliciter subiissent: alii vero eodem excidissent & nefariam Idolorum superstitionem admisissent, adeo ut vi ac necessitate sacrificarent, iidem post lapsum & sacrificia ad confessores & martyres accesserunt, ut pœnitentia misericordiam obtinerent. Hinc non minima inter martyres commotio ac dissensio est exorta: negantibus aliis, eos, qvi semel lapsi essent, ac Christum abnegassent, nec fortitudinem ac constantiam retinuissent aut certamen obiissent, recipiendos ad pœnitentiam esse: ne forte reliqvi ob celerrime impetratam ab iis indulgentiam minore pœnarum metu, abripi se paterentur, ac Deum negarent, execrandisqve se gentilium sacris polluerent. Iidem volebant, ut secundum persecutionem, post justum aliqvod temporis spatium, pace constituta, pœnitentiæ illis locus indulgeretur; siqvidem vere illam ex animo susciperent, atqve ejus fructus exhiberent: nec ita tamen, ut è clericis unusqvisqve pristinum in ordinem restitueretur, sed ut post aliqvod tempus ad Ecclesiam, ac communionem admissus in reliqva populi multitudine, non inter reliqvos censeretur. Ex eorum numero erat Meletius, Peleus & alii complures. Contra Petrus utpote benignus ac misericors & velut communis omnium parens, his illos verbis obsecrabat: Admittamus illos, qvandoqvidem peccati eos pœnitet, ac

Epiphanio recensetur

SSSSSS 2 pœni-

pœnitentiam illis constituamus, ut ad ecclesiam assideant, neqve aut ipsos, aut clericos aversemur (his autem verbis usum esse constans fama est) ne & pudore & dilatione illa temporis, qvi semel præ imbecillitate & ignavia à Diabolo concussi ac labefactati sunt, penitus desciscant, nec remedium ullum adhibeant. Hac occasione, cum à se invicem diversa sentirent, schisma conflatum est. Etenim Petrus medio in carcere pallium, qvod ladicium dicitur, veli instar appendens, proclamari à Diacono jussit: Qvi mecum sentiunt, huc ad me veniant, qvi Meletii opinioni favent, ad Meletium. Qvod cum ita factum esset, diviso in partes populo, Episcoporum, Monachorum & Presbyterorum ac reliqvorum ordinum major numerus sese ad Meletium adjunxit: pauci qvidem Episcoporum & aliorum Petrum secuti sunt. Qvo ex tempore preces & sacrificia, cæterasqve omnes ceremonias separati à se invicem obierunt. Meletius qvoqve tàm in carcere, qvàm in itinere, clericos, episcopos, presbyteros & Diaconos instituit, ac privatas Ecclesias fundavit, cum interim nec hi cum illis, nec illi cum his commune aliqvid haberent. Diversisqve nominibus suam qvisqve ecclesiam instruebat. Nam Petri successores, Catholicæ ecclesiæ titulum usurpabant: Meletiani ecclesiæ martyrum. Atqve sic qvidem Epiphanius, (a) qvi falsa veris permixta habet. Ipse enim fatetur schisma saltim fecisse Meletium, ad catholicam autem ecclesiam

Epiphanius falsa veris admiscet

(a) *pag. 716. sqq.*

ſiam ſinceramqve fidem nihilominus adhæſiſſe, neqve ullo tempore à ſancta & catholica religione deſciviſſe. In qvo paſſu conſentientes habet *Augustinum* (a) *Theodoretum* (b) *Damaſcenum* (c) & *Timotheum Presb.* Cl.(d) & alios. Interim lubentes concedimus Meletianos factos fuiſſe ex ſchismaticis hæreticos & coaluiſſe cum Arianis. Præterqvàm enim, qvod noluerint orare cum converſis, id eſt, eis qvi inperſecutione ceciderunt, cum Arianorum hæreſin ab iis, qvi tunc imperabant, confirmari viderent, ad illam declinarunt. (e) Hinc ſi ap. Socratem (f) Meletium leges αἱρεσιάρχην, melius cum Valeſio ſectæ alterius autorem, non vero ipſum hæreticum, dices. Theodoreti (g) qvidem tempore dixerunt, ſe eſſe ab hoc morbo liberatos, ſed ſine ullo metu degere, nec velle ab ullis regi & cum eccleſiis conjungi recuſare. Ea ratione, tanqvam liberi & ſui juris, illa qvoqve ridicula excogitarunt: interdum corpus aqva mundare, cum plauſu nimirum, & qvadam ſaltatione hymnos concinere, & multa tintinabula funi appenſa movere & alia his ſimilia. In origine autem ſchismatis fallitur Epiphanius, & veriora habent Socrates & reliqvi, prout apparet, ſi conferamus Athanaſium in apol. II. qvi ſchismatis hujus originem vidit. *Veriora habet Socrates*

(a) *hær.* 48. ubi qvidem legitur: *Melitiani a Melitio nuncupati — vel ſchisma fecerunt.* Sed Cotelerius *Tomo I. monumentorum Græc. Eccl. ad pag.* 297. notavit, particulam illam vel expungendam eſſe ex textu Auguſtini. p. 780. (b) *hær. fab* 4, 10. (c) *hær.* 68. (d) *de recept. hæret.* ap. Coteler. *Tom. III. l. c. p. 396. b. & 421. c.* (e) Epiph. *hær.* 66. *p.* 722. (f) *H E.* 1, 9. *p.* 29. *d.* (g) *hær. fab. l. c.*

vidit. Alia ut nunc taceam, in qvibus Epiphanius falsis monumentis & ab aliqvo forte Meletiano acceptis videtur esse deceptus, qvod etiam ostendit Natalis peculiari dissertatione (a) Meletius tamen compressus fuit a Synodo Nicæna, cui ob temerarium ac præceps hominis ingenium placuit decernere, ne potestas auctoritasqve ulla tribuatur homini, qvi easdem turbas excitare potest. Hinc passi qvidem fuerunt Episcopatus dignitatem eum retinere, sed potestate agendi qvid qvam pro Episcopo penitus ademta. (b) Alexander qvoqve Episcopus postulavit ab eo breviarium, eorum Episcoporum, qvos in Ægypto habere se dicebat, qvod etiam tradidit Meletius, ne alius pro alio supponi postmodum posset. (c) Cum Meletianis ipsis autem Athanasius perpetuo bellum gessit, teste apologia secunda, & (d) Theodoreto, (e) dum illos ad communionem urgebat. (f) Id unum adhuc addo, Meletium hunc diversum esse a Meletio Antiocheno, de qvo Natalis monstrat, qvod neqve hæreticus neqve schismaticus fuerit. (g)

Meletius a Synodo Nicæna notatus.

Meletianorum hostis Athanasius

Meletius Antiochenus diversus ab illo.

(a) *Sec. IV part. 2. diss 8 p. 73. sqq.* (b) Socrat. *H.E 1, 9 p. 29. sq.* (c) Athanas. *apol. 2.* (d) qvam du Pin *nouvell. bibl. T. 2 p. m. 46.* maximopere commendat. (e) *har. fab. l. c.* (f) Epiphanius *l. c. p. 722. sqq.* (g) *Sec. 2. part. 3 diss 33. p. 58. sqq.*

SECTIO XLVII.

MELITONII.

à Melitone

An à MELITONE Sardensium Episcopo, Eusebio (a) & Hieronymo (b) tantopere laudato, etiam dicti,

(a) *H.E. 4, 26. p. 146. sqq. & 5. 24. p. 191. d.* (b) *In catal. S. E. c. 24. & 46.*

dicti, diu dubitatum fuit. Danæus certe in notis ad cap. LXXVI. Augustini de hæresibus, id concedere non vult. Dn. Ittigius vero rem tam perspicue deduxit, ut non amplius tanta sub judice lis esse possit. (a) Augustinus qvidem loc. cit. nulla facta mentione nominis scribit, aliam hæresin dicere *corpus, non animam esse imaginem Dei.* In indice tamen huic operi præfixo, sive ex glossemate sive ex veteri codice, *Melitonii* appellantur. Cum hac hæresi autem Melitonem aliqvid commune habuisse & Deo corporei qvid tribuisse, ex eo colligi potest, qvod librum scripserit περὶ θεοῦ ἐνσωμάτου de Deo corporali vel corporeo, qvem ex variis scripturæ locis probare voluit. Postea autem fieri potuit, ut hæretici (qvalia exempla passim historia ecclesiastica suppeditat) errorem illum foventes e. g. Anthropomorphitæ seu Audæi, forte ad Melitonis auctoritatem provocaverint, & inde a Melitone nominati fuerint. Certiores nos redderet ipsum Melitonis scriptum, nisi injuria temporum periisset. Licet Tertullianus, per corpus Dei naturam vel substantiam intelligens, sententiæ illius meliorem qværat sensum. A Melitone qvoqve dictos videri MELITANOS chiliasmum urgentes, idem laudatus Ittigius docet. Cum enim Melito in Apocalypsin Johannis, qva Chiliastæ crebro abutuntur, commentarium scripserit, non improbabile, ipsum cum aliis qvibusdam hujus seculi Patribus Chiliasmum asseruisse. SE-

(a) *Dissert. de hæresiarch sect. 2. cap. 11. pag. 194. seqq.*

SECTIO XLVIII.

MENANDRIANI.

Menandrianistæ dicti Hegesippo apud Eusebium. (a) Autorem habuere MENANDRUM Samaritanum ex vico Caparattæa oriundum, Simonis discipulum. (b) Hic similiter magus fuit, eadem dicens, qvæ Simon ipse: qvicqvid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, imo pluribus adhuc & absurdioribus figmentis exuberavit. *Nam se ipsum qvidem servatorem esse asserebat, in hominum salutem ex ævis qvibusdam invisibilibus ab alto destinatum. Neminem vero ajebat ipsos mundi conditores angelos posse superare, nisi qvi prius magica disciplina à se institutus, & baptismo, qvem ipse tradebat, initiatus fuisset. Qvem baptismum qvicunqve suscipere meruissent, eos perpetuam in hoc seculo immortalitatem adepturos affirmabat: non amplius morti obnoxios, sed hic in ævum permansuros, juvenes semper atqve immortales futuros.* (c) Antiochiæ præcipuè multos arte magica seduxit; & tempore Justini M. (e) nonnulli fuere adhuc reliqvi, qvi eadem cum illo profitebantur. Diu non duravit hæc hæresis, sed ut autor subversus, sic magna ex parte ejus hæresis fuit extincta per seqventes

à Menandro

dogmata

(a) *H.E.4,22.p.142.d.* (b) Iustin. M. *apol.1.p.69.d.* Theodoretus autem *hær. fab. 1. 2.* ex Chabraivico profectum scribit. (c) auctor appendicis ad Tertull. *præscript.c.46.* (d) Iustin. M. *l.c. p.70.a.* Iren. adv hær.1 21. Tertull *de resurrect.carn.c.5.* Euseb. *H.E. 3, 26. p.93.* Epiph. *hær.22, p 60.sq.* Augustin. *de hær. cap.2.* Theodoret. l. c. Damascen. *hær.22 p 285.* Timoth. *de recept. hær. p.386.* ex edit. Cotelér. (e) *loc. cit.*

tes Saturnini & Basilidis, qvod Epiphanius loc. cit. exemplo viperarum se ipsas devorantium illustrat. Menandrianos hos tempore priores esse Nicolaitis probat Danæus calculo meliorum authorum. (a) Illis se opposuere multi, qvos inter est *Linus Episcopus*, ut habet autor Prædestinati; (b) *Justinus M.* autem *Irenæus* & *Origenes*, adversus illos scripserunt, referente Theodoreto loc. cit. Scripsit qvoqve Tertullianus integrum cap. L. de anima contra Menandrum.

(a) *in not. ad August. in. de hær. 2. p. 49.* (b, *hær. 2 p. m. 20.*

SECTIO XLIX.

MESSALIANI.

Sive MASSALIANI, qvæ vox orantes significat. Nam צלה est orare, preces fundere. Vnde מצלין *οἱ εὐχόμενοι.* Jos. Scaliger elenchi cap. XXVIII. Massalianos *Essæos* appellatos esse putat, & ab iis Messalianorum hæresin propagatam. Nam Esseni *ἱκέται*, apud Philonem & Eusebium nominantur. At מצלין sunt *ἱκέται*. Conjecturam adstruunt pleraqve Messalianorum instituta cum Essenis communia, ut præter assiduitatem orandi, prosevcharum usus & in eas stati conventus; tum *ἀντίφωνα* & *ᾠδαὶ* &c. Igitur partim Judæos illos fuisse statuit, partim negat. Sed hæc, referente Petavio *in animadversionibus ad LXXX. Hær. Epiphanii*, à Serrario in Minervali confutata sunt (a) Si Epiphanium seqvi malumus, duplex Messalianorum genus erit distinguendum. Nam alii erant antiqvi- id est orantes

Ttttt tiqvi-

(a) *p. 335.*

tiqviores, meriqve gentiles. Alii ab istis propagati christianum nomen usurpabant. Vtriusque generis ætatem determinare, dependet ex interpunctione loci Epiphanii, qvam vid. ap. Petavium loco citato. Neqve repugnabit, tempora Constantii, Valentiniani & Valentis Impp. illis tribuere. An *Psalliani* qvoqve dicti fuerint, disqvirunt authores. Danæus negat, (a) Cotelerius autem de eo adhuc dubitari posse putat (b) Dogmata eorum fuere varia: Dixerunt enim, *baptismum nihil juvare eos, qvi ad eum accedunt, cum instar novaculæ auferat priora peccata, peccati autem radicem non excindat: perpetuam autem orationem & peccati radicem radicitus evellere & malum Dæmonem, qvi ab initio sorte datus est, ab anima expellere; unumqvemqve hominem, cum nascatur, protinus seqvi Dæmonem, ad improbas & sceleratas actiones incitantem; cum autem nec baptismum neqve aliqvid aliud posse ab anima exigere, præterqvam solam orationem, egredi vero inhabitantem per urinam & sputorum excrementa; Ita decepti homines miseri nullum opus aggrediebantur: se ipsos vocabant spiritales, & orationi vacantes maximam diei partem dormiebant. Revelationes de rebus futuris prædicantes, mendaciorum fuere convicti. Jactabant præterea se videre patrem & filium & Spiritum Sanctum corporeis oculis, & Spiritus S. adventum sensu percipere. Ad negandum erant parati, & si urgerentur, protinus anathematizabant eos, qvi horum aliqvid dixerunt.* Hujus

(a) Not. ad Augustin. hær. 57. p. 181. (b) l. c. Tom. I. p. 783. sq.

qvando fuerint

an Psalliani dicti

dogmata

Hujus sectæ viri & mulieres promiscue dormiebant in spatiosissimis locis æstivo tempore, *qvia se qvicqvam in terra possidere negabant.* Hæc & alia leges ap. *Epiphanium,* (a) *Augustinum,* (b) *Theodoretum,* (c) *Damascenum,* (d) *Timotheum,* (e) *authorem Prædestinati* &c. (f) Ob qvæ etiam appellati *ἐυχῆται precatores; enthusiastæ,* vim dæmonis cujusdam in animum suum admittentes, eamqve Spiritus S. præsentiam arbitrantes; *Adelphiani* ab Adelphio, principe qvodam hujus sectæ de qvo statim; *Sataniani,* qvia Satanam venerantur; Ευφημῖται, qvod ἐυφημίας in Dei laudem cantitent: χορευταὶ, qvia repente saltant, & super Dæmones se saltasse jactant, & digitis sagittantium speciem præferentes, in Dæmones se jaculari affirmant. *Cauchitæ,* qvi in testamento S. Ephræm Evchitis adjunguntur. (g) Præcipui in hac hæresi fuere seqq. *Adelphius,* homo Edessenus, neqve Monachorum, neqve sacerdotum in ordinem lectus, sed plebejus & privatus, senex capularis, ex qvo Flavianus Episcopus Antiochenus simulatione qvadam propriam nefandorum dogmatum confessionem expressit. *Sabas* & *Eustatius* & *Dadaës cum Herma* & *Symeone* & aliis pluribus, (h) qvi se ab ecclesiastica qvidem communione neutiqvam separaverunt: nec

 pro

(a) *loc. cit.* (b) *hær. 57.* (c) *H.E. 4, 11. p. 163.* & *hær fab. 4, 15.* & *16.* (d) *l.c. hær. 80.* prolixe capita impiæ doctrinæ ex ipsorum libro desumta adducit *p. 302. sqq.* (e) *l.c. p. 400 sqq.* novendecim errorum capita adducit. (f) *lib. 1. hær. 57.* ubi Cotelerius l.c. monet pro *non psallunt, jugiter orant* legendum esse, *nam psallunt, jugiter orant.* (g) de his vide Coteler. *l.c p. 785.* (h) Theodoret, *ll. cc.*

prodesse qvicqvam, nec nocere dicentes divinam escam, de qva Christus ait: *Qui manducat carnem* &c.

Adelphii Adsceticon. Adelphius dicitur edidisse librum *Adsceticon*, qvem Synodus Ephesina, utpote ab hæreticis compositum & illa hæresi pollutum anathemate percussit. His hæreticis omnibus viribus restiterunt, *Letoius*

Oppugnatores Letoius ecclesiæ Meletinensis episcopus, qvi multa monasteria, vel potius speluncas latronum, erroris istius labem hausisse cernens, ea incendit, lupos ab ovili procul abegit, & *epistolas adversus eos* scripsit:

Amphilochius *Amphilochius*, Iconii Episcopus, non duntaxat gregem sibi commissam ea labe liberavit, sed etiam judice Theodoreto, omnium optimus hæresin exactius confodit, eorum voces suis monumentis inserens, qvæ eorum dogmatis differentiam (mallet Cotelerius l. c. *labem*) aperte declarant. Congregavit idem

in Synodo Syda *Synodum Sydæ*, anno CCCLXXXIII. eiqve præfuit præsentibus XXV. Episcopis. Condemnationem illorum fuisse decretam, nulli dubitamus, cum *Atticus* Constantinopolitanus ap. Amphilochium *literis* id ursisse videatur. Certiores tamen essemus, si *Synodica epistola* ab Episcopo ad Flavianum Antiochenum missa & rerum gestarum rationem reddens, adhuc extaret. *Flavianus* autem accepta Synodica &

Flavianus in Synodo Antiochiæ. ipse *Antiochiæ* adversus illos indixit *Synodum*. In hac Adelphius cum suis asseclis fuit damnatus, & abnegationem hæreseos simulans, frustra ut à Synodo susciperetur, petiit. Scriptæ qvoqve sunt *literæ Synodicæ* de Adelphii & sociorum condemnatione ad Osroenos, &

Ar-

Armeniæ Episcopos. Porro *synodum Constantinopoli* contra eosdem congregarunt *Sisinnius* & *Theodotus*, eaqve de re *communem epistolam* ad *Berinnianum* & *Amphilochium*, scripsere. Edidit & *Archelaus* Cæsareæ Cappadociæ Episcopus XXIV. *anathematismos* capitum ipsorum, & *Heraclides* Nyssenium Episcopus, *duas epistolas* adversus illos composuit. Inseqventi tempore *Gerontius* presbyter & præfectus Monachorum in Glitide scribit ad Alypium, Episcopum Cæsareæ Cappadociæ, qverelas varias *adversus Lampetium*, (hinc *Lampetiani*) qvi primus ex dicta hæresi surripuit sacerdotii dignitatem, profanus licet esset atqve impostor. (a) Videntur etiam Patres *Concilii Africano-Carthaginensis V. can. XLIV. & LIII.* condidisse contra Massalianos, non licere religiosis operari putantes, imo comam & barbam esse alendam sine tonsura; Hos facete perstringit Augustinus: (b) an ita vacandum est, *ut nec tonsores operentur? An qvia evangelicas volucres imitari se dicunt, qvasi depilari timent, ne volare non possint?* Tandem in *Concilio Ephesino III.* legitur *decretum de Messalianis.* Postqvam enim Valerianus & Amphilochius ad synodum rem detulerunt, una cum epistola synodica sub Sisinnio composita, hæc fuit probata, & Messaliani, si renuerint anathematizare & fuerint presbyteri vel diaconi, à gradu & communione remoti, laici vero anathematizati.

Sisinnius & Theodorus in Constantinopolitana.

Archelaus

Heraclides

Gerontius

Concil. Carthag. V.

Concil. Ephesinum III.

(a) de his omnibus vid. Photium *Bibl. cod. 52.* (b) *de opere monachorum c. 31.*

SECTIO L.

MONOTHELETÆ

à dogmate

Jacobitæ dicti.

Maronitæ

[Occ]asio erroris.

Atqve MONERGITÆ à primariis dogmatibus de *una voluntate unaqve operatione* nomen obtinuerunt. Salutantur etiam *Jacobitæ* (a) qvod nomen agnoſcunt hodie qvi Alexandrinam religionem profitentur ipſiqve *Æthiopes* ſe vocitant Jacobitas. Et hos ſuſpicatur DN. Ludolff in commentario ad Hiſtoriam Æthiopicam eſſe Monotheletas & Monergitas. (b) Sed an ſectarii iſti noſtratium mentem recte aſſeqvantur, vel qvomodo ſuam exponant, non compertum habet. Ipſi fortaſſis Æthiopes ex hoc myſterio ſe parum extricant, ut colligit ex epiſtola Æthiopica Anonymi, qvi parum explicate de una voluntate & una operatione diſſerit, (c) *Maronitæ* olim usqve ad annum 1182. docuere, *duas in Chriſto naturas eſſe, unam voluntatem, unum opus & unam perſonam:* hinc Monotheletæ hoc nomine interdum appellati. Revera Monotheletæ fuerunt propago Eutychiani erroris, etſi verbis contra hunc duas in Chriſto eſſe naturas aſſeruerunt. Occaſionem errori dedit colloqvium *Heraclii* Imp. cum Athanaſio qvodam Jaco-

(a) De ſchiſmate Jacobitarum & Melchitarum vid. Hottinger. *Hiſt. Orient. lib. 2. cap. 2. p. 228. ſqq.* (b) *pag. 460.* (c) *in parte IV. epiſtolæ p. 499. ſq. ap. DN. Ludolff.* (d) duo colloqvia fuiſſe putat Natalis *l. c. ſec. VII. cap. 2. art. 1. §. 1. p. 27.* alterum in Armenia cum *Paulo* Severiano hæretico, cujus meminit Sergius in epiſtola ad Honorium, qvæ habetur actione XIII. ſextæ Synodi: alterum cum *Athanaſio*, qvem Theophanes in Chronico commemorat. Forbeſius autem loco infra citando Paulum & Athanaſium pro eodem habet.

Jacobitarum Patriarcha, qvem alii Anastasium vocant. Hunc Imp. rogavit, ut concilium Chalcedonense, de duabus Christi naturis acciperet, pollicitus, si in officio fuisset, se illum Patriarcham Antiochiæ creaturum. Athanasius conditione accepta dixit: libenter se in ejus autoritate futurum, ut duas in Christo naturas assereret. Verum illud astute de Imp. qværere instituit, num ut duæ naturæ, sic duæ item voluntates, atqve actiones inessent. Heraclius qvæstionis novitate permotus, ut responsum, cujus ipse incertus erat, eliceret, rem ad *Sergium* Patriarcham Constantinopolitanum & *Cyrum* Episcopum Phasidis retulit, & cum constans ab utroqve responsum accepisset, unam in Christo voluntatem & unam in eo operationem hærere, imprudens eorum opinionem suscepit. Ex qvibus apparet Sergium & Cyrum fuisse primos hujus hæreseos assertores. *primi assertores* Nisi dicere velis *Theodorum* Episcopum Pharanitanum fuisse priorem, cum qvo Sergius *Mennæ* Antecessoris sui sermonem acclamatorium, qvem tamen legati Romani pro ficto habuere, communicavit. Et Cyrus qvidem post Alexandriæ Synodum instituit specie unionis Acephalorum cum ecclesia & novem edidit capitula, *Cyrus &* qvorum septimo asseruit: *eundem unum Christum & Filium operari Deo decibilia & humana, una Deo virili operatione, secundum S. Dionysium* cujus textum tamen interpolavit. Missa capitula ad Sergium, ab *Sergius* hoc fuere laudata, sed cum videret *Sophronium* in *epistola synodica* monotheletas anathemate percusisse,

con-

consultius esse monuit, si inposterum abstinerent vocabulo unius aut duarum operationum; ab illo, ne rursus in ecclesiam invehi videatur Eutychianismus, ab hoc vero, tum qvod à nullo probabilium Patrum sit editum, tum etiam qvia conseqvens ei sit prædicare duas voluntates, contrarietates adversus se invicem habentes. Eadem Sergius scripsit ad *Honorium R. P.*, qvi in literis responsoriis istum laudavit, qvod satis provide circumspecteqve scripsisset & novitatem abstulisset vocabuli, ex qvo simplicibus scandalum oriri posset; cum ipse interea unam fateatur Domini voluntatem. (a) Hæc Sergii consilia juvit Heraclius, eadem edicto promulgans, qvod creavit ἔκθεσιν cujus seq. fuit titulus: *Expositio orthodoxa fidei, facta à magno Principe Heraclio, propter emersam ab aliqvibus altercationem pro reqvisitione altercationis, in omnibus consonans sanctis & universalibus qvinqve conciliis, qvam cum multa satisfactione & gratia exceperunt Patriarchicis sedibus præsules, & gratanter ei consenserunt, utpote pacem sanctis Dei ecclesiis inferenti.* (b) *Pyrrhus* Chrysopolitanus antea Monachus & Presbyter, postea successor Sergii, hanc ἔκθεσιν coacto conciliabulo approbavit & confirmavit. Cum autem suspectus fuisset de nece Constantini, Heraclii Imp. filii, fuga sibi consuluit in

Honorius

Heraclii ἔκθεσις

Pyrrhus

(a) Baronius qvidem & Sirmondus Honorium excusare volunt, sed uterqve à Spanhemio *Introd. ad Hist. p. 616. sq.* notatur. (b) ἔκθεσιν hanc habes in actis Synodi Lateranensis, sub Martino I. An. DCXLIX. eaqve græce primum prodiit Tom. VI. Concil. edit. Labbeanæ col. 196.

in Africam, qvam qvoqve hac hæresi inficere conabatur, ut ei obstitisset Abbas Maximus. Interea Pyrrho suffectus fuit *Paulus*, se orthodoxum simulans & ἔκθεσιν non rescindens. Imo cum a Theodoro Papa urgeretur, ut professionem fidei pro more ederet, tandem unam Christi voluntatem asserere non dubitavit. Sed ne novi exorirentur motus, autor fuit Constanti, qvemadmodum Sergius Heraclio, ut edictum promulgaret, qvo silentium indiceretur unius vel duarum Christi voluntatum, & chartas Monothelismo faventes, præ foribus ecclesiæ magnis affixas, dilacerari præciperet. Prodiit *edictum* illud nomine *Typi*, qvod ignorans Vasquelius, (a) discipulum Pauli fuisse Typum existimavit, prout notatur à Natali. (b) In eo Imp. exposuit recentis controversiæ statum & dissensionum originem, addito medio extinguendæ dissensionis, silentio sc. utriqve parti indicendo. Paulus successorem habuit *Petrum* ejusdem sectæ hominem, qvi *synodicam* obscuris & dubiis locutionibus involutam ad Eugenium P. R. eam tamen rejicientem, direxit. Huc qvoqve referendus erit *Macarius* Patriarcha Antiochenus, hæreseos fautor cum discipulis *Stephano* & *Polychronio*, novo Simone Mago; *Harmasius* piacularis homo, à qvo *Harmasitæ*. (c) Hi, & qvotqvot alii fuere, diu non permansere in eadem sententia, sed mutarunt

Paulus

Constantis Typus

Petrus

Macarius

Harmasius

Vuuuuu non

(a) *Comment. in III. P. S. Thomæ disp 73. cap. 1.* (b) *l. c. pag. 36.*
(c) qvem huc refert additamentum MS regii 2336. *à Cotelerio l. c. T. 1. p. 790.* adductum, sed, ut putat, per vim à qvodam intrusum in epistolam Sophronii.

non phrases tantum, sed ipsam etiam doctrinam; de qva mutabilitate sæpe conqvesti fuerunt orthodoxi. Communior autem illorum doctrina fuit, *unam in Christo voluntatem esse, unamqve voluntatis operationem.* (a) Et licet plerumqve adversus *voluntates contrarias* disputasse viderentur, tamen ne *similes* qvidem admittebant, persvasi ex unitate *ὑποστάσεως* unam qvoqve voluntatem esse colligendam. Si autem perventum fuerat ad qvæstionem: an Divina voluntas illa sit, an humana, an composita, an neutra? tanta iterum inter illos inconstantia fuit, ut vel mentem suam explicare nollent, vel qvatuor illis modis à se invicem variarent. Qvo ipso etiam factum, ut in hac materia idem esse dixerint, *θέλημα καὶ θέλησιν, καὶ θελητὸν, καὶ προαίρεσιν, καὶ γνώμην, ἐξουσίαν, καὶ δόξαν καὶ φρόνημα*, & solis nominibus differre, contra receptam apud authores significationem. Neqve Christi tantum voluntatem unam esse affirmarunt, sed etiam Dei & sanctorum aliqvando unam futuram esse voluntatem voluerunt, confundentes voluntatem cum re volita. Sic adserta unitate voluntatis, *unam* qvoqve statuebant *operationem*, eamqve iterum vel *unam secundum exuperantiam*, vel *unam divinitatis & humanitatis operationem*, vel *compositam Christi operationem*, qvam *θεανδρικὴν* seu Dei virilem *ἐνέργειαν* appellare consveverunt. Cuncta hæc tum depravatis Scripturæ S. testimoniis, tum ex ratiociniis qvalibuscunqve, tum male cohærente Patrum consensu, &

Doctrina illorum

(a) Damascen. *har. 99. edit. Coteler. p. 325.*

& stolido miracula perpetrandi conatu firmare & ornare tentabant. (a) Statim autem viri orthodoxi *oppugnatores* ore & calamo huic hominum generi obviam ivere. Nil nunc dicam de *Joanne Eleemosynario* Alexandrino Patriarcha, qvi epistolam Sergii, a Georgio cognomento Arsa Paulianista, auctoritates de una operatione petentis, ab Arsæ manu abstulit. *Joannes Eleemosynarius* *Sophronius* profecto primo monachus Alexandrinus, postea Patriarcha Hierosolymitanus, durissimum Monotheletarum flagellum fuit. *Sophronius* Hic non tantum in oriente validissime contradixit, contestans eos & admonens, ut à propria hæresi qviescerent, & ad rectam Patrum fidem remearent: verum etiam *in duobus libris sexcenta dedit testimonia patrum*, ad evictionem impietatis eorum & veritatis ostensionem, ut *Stephanus* Dorensis Episcopus in Concilio Lateranensi, Secretario II, de eo inqvit. Duo hi libri forsan erunt, *duæ illæ epistolæ synodicæ* ex Concilio Hierosolymitano ad Honorium & Sergium aliosqve missæ. (b) Romæ *Joannes IV.* coacta synodo Ἔκθεσιν ab Imper. missam proponit & examinatam cum Episcopis damnat. (c) *Joannes IV.* Nec segniores fuere Joannis successores, *Theodorus*, anathematis sententiæ in Pyrrhum subscribens calamo in calice tincto, sangvine Domini loco atramenti usus novo exemplo: *Theodorus* *Martinus I.* & Heraclii Ἔκθεσιν & Constantis Typum & reliqvos *Martinus I.*

Vuuuuu 2 Mo-

(a) Dogmata hæc observari possunt ap. *Maximum* in scriptis statim citandis. (b) Sic eas distingvit du Pin *bibl nouvell.* *Tom. 6. p. 16. sqq.* prioris mentionem fieri ap. Photium *bibl. cod. 231.* posteriorem autem legi *Act XI. Concilii VI.* putans. (c) ubi tamen Natalis *l. c. §. 3. p. 44.* notandum putat, Joannem IV. damnasse tantum dogma, non personas.

Monothelismi fautores damnans in synodo Romana. Idem fecere Episcopi Africæ, qvibus *Maximus* & voce & exemplo author fuit, ut contra Monotheletas strenue decertarent. Habita enim cum Pyrrho disputatione, hominem erroris convicit, & postea Romam contendit, Martinum ad concilium Lateranense impulsurus; licet Constans Imp. seqventi tempore male eum multaverit. Scripta Maximi huc facientia sunt sqq. *Epistola ad Marinum ex tractatu de operationibus & voluntatibus cap. 50. & 51: ad Nicandrum Episcopum de duabus in Christo operationibus: Tomus dogmaticus adversus Heraclii Ecthesin: liber de duabus unius Christi voluntatibus: Tomus dogmaticus ad Marinum Presbyterum, non posse dici, unam in Christo voluntatem, & de duplici Christi voluntate SS. Patrum, de duabus Christi operationibus, definitiones: acta disputationis de duabus Christi voluntatibus cum Pyrrho in Africa habita*, qvas humiliore stylo conscriptas esse, & nec dialecticæ leges, nedum sermonis sinceritatem satis servare notavit Photius *Cod. CXCV*. qvod tamen notariorum inscitiæ referri potest. Primus hanc disputationem græce extulit, adjuncta Turriani versione, Baronius in *appendice Tom. VIII, Ann. Eccl.* & exinde habetur gr. lat. Concil. Tom. V. (a) Omnia hæc & alia Maximi opera partim prius edita, partim de novo ex variis bibliothecis tunc primum eruta, cleri Gallicani mandato, collegit, latina versione, notis scholiisqve illustrata græc. & lat. II. Vol. in lucem emisit Fr. Combefis, (b) qvi etiam

Episcopi Africæ Maximus

Scripta Maximi

editiones illorum

Combefisii

(a) pag. 1748. (b) *Parif. 1675. fol.*

etiam editioni suæ *vitam & certamen Maximi*, à græco qvodam conscriptum, *acta collationis cum Principibus in Secretario, Disputationem cum Theodosio Cæsareæ Bithyniæ Episcopo* &c. adjecit. Tandem an. ℑƆCLXXX. habitum fuit contra illos *Concilium Oecumenicum VI. seu Constantinopolitanum III.* In ejus *Actione XVII. & XVIII.* communi consensu definita orthodoxa fides, ex symbolis Nicænis & Constantinopolitano, & probatæ qvinqve priores synodi œcumenicæ in omnibus: damnata hæresis Monotheletarum, & duæ in Christo voluntates assertæ pro numero naturarum: Honorius una cum reliqvis Monotheletis, Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro, Cyro Alex., Macario Antiocheno &c. anathematizatus, fatentibus id ipsum cordatioribus Pontificiis. (a) Huc referri debet *Io. Damasceni liber de duabus Christi voluntatibus & actionibus reliqvisqve naturalibus proprietatibus* & opus ἀνέκδοτον *de divinitate & œconomia DN. J. C. contra execrandas Iacobitarum superstitiones.* Ex seculo IX. habemus *Anastasii* Bibliothecarii *collectanea de iis, quæ spectant ad historiam Monotheletarum*, seu farraginem variorum opusculorum ab Anastasio partim conscriptam, partim latine versam, partim aliunde insertam, & sunt: *Anastasii Bibliothecarii Epistola II: Ioannis IV. Papæ apologia pro Honorio Papa. S. Maximi Epistolæ V. Theodori Papæ epistolæ III. Martini Papæ epistolæ IV. Commemoratio eorum, quæ S Martinus passus est Con-*

Concilium Constantinopolitanum III.

Damascenus

Anastasii collectanea

(b) Cabassut, *notit. conciliorum cap. 72 pag. 476* eum ab omni culpa immunem esse non censet. Nat. l. c. diss. 2. conclus. 1. p. 302. sqq. fatetur, contra Baronium, eum fuisse damnatum: conclus. 2. p. 320 sqq. juste damnatum ut fautorem Monothelitarum: addit tamen concl. 3. p. 346. tam vere illum excusari, qvam pie.

stantinopli: Relatio motionis facta in S. Maximum coram Principibus in Secretario: Anastasii Monachi epistola ad monachos Caralitanos. Relatio disputationis inter S. Maximum & Theodosium Cæsareensem; Anastasii Apocrisiarii epistola ad Theodosium Gangrensem: Hypomnesticon de gestis SS. Maximi, utriusq; Anastasii Martini &c. Collectanea hæc à Jac. Sirmondo edita (a), in bibliotheca PP. Tom. XII. apparent. (b) Vltimo

Io. Forbesius. commendandus venit *Io. Forbesius*, qvi in describenda hac hæresi integrum *lib. V. Instruct. Theol. Hist. XXXI. capp.* constantem insumsit (c) seqq fere in eo exhibens: *ortum hæreseos Monotheletarum, & occasionem synodorum contra eam: synodicam confessionem & determinationem Concilii Lateranensis Romani: confessionem Concilii Agathonis R.P; sententiam synodicam VI. synodi œcumenicæ: de auctoritate synodi illius, qvæ qvini sexta dicitur, & hujus primo canone. Sergii & Honorii consensum de una voluntate & contra duas operationes Christi Sophronii doctrinam orthodoxam, qvæ à Sergio & Honorio rejecta est: Honorium cum aliis ob eandem hæresin anathematizatum: argumenta seu inanes cavillationes, qvibus, contra clarissimam rei gestæ historiam, utuntur Pontificii qvidam: refutationem horum argumentorum, vindicias epistolarum Leonis & Constantini: consensum Pontificum & synodorum in damnatione Honorii: de æqvitate sententiæ, à Patribus contra Honorium lata: refutationem argumentorum contra æqvitatem bujus sententiæ,*

(a) *Paris. 1620.* (b) *pag. 831.* (c) *pag. 221. sqq.*

tiæ, & *Pontificiorum strophas, qvi Honorium ajunt errasse occulte, ut privatam personam: non autem publice, ut Papam Romanum.* Dissertatione historico theologica descripsit hæresin Monotheletarum *Ægidius Strauchius.* D. (b) Ægidius Strauchius.

(a) *VVitteb.* 1665.

SECTIO LI.

MONTANISTÆ.

Qvibus MONTANVS natione Phryx, fidelium numero recens adscriptus, (a) nomen & originem dedit. à Montano Circa qvem tamen, qvod jam semel iterumqve monuimus, observandum putamus, plura ei tribui, qvæ rectius Montanistis, qvi sub variis nominibus innotuerunt, debentur. Nunc enim salutantur *Phryges*, & [illegible], [illegible] & *Cataphrygastæ* à Phrygiæ regione; *Pepuziani* à vico Pepuza, …seos hujus adpellationes qvem Hierusalem dixere; nunc *Tascodrugitæ*, qvasi *paxillonasones*, ab eo, qvod inter orandum digitum manus, qvi dicitur index, in nares rectum immitterent, tanqvam palum qvendam, ut in precibus suis severiores attentioresqve viderentur (b) *Spirituales*, qvod Spiritus S. dona se habere profitebantur, & orthodoxos vocabant ψυχικὸς *animales.* Horum omnium & plurium Montanus communiter apud authores habetur dux & author circa annum 172. Is ambitione & dominandi cupiditate videri voluit plenus Spiritu S. & dono futura prædicendi. Duas alias muliercu-

las

(a) Euseb. *H E.* 5, 16. *p.* 180. *a.* (b) Epiphan. *hær.* 48. *p.* 416. conf. omnino Dn. Ittig. *l. c. sect.* 2. *cap.* 14. *p.* 254. *sqq.*

Montani prophetissæ

las *Priscillam* & *Maximillam*, similiter importuna & aliena loqventes, sibi adsociavit. Postqvam autem multos variis suis promissis fefellissent, neqve tamen Apostolorum monita audire voluissent, ex ecclesia ejecti fuerunt. Vana vocamus illorum vaticinia, qvia, licet bella & tumultus imminere prædixerint, nec particulare bellum aut universale in terris fuit, sed Christianis, præcipua qvadam Dei misericordia, pax stabilis & firma permansit. De genere

Mors

mortis Montani & Maximillæ *Asterius Vrbanus* apud Eusebium (a) fama se accepisse scribit, qvod ambo sibi gulam fregerint laqveo, id tamen certò non cognovisse. Dogmata horum fuere, qvod Montanus se

Dogmata

ipsum *Paracletum* vocaverit (b) & asseclæ ejus pro tali eum habuerint. De *SS. Trinitate* [illegible] Epiphanio, & Theodoreto, prout pluribus *tota dissertatione* ostendit *Natalis.* (c) Cataphryges & Pepuziani sacramenta perhibebantur habere funesta. Nam de infantis anniculi sanguine, qvem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorqvent, qvasi Eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemqve inde facientes: qvi puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre: sin autem vixerit, pro magno sacerdote. (d) Verum ipsi hoc non fatentur & *accusationem illam calumniam vocant.* In disciplina rigidiores se

præ-

(a) *H.E* 5, 16. *p.151.c.* (b) licet Tertullianus Montanum, à paracleto distinguat. (c) *sec.2.part.1. Differt.3.p 168.sqq.* adde Ittig *l c.p.220.* (d Augustin. *hær.26.* (e) Theodoret *hær. fab.3, 2.* Prædestinat. *hær.26.*

præbuere Montaniſtæ & iis, qvi poſt ſuſceptum baptiſmum moechi comperti fuiſſent, vel in alia gravia peccata incidiſſent, pacem eccleſiis & communionem penitus denegaverunt, in qvo fuere anteceſſores Novatianorum: (a) ſecundas nuptias pro fornicationibus habebant: jejunia freqventiora & ſicciora voluerunt, tres in anno facientes qvadrageſimas; (a) qvibus jungi poſſet inſolitus orandi ritus, de qvo ſupra: nunqvam in perſecutione fugiendum eſſe neqve eam redimendam, ſed Martyrium expectandum: epiſcopis tertium locum in ſuis conventibus aſſignabant, fœminas qvoqve ad epiſcopatum & presbyteratum evehentes: peregrinam qvandam methodum commenti, juxta illam Paſcha celebrabant. (b) Qvædam ex his dogmatibus *ab ipſo Montano fuiſſe conſignata* non dubitamus, cum Epiphanius fragmenta, licet pauciſſima, in citata hæreſi exhibeat. *Priſcillæ & Maximillæ ſcripta* libros Propheticos appellavit, & Montaniſtæ in majore honore illa habuerunt, qvam divinum Evangelium. (c) Aſſeclas Montani leguntur fuiſſe *Theodotus*, (d) *Themiſon*, (e) *Alexander*, (f) *Alcibiades, Miltiades*, (g) *Proclus* (h) & *Æſchines*. A duobus poſterioribus Cata-

Scripta Montaniſtarum

Aſſeclæ

Xxx xxx phryges

(a) Ittig. *l.c.p.222.* (b) Ittig. *l.c.p.227.ſqq.* ubi *p.235.* oſtendit, Pontificios non poſſe declinare harmoniam doctrinæ ſuæ de jejuniis cum horum hominum doctrina. (c) Sozom. *7, 28. p. 733. b.* (d) Theodoret. *l.c.* (e) Euſeb. *H. E. 5, 16.* (f) Ib. *l.c. 5, 18.* (g) Ibid. (h) Euſeb. *5, 3* qvi tamen Miltaides ab alio diſtingvendus, cujus mentio apud Euſeb. *5, 17.* (h) Theodoret. *l.c.* Patroclus, & Valeſio *in notis Euſeb. p. 123.* alius à Proculo, ſed argumentis non cogentibus.

phryges dicti fuerunt vel *ſecundum Proculum*, vel *ſecundum Æſchinem.* Tum hi tum illi communem habuere blasphemiam, *in Apoſtolis qvidem Spiritum S fuiſſe, non vero paracletum, & hinc plura in Montano dixiſſe, qvàm Chriſtum in Evangelio protuliſſe, imo etiam meliora & majora.* Diverſi autem inter ſe erant, qvod illi, qvi *Kata Æſchinem*, dixerint, *Chriſtum ipſum eſſe filium & patrem*, referente autore appendicis ad Tertullianum de præſcriptionibus. (a) Forſan inter aſſeclas Montani referendus erit ipſe *Pontifex Romanus*, *agnoſcens prophetias Montani, Priſcæ & Maximillæ*, ut habet Tertullianus adverſus Praxeam. (b) Omnes tamen illius ſectatores eruditione ſuperavit *Tertullianus*, qvem Cyprianus Magiſtrum appellare ſolitus eſt. *Georgius* qvidem *Ambianenſis Capucinus*, qvi tribus voluminibus Tertullianum Redivivum edidit, Montaniſtam eum fuiſſe negat, ſed poſt alios Natalis (c) denuo ſecundum ſingula capita talem eſſe oſtendit. Qvid vero moverit eum, ut ad Montaniſtarum caſtra tranſiret, non una videtur fuiſſe cauſa. Fruſtra nonnulli obtendunt epiſcopatus repulſam. Verius alii dicunt, eum ſeverioris ingenii virum Montaniſtas ſeveriorem diſciplinam ſervare putantem, illorum partes elegiſſe, accedente præſertim faſtu cleri Romani, qvi eum durioribus verbis paſſim excipiebat, occaſione libri de corona militis. (d) In hoc lapſu etſi multa ſcripſerit, (e) præcipue tamen huc ſpe-

Tertullianus Montaniſta.

(a) *c. 52.* (b) *c. 1. ſq.* Ittig. *l. c. p. 253.* (c) l. c. *diſſ. 9. part. 1. p. 464 ſqq.* (d) Natal. *l. c. p. 481.* Cave *Hiſt. Lit. p. 57.* du Pin *T. I. l. c. p. 90.* (e) Cave *l. c. p. 78.*

ſpectare videntur, *ſex libri de ecſtaſi & ſeptimus contra Apollonium forte & Soterem*, qvi ſunt deperditi, & alii adhuc extantes, *de pudicitia; de fuga in perſecutione; de jejunio adverſus Pſychicos*, vel orthodoxos; *de monogamia; & de exhortatione caſtitatis.* Atqve ſic totus mutatus ab illo, dum ante lapſum adhuc conſcripſerat *librum de baptiſmo adverſus Qvintillam*, à qva Qvintilliani. An aliud qvid contra Montanum ipſum ſcripſerit, non æqve probari poteſt, ſed veriſimile fit, tum ex illis B. Auguſtini verbis l.c. *ad Kataphrygas tranſiit, qvos ante deſtruxit*; tum maxime ex Nicephoro, (a) qvi tradit illum plura adverſus Montani dogma conſcripſiſſe, poſtea vero in illius delapſum errorem, plures rurſus libros pro illo compoſuiſſe. Diu duravit hæc hæreſis, & licet aliæ à Conſtantino M. coercitæ fuerint, hæc qvidem in reliqvis provinciis imperii Romani eadem perpeſſa fuit, excepta Phrygia & vicinis aliqvot provinciis: in qvibus jam inde ab initio & ab ipſis Montani temporibus, multitudine abundavit, etiam ſcribente Sozomeno. (b) Verum non defuere Montano oppugnatores, qvos inter memorantur, CL. *Apollinaris Hierapolitanus* (c) Epiſcopus, vir laude dignus, & qvi præter rerum divinarum cognitionem erat qvoqve externa diſciplina præditus in *libro adverſus hæreſin Cataphrygum* vel in literis ſuper condemnatione Montani; *Aſterius Urbanus* (d) tribus libris, qvos

Scripta Tertulliani Montaniſtica

Oppugnatores Apollinaris.

Aſterius Urbanus

 Aber-

(a) *l.4, c.34.* (b) *H. E. 2. 32. p.494.a.* (c) Euſeb. *H.E. 5.16. p 179. a. 5, 19. p. 187. a.* Theodoret. *l.c.* (d) Euſeb. *l.c. p. 182. a.* Valeſ. *in notis p. 98. a.* Ittig. *l.c. pag. 240. ſq.*

Miltiades Abercio Marcello nuncupavit; *Miltiades in peculiari opere* adversus Montani hæresin, qvo docuit, *non decere prophetam loqvi in ecstasi*; (a) *Apollonius* peculiare adversus eos volumen condidit, tum falsas prophetias, qvæ ab illis circumferuntur, verbatim expendens, tum vitam moresqve eorum, qvi hæresis illius auctores fuerunt, discutiens; (b) *Serapion* in epistola ad Caricum & Ponticum, ecclesiasticos viros, exarata. In ea leguntur subscriptiones variorum Episcoporum. Qvorum unus subscribit in hunc modum: *Aurelius Cyrenius martyr* opto vos bene valere. Alter autem hoc modo: *Ælius Publius Iulius Develti Coloniæ Thraciæ Episcopus*: Testor Deum qvi in cœlis est, qvod *beatus Sotas*, qvi est Anchiali, dæmonium Priscillæ ejicere voluit, sed hypocritæ neqvaqvam permiserunt. Sed & aliorum complurium episcoporum, idem cum illis sentientium, subscriptiones, propriis ipsorum manibus appositæ, in illa epistola leguntur. (c) *Ecclesia* qvoqve *Gallicana*, cum Cataphrygum causa dissensio orta esset, *privatum de his judicium suum*, religiosum inprimis & cum recta fide consentiens, epistolæ Martyrum Lugdunensium ad Asiæ & Phrygiæ ecclesias scriptæ, subjunxit. (d) Imo ipsi fideles, qvi in Asia erant, sæpius & pluribus in locis ejus rei causa convenerunt, novamqve illam doctrinam examinarunt, & prophanam atqve impiam judicarunt, ipsos hæreticos ab ecclesia & fidelium

Apollonius

Serapion

Ecclesia Gallicana

(a) Euseb. 5, 17. p. 183. b. (b) Ibid. l. c. 5, 18. p. 184. b. (c) Euseb. 5, 19. p. 186 sq. 6, 12. p. 213. b. (d) Euseb. 5, 3. p. 168. a & b.

lium communione expellentes. (a) Porro ſcripſit *contra Cataphrygas librum Soter Papa*, teſte autore de hæreſibus, (b) ſub prædeſtinati nomine editum. Huic reſpondiſſe dicitur Tertullianus, aſſerens falſa eſſe de ſangvine infantis, Trinitatem in unitate Deitatis, pœnitentiam lapſis, myſteriis eisdem unum paſcha cum aliis. Hoc ſolum diſcrepamus, inqvit, qvod ſecundas nuptias non recipimus & prophetiam Montani de futuro judicio non recuſamus. Et *Cajus* ſive Cainus (c) celebrem cum Proclo diſputationem habuit, qvam poſtea in *Dialogi* formam redactam ſcripto conſignavit. Qvosdam Montani errores pulchre refutavit *Hieronymus epiſtola ad Hedibiam* qvæſt. IX. & latius *epiſtola LIV. ad Marcellam adverſus Montanum.* Conferatur tandem *Ægid. Strauchii de Montano diſcurſus hiſtorico Theologicus*, in qvo ſub finem monet, in judicio ferendo de Tertulliano æqvo cenſori reſpiciendum eſſe ad certas regulas. (d) Soter Papa Cajus Hieronymus Ægid. Strauchius

(a) Euſeb. 5, 16. *pag.181.* in Græcia etiam concilia contra Montaniſtas habita conjicit Baronius *Tom. 2. Annal. ad ann 173. n.19.* ex Tertulliani *adverſus Pſych cap.13.* (b) *bar. 26. &* 86. (c) Theodoret. *l.c.* (d) Gedani 1680. 4.

SECTIO LII.

NEPOTIANI

A NEPOTE Ægypti Epiſcopo dicti. Hic cum ob fidem tum ob diligentiam & ſtudium ſcripturarum, poſtremo ob Pſalmorum cantus multiplices ab omnibus magni habitus; ſed promiſſiones ſanctis hominibus factas in divinis voluminibus Judai- à Nepote

consultius esse monuit, si inposterum abstinerent vocabulo unius aut duarum operationum; ab illo, ne rursus in ecclesiam invehi videatur Eutychianismus, ab hoc vero, tum qvod à nullo probabilium Patrum sit editum, tum etiam qvia conseqvens ei sit prædicare duas voluntates, contrarietates adversus se invicem habentes. Eadem Sergius scripsit ad *Honorium R. P.*, qvi in literis responsoriis istum laudavit, qvod satis provide circumspecteqve scripsisset & novitatem abstulisset vocabuli, ex qvo simplicibus scandalum oriri posset; cum ipse interea unam fateatur Domini voluntatem. (a) Hæc Sergii consilia juvit Heraclius, eadem edicto promulgans, qvod creavit ἔκθεσιν cujus seq. fuit titulus: *Expositio orthodoxa fidei, facta à magno Principe Heraclio, propter emersam ab aliqvibus altercationem pro reqvisitione altercationis, in omnibus consonans sanctis & universalibus qvinqve conciliis, qvam cum multa satisfactione & gratia exceperunt Patriarchicis sedibus præsules, & gratanter ei consenserunt, utpote pacem sanctis Dei ecclesiis inferenti.* (b) *Pyrrhus* Chrysopolitanus antea Monachus & Presbyter, postea successor Sergii, hanc ἔκθεσιν coacto conciliabulo approbavit & confirmavit. Cum autem suspectus fuisset de nece Constantini, Heraclii Imp. filii, fuga sibi consuluit in

Honorius

Heraclii ἔκθεσις

Pyrrhus

(a) Baronius qvidem & Sirmondus Honorium excusare volunt, sed uterqve à Spanhemio *Introd. ad Hist. p. 616. sq.* notatur. (b) ἔκθεσιν hanc habes in actis Synodi Lateranensis, sub Martino I. An. DCXLIX. eaqve græce primum prodiit Tom. VI. Concil. edit Labbeanæ col. 196.

in Africam, qvam qvoqve hac hæresi inficere conabatur, ut ei obstitisset Abbas Maximus. Interea Pyrrho suffectus fuit *Paulus*, se orthodoxum simulans & ἐκθεσιν non rescindens. Imo cum a Theodoro Papa urgeretur, ut professionem fidei pro more ederet, tandem unam Christi voluntatem asserere non dubitavit. Sed ne novi exorirentur motus, autor fuit Constanti, qvemadmodum Sergius Heraclio, ut edictum promulgaret, qvo silentium indiceretur unius vel duarum Christi voluntatum, & chartas Monothelismo faventes, præ foribus ecclesiæ magnis affixas, dilacerari præciperet. Prodiit *edictum* illud nomine *Typi*, qvod ignorans Vasqvelius, (a) discipulum Pauli fuisse Typum existimavit, prout notatur à Natali. (b) In eo Imp. exposuit recentis controversiæ statum & dissensionum originem, addito medio extinguendæ dissensionis, silentio sc. utriqve parti indicendo. Paulus successorem habuit *Petrum* ejusdem sectæ hominem, qvi *synodicam* obscuris & dubiis locutionibus involutam ad Eugenium P. R. eam tamen rejicientem, direxit. Huc qvoqve referendus erit *Macarius* Patriarcha Antiochenus, hæreseos fautor cum discipulis *Stephano* & *Polychronio*, novo Simone Mago; *Harmasius* piacularis homo, à qvo *Harmasitæ*. (c) Hi, & qvotqvot alii fuere, diu non permansere in eadem sententia, sed mutarunt

Paulus

Constantis Typus

Petrus

Macarius

Harmasius

(a) *Comment. in III. P. S. Thomæ disp 73. cap. 1.* (b) *l. c. pag. 36.*
(c) qvem huc refert additamentum MS regii 2336. à *Cotelerio l. c T. 1. p. 790.* adductum, sed, ut putat, per vim à qvodam intrusum in epistolam Sophronii.

non phrases tantum, sed ipsam etiam doctrinam; de qva mutabilitate sæpe conqvesti fuerunt orthodoxi.

Doctrina illorum

Communior autem illorum doctrina fuit, *unam in Christo voluntatem esse, unamqve voluntatis operationem.*(a) Et licet plerumqve adversus *voluntates contrarias* disputasse viderentur, tamen ne *similes* qvidem admittebant, persvasi ex unitate ὑποστάσεως unam qvoq; voluntatem esse colligendam. Si autem perventum fuerat ad qvæstionem: an Divina voluntas illa sit, an humana, an composita, an neutra? tanta iterum inter illos inconstantia fuit, ut vel mentem suam explicare nollent, vel qvatuor illis modis à se invicem variarent. Qvo ipso etiam factum, ut in hac materia idem esse dixerint, θέλημα καὶ θέλησιν, καὶ βουλὴν, καὶ προαίρεσιν, καὶ γνώμην, ἐξουσίαν τε, καὶ δόξαν καὶ φρόνημα, & solis nominibus differre, contra receptam apud authores significationem. Neqve Christi tantum voluntatem unam esse affirmarunt, sed etiam Dei & sanctorum aliqvando unam futuram esse voluntatem voluerunt, confundentes voluntatem cum re volita. Sic adserta unitate voluntatis, *unam* qvoqve statuebant *operationem*, eamqve iterum vel *unam secundum exuperantiam*, vel *unam divinitatis & humanitatis operationem*, vel *compositam Christi operationem*, qvam θεανδρικὴν seu Dei virilem ἐνέργειαν appellare consveverunt. Cuncta hæc, tum depravatis Scripturæ S. testimoniis, tum ex ratiociniis qvalibuscunqve, tum male cohærente Patrum consensu, &

(a) Damascen. *hær. 99. edit. Coteler. p. 325.*

& ſtolido miracula perpetrandi conatu firmare & ornare tentabant. (a) Statim autem viri orthodoxi *oppugnatores* ore & calamo huic hominum generi obviam ivere. Nil nunc dicam de *Joanne Eleemoſynario* Alexandrino Patriarcha, qvi epiſtolam Sergii, a Georgio cognomento Arſa Paulianiſta, auctoritates de *Joannes Eleemoſynarius* una operatione petentis, ab Arſæ manu abſtulit. *Sophronius* profecto primo monachus Alexandrinus, poſtea Patriarcha Hieroſolymitanus, duriſſimum *Sophronius* Monotheletarum flagellum fuit. Hic non tantum in oriente validiſſime contradixit, conteſtans eos & admonens, ut à propria hæreſi qvieſcerent, & ad rectam Patrum fidem remearent: verum etiam *in duobus libris ſexcenta dedit teſtimonia patrum*, ad evictionem impietatis eorum & veritatis oſtenſionem, ut *Stephanus* Dorenſis Epiſcopus in Concilio Lateranenſi, Secretario II, de eo inqvit. Duo hi libri forſan erunt, *duæ illæ epiſtolæ ſynodicæ* ex Concilio Hieroſolymitano ad Honorium & Sergium aliosqve miſſæ. (b) Romæ *Joannes IV.* coacta ſynodo Ἔκθεσιν ab Imper. *Joannes IV.* miſſam proponit & examinatam cum Epiſcopis damnat. (c) Nec ſegniores fuere Joannis ſucceſſores, *Theodorus*, anathematis ſententiæ in Pyrrhum ſub- *Theodorus* ſcribens calamo in calice tincto, ſangvine Domini loco atramenti uſus novo exemplo: *Martinus I.* & Heraclii Ἔκθεσιν & Conſtantis Typum & reliqvos *Martinus I.*

 Mo-

(a) Dogmata hæc obſervari poſſunt ap. *Maximum* in ſcriptis ſtatim citandis. (b) Sic eas diſtingvit du Pin *bibl. nouvell.* Tom. VI. p. 16. *ſqq.* prioris mentionem fieri ap Photium *bibl. cod. 231.* poſteriorem autem legi *Act XI. Concilii VI.* putans. (c) ubi tamen Natalis *l. c. §. 3. p. 44.* notandum putat, Joannem IV. damnaſſe tantum dogma, non perſonam.

Monothelismi fautores damnans in synodo Romana. Idem fecere Episcopi Africæ, qvibus *Maximus* & voce & exemplo author fuit, ut contra Monotheletas strenue decertarent. Habita enim cum Pyrrho disputatione, hominem erroris convicit, & postea Romam contendit, Martinum ad concilium Lateranense impulsurus; licet Constans Imp. seqventi tempore male eum multaverit. Scripta Maximi huc facientia sunt sqq. *Epistola ad Marinum ex tractatu de operationibus & voluntatibus cap. 50. & 51: ad Nicandrum Episcopum de duabus in Christo operationibus: Tomus dogmaticus adversus Heraclii Ecthesin: liber de duabus unius Christi voluntatibus: Tomus dogmaticus ad Marinum Presbyterum, non posse dici, unam in Christo voluntatem, & de dupliti Christi voluntate SS. Patrum de duabus Christi operationibus, definitiones: acta disputationis de duabus Christi voluntatibus cum Pyrrho in Africa habita*, qvas humiliore stylo conscriptas esse, & nec dialecticæ leges, nedum sermonis sinceritatem satis servare notavit Photius *Cod. CXCV.* qvod tamen notariorum inscitiæ referri potest. Primus hanc disputationem græce extulit, adjuncta Turriani versione, Baronius in *appendice Tom. VIII. Ann. Eccl.* & exinde habetur gr. lat. Concil. Tom. V. (a) Omnia hæc & alia Maximi opera partim prius edita, partim de novo ex variis bibliothecis tunc primum eruta, cleri Gallicani mandato, collegit, latina versione, notis scholiisqve illustrata græc. & lat. II. Vol. in lucem emisit Fr. Combefis. (b) qvi etiam

Episcopi Africæ Maximus

Scripta Maximi

editiones illorum

Combefisii

(a) pag. 1748. (b) *Pariss. 1675. fol.*

etiam editioni ſuæ *vitam & certamen Maximi*, à græco qvodam conſcriptum, *acta collationis cum Principibus in Secretario, Diſputationem cum Theodoſio Cæſarea Bithyniæ Epiſcopo* &c. adjecit. Tandem an. ⅠↃCLXXX. habitum fuit contra illos *Concilium Oecumenicum VI. ſeu Conſtantinopolitanum III.* In ejus *Actione XVII. & XVIII.* communi conſenſu definita orthodoxa fides, ex ſymbolis Nicænis & Conſtantinopolitano, & probatæ qvinqve priores ſynodi œcumenicæ in omnibus: damnata hæreſis Monotheletarum, & duæ in Chriſto voluntates aſſertæ pro numero naturarum: Honorius una cum reliqvis Monotheletis, Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro, Cyro Alex., Macario Antiocheno &c. anathematizatus, fatentibus id ipſum cordatioribus Pontificiis. (a) Huc referri debet *Io. Damaſceni liber de duabus Chriſti voluntatibus & actionibus reliqvisqve naturalibus proprietatibus* & opus ἀνέκδοτον *de divinitate & œconomia DN. J. C. contra execrandas Iacobitarum ſuperſtitiones*. Ex ſeculo IX. habemus *Anaſtaſii* Bibliothecarii *collectanea de iis, qvæ ſpectant ad hiſtoriam Monotheletarum*, ſeu farraginem variorum opuſculorum ab Anaſtaſio partim conſcriptam, partim latine verſam, partim aliunde inſertam, & ſunt: *Anaſtaſii Bibliothecarii Epiſtolæ II: Ioannis IV. Papæ apologia pro Honorio Papa. S. Maximi Epiſtolæ V. Theodori Papæ epiſtolæ III. Martini Papæ epiſtolæ IV. Commemoratio eorum, qvæ S. Martinus paſſus eſt Con-*

Concilium Conſtantinopolitanum III.

Damaſcenus

Anaſtaſii collectanea

(b) Caballut, *notit. conciliorum cap. 71. pag. 476* eum ab omni culpa immunem eſſe non cenſet. Nat. l. c. diſſ. 2. concluſ. 1. p. 302. ſqq. fatetur contra Baronium, eum fuiſſe damnatum: concluſ. 2. p. 370 ſqq. juſte damnatum ut fautorem Monothelitarum: addit tamen concl. 3. p. 346. tam vere illum excuſari, qvam pie.

stantinopli: Relatio motionis facta in S. Maximum coram Principibus in Secretario: Anastasii Monachi epistola ad monachos Caralitanos. Relatio disputationis inter S. Maximum & Theodosium Cæsareensem; Anastasii Apocrisiarii epistola ad Theodosium Gangrensem: Hypomnesticon de gestis SS. Maximi, utriusq; Anastasii Martini &c. Collectanea hæc à Jac. Sirmondo edita (a), in bibliotheca PP. Tom. XII apparent. (b) Vltimo commendandus venit *Io. Forbesius*, qvi in describenda hac hæresi integrum *lib. V. Instruct. Theol. Hist. XXXI. capp.* constantem insumsit (c) seqq fere in eo exhibens: *ortum hæreseos Monothelctarum, & occasionem synodorum contra eam: synodicam confessionem & determinationem Concilii Lateranensis Romani: confessionem Concilii Agathonis R. P; sententiam synodicam VI. synodi œcumenicæ: de auctoritate synodi illius, qvæ qvini sexta dicitur, & hujus primo canone. Sergii & Honorii consensum de una voluntate & contra duas operationes Christi Sophronii doctrinam orthodoxam, qvæ à Sergio & Honorio rejecta est: Honorium cum aliis ob eandem hæresin anathematizatum: argumenta seu inanes cavillationes, qvibus, contra clarissimam rei gestæ historiam, utuntur Pontificii qvidam: refutationem horum argumentorum, vindicias epistolarum Leonis & Constantini: consensum Pontificum & synodorum in damnatione Honorii: de æqvitate sententiæ, à Patribus contra Honorium latæ: refutationem argumentorum contra æqvitatem bujus sententiæ,*

Io. Forbesius.

(a) Paris. 1620. (b) pag. 831. (c) pag. 222. sqq.

tia, & Pontificiorum strophas, qvi Honorium ajunt errasse occulte, ut privatam personam: non autem publice, ut Papam Romanum. Dissertatione historico theologica descripsit hæresin Monotheletarum *Ægidius Strauchius. D.* (b) *Ægidius Strauchius.*

(a) *VVitteb. 1665.*

SECTIO LI.

MONTANISTÆ.

Qvibus MONTANVS natione Phryx, fidelium numero recens adscriptus, (a) nomen & originem dedit. *à Montano* Circa qvem tamen, qvod jam semel iterumqve monuimus, observandum putamus, plura ei tribui, qvæ rectius Montanistis, qvi sub variis nominibus innotuerunt, debentur. Nunc enim salutantur *Phryges*, & [illegible] *Cataphrygastæ* à Phrygiæ regione; *Pepuziani* à vico Pepuza, qvem Hierusalem dixere; nunc *Tascodrugitæ*, qvasi *paxillonasones*, ab eo, qvod inter orandum digitum manus, qvi dicitur index, in nares rectum immitterent, tanqvam palum qvendam, ut in precibus suis severiores attentioresqve viderentur (b) *Spirituales*, qvod Spiritus S. dona se habere profitebantur, & orthodoxos vocabant ψυχικὸς *animales.* Horum omnium & plurium Montanus communiter apud authores habetur dux & author circa annum 172. Is ambitione & dominandi cupiditate videri voluit plenus Spiritu S. & dono futura prædicendi. Duas alias mulierculas

[illegible] seos hujus appellationes

(a) Euseb. *H.E. 5, 16. p. 180. a.* (b) Epiphan. *hær. 48. p. 416.* conf. omnino Dn. Ittig. *l. c. sect. 2. cap. 14. p. 254. sqq.*

Montani prophetissa las *Priscillam* & *Maximillam*, similiter importuna & aliena loqventes, sibi adsociavit. Postqvam autem multos variis suis promissis fefellissent, neqve tamen Apostolorum monita audire voluissent, ex ecclesia ejecti fuerunt. Vana vocamus illorum vaticinia, qvia, licet bella & tumultus imminere prædixerint, nec particulare bellum aut universale in terris fuit, sed Christianis, præcipua qvadam Dei misericordia, pax stabilis & firma permansit. De genere

Mors mortis Montani & Maximillæ *Asterius Vrbanus* apud Eusebium (a) fama se accepisse scribit, qvod ambo sibi gulam fregerint laqveo, id tamen certò non cognovisse. Dogmata horum fuere, qvod Montanus se ipsum *Paracletum* vocaverit (b) & asseclæ ejus pro tali

Dogmata eum habuerint. De *SS. Trini*[illegible] [illegible], [illegible] Epiphanio, & Theodoreto, prout pluribus *tota dissertatione* ostendit *Natalis.* (c) Cataphryges & Pepuziani sacramenta perhibebantur habere funesta. Nam de infantis anniculi sanguine, qvem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorqvent, qvasi Eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemqve inde facientes: qvi puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre: sin autem vixerit, pro magno sacerdote. (d) Verum ipsi hoc non fatentur & *accusationem illam calumniam vocant.* In disciplina rigidiores se

præ-

(a) *H.E* 5, 16. *p.* 181. *c.* (b) licet Tertullianus Montanum, à paracleto distinguat. (c) *sec.* 2. *part.* 1. *Differt.* 3. *p* 168. *sqq.* adde Ittig *l c. p.* 220. (d) Augustin. *hær.* 26. (e) Theodoret *hær. fab.* 3, 2. Prædestinat. *hær.* 26.

præbuere Montaniſtæ & iis, qvi poſt ſuſceptum baptiſmum moechi comperti fuiſſent, vel in alia gravia peccata incidiſſent, pacem eccleſiis & communionem penitus denegaverunt, in qvo fuere anteceſſores Novatianorum: (a) ſecundas nuptias pro fornicationibus habebant: jejunia freqventiora & ſicciora voluerunt, tres in anno facientes qvadrageſimas; (a) qvibus jungi poſſet inſolitus orandi ritus, de qvo ſupra: nunqvam in perſecutione fugiendum eſſe neqve eam redimendam, ſed Martyrium expectandum: epiſcopis tertium locum in ſuis conventibus aſſignabant, fœminas qvoqve ad epiſcopatum & presbyteratum evehentes: peregrinam qvandam methodum commenti, juxta illam Paſcha celebrabant. (b) Qvædam ex his dogmatibus *ab ipſo Montano fuiſſe conſignata* non dubitamus, cum Epiphanius fragmenta, licet pauciſſima, in citata hæreſi exhibeat. *Priſcillæ & Maximillæ ſcripta* libros Propheticos appellavit, & Montaniſtæ in majore honore illa habuerunt, qvam divinum Evangelium. (c) Aſſeclas Montani leguntur fuiſſe *Theodotus*, (d) *Themiſon*, (e) *Alexander*, (f) *Alcibiades, Miltiades*, (g) *Proclus* (h) *& Æſchines*. A duobus poſterioribus Cata-

Scripta Montaniſtarum

Aſſeclæ

Xxx xxx phryges

(a) Ittig. *l.c.p.222.* (b) Ittig. *l.c.p.227.ſqq.* ubi *p.235.* oſtendit, Pontificios non poſſe declinare harmoniam doctrinæ ſuæ de jejuniis cum horum hominum doctrina. (c) Sozom. *7, 28. p. 733. b.* (d) Theodoret. *l.c.* (e) Euſeb. *H. E. 5, 16.* (f) Ib. *l.c. 5, 18.* (g) Ibid. (h) Euſeb. *5, 3* qvi tamen Miltiades ab alio diſtingvendus, cujus mentio apud Euſeb. *5, 17.* (h) Theodoret. *l.c.* Patroclus, & Valeſio *in notis Euſeb. p. 123.* alius à Proculo, ſed argumentis non cogentibus.

phryges dicti fuerunt vel *secundum Proculum*, vel *secundum Æschinem*. Tum hi tum illi communem habuere blasphemiam, *in Apostolis qvidem Spiritum S fuisse, non vero paracletum, & hinc plura in Montano dixisse, qvàm Christum in Evangelio protulisse, imo etiam meliora & majora*. Diversi autem inter se erant, qvod illi, qvi *Kata Æschinem*, dixerint, *Christum ipsum esse filium & patrem*, referente autore appendicis ad Tertullianum de præscriptionibus. (a) Forsan inter asseclas Montani referendus erit ipse *Pontifex Romanus*, *agnoscens prophetias Montani, Prisca & Maximilla*, ut habet Tertullianus adversus Praxeam. (b) Omnes tamen illius sectatores eruditione superavit *Tertullianus*, qvem Cyprianus Magistrum appellare solitus est. *Georgius* qvidem *Ambianensis Capucinus*, qvi tribus voluminibus Tertullianum Redivivum edidit, Montanistam eum fuisse negat, sed post alios Natalis (c) denuo secundum singula capita talem esse ostendit. Qvid vero moverit eum, ut ad Montanistarum castra transiret, non una videtur fuisse causa. Frustra nonnulli obtendunt episcopatus repulsam. Verius alii dicunt, eum severioris ingenii virum Montanistas severiorem disciplinam servare putantem, illorum partes elegisse, accedente præsertim fastu cleri Romani, qvi eum durioribus verbis passim excipiebat, occasione libri de corona militis. (d) In hoc lapsu etsi multa scripserit, (e) præcipue tamen huc spe-

Tertullianus Montanista

(a) *c. 52.* (b) *c. 1. sq.* Ittig. *l. c. p. 253.* (c) l. c. *diss. 9. part. 1. p. 464 sqq.* (d Natal. *l. c. p. 481.* Cave *Hist. Lit. p. 57.* du Pin *T. 1. l. c. p. 90.* (e) Cave *l. c. p. 58.*

ſpectare videntur, *ſex libri de ecſtaſi & ſeptimus contra Apollonium forte & Soterem*, qvi ſunt deperditi, & alii adhuc extantes, *de pudicitia; de fuga in perſecutione; de jejunio adverſus Pſychicos*, vel orthodoxos; *de monogamia; & de exhortatione caſtitatis.* Atqve ſic totus mutatus ab illo, dum ante lapſum adhuc conſcripſerat *librum de baptiſmo adverſus Qvintillam*, à qva Qvintilliani. An aliud qvid contra Montanum ipſum ſcripſerit, non æqve probari poteſt, ſed veriſimile fit, tum ex illis B. Auguſtini verbis l.c. *ad Kataphrygas tranſiit, qvos ante deſtruxit;* tum maxime ex Nicephoro, (a) qvi tradit illum plura adverſus Montani dogma conſcripſiſſe, poſtea vero in illius delapſum errorem, plures rurſus libros pro illo compoſuiſſe. Diu duravit hæc hæreſis, & licet aliæ à Conſtantino M. coercitæ fuerint, hæc qvidem in reliqvis provinciis imperii Romani eadem perpeſſa fuit, excepta Phrygia & vicinis aliqvot provinciis: in qvibus jam inde ab initio & ab ipſis Montani temporibus, multitudine abundavit, etiam ſcribente Sozomeno. (b) Verum non defuere Montano oppugnatores, qvos inter memorantur, CL. *Apollinaris Hierapolitanus* (c) Epiſcopus, vir laude dignus, & qvi præter rerum divinarum cognitionem erat qvoqve externa diſciplina præditus in *libro adverſus hæreſin Cataphrygum* vel in literis ſuper condemnatione Montani; *Aſterius Urbanus* (d) tribus libris, qvos

Scripta Tertulliani Montaniſtica.

Oppugnatores Apollinaris.

Aſterius Urbanus.

(a) *l.4, c.34.* (b) *H. E. 2.32. p.494.a.* (c) Euſeb. *H.E. 5.16. p. 179. a. 5, 19. p. 187. a.* Theodoret. *l.c.* (d) Euſeb. *l.c. p. 182. a.* Valeſ. *in notis p. 98. a.* Ittig. *l.c. pag. 240. ſq.*

lium communione expellentes. (a) Porro scripsit *contra Cataphrygas librum Soter Papa*, teste autore de haeresibus, (b) sub praedestinati nomine editum. Huic respondisse dicitur Tertullianus, asserens falsa esse de sangvine infantis, Trinitatem in unitate Deitatis, poenitentiam lapsis, mysteriis eisdem unum pascha cum aliis. Hoc solum discrepamus, inqvit, qvod secundas nuptias non recipimus & prophetiam Montani de futuro judicio non recusamus. Et *Cajus* sive Cainus (c) celebrem cum Proclo disputationem habuit, qvam postea in *Dialogi* formam redactam scripto consignavit. Qvosdam Montani errores pulchre refutavit *Hieronymus epistola ad Hedibiam* qvaest. IX. & latius *epistola LIV. ad Marcellam adversus Montanum.* Conferatur tandem *Aegid. Strauchii de Montano discursus historico Theologicus*, in qvo sub finem monet, in judicio ferendo de Tertulliano aeqvo censori respiciendum esse ad certas regulas. (d)

Soter Papa

Cajus

Hieronymus

Aegid. Strauchius

(a) Euseb. 5, 16. *pag.*181. in Graecia etiam concilia contra Montanistas habita conjicit Baronius *Tom. 2. Annal. ad ann* 173. *n.*19. ex Tertulliani *adversus Psych cap.*13. (b) *bar.* 26. & 86. (c) Theodoret. *l.c.* (d) Gedani 1680. 4.

SECTIO LII.

NEPOTIANI

A NEPOTE Aegypti Episcopo dicti. Hic cum ob fidem tum ob diligentiam & studium scripturarum, postremo ob Psalmorum cantus multiplices ab omnibus magni habitus; sed promissiones sanctis hominibus factas in divinis voluminibus Judai-

à Nepote

eo ſenſu (a) exhibendas docebat & *mille annorum* *dogma* *ſpatium corporalibus refertum deliciis in hac terra fo-re* affirmabat. Cumque ex Ioannis Revelatione opinionem ſuam ſtabilire ſe poſſe exiſtimaret, librum *ſcriptum* quem de hac quæſtione compoſuerat, ἔλεγχον Ἀλληγοριστῶν *confutationem Allegoriſtarum* inſcripſit. Adeo hæc opinio in præfectura Arſinoitica increbuit, ut ſchismata & integrarum eccleſiarum defectiones *refutavit Dionyſius Alexandrinus* fierent. Hunc ergo *Dionyſius* Alexandrinus, licet jam demortuum, in ſcriptis tamen adhuc viventem, libris duobus περὶ ἐπαγγελιῶν *de promiſſionibus* acriter impugnavit. Et in *priore* quidem libro ſuam ipſius ſententiam de hac quæſtione proponit. In *ſecundo* autem libro de Ioannis revelatione diſputat. Sed de his libris vix quid quam ſupereſt, præter fragmentum illud amplum ſatis de S. Ioannis Apocalypſi ap. Euſeb. lib. VII. c. XV. & aliud de Cerintho lib. III. c. XXVIII. Nec ſcripto duntaxat illis obviam ivit, ſed convocatis presbyteris ac Doctoribus, præſentibus item fratribus, qui adeſſe voluerant, hortatus eſt illos, ut illa doctrina palam in concione examinaretur. Conventus hujus progreſſum & eventum, Coracii ſc. hujus doctrinæ auctoris, & ſigniferi palinodiam habet Euſebius loco citato. (b)

(a) vide ſupra in Chiliaſtis *ſect. 22. p. 911. ſqq.* (b) *H.E. 7, 24 p. 278.*

SECTIO LIII.

NESTORIANI

à Neſtorio Horum caput fuit NESTORIVS, Monachus primo

mo in monasterio S. Euprepii, deinde ecclesiæ Antiochenæ, presbyter, & tandem mortuo Sisinnio Constantinopolis Episcopo, volente ita Imp. Theodosio juniore, ad Episcopatum promotus fuit. Quum naturæ beneficio expedita esset lingua, creditus est eruditione pollere, sed revera indoctus erat & priscorum interpretum libros evolvere dedignabatur. (a) In hæreticos tamen videri voluit sævus, in prima statim concione ab Imperatore talia urgens. Arianos enim Macedonianos, Novatianos, Qvarta decimanos graviter afflixit; eaqve re urbem in discrimen conjecit & à populo nomen incendiarii accepit. Pelagianos tamen fovit, ut colligitur ex epistola Cælestini Pontificis R. ad ipsum data. Adduxerat autem secum Antiochia presbyterum Anastasium, qvi ad populum verba in ecclesia faciens (b), ita aliqvando locutus est: *Nemo Mariam Deiparam vocet. Maria enim homo erat. At ex homine Deus nasci non potest.* His cum offenderentur plerique, tantum abfuit ut Nestorius illum reprehenderet, vel compesceret, ut etiam ultro defenderet & ipse pro concione *de incarnatione Dominica seu de virgineo partu* similia proferret. (c) Præcipuè autem in his peccavit, quod *Mariam* negaverit *esse* Θεοτόκον *Deiparam* bene χριστοτόκον *Christiparam: unionem inter naturas non esse personalem* (d) *sed alia quadam habitudine, qua Deus* in

occasio erroris.

errores ipsi

(a) Socrat. 7, 32. p. 374. b. (b) Socrat. *l.c.* p. 373. b. (c) Evagr. 1, 2. p. 257. *sqq.* (d) Spanhemius tum in introductione p 482. tum in summa *H.E.* p. 227. monet ab initio qvædam Nestorio fuisse afficta, qvasi v.g. aut *duas* in Christo *naturas*, aut *unionem* utriusqve *in uno* Christo diserte sustulisset.

in homine velut in templo habitaret; unde Christum hominem esse Θεοφόρον, ex quo sequebatur dualitas personarum: *Sententiam ecclesiæ catholicæ naturas confundere, Apollinarismum inducere &c.* Eum cum Samosateno asseruisse Christum hominem tantum esse, negat Socrates; (a) licet extet parte prima Ephesini Concilii, cap XIII. qvædam *scheda à Clericis Constantinopoli sparsa, qua Samosateni & Nestorii, consensus ostenditur.* Admonitus literis à *Cyrillo* aliquoties amice, à *Celestino*, ex synodo Romæ coacta, paulo vehementius, obtemperare noluit, ad alios Episcopos, ipsum qvoqve Imperatorem scribens, illorum animos occupaturus. Theodosius autem, qvem literæ supplices monachorum Constantinopolitanorum urgebant, anno CCCCXXXI. *Synodum Ephesi* indixit, quo cum ab initio Nestorius statim advolasset, tandem ter à Synodo in judicium vocatus, adesse noluit. Examinata nihilominus fuit illius sententia, qvam postea excepit damnatio, ab ipso qq. Imp. confirmata, Nestorius nunc in hanc nunc in illam relegatus urbem, tandem vel terræ allisus, vel lingva vermibus erosa interiit. (b) Infinitos tractatus diversorum argumentorum eum composuisse fidem facit *Gennadius* (c); quorum tamen pars maxima vel temporis injuria vel igne, Impp. mandato, comsumta est. Quosdam servavit *Marius Mercator*, ut *epistolam Nestorii ad Cælestium Pelagianum à Mario latine versam: sermones seu tractatus IV. Nestorii contra hæresin Pelagii seu Cæle-*

admonetur à Cyrillo & Celestino

à Synodo Ephesi damnatur

Multa scripsit

q[a] habet Marcus Mercator

(a) *7, 32. p. 374. a. b.* (b) Evagr. *1, 7. p. 265. c.* (c) *de scriptorib. c. 53*

Cœlestini, latine versos: Nestorii sermones XIII. de incarnatione D. N. J. C. latine versos: epistolas II. Nestorii latine versas: excerpta LXXXV. ex Nestorii scriptis à Cyrillo collecta & à Mario versa: Nestorii anathematismos XII. totidem Cyrillianis oppositos ab eodem latine versos. Plurimas sub Chrysostomi, Amphilochii, Asterii, Basilii Seleuciensis atque aliorum, nominibus divulgatas *homilias* Nestorio deberi suspicatur Garnerius, ac nominatim binas de resurrectione & ascensione Christi, quas sub Athanasii nomine gr. lat. edidit Fr. Combefisius. (a) Fautorem olim habuit *Jo. Antiochenum*, qvi in caute solummodo eum locutum, vera interim sensisse credebat, atq; hinc Cyrillo contrarius, sed postea tamen eidem conciliatus. Inter sectatores fuere: *Andreas* Samosatensium Episcopus, qvi Jo. Antiocheni mandato *Cyrilli capitula edito scripto* oppungnavit, cum eodem tamen ad exemplum Ioannis pacem iniit, licet capitula illius nunquam probaverit. *Fragmentum secundi contra Cyrilli anathematismos libri* exhibet Anastasius in δόγμ., (b) qvamplurima vero *fragmenta primi invenies* ap. Cyrilli Apologeticum pro XII. anathematismis, adversus Orientalium objectiones seu Andreæ librum qvem synodus orientalium probaverat. *Theodoretus*, Cyri Episcopus, medius inter Nestorium & Cyrillum, sive precibus Nestorii sive mandato Joannis, scripsit *reprehensionem XII. anathematismorum*

Fautores

Jo. Antiochenus.

Andreas Samosatensis.

Theodoretus.

(a) distinctius hæc enarrat Cave *hist. lit. p.324 sqq.* du Pin *l.c. Tom.3. part.2 p.62.sqq.* (b) *cap. 22.*

rum seu capitum Cyrilli, una cum præmissa ad Jo. Antiochenum epistola: *Pentalogium sive libros V. de incarnatione verbi, adversus Cyrillum & Patres concilii Ephesini*, qvorum fragmenta inter Marii Mercatoris opera habentur, integrum enim opus est deperditum. In *libro IV. hæreticarum fabularum cap. XII.* qvidem *de Nestorio* inscribitur, sed ab aliqvo Theodoreti nominis amante assutum circa tempus synodi qvintæ. (a) Similiter *liber contra Nestorium ad Sporacium* spurius est, & maxima ex parte idem cum cap. XI. lib. IV. hær. fab. Post varia tandem fata Nestorium qvoqve Theodoretus damnavit. *Theodorus Mopsvestenus*, creditus magister Nestorii, varios libros edidit & in oriente disseminavit, contra qvos monachi Armenii primum insurrexere. *Eutherius* Metropolita Tyanensis, Nestorii partes fovit, qvia hæreseos falso insimulatum crederet. Is ad Eustathium Parnassi Episcopum direxit *opus in sermones distributum*, qvod du Pin pro tractatu dogmatico habet. (b) Passim in eo leguntur phrases Nestorianæ. *Ibas* Edessenus Episcopus, Nestoriani nominis & dogmatis cultor, scripsit *epistolam ad Marin Persam*, in qva multis in Cyrillum Alex. invectus laudato Theodoro Mopsvesteno: cujus epistolæ fragmentum insertum est Act. X. Concil. Chalced. I. in qvo tamen Ibas absolutus ab hæresi Nestorii, & post mortem iterum damnatus à patribus Concilii qvinti. Inter eos qvi Nestorianam hæresin impugnarunt,

Theodorus Mopsvestenus

Eutherius

Ibas

(a) *Cave hist. lit. pag. 317.* (b) *l. c. p. 69.* habentur illi sermones inter opera Athanasii Tomo II.

runt, non ultimus fuit *Proclus*, Constantinopolitanus Episcopus. Is præsente Nestorio, ejus errores confutavit *homilia in Deiparam*, in festo annunciationis habita. Idem dedit *epistolam ad Armenos de fide*, qva Nestorii & Theodor. Mopsvesteni errores damnavit, intacto tamen Theodori nomine, ne Armenos, qvibus cara erat illius memoria, nimis offenderet. (c) Scripsit etiam *epistolam ad Io. Antiochenum de Theodoro & Iba*. Major tamen adhuc fervore fuit *Cyrillus* Alexandrinus Episcopus. Hic monachis Ægyptiis instruendis egregiam *epistolam* scribit, quæ perlata Constantinopolin bilem movit Nestorio. Ad hunc tamen ipsum nihilominus *scripsit* Cyrillus, eumqve amice admonuit. Addidit deinde *alteram epistolam*, qvæ cum mysterium incarnationis & unionis præclare explicet, lecta in Ephesino concilio, Patribus placuit & laudata fuit. Tandem synodo Ægyptiorum Alexandriæ coacta *tertiam suo synodiqve nomine* Nestorio scribit *epistolam*, qva mysterium unionis fuse & accurate exponit, & qvomodo errores, qvos disseminaverat Nestorius, corrigi & damnari oportet, præscribit. Epistolam hanc Dionysio Exiguo interprete e vetustissimis exemplaribus MSS. edidit Christoph. Justellus una cum codice canonum ecclesiasticorum Dionysii Exigui. Subjiciuntur epistolis *duodecim anathematismi* sive *capitula*, qvorum primo *anathema* dicitur ei, qvi *Imanuelem verum Deum, ejusqve matrem Deiparam negaverit*. 2. qvi *ver-*

Oppugnatores Proclus

Cyrillus

per epistolas

& anathematismos

(a) hæc epistola sæpius prodiit. vid. Cave *l. 2. p. 334.*

bum carni secundum hypostasin unicum & unum seu unam cum sua carne personam esse negaverit. 3. qui unionem duntaxat per communicationem dignitatis vel auctoritatis vel potestatis factam fuisse dixerit. 4. qui scripturæ de Christo locutiones duabus distinctis personis, alias videlicet divinæ alias humanæ attribuerit. 5. qui Christum non Deum, sed hominem Deiferum dixerit. 6. qui λόγον Christi Deum dixerit. 7. Qui Christum hominem virtute divina verbi, tanquam alterius personæ, actum dixerit. 8. Qui hominem assumtum cum λόγῳ adsumente, tanquam duos, & non potius Immanuelem, utpote unum, una adoratione adoraverit 9. Qui Christum virtute non sua sibique propria, sed ab alio accepta, miraculose operatum fuisse affirmaverit. 10. Qui Christum merum hominem nostrum Pontificem esse, & pro semet ipso etiam sacrificium obtulisse dixerit. 11. Qui Christi carnem vivificam & ipsius Verbi propriam esse negaverit. 12. Qui verbum secundum carnem passum, crucifixum & mortuum esse negaverit. His data occasione subjunxit *explanationem XII. capitum; apologeticum pro XII. capitibus adversus orientales episcopos, apologiam pro iisdem adversus Theodoretum; apologeticum ad Theodosium Imp.; libros quinque contradictionum adversus Nestorium*, quos ante concilium Ephesinum conscripsit. *Libros* etiam *tres* scripsit *adversus Diodori & Theodori excerpta* à Proclo C. P. collecta, quorum primo, quæ Diodorum, secundo & tertio quæ Theodorium spectarent, confutavit; tacito tamen utrius-

que

que nomine (a) Fragmenta saltim extant in actis Synodi V. Collat. V. Commonitorium Cyrilli de Nestorio primus in lucem extulit Steph Baluzius, idem edidit gr. lat. in nova collect. Conciliorum. Cyrillum excipit *Marius Mercator* fidei catholicæ adversus Pelagianos & Nestorianos fortissimus vindex, qui *contradictiones adversus anathematismos Nestorii* composuit, nec non *epistolam de discrimine inter hæresin Nestorii & Dogmata Pauli Samosateni, Ebionis, Photini & Marcelli; in varios quoq. Nestorii sermones* latine à se versos *Præfationes* habet ad rei ecclesiasticæ scientiam utilissimas, una cum variis opusculis, causam Nestorianam spectantibus, quæ omnia duabus partibus edidit Parisiis, anno CIↃIↃCLXXIII. fol. *Jo. Garnerius* S. J prolixis & eruditis commentariis, *Gabriel Gerberonius* Benedictinus sub *Rigberii* nomine notas *in Marii Mercatoris acta* scripsit Bruxellis CIↃ IↃC LXXIII. 12. (c) Vtramqve editionem esse imperfectam judicat du Pin; Garnerianam qvidem non tam esse editionem Marii Merc, qvam prolixum commentarium in historiam Pelagianorum, & Nestorianorum; Gerberonianam autem exiguam saltim partem operum Marii continere; in neutra manuscripta accurate fuisse collata. Hos defectus supplevit *Steph. Baluzius* in nova editione Parisiensi CIↃIↃCLXXXIV. 8. & ipsum textum cum duobus mss. collatum brevibus notis, ubi res exegerat, illustravit. *Io. Cassianus*, in Semipelagianis nomen notissimum, primo Diaconus Constantinopolitanus dein Presbyteri dignitatem Romæ acce-

Marius Mercator.

hujus editiones.

Io. Cassianus.

(a) p. 377. (b) l. c. Tom. 3. part. 2. p. 8. m. 57.

accepit. Ab eo scripti sunt hortante Leone, tunc Diacono Romanæ ecclesiæ, *VII. libri de Christi incarnatione adversus Nestorium*, qvos majoris ponderis esse putavit qvàm alterius; utpote à discipulo Chrysostomi profectos. (a) *Theodotus*, Ancyranus Episcopus, in concilio Ephesino *duas* habuit *homilias in Christi natalem* in qvibus probat, recte dici, deum esse natum à virgine; & in die S. Joannis Evangelistæ *homiliam contra Nestorium.* Ejus etiam est *Expositio symboli Niceni seu Nestorii confutatio*, parum à Cardinale Barberino editi Romæ MDCLXIX. 8vo. deinde à Combefisio inter alia Paris. CIϽIϽCLXXV. 12. Patres secundæ Synodi Nicenæ Theodotum *sex contra Nestorium libros* ad Lausum edidisse affirmant. Multa etiam conscripsit *Isaac* Presbyter Antiochenus, Syro sermone *adversus Nestorianos & Eutychianos* (b) ex qvibus hodie nihil superest. *Capreoli* Carthaginensis Episcopi *libellum seu epistolam*, ad Vitalem & Constantinum Hispanos, *de una Christi, veri Dei & hominis, persona, contra recens damnatam haresin Nestorii*, Jac. Sirmondus *inter opuscula veterum* edidit. (c) *Tiro Prosper* Aqvitanus erexit *Epitaphium Nestorianæ & Pelagianæ hæreseos, in qvo utriusqve hæresis affinitas describitur. Samuel* Ecclesiæ Edessenæ Presbyter, *multa adversus hæreticos Nestorianos præsertim, Eutychianos ac Timotheanos, Syro sermone scripsit*, qvæ interierunt; (d) *Faustus Rejensis contra Nestorii errorem libellum* seu epi-

Theodotus

Isaac

Capreolus

Tiro Prosper

Samuel

Faustus Rejensis

(a) du Pin *l. c. p. 22. sqq.* horum librorum contenta exhibet. (b) Gennad. *de script. cap. 66.* (c) Paris. 1630. 8vo. (d) *l. c. cap. 82.*

epistolam ad Gratum Diaconum scripsit, à Petro Pithœo cum veterum aliqvot Theologorum scriptis editum Paris. CIↃIↃLXXXVI. *Vigilius Afer adversus Nestorium & Eutychem libros V. pro defensione Synodi Chalcedonensis*, qvi aliqvoties sub Vigilii Tridentini nomine prodierunt, edidit. *Gelasius* Papa in libro *contra Eutychem & Nestorium de duabus in Christo naturis.* (a) In qvinqve olim libros divisum videtur istud Gelasii Opus, totidem enim memorat liber Pontificalis. Μονόβιβλον tamen vocat Photius. Extat iste liber cum aliis veterum scriptis in Collectione Tigurina Patrum de duabus naturis & una persona in Christo, Tiguri CIↃIↃLXXI. fol. *Severinus Boethius*, Patricius ille Romanus, reliqvit *adversus Eutychem & Nestorium de duabus naturis & una persona Christi librum ad Ioannem Romanæ Ecclesiæ Diaconum. Leontius Byzantinus adversus Eutychianos & Nestorianos libros tres* edidit, in qvorum primo refutat fictiones contrarias Nestorii & Eutychis esse circa divinam & humanam naturam Christi, in tertio exhibet artes qvibus suo tempore usi fuerant Nestoriani in errore explicando tegendoqve. *Ioannes Maxentius*, Presbyter Antiochenus, in *Capitulis seu Anathematismis XII. contra Nestorianos*, & *libris II. dialogorum contra Nestorianos* ad Theophilum. *Liberatus* Ecclesiæ Carthaginensis Archidiaconus Controversiarum Nestorianæ & Eutychianæ historiam sub titulo *Breviarii* contexuit,

Vigilius Afer

Gelasius Papa

Severinus Boethius

Leontius Byzantinus

Io. Maxentius

Liberatus

qvæ

(a) esse hunc librum Gelasii Papæ, non Gelasii Cyziceni, probavit du Pin *l.c. T 3. part. 2. p. 269. sqq.* vid. omnino Lud. Jacob. in bibl. Pontificia p. 76. sq.

qvæ res L. fere annos gestas ad hanc controversiam præcipuè spectantes, & qvæ vix aliunde haberi qveant, complexus est. Extat illud cum notis & dissertationibus Garneri Paris. CIƆIƆCLXXIX. 8vo. *Theodorus* Presbyter in monasterio Lauræ Raithu dicto, scribit *commentarium de incarnatione Christi adversus hæreses Manetis, Apollinaris, Theodori Mopsv. Nestorii, Eutychis & aliorum*, à Godofrid. Tilemanno & Beza latine versum. (a) *Ioannes Damascenus* in libro *contra Nestorianos* qvem interprete Franc. Turriano Henr. Canisius latine edidit ex Antiq Lect. Tom. IV. & in *Argumentis contra Nestorianos cum qvæstionibus & responsionibus de fide*, à Joh. Wegelino gr. lat. cum notis evulgatis. (b) Ex recentioribus de Nestorio & hæresi Nestoriana scripsere *Petrus Pretorius* in *historia illorum certaminum, quibus Satanas mysterium incarnationis filii Dei Nestorio atqve Eutyche ducibus furenter impugnavit, brevissimam recitationem complectente.* (c) *Io. Schrederus* in *tractatu de Nestorianismo & Eutychianismo* contra Josephum Grabium cum præfat. Ægidii Hunni. (d) *Wolffg. Franzius* in *oratione de initiis & progressu certaminum Nestorianorum & Eutychianorum in articulo de persona Christi.* Georgius *Calixtus* in *exercitatione de hæresi Nestoriana eiqve opposito Concilio Ephesino, œcumenico III.* (e) *Christianus Kortholt* in *exercitatione de Nestorianismo*, qvam sub D. Casp. Mauritio, Theologo Rostochiensi & demum Ham-

Theodorus

Io. Damascenus.

Petr. Pratorius.

Io. Schroderus.

Wolffg. Franzius.

G. Calixtus.

Chr. Kortholt.

(a) Cave l. c. p. 460. (b) August. Vindel. 1611. 8o. (c) Dantisc. 1583. (d) Witteb. 1594. Giessæ 1612. (e) Helmstad. 1640. (f) Rostoch. 1662.

Hamburgensi pro conseqvendis in Theologia summis honoribus habuit. (a) *Io. Simon Francus* in *III. Dispp. de Nestorianismo.* (b) *Io. Christian Letschius* in *Dissertatione Nestorianismi historiam complectente.* (c) *Francus* *Letschius*

(a) Rostoch. 1662. (b) VVitteb. 1670. (c) VVitteb. 1688.

SECTIO LIV.

NICOLAITÆ.

Vetustissima est Nicolaitarum hæresis, utpote cujus jam fit mentio in Joannis Apocalypsi. (a) Probabile autem est cœpisse illam circa initium imperii Domitiani, paulo ante D. Ioannis in Patmo insula exilium. Hujus hæreseos auctorem esse *Nicolaum* qvendam, nullum videtur dubium. An vero is sit Nicolaus ille Antiochenus, unus ex septem primis Diaconis (b) à scriptoribus disquiritur. Eundem illum esse affirmant, *Autor postremorum capitum libri Tertullianei de præscript. hær.* (c) *Irenæus* (d) *Epiphanius,* (e) *Hilarius* (f) *Hieronymus,* (g) *Augustinus,* (h) *Philastrius,* (i) *Damascenus* (k) *Timotheus Presbyter C.P.* (l) *Autor Prædestinat.* (m) Diversum vero fuisse ab illo, Stephanus Gobarus *apud Photium in bibliotheca* (n) assertum vult ab *Ignatio in epistola ad Trullianos,* quod tamen in sincerioribus Ignatii editioni- *auctor Nicolaus an Antiochenus?*

(a) *cap.2, vers 15.* (b) *Act.6,5.* (c) *c.46.* (d) *adv. hær.1,27.* (e) *hær. 25 p.76.* (f) *can.25 in Matthæum.* (g) *epist. l. ad Heliodorum c.8. epist 48. ad Sabinianum c.3. epist ad Ctesiphontem adversus Pelagian. c.2. Dialogo adversus Lucifer. c.8.* (h) *de hær. cap.5.* (i) *de hær. c.33.* (k) *hær.25.* (l) *in libello de hæreticorum receptione p.381.* (m) *hær.4. p.11.* (n) *cod. 232.*

tionibus Iac. Vsserii & Is. Vossii non apparet; (a) *Clemente Alexandrino*, (b) & qvi ex hoc sua habent, *Eusebio* (c) & *Theodoreto*. (d) Pro hac sententiarum varietate mirum non est occasionem hæreseos diversi-

Occasio hæreseos secundum Epiphanium

mode ab autoribus narrari. Scilicet secundum Epiphanium Nicolaus uxorem habuit formosam, ab ejus consvetudine ex religione qvadam abstinens, cum voto satisfacere non posset, erubescens se cupidine victum, propudiosam sparsit hæresin, de venere qvotidie exercenda, siqvis vitam æternam conseqvi velit; ac porro etiam zelotypiæ crimen fugiens uxore prostituta de promiscuo concubitu dogma invexit. Clemens tamen Alexandrinus, postqvam l. c. enarrasset, qvomodo Nicolaus zelotypiæ exprobrationem ab A-

Clementem Alex.

postolis factam in contrarium vertens, uxorem in medium adduxerit, permittens cui vellet eam nubere ac carne abutendum, hoc est, eam per abstinentiam exercendam & perdomandam dicens; hoc male ejus sectatores accepisse monet. Imo ut magis excuset Nicolaum, addit: *Ego audio Nicolaum qvidem nulla unqvam alia, qvam ea qvæ ei nupserat, uxore usum esse, & ex illius liberis filias qvidem consenuisse virgines, filium autem permansisse incorruptum. Qvæ cum ita se habeant vitii erat depulsio atqve expurgatio in medium Apostolorum circumactio uxoris, cujus dicebatur laborare zelotypia, & continentia à voluptatibus, qvæ magno studio parantur, docebat illud uti carne, hoc est exer-*

(a) Ittig. *l. c. sect. 1. cap 9. pag. 58. sq.* (b) *Strom. lib 2. pag 301. lib. 3 pag. 318.* (c) *H. E. 3, 29. p. 101.* (d) *hær. fab. 3, 1.*

exercere carnem. Sed ut DN. Ittigius Epiphanii relationem cum Gomaro (a) superstitionis plenam esse merito ex ratione illorum temporum judicat, (b) sic Clementis qvoqve sententiam ex conditione viri illius improbabilem habet. Hinc Nicolaitæ auctorem qvidem Nicolaum habebant, cujus memoria tamen unice latet in obscuro, & eum idem forte acciderit antiqvis Patribus, in primum qvemvis Nicolaum inciderunt. Nicolaitis autem dogmata sequentia tribuuntur. *Promiscuos mulierum amplexus & alia obscæna docuere: idolothytorum esum indifferentem existimant: fabulas ineptissimas de mundo venditabant, & barbara qvidem nomina principum commenti: Prunicum* (c) *fictitiam mulierem & Cauaucauch unum ex præfatis principibus impense colebant: qvidam ex iis ajebant, initio tenebras ac verginem fuisse & aqvam, à spiritu dein secretas: verum tenebras contra spiritum commotas sursum excurrisse & cum eo congressas fuisse & ex hoc consortio prodiisse varia.* Hos secundum autorem Prædestinati l. c. damnavit *Io. Apostolus*, & jussit ut qvicunqve cum eis vel sermonem conloqvii miscuissent, ex hoc ipso communione privarentur. Adversus eos scripsit, referente Theodoreto l. c. *Clemens Alexandrinus & Irenæus & Origenes & Hippolytus Episcopus &* Mar-

dogmata.

oppugnatores Io. Apostolus

Clemens & alii.

(a) *in corollario ad 2. Apocal. cap part. 2. oper. p. 512.* (b) *l. c. p. 91 sq.* (c) *l. c. p. 90. sq.* (d) Ea vox secundum Epiphanium *l. c. p. 78. c.* nihil aliud qvàm voluptatum excogitatas illecebras indicat. Nicetas a. libro I. Thesauri pro muliere habet. conf. Petav. in animadv. ad Epiph. pag. 43. sq.

Martyr forsan in libro *contra Marcionem & adversus omnes hæreses*, qvæ erant numero XXXII. teste Photio (a), & à Gelasio sub titulo *memoria hæreseuv* citato. Singularem *de Nicolaitis dissertationem* scripsit & Jenæ sub præsidio D. Sebast. Niemanni anno

E. R. Roth. CIↃIↃCLXVIII. habuit *Eberhardus Rudolphus Rothius*, cujus altera editio priori auctior Jenæ prodiit CIↃIↃCLXXIX; annoqve CIↃIↃCLXXXI. Gryphisvvaldiæ *de prisca hæresi Nicolaitarum* sub præsidio Augustini

Nic. Dassovius Balthasaris, pro licentia disputavit *M. Nicolaus Dassovius*, Hamburgensis. De eorundem Nicolaitarum

Th. Taylor doctrina librum scripsisse dicitur *Thomas Taylor*, Anglus. Huc qvoqve referantur *commentatores Apocalypseos*, numero plures.

(a) *cod.* 121.

SECTIO LV.

NOETIANI.

à Noeto Qvorum autor fuit NOETVS Ephesius, ut Epiphanio (a) vel Smyrneus ut Theodoreto (b) placet. *Anoëtus*, hoc est insipiens, si vim ingenii ac facultatem spectemus, potius dicendus erat. (c) Is *eundem esse*

dogma *Patrem Filium & Spiritum S. uniusque personæ statuit, & hunc ipsum passum ac natum existimavit*, illis scripturæ testimoniis fretus, quæ unum esse Deum affirmant. Sed & arrogantia elatus *sese Mosen, fratrem vero suum Aaronem esse dixit.* (d) Huic opinioni constan-

(a) *hær.* 57. *p.* 479. *d.* (b) *hær. fab.* 3, 3. (c) Epiph. *l. c. p.* 481. *d.* (d) Damasc. *hær.* 57 Philastr. *hær.* 53 Honor. *hær.* 58.

ſtanter adhæreret, ipſe cum diſcipulis ab eccleſia pulſus. Mortuus paulo poſt cum fratre ſuo; neqve tamen aut ille pari ac Moſes olim, aut ejus frater eadem, qva Aaron, honorificentia ſepulti ſunt: tanqvam enim deſertores abjecti ſunt, nec ab ullo catholicorum ſepulturæ mandati. Hæreſin illam primum peperiſſe *Epigonum* vult Theodoretus l.c. *Cleomenem* autem acceptam confirmaſſe. Ex qvo apparet qvàm verus ſit Epiphanius, (cui tamen debemus errorum Noetianorum refutationem l. c.) ante Noëtum neminem talem hæreſin invexiſſe putans; hinc ſeq. in modum ſcripſit: (a) *qvi ea dicere ac docere auſus eſt, qva nec propheta, nec Apoſtoli nec Eccleſia ab initio tenuit, ac ne cogitavit qvidem.* Imo jam ante celebre nomen fuit PRAXEAS, de qvo, etſi Irenæus, Euſebius & Epiphanius nihil habent, tamen autor appendicis ad Tertulliani præſcript. (b) ſeqq. tradit. *Praxeas qvidam hæreſin introduxit, qvam Victorinus corroborare curavit: hic Deum patrem omnipotentem Ieſum Chriſtum eſſe dicit; hunc crucifixum paſſumqve contendit; mortuum præterea ſe ipſum ſibi ſedere ad dextram ſuam, cum profana & ſacrilega tem ritate proponit.* Inqviſitionem de Victorino, qvis ille ſit, Pamelius lectoris diligentiæ relinqvit. Iſte primus ex Aſia hoc genus perverſitatis intulit Romanæ humo (c) & quidem ut aliquibus videtur, sub Victore Pontifice Romano. (d) Eundem errorem illi tribuunt

ante Noetum alii

Praxeas

(a) *l.c. p. 479 d.* (b) *cap 53.* (c) Tertullian. *adv. Praxeam cap. 1.*
(d) *vid.* Ittig. *hic ſect. 2. cap. 16. p. 266. ſq.*

bunt *Optatus Milevitanus* (a) & *Marius Mercator*, (b) qvi eum voce *ὑιοπάτωρ* primum usum asserit. Asseclæ illius tum ab autore *Praxeani* tum generali nomine *Patripassiani*, qvia Patrem crucifixit, (c) tum *Monarchiani* qvia per Monarchiam Dei trinitatem personarum excludere contenderunt, fuere appellati. (d) De hac Monarchia ironice scribit Tertullianus, qvod illam fortassis à Valentino didicerint. (e) Valentino certe Athanasius in oratione de salutari adventu Domini tribuit, qvod totam Trinitatem passam docuerit. *Contra Praxeam*, librum scripsit post lapsum Tertullianus, cui titulum adjecit Pamelius *de Trinitate*, qvod si qvis alius veterum hic exactissime tractet auctor, *de Trinitate personarum Patris, Filii & Spiritus S. in divinitate, nec non de processione Spiritus S. ex Patre & filio.* In qvibusdam locis utitur qvidem terminis & phrasibus, qvarum adplicatio seqq. seculis plane alia fuit, qvod tamen illi cum aliis condonandum, dum scripsere, ante qvam termini ad certum sensum fuere restricti (f) Vt autem ad Noetum redeamus *Hippolytus Martyr homiliam de Deo uno & de mysterio incarnationis contra heresin Noeti* scripsit, qvam latine edidit Gerhardus Vossius Theologus Pontificius in Miscellaneis SS. Patrum Gregorio Thaumaturgo à se edito subjunctam. Ab eodem Noeto defluxisse dicuntur SABELLIANI. Nam & discipulum ejus qvidam perhibent fuisse *Sabellium*

Praxeani
Patripassiani

Monarchiani

Contra Praxeam Tertullianus

contra Noetum Hippolytus M.

Sabelliani

Afrum

(a) lib. 1. adv. Parmenianum p. 10. & lib. 5. p. 128. (b) Tom II. Op. p. 128. (c) Tertul. *l. c. cap. 1.* (d) Idem *l. c. cap. 3. & 10.* (e) *l. c. cap. 27.* (f) du Pin *T. 1. bibl. nouvell. p. 98. & 190.*

Afrum, qvi apud Ptolemaidem urbem Pentapoleos dogma impium proposuit. (a) Illorum hæc opinio erat: *Eundem esse Patrem, & Filium, & Spiritum S., ut ad eandem hypostasin tres appellationes conveniant. Perinde atqve in uno homine corpus & anima & spiritus inest, & in sole illustrandi vis & calefaciendi & orbicularis figura.* (b) Hunc a errorem omnem ejusqve firmamentum ex apocryphis qvibusdam hauserunt, præsertim *ab Ægyptiorum Evangelio*, in qvo pleraqve sunt hujus generis, qvæ ex persona Salvatoris clam atqve occulte velut mysteria, proponuntur. Epiphanius & Damascenus volunt Sabellium eadem cum Noetianis asseruisse, paucis qvibusdam exceptis, nimirum Patrem non esse passum. Sed aliud edocemur ex Athanasii libro de synodis: *Tales sunt, qvi apud Romanos qvidem Patripassiani, apud nos Sabelliani nominantur.* Accedit Augustinus, qvi hær. XLI. Epiphanium propterea notat, qvod duas hæreses computaverit, cum tamen non sint plures sectæ, sed unius sectæ plura nomina ex iis hominibus, qvi in ea maxime innotuerunt. Et qvomodo potest intelligi, eos Patrem passum fuisse non dicere, cum dicant eundem ipsum esse Patrem & Filium & Spiritum S.? Adversus Sabellium scripsit (c) *Dionysius Alexandrinus* in *epistola ad Ammonem Berenicensem Constantinopolin*; *alia ejusdem argumenti ad Telesphorum, ad Euphratorem alia & iterum alia ad Eumonem & Euporum.* (d) In his epistolis cum de Chri-

dogma

unde hauserint?

idem cum Noetianis sentiunt

contra Sabellium Dionysius Alex.

(a) Euseb. *H E. 7, 6. pag. 252. d. n.* Theodoret. *hær. fab. 2, 9.* (b) Epiph. *hær. 62. p. 513. b.* (c) Ibid. *p. 514. a.* (d) Theodoret. *l. c.* Hieron. *de S. E. cap. 69.*

Christi divinitate non recte sensisse videretur, qvidam Episcopi Pentapolitani Romam profecti, coram Dionysio Romano Episcopo eum accusarunt. Qvos cum Dionysius Romanus collecta eam in rem synodo audivisset, scripsit ad Dionysium Alexandrinum, ut fidem suam atqve sententiam super ea re distinctius promeret. Qvare Dionysius Alexandrinus *qvatuor libros adversus Sabellium*, composuit, qvos gentili suo Dionysio Romano nuncupavit. (b) Sunt illi libri totidem epistolis comprehensi & ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας *refutationis adversariorum ac defensionis suæ* titulo inscripti. In his crimen sibi affictum diluit & Sabellii hæresin acrius adhuc, cautius tamen oppugnavit. *Fragmenta horum librorum* habentur apud Athanasium *in libro de sententia Dionysii Alexandrini* & *in libro de synodo Ariimini*, & apud Basilium *in lib. de Spiritu S. ad Amphilochium cap. ult.* fragmentum extat ex epistola II. Et ex his ipsis fragmentis Natalis ostendit Dionysium Alexandrinum neutiqvam Arianis favisse, aut Arii præformasse errorem. (c) Porro disputavit *Athanasius* adversus hanc hæresin in *oratione contra gregales Sabellii*: *Basilius* in *homil. 27. contra Sabellianos & Arium & Anomæos* & in *epistola LXIV*. data ad Doctores Ecclesiæ Neocæsariensis. Ab *Eusebio* cognomento *Pamphili contra Marcellum* (Sabellianismi in conciliabulo Epistoli anno CCCXXXVI. habito damnatum) *lib. II.* ipsius Synodi, ut ipse lib. 2. in fine testatur, jussu conscripti; necnon *lib.*

Athanasius *Basilius* *Eusebius Pamphili*

(a) Euseb. *H.E. 7, 26. p. 277. a.* (b) Euseb. *l. c.* (c) *l. c. Sec. III. part. 2. diss 19. p. 120. sqq.*

lib. III. de Theologia ecclesiastica in qvibus idem argumentum adversus Marcellum latius pertractat (a) Extant qvoqve ejusdem *Eusebii duo alii libri de fide adversus Sabellium*, qvos inter XIV. opuscula Eusebii primum in lucem edidit *Iac. Sirmondus S. I.* Qvinqve hi libri cum versione & notis Rich Montacutii Episcopi Cicestriensis libris de præparat Evang. edit. Paris. CIↃIↃCXXVIII. subjuncti sunt. Socrates qvidem trium tantum librorum mentionem facit, ut ita dubium sit an duos priores viderit. Contenta illorum librorum exhibet du Pin. Scripsit etiam *Audentius* adversus Sabellianos *in libro*, qvem *de fide adversus omnes hæreticos* inscribit. (d) Illis etiam occurrisse scribit Autor Prædestinati (e) *Dositheum* Episcopum Seleuciæ, (cujus mentio fit ap. Socratem (f)) docentem, eum totam Trinitatem negare, dum se æstimat unitatem defendere. *Audentius* *Dositheus*

(a) l.c. *Sec. III. part. 2. diss. 19. p. 120. sqq.* (b) *H. E. 2, 20. p. 103.* ... (c) *l. c. Tom. 2. p. 6. sqq.* (d) Gennad. *de script. cap. 14.* (e) *hær. 14.* (f) *H. E. 7, 36. p. 381. b.*

SECTIO LVI.

NOVATIANI.

A qvonam dicti fuerint, inter se non conveniunt auctores. A NOVATO, Afro, eos nomen hoc traxisse scribit Augustinus. (a) Sed alii à NOVATIANO, Romano Episcopali tandem dignitate claro, volunt esse denominatos: Et licet ita *Novatianani* rectius appellandi fuissent, qvam *Novatiani*; hanc tamen vocem, *à Novato & Novatiano*

 tan-

(a) *hær. 38.*

tanqvam aurium voluptati magis morigeram, præ illa placuisse putat Gerh. Joh. Vossius. a) Unde & Cypriano (b) ad Jubajanum *Novatianenses* audiunt. Quidam interim mediam sententiam invenisse videntur, asserentes, *& à Novato & à Novatiano* hos esse nuncupatos, ab isto quidem κτ̃ τύπωμα, ab hoc vero κτ̃ ..., sive a nomine Novati & a persona Novatiani, hanc enim a Græcis non paucis præcipue Eusebio, (c) Epiphanio (d) & Theodoreto (e) per errorem Novati nomine fuisse designatam, qvam tamen distinguunt Cyprianus passim in epistolis & Pacianus in epistola ad Sympronianum. Alias qvoqve *Catharorum* titulum istos sibi arrogasse legimus, qvod vita & doctrina se reliqvis somniarent puriores (f). Dicti etiam *Qvartadecimani*, item *Meletiani*. Erat autem Novatus Presbyter Carthaginensis cujus mores depinxit Cyprianus (g) & Pacianus, (h) sicuti Novatiani Cornelius in ep. ad Fabium Antiochenum (i) Occasio conflatæ ab istis hæreseos erat seqvens: Cum, grassante Decii in Christianos persecutione, multi horum a fide defecissent, qvi, ubi æstus persecutionis deferbuerat, in Ecclesiæ communionem recipi, peterent; qvæstio orta fuit: An tales lapsi indiscriminatim essent recipiendi? num vero illis prius pœnitentiæ rigor subeundus? Cyprianus posterius affirmabat, contra Felicissimus à Novato, idem cum eo sentiente, ad

Cathari

occasio hæreseos in ecclesia Africana

(a) *disp. 18. de Bapt. §. 3.* (b) *ep. 73.* (c) *H. E 6, 43. p. 241. sqq. & cap. 45. pag. 247.* (e) *hær. 59. p. 493.* (f) *hær. fab. 3,5* (g) *Euseb. l. c. p. 242. a.* Theodoret. *l. c.* (h) *epist. 52. p. m. 96. sq.* (i) *epistola 3. ad Sympr.* (k) *Euseb. l. c. p. 242. sq.*

ad Diaconatum evectus, lapſos, modo libellum inter ceſſionis, a confeſſoribus attulerint, absqve ſatisfactione recipiendos eſſe contendebat acriter. Atqve ita allectis ad ſeſe pluribus lapſorum, in montem cum iis tandem conceſſerunt. Turbata hac ratione à Feliciſſimo & Novato Eccleſia Carthaginenſi Novatus Romam ſe recepit. Incidens ibidem in Novatianum, adverſus Cornelium, quod in Epiſcopatu ipſi prælatus eſſet, odio flagrantem, impulit iſtum, qui de lapſis Cornelio moveret controverſiam, negaturus ſcilicet, his veniam dandam eſſe; qvod tamen contra Cyprianum in Africa tam vehementer cum aliis propugnaverat antea. Expertus eſt hac in re Novatianum admodum facilem. Hic ex fraude & dolis totus compoſitus, tres ſimplicioris ingenii Epiſcopos, ex Italia ad ſe callide accerſitos, liberaliter excepit, vinoque obrutos, ut ſe Epiſcopum renunciarent, adegit, ad dignitatem talem ſtabiliendam aſtu non minori poſtea uſus. Confitentes quippe & ſacramentum petentes, non dimiſit prius voti ſui compotes, qvam polliciti eſſent jurato, ſe ad Cornelium nunqvam reverſuros. (a) Fuit igitur hæreſeos & ſchiſmatis vera cauſa, ſi Novatum reſpicias, odium & æmulatio cum Cypriano, obtentus vero rigor Cypriani erga lapſos. In Novatiano autem cauſa erat cupiditas Epiſcopalis loci, obtentus vero venia lapſis conceſſa à Cornelio, præcipue Trophimo. (b) Miſit etiam Novatianus plures literas ad diverſas eccleſias, Cornelium ejusqve ordinatio-

in Romam

Vera cauſa

Novatiani epiſtolæ

(a) vid. Cornelium in epiſtola ap. Euſeb. *6.43 p.245.b.&c.* (b) Cyprian. *ep.55.p.m.101.*

tionem in illis lacessens.(a) Imo, referente Socrate,(b) ad omnes ubiqve ecclesias scripsit, ne eos, qvi dæmonibus immolaverant, ad sacra mysteria admitterent, sed ut hortarentur qvidem eos ad pœnitentiam, indulgentiam autem criminum relinqverent Deo, penes quem jus arbitriumq; est crimina remittendi. Præter has ante schisma scripsit nomine Cleri Romani *epistolam ad Cyprianum*; post schisma verò *librum de Trinitate: epistolam de cibis Judaicis*, ut probabiliter eruditi colligunt: *de Pascha: de Sabbato; de Sacerdote; de oratione; de animalibus mundis & immundis quæstiunculas; de instantia; de Attalo, de circumcisione*: (c)

alia illius scripta

errores.

Errores autem, qvos propugnarunt, seqventes commemorantur, *qvod lapsi in persecutione etiam pœnitentes, veniam delictorum ab ecclesia non possint impetrare: id qvod postea Novatianus extendit ad qvavis gravia delicta & tandem generatim ad qvalibet post baptismum commissa peccata; in qvo tamen ultimo Novatiani à Magistro recesserunt: qvod Pascha cum Judæis azyma facientibus celebrandum sit: licet postea regulam ἀδιάφορον promulgarint:* (d) *qvod nuptiæ secundæ non sint suscipiendæ: qvod Ecclesia, à qva recesserant, non sit vera Ecclesia, & hinc inde venientes, rebaptizandi sint.* Præter has opiniones erroneas fuerunt aliæ, ex mente nonnullorum falso iis imputatæ; (1) qvod confusionem SS. Trinitatis docuerint, uti narrat Epiphan. (f) cujus verbis σφάλμα qvoddam inesse putat Baronius *ad An. 254*. Petræus vero *in Catal. hæret. p. 155.* & Horn-

(a) Cypr. *ep. 44. 52.* (b) *H E 4, 28. p. 245. b.* (c) Conf. Cave *H. L. pag 92.* (d) Socrat. *5, 21. p. 281. d.* (e) hær. 65.

Hornbeck *tom. 2. Socin. conf. in proleg. p. 51.* de hoc articulo illos recte ſenſiſſe demonſtrant. (2) Qvod juxta Dionyſium Alexandrinum ſtatuerint (a) *clementiſſimum Dominum noſtrum J. C. qvaſi implacabilem.* Cum tamen tum ex epiſtola ſynodica Novatiani jam citata, tum ex confeſſione Aceſii Novatiani coram Conſtantino appareat, non ab omni ſpe remisſionis & pœnitentiæ illos voluiſſe lapſos excluſos, ſed ſaltim à pœnitentia & ſatisfactione publica ſive externa jureqve redeundi in communionem Eccleſiæ: apud DEUM autem, qvi habeat poteſtatem condonandi peccata, cui vult, iſtos condonationem peccatorum expectare poſſe, adeoqve ad pœnitentiam cohortandos eſſe. (b) Eqvidem aſſeclas in propalandis ſuis dogmatibus nacti fuerunt plures: inter qvos eminent. *Marcianus* Socrati (c) vir religioſus ſimul ac diſertus, qvi eccleſiæ Novatianorum presbyter factus, grammaticæ artis præcepta tradebat Anaſtaſiæ & Caroſæ Velentis filiabus, poſtea Epiſcopus Conſtantinopolitanus. (d) *Marcianus alter Arelatenſis* Novatiano ſe conjungenti teſte Cypriano: (e) *Maximus Presbiter, Urbanus, Sidonius & Macarius:* (f) *Augendus Diaconus & Mattheus qvidam & Longinus* (g) *Aceſius* (h) *& Agelius* (i) Novatianorum Epiſcopi, hujusqve Lector *Siſinnius:* (k) *Sabbatius* qvi ſchisma fecit inter

aſſeclæ

Marcianus

Marcianus alter & plures alii

 Nova-

(a) ap. Euſeb H E. *7. 8. p. 254. b.* (b) Socr. *H. E. 1. 10, p. 39 a.* Sozom. *1, 22. p. 437. a.* (c) *l. c 4. 9. p. 218 a. & b.* (d) Socr. *l. c 5, 21. p. 286. d.* (e) *epiſt. 68. p. m. 1 6.* (f) Id. *cap. 51. 53. ſq. p 98 ſq.* (g) Id. *ep. 45. p. 85. & alibi.* (h) Socrat. *1, 10. p. 38.* (i) Id. *2, 38. p. 142. b.* (k) Id *5, 10. p. 267. c*

Novatianos & postea illorum Episcopus, (a) à qvo *Sabbatiani.* (b) *Socrates* qvoqve huc refertur à Baronio (c) Natali Alex. (d) & aliis, de qvo tamen P. Halloix (e) & Valesius (f) demonstrant, eum Novatianis qvidem favisse, non autem fuisse Novatianum. Imprimis autem apud Phryges & Paphlagones canon illorum de lapsis non recipiendis obtinuit. Habuerunt qvoq; Romæ, Constantinopoli in Hellesponto ecclesias, qvæ tamen in nonnullis dissidebant. Diutissime statum suum retinuerunt; qvia eadem cum universali ecclesia de Christo sentiebant. Contra ipsos nihilominus fuere habita concilia qvædam, ut *Carthagin. 1.* cujus acta postmodum sub Cornelio *in Romano* fuere confirmata, ut est apud Cyprianum. (g) Fuit & *Antiochiæ*, Heleno Ciliciæ Tarsensis, Firmiliano Cappadociæ & Theoctisto Palæstinæ Episcopis invitantibus concilium convocatum. (h) Pontifices Romanos qvoqve habuere contrarios, *Innocentium* Roma eos ejicientem & multas Ecclesias adimentem: *Celestinum* omnes fortunas Novatianis auferentem. (i) Non minus Constantinus Imp. legem tulit de ecclesiis & conventibus Novatianorum, Cataphrygum aliorumqve: qva lege harum sectarum maxima pars deleta est. (k) Qvibus autem datum non fuerat, vi illos expellere, calamos tamen stringere in eos non cessarunt. Hos inter præcipui fuere, *Cyprianus*

an Socrates

Concilia contra illos

Pontifices

scriptores

Cyprianus

(a) Id 5. 21. p. 281. sq. (b) Sozom. 7. 18. p. 731. (c) *ad ann. 159.* (d) *Sec. V. cap. 4. art. 18. p. 607.* (e) *in not. ad vitam Irenæi p. 664.* (f) *de vita & scriptis Socratis.* (g) *ep. 55. p. 102. sq.* (h) Euseb. 6, 46. p. 246. d. (i) Socr. 7, 11. (k) Sozom. 2, 30.

nus Carthaginensis, ut ex ejus epistolis liqvet, cumprimis *ad Cornelium & Antonianum*. An autem *liber ad Novatianum, qvod spes veniæ lapsis non sit deneganda*, Cypriano debeatur, dubitavit Erasmus propter aliqvam styli dissimilitudinem, sed Pamelius cum aliis ei vindicat. Du Pin tamen monet in editionibus impressis tantum tribui Cypriano, non vero in MSStis: (a) *Cornelius* Episcopus Romanus in epistolis tum *ad Cyprianum* (b) & *ad Fabium* Antiochenum Episcopum. Harum Hieronymus in libro de S. E. (c) qvatuor numerat. Verum Eusebius loco citato (d) tres duntaxat recenset: *primam* ad Fabium de Romana Synodo, deqve Italiæ & Africæ Episcoporum consensu; *secundam* de decretis synodi: *tertiam* de fautoribus Novatiani ad eundem Fabium, ex qva insigne exhibet fragmentum Eusebius. Primam & tertiam græco sermone à Cornelio scriptas probat Valesius in notis ad Eusebium. (e) *Dionysius* Alexandrinus *in epistola ad Novatianum de schismate*, qvæ integra extat apud Eusebium, (f) qvi epistolæ inscriptionem seqventem habet Διονύσιος Νοουάτῳ *Dionysius Novato*, sed ex errore communi Græcorum, qvem supra tetigimus. Hieronymus interea pro Novato habet Novatianum. (g) *Rheticius* Augustodunensis Episcopus *in grandi volumine adversus Novatianum* (h) qvod tamen nunc non extat. *Eusebius* Emisenus Episcopus *in libro ad Novatianos*. (i) *Pacianus* Bar-

Cornelius

Dionysius Alexandrinus

Rheticius

Eusebius Emisenus

Pacianus

(a) *Tom.1.bibl.p.179.not.nn.* (b) *in edit. Oxon. 49. & 50.* (c) *c.66.* (d) *l.c.6, 43.* (e) *pag.133.* (f) *l. c. 6,45.* (g) *de Scriptor. cap.69.* (h) Hieron. *l.c.c.82.* (i) Id. *l.c. cap.91.*

Barcelonensis Episcopus in *epistola III. contra Novatianos* (qvam librum contra Novatianos vocat Hieronymus (a)) ad Sympronianum hæreseos illius labe infectum. Adhuc supersunt in bibliotheca PP. (b) *Ambrosius* Mediolanensis *libris duobus de*
Eulogius *pœnitentia contra Novatianos.* *Eulogius* Patriarcha Alexandrinus, hæreticorum hostis acerrimus in *libris IV. contra Novatum hæresiarcham de administratione ecclesiastica*, qvorum excerpta dat Photius (c) Præter
Euthymius Zigabenus *Epiphanium* supra jam citatum, *Euthymius Zigabenus*, Monachus Græcus, videri potest in *panoplia adver-*
Kenkelius *sus hæreses omnes.* Habemus etiam *Steph. Kenkelii dissertationem historico-Theologicam de hæresi Novationa eiq; oppositis Conciliis Carthaginensi & Romano.* (d)
Pet. Musæus *B. Petri Musæi* exercitationem Histor. Theol. *de Nova-*
Io. Ulr. Mayer *tianis:* (e) *Io. Ulrici Mayeri* SS. Theol. L. & ad D. Thomas Pastoris Lipsiensis *Novatianismum*, cui inspersus Basilidianorum, Montanistarum, Apostolicorum, Meletianorum, Messalianorum, Donatistarum, Pontificiorum, Calvinianorum, Socinianorum, Weigelianorum, aliorumqve syncretismus (f) Adde etiam
Forbesius *Io. Forbesium in Instructionibus historico-Theologicis,* (g)
Dion. Petavius *& Dionys. Petavii Diatriben de pœnitentiæ vetere in ecclesia ratione.* (h)

(a) Hieron. *l. c. cap. 106.* (b) *Tom. IV. p. 305.* (c) *cod. 182. & 208.* (d) Argentor. *1651.* (e) Helmst. *1665.* (f) Lipf. *1688.* (g) *l. 14. cap. 3. p. 711 sqq.* (h) *animad. ad hær. LIX. p. 225. seqq.*

SECTIO

SECTIO LVII.

ORIGENISTÆ.

Origeniani (licet Epiphanius hoc nomine diversos ab Origenistis, & forte solus inter fide digniores, faciat) seu *Adamantii*, scriptoribus hæresium audiunt sectatores magni illius, in Alexandrina potissimum Ecclesia Doctoris, *Origenis Adamantii* à labore indefesso ita nominati. Hic cum non solum & sacra & profana eruditione, omnes ævi sui Doctores facile superaret, sed & virtutis studio vix parem haberet qvenqvam, factum, ut qvorundam amoris in eum ὑπερβολὴ multorum ipsi conciliaret odium: unde contentiones inter clarissimos viros secutæ sunt acerbissimæ. Imprimis autem vivus adhuc invidiam sensit Demetrii, Alexandr. Episcopi, qvi ipsum, prius a se Catechistæ munere ornatum, postea hostili insectatus est animo, qvod videret Origenis, nunc ab Alexandro Hierosol. & Theoctisto Cæs. Episcopis ad presbyterii honores in Clementis locum omnium applausu surrogati, indies crescente gloriâ, suam apud populum æstimationem minui. Hinc cepit in ipsum crimina spargere, & disseminatis per orbem epistolis, nominis illius gloriam obsuscare. In eo autem nihil reprehensione dignum inveniens, id solum, qvod seipsum execuisset, objecit. Scil. Origenes nimis simpliciter capiens illud Salvatoris Matth. XIX. 12. admodum adolescens fervido qvodam zelo vim intulerat corpori, ademtis sibi genituræ stimulis. Id

ab Origene

hujus fata in vita

Bbbb bbb factum

factum Demetrius cognoſcens admiratus eſt primum, collaudata in juvene animi virtute ac robore; ſed alienatus ab eo pro crimine, qvod laudaverat antea, objecit. Ingraveſcente itaqve odio Alexandriam reliqvit, defenſus contra Demetrium epiſtolâ ab Alexandro Hieroſ. ſed poſtea Alexandriam reductus eſt. (a) Ejus interim fama, qvamdiu vixit per totum vagata orbem, vires acqviſivit eundo. (b) At ubi fatis conceſſiſſet, dubia ipſi facta eſt diverſiſſimis de ipſo in Eccleſia judiciis: dum alii ſummis eum ad cœlum eveherent laudibus, alii è contrario ad tartara usqve detruderent, & multa de doctrina ipſius conqueſti hæreſin tandem eidem impingerent. Errores autem, qvorum accuſatus eſt Origenes, præcipui ſunt ſeqq. *eſſe ineqvalitatem perſonarum Trinitatis, filium eſſe Patre inferiorem & Spiritum S. Patre & Filio: hominum animas ante corpora creatas fuiſſe: animam qvoqve Chriſti præ extitiſſe ante generationem ex virgine: Chriſti paſſionem Dæmonibus ipſis profuturam: futuram aliqvando Diaboli ſalutem & finem imponendum eſſe dæmonum hominumque ſuppliciis, felicitatisqve futuræ certum tempus eſſe: de reſurrectione mortuorum minus recte ſenſiſſe: ignem inferni*

poſt mortem

errores qvi Origeni tribuuntur

(a) Quæ omnia prolixe deſcripta vid. ap. Euſebium *toto libro ſexto* & plures alios, adeo ut du Pin l. c. *Tom. I. p. m. 145.* putet, non eſſe alium ſcriptorem eccleſiaſticum, cujus vita exactior ad nos fuiſſet perlata. (b) Niſi quod confeſſionis gloriam negatione & thurificatione maculaſſe dicitur, negante id quidem Baronio ad annum 253. num 120. probantibus autem Petavio in *animadv. ad Epiph hær. 64. p. 257. ſeq.* & Natali *l. c. ſec. 6. Part. 2, Diſſ. XV. p. 8. ſqq.*

inferni allegorice tantum intelligendum: astra animalia esse & salutem sperare: potentiam Dei circumscriptam: Mundum hunc ex secundaria intentione creatum: perpetuam dari mundorum propagationem: de gratiæ divinæ auxilio pessime sensisse. Post obitum, Origenis doctrinam primus impugnavit *Methodius*, Tyri Episcopus, *in libro de resurrectione*, cujus fragmenta invenies apud Epiphanium (a) & Photium (b): nec non in scripto *de Pythonissa adversus Origenem*, ex qvo nihil reliquum est. Hunc tamen Socrates (c) palinodiam cecinisse vult *in Dialogo, quem Xenonem* inscripsit, qvod negat Natalis (d) & Petavius. (e) Scripsit qvidem hoc ipso seculo *Pamphylus* Cæsariensis, præsente Eusebio, *Apologetici pro Origene libros V.* (f) quibus deinde post Pamphili mortem *Sextum* addidit *Eusebius*. Ex his primus liber Origenis dogmatibus, vel defendendis vel excusandis impendebatur, reliqvi circa vitam, mores, eruditionem Origenis versabantur. Primum Rufinus latino sermone explicavit, qvi hodienum inter Origenis opera extat. Ex reliquis pauca excerpta habentur apud Photium. Scripsit qvoqve *in Originem*, prosphoneticam ac *panegyricam orationem Gregorius Thaumaturgus*, qvam vertit Iacobus Sirmondus, (g) eundemque

Inter oppugnatores Methodius

Inter defensores Pamphylus

Gregorius Thaumaturgus

(a) *Hær.* 64. (b) *Cod.* 234. (c) H. E. lib. 6. cap. 13. p. 322. a. in qvo capite, cum *Methodio* quadrigam maledicorum constituisse dicit *Eustathium*, *Apollinarium* ac postremo *Theophilum* (d) *l.c. Diss. XVI. p.* 52. (e) in animadv. ad Epiph. hær. 64. p. 260. (f) hos libros non esse Pamphili putat Natalis Alex. *l.c. Sec 3. cap. 3. art.* 12. §. 3. p. 112 & *Part. 2. Diss. XVI. p.* 47. *sq.* contrarium vide ap. Cave *H. L. p.* 107. du Pin. l. c. *Tom. 1. p.* 201. (g) Teste Labbeo *Tom. 1. p.* 374.

demque græce & latine edidit David Hœschelius.(a)

Eustathius Dum Origeni ita favet Eusebius, *Dissertationem* singularem *de Engastrimytho* adversus Origenem edidit *Eustathius* Antiochenus. Inseqventi tempore *Didymus*

Didymus *Alexandrinus*, Origenis in cathedra catechetica successor, captus amore antecessoris hujus libros summopere commendans, Rufinum, Evagrium Ponticum monachum, Gregor. Naz. aliosqve accendit tum ad istos, tum, ut Hieron. eum insimulat, ad errores Origenis disseminandos. *Didymus* autem dedit *commentarios in libros Origenis περὶ ἀρχῶν*, quibus

Rufinus illos recte scriptos esse asseruit. *Rufinus* præter *apologiam pro Origene de depravatione librorum Origenis & aliam pro eodem ejusdem argumenti ex ipsius epistolis*, Pamphili quoque librum primum, de quo antea,

Evagrius vertit. *Evagrius* Pontianus Hierosolymis a Melonia nobili fœmina exceptus, Origenista factus, & dogmata illius libris editis tuitus est. (b) His se

Joannes Hierosf. jungebat *Johannes* Hierosf. Episcopus, Origenem acriter defendens, & quavis occasione acerbe perstringens illius adversarios, qui tum præcipue erant *Hieronymus*, *Epiphanius* & *Theophilus*. Extant qvamplurimæ ab utraqve parte hanc in rem scriptæ epistolæ, ex qvibus de tanto dissidio plenius edocemur.(c) *Librum* interea (diu jam deperditum) scripsit Joannes *adversus obtrectatores*, in qvo ostendit

(a) August. 1605. (b) Hieron. *in epistola ad Ctesiphontem* adversus Pelagium *cap.2.* (c) Scil. *epistola Epiphanii, qvæ inter Hieronymianas est 60. & Epistola 61.* Hieronymi *ad Pammachium data & lib. 2. Apologiæ cap. 6.*

dit ſe Origenis ingenium ſecutum, non fidem. (a) *Lites* has aliqvandiu poſtea ſopitas, excitarunt rurſus ſuo in Occidentem adventu *Rufinus*, &, ob monachos durante perſecutione ſuſtentatos in hiſtoriis celebrata, *Melonia:* hi ſpargentes iterum Origenis dogmata, converſo etiam in Latium *ejus de Principiis libro*, novis motibus anſam præbuere. (b) Hieronymus autem aliam horum librorum interpretationem (c) adornavit & Rufini verſionem coarguit & duplici Rufinianæ Apologiæ alias duas repoſuit. In Hiſpanias circa eadem tempora penetravit Origeniſmus, ſed poſtqvàm *Paulus Oroſius commonitorium ſeu conſultationem ad S. Auguſtinum de errore Priſcillianiſtarum & Origeniſtarum* miſerat, non intermiſit *Auguſtinus* utramqve hæreſin libro impugnare. Præterea monaſteriis Ægypti præerant viri qvatuor *Dioſcorus, Ammonius, Euſebius & Euthymius*, germani fratres, ſtaturaqve proceri, & ob id *Fratres Longi* cognominati, qvi ſuam de membris DEI corporeis ſententiam Origenis auctoritate defendentes, moverent *Theophilum*, ut non tam *Anthropomorphitarum*, qvam Origenis condemnationem, nunc vehementius qvam unqvam, urgere inciperet. Siqvidem coacta *Alexandrina Synodo*, condemnavit, atqve, ut ipſe loqvitur in Epiſt. ad Epiphan. Satanæ in interitum impietatis tradidit tum Origenem nominatum, tum

Rufini verſio libri de principiis

Hieronymi verſio

Adverſarii alii Oroſius

Auguſtinus

Fratres longi

Theophilus

Synodus Alexandrina

(a) teſte Gennadio *de ſcript. c. 30.* (b) Vide etiam de hac verſione Rufini Anaſtaſii P. R *epiſtolam ad Ioannem Hieroſolymitanum.* (c) *epiſtola ad Pammachium data 65.*

hæresin ejus & libros nefarios. Imo scripsit *adversus Origenem unum & grande volumen*,(a) in qvo omnia pene ejus dicta & ipsum pariter damnavit. *Synodicam* qvoqve direxit ad Anastasium & alios, qvæ tamen intercidit. *Epiphanius* ab eo incitatus (b) idem egit in Synodo Cypri provinciali a se instituta: non probante tamen illorum decreta Constantinop. Patriarcha. Eqvidem & *Constantinopoli* habebatur *Concilium*, in qvo Epiphanius Chrysostomum ad suas qvoqve partes trahere laborabat, sed ausuirrito. Qvamvis autem publice & privatim Origenes infamaretur, nihilo magis Origenistarum Palæstinorum animi consederunt, cumqve in nova præcipue Laura secta ipsorum invalesceret, ab Eustochio Hierosolymorum Episcopo inde extrusi sunt. Impense favebat illis Theodorus Ascidas, Justiniano magna familiaritate conjunctus. Factum illud Eustochii vituperabat palam & in ipsum aulam commovebat. Atqve hanc cogendri *V. Concilii Constantinopolitani* causam fuisse scibunt. Sed in hoc, una cum scriptoribus trium capitulorum, plurium calculo Origenes, qvi ante trecentos jam annos obdormiverat, cum asseclis anathemate tandem est percussus. (c) Ex qvo incœpit qvæstio

Epiphanius

Concilium V. Constantinop.

(a) Gennad. *d. S. c. 33.* (b) *epistola inter Hieronymianas 67.* (c) Evagr. *H. E 4. 37. & 38. p. 411. seqq. Justinianus* in epistola ad Synodum, in qva flagitat, Origenem, Origenisqve gregales damnent ut *Cyrillus* Monachus Justiniano coævus in vita Euthymii *cap. 105.* & in vita Sabæ *cap. ult.* adde Huetium Origen. *lib. 2. cap. 4. p. 225. sq.* licet Valesius *in notis ad lib. IV. Evagrii pag. 111.* putet Origenem non in Synodo, sed ante illam fuisse damnatum. *Henricus* autem *de Noris* in *Dissertatione historica de* Syno-

ſtio ventilari: *an aliqvis poſt mortem ſit damnandus vel anathematizandus?* qvod negarunt cum Vigilio Papa multæ per occidentem eccleſiæ. Negavit idem *Theotimus* Epiſcopus Scythiæ.(a) Num vero errorum iſtorum omnium reus fuerit Origenes? numqve propterea recte hæreſeos damnetur, non conveniunt auctores. *Bellarminus* de Script. Eccl. *Dionyſ. Petavius* in Animadv. ad Epiphan. defendunt, qvæ contra Origenem in Eccleſia acta ſunt, eumqve hæreſeos damnant. Edidit etiam *Io. Henr. Horbius*(b) *Hiſtoriam Origenianam*, in qva oſtendit, hæreſeos Origenianæ πρῶτον ψεῦδος fuiſſe animarum προϋπαρξιν, qvam Origenem ſtatuiſſe, contra Huetium, & qvomodo reliqvi errores, & novæ aliæ hæreſes, Pelagianiſmus, Eutychianiſmus, Arrianiſmus inde propullulaverint, ibidem probare ſatagit. Contra alii pro Origenis orthodoxia pugnant, & præter veteres iſtos, *Pamphilum, Euſebium, Rufinum, Didymum*, & alios, proximis temporibus *Iohannes Picus Mirandulanus Comes*, *Gilbert. Genebrardus*, Theologus Pariſienſis & dein Aqvarum ſextiarum Epiſcopus, & *Iac. Merlinus, Victurnienſis*, Theologus & Pœnitentiarius Pariſienſis, in ea, qvam curavit, Origenianorum operum editione, omnes Pontificii, ab hæreſi & condemnatione judiciali Originem integris tractatibus liberarunt, qvod *Stephanum Binetum*, libello Gallico, *de*

Q. an poſt mortem aliqvis ſit anathematizandus?

An Origenes omnium errorem reus?

Aff. Bellarminus

Petavius

Horbius

Neg. Veteres

recentiores

Picus

Genebrardus

Merlinus

Synodo V. contra Halloix oſtendit, Origenem in ea damnatum fuiſſe, & hanc damnationem priorem fuiſſe proſcriptione trium capitulorum *p. 55. ſqq.* & de Origeniſtis *p. 70. ſqq.*

(a) Socr. *l. c. 6, 12 p. 319.* (b) *Francof. 1670.*

de Salute Origenis Parisiis edito, miratum esse in hominibus Catholicis, (qvibus addimus *Petr. Halloixium*, S. I. in qvatuor Origenianorum vindiciarum libris sub tit. *Origenis defensi*) (a) testatur DN. D. *Iohannes Fechtius*, in Rostoch. Academ. hodie S. Theol Profess. in disput. qvam anno CIↃIↃCLXV. sub Præsid. D. Iohan. Meisneri Wittebergæ habuit *de Origene & Origenianis*: in qva ubi de legitimo Origenis judice egerat, examine etiam errorum sigillatim instituto, cum Vincentio Lerinensi, in hujus de Origene commonitorio, mediæ insistens viæ, Origenem qvidem a gravissima hæretici & peremtoriæ condemnationis nota immunem facit, adductis sex rationibus ut tamen tam vitæ qvam doctrinæ nævos, qvos habuit, non taceat. Et hinc statuit, Origenianorum vel Origenistarum nomen ab Epiphanio primo excogitatum, dein iis, qvi ad condemnandum Origenem velut hæreticum adduci non poterant, obtrusum fuisse cum ipsis erroribus, qvos tamen nec ipsi foverint, nec Origenem fovisse concesserint: licet nonnulli fuerint reperti, qvi tales errores, præexistentiam sc. animarum, revolutionem omnium rerum &c. malitiose amplexi hoc nomen deinde gesserint, & ob pertinaciam suam recte fuerint damnati. *Natalis Alex.* (b) lubens qvoqve in sententiam fautorum Origenis concederet, si res ex animo & affectu, potius qvàm (c) veri-

Halloix

Medii incedunt Io. Fechtius

Natalis

(a) plures defensores citatos vid. ap. Huetium in *Origenianorum lib. 2. cap 3 p. 113. 186. & cap. 4. p. 231. sq.* (b) *Diss. XVI. p. 15. sqq.* (c) *Diss. XVII. p. 89. sqq.*

veritate penderet. Verum cum hujus major sit habenda ratio, ingenue fatetur, supervacaneum laborem fore, qvi in Origenis doctrina, ab omni labe purganda, consumatur; cum obstent Patrum de ipso & ecclesiæ judicia & ipsius libri errores illos exhibentes. Idem etiam qværit (a) *utrum omnes Origenis defensores de suspicione hæreseos fuerint periclitati?* & præmissis tribus modis, errorum authores qvibus defendi possunt: sc. *cum non authores duntaxat, sed etiam erroris suscipitur patrocinium: cum error damnatur & ab eo vindicatur author: cum damnare qvis recusat authorem, & verbis ita æqvivocis & obscuris suam de errore sententiam exponit, illum ut propugnare præsumat*, rem omnem resolvit. Huc qvoqve omnino referendus *Petrus Daniel Huetius* libro II. toto Origenianorum, in qvo Origenianæ doctrinæ *non dicam apologiam:* (sunt verba illius) *nam neqve ausim neqve sane velim; sed accuratum & omnibus præjudiciis liberum ac solutum examen*, exhibet & huic cap. IV. subjicit doctrinæ Origenianæ fortunam in ecclesia variam. Tandem *Wilh. Cave* in Hist. lit. (b) errores, qvi Origeni tribuuntur, & nimium allegoriarum amorem, multis nominibus mereri excusationem scribit, si defendi neqvaqvam possint: *Multa n. i. Origenem adhuc juvenem in schola Platonica præjudicia hausisse, qvæ tam facile excutere non potuit: multa ætatis suæ genio, cui allegoria in deliciis erant: multa nimiæ festinationi, & animo multa cura distracto: multa præfervido hæreti-*

P. D. Huetius

Wilh. Cave

 cos

(a) *Diss. XVII. p. 89. sqq.* (b) *pag. 77. sqq.*

xerat prægravatum. Minus recte autem id colligi ex Hieronymo, ostendit Jac. Usserius, (a) qvi *Britannum* eum fuisse mavult. Erat alias vir eruditione insignis, & tum Græce tum Latine peritus; cui Beda svavitatem tribuit eloqventia demulcentis. Augustinus vero ipsum, ex testimonio eorum, qvi noverant, sanctum & non parvo profectu Christianum fatetur; qvin ante Augustinum Chrysostomus casum hujus viri tanqvam pii, sancti, & qvi magna cum tolerantia vixerit, deplorat. (b) Candidius igitur de Pelagio judicium reqvirunt qvidam eruditi in Orosio atqve Hieronymo, qvorum ille corporis ejus formæ insultare, hic cum Isidoro Pelus. (c) imperitiam & luxuriam ei objectare non dubitavere. Sed illud est, qvo nomine inter Catholicos nullo in numero esse meritus est, qvod arroganter nimis vitiatam extulerit naturam, humani arbitrii decomtor, divinæ gratiæ contemtor, sunt verba Vossii (d) Nimirum Pelagius cum perversam περὶ ἀπαθείας ϗ ἀναμαρτησίας opinionem, e fontibus Origenis juxta Hieron. imbibisset, qvasi homo eo perfectionis posset in hac vita pervenire, ut affectibus vacuus omni careret peccato, in plures postea delapsus est errores, liberum imprimis plus justo extollens arbitrium, ea qvoqve, judice B. Chemnitio in ll. cc., de causa, qvod esset disciplinæ amans, & magnam videret Christianorum ignaviam. Cœperunt vero Pelagius ac asseclæ dogmata sua *Ubi cœperit*

Cccccc 2 spar-

(a) *in Britannic. Ecclesiarum antiqvitat. cap. 8. p. 209.* (b. *ep. 4. ad Olympiad.* licet Natalis *l. c. Sec. V. part. 1. c. 3. art 2. p. 59 sq* putet Chrysostomum loqvi de alio Pelagio monacho. (c) *lib. 8. epist. 314.* (d) *H. P. 1, 4. p. 22.*

nas subjungi vulgo solent, Vossius (a) facit verisimile. Alii si non Pelagii ipsius, minimum Pelagiani alicujus esse concedunt, qvos magno numero idem citat. (b) Sed scriptum, qvo maxime innotuit hæresis illius, est *epistola de virginitate ad Demetriadem*, qvæ exarata an. CCCCXIII. itidem inter Hieronymianas dolo malo locum reperit. Post hanc scripsit *Epistolam ad Viduam*, ex qva nonnulla exagitat Hieronymus: *Librum de natura*, qvo, qvantis potuit viribus exaggeravit illam Sallustii sententiam: Falso qveritur de natura sua genus humanum: *librum de libero arbitrio: epistolam ad Paullinum: epist. ad Constantium: & libellum fidei ad Innocentium.* Literarum fragmenta in Augustini libro de gratia Christi reperiuntur. Libellus hodieqve extat inter Hieron. opera tom. 4., vulgo inscriptus: *Hieronymi explanatio Symboli ad Damasum.* Qvam cum Caroli M. ævo Hieronymi creditam fuisse constet ex Francofurt. Concilio, non probabile videtur Vossio loc. cit. in synodo tam numerosa fraudem suboluisse nemini, itaqve symbolum istud vere ab Hieronymo compositum esse suspicatur, sed Pelagium illud callide ex Hieronymo exscripsisse, tum ut consentire ei videretur, tum, ut, qvi illud culparent, non se modo, sed Hieronymum ipsum ita reprehenderent. *Cœlestius* nondum πελαγιανίζων dicitur Gennadio ad parentes suos in modum libellorum *tres* scripsisse *de monasterio Epistolas*, omni DEUM desi- *Cœlestii scripta*

(a) l.c. lib. 1. c. 4. n. 3. (b) conf. Gvil. Cave H.L. p. 292. sq. Usserii & Garnerii sententias adducentem.

ſideranti neceſſarias, ſed poſtea Pelagii erroribus imbutuspluribus ſcriptis innotuit. Auguſtinus (a) de geſtis Palæſtinæ citat ex libro ejus poſtmodum edito aliquot *capitula*, & lib. de perfectione juſtitiæ contra Cœleſtium meminit *definitionum* ejus, (b) nec non lib. de pec. Or. (c) *Libelli* ad Papam Zoſimum. Meminerunt etiam Patres Concilii Carthag epiſtola ad Innocentium *libelli*, *quo*, etſi peccatum Orig. negaret, tamen confeſſus ſit, per baptiſmum Chriſti etiam parvulorum fieri redemtionem. *Epiſtolam qvoqve*, qvæ inter Hieronymianas comparet, de duobus filiis, frugi & luxurioſo, ordientem: *Omniüm qvidem de Scripturis qvæſtionum*: hujus eſſe Cœleſtii oſtendit, Voſſius. (d)

Juliani ſcripta

Julianus, priusqvam Pelagii in ſe impietatem aperiret, clarus in Doctoribus Eccleſiæ fuit: poſtea hæreſin ejus defendere niſus, ſcripſit *adverſus Auguſtinum impugnatorem Pelagii libb. IV, & iterum libb. VIII.* ſecundum Gennadium, (e) qvi etiam *Altercationis* librum eidem tribuit, ſed fallitur in eo, ceu oſtendit Voſſius. (f) Scripſit inſuper teſte Auguſtino (g) Romam ad *Zoſimum epiſtolam*, & *aliam ad Theſſalon* Epiſcop. nomine 18. Epiſcoporum. item *de Amore* libellum & *commentarios in Cantica*, in qvibus contra promiſſionum gratiæ propugnatorem, Auguſtinum, inſanivit, uti loqvitur Beda comm. in Cant.

[illegible] ubi

[illegible]

(a) c.13.14. & 18. (b) definitiones de impeccantia ſervavit Marius Mercator de his vid. diſſert 6. P. Garnerii in Marium Mercatorem. (c) *cap. 2.* (d) *l. c. cap 5. p. 23.* (e) *de S. E. cap. 45.* (f) *l. c. cap. 6. p. 26.* (g) *lib. 1. contra duas epiſt. Pelagii.*

ubi & librum ejus *de bono constantiæ* memorat.(a) *Annianus*, Celedensis Diaconus, Pelagianarum partium defensor *epistolas* scripsit ad Orontium Episcopum & Evangelum presbyterum, in qvibus studium suum erga hanc sectam, satis monstravit. Impugnavit *editis libris epistolam Hieronymi adversus Pelagianos ad Ctesiphontem editam*.(b) *Theodorus* Mopsvestensis Episcopus errorem Pelagii defendit, ut patet ex fragmentis librorum, quos contra Augustinum, Hieronymum & alios veræ sententiæ patronos scripsit Fragmenta illa *Garnerius*, cum aliis Marii Mercatoris operibus edidit, qvæ eodem tempore *de Noris* suis de Historia Pelagiana commentariis inseruit ex Vaticano codice exscripta. *Leporius* Pelagianorum erroribus qvidem imbutus fuit, sed à S. Augustino in Africa ad Catholicam fidem conversus, scripsit *libellum emendationis seu satisfactionis ad Episcopos Galliæ*, qvem nonnulli Augustino tribuere volunt.(c) Huc qvoqve referunt Vossius, Vsserius aliiqve *Io. Antiochenum* & Orientales ei adhærentes, qvi tamen defenduntur a Norisio.(d) Tacemus deniqve *Senecam* Pelagianum *non modo totius eruditionis alienum, sed ipsius quoque intelligentiæ communis prorsus extraneum*, ut Gelasius loqvitur. Plene vero Pelagianis se opposuerunt ex Patribus *Hieronymus*, qvi consultus à Ctesiphonte super qvæstione, sub cujus & aliarum plurium velamine Pelagius Romæ, Cœlestius in Sicilia, suam doctrinam disseminare tentabant: *utrum nempe* pec-

Anniani scripta

Theodori Mopsvestensis

Leporii

Oppugnatores Hieronymus

(a) Vid. Noris. *H. P.* 1, 18. (b) *l. c. cap.* 19. *p.* 118. *sqq.* (c) Cave *H. L. p.* 310. (d) *H. P.* 2, 9.

peccatorum radicem ita qvisqvam valeat evellere, ut reliqviæ ejus nullæ superſint? iis reſpondit *literis*, *qvæ* etiamnum ad eum ſcriptæ leguntur. In his diſputat adverſus librum Pelagii *de natura* & librum *Titulorum*: item adverſus librum Cœleſtii, cujus fit mentio in geſtis Palæſtinæ. Idem *tres adverſus Pelagium libros* affabre edolavit, ſub fictis tamen nominibus, ſe qvidem Atticum, adverſarium autem Critobulum appellans. Deinde in *præfationibus qvatuor* ad libros comment. in Hieremiam, Pelagianos etiam inſectatur, qvanqvam eorum parcat nomini. Huc etiam refertur *Oroſii apologeticus contra Pelagium, de arbitrii libertate*, ſi non ex toto, tamen ex parte.(a) Sed præ ceteris indefeſſum *Auguſtini* ſtudium extitit in tuenda gratia adverſus Pelagianos, qvi primum ad Marcellinum *de peccatorum meritis & remiſſ. peccat. libros tres* exaravit, nulla tamen Pelagii mentione facta, qvod adhuc inter catholicos lateret, & Auguſtinus eum ſic facilius corrigi poſſe ſperaret.(b) Eodem tempore Honorato, ab Auguſtino ſolutionem qvinqve qvæſtionum petenti, reſpondit, (c) ſextam addens qvæſtionem, *de gratia Novi Teſtamenti*, contra Pelagianos errores. Cum autem in prioribus libris hominem absq; peccato ope divina in hac vita vivere poſſe docuerat, utut ejus rei deſit exemplum, mirum id videbatur Marcellino: qvare *librum conſignavit de ſpiritu & litera*, qvo acriter diſputat adverſus gratiæ inimicos conf. lib.

Oroſius

(a) Voſſ. H. P. 1, 17. pag. 65. (b) Vid. eundem lib. 2. Retract. c. 33. (c) ep. 120

Anno XIII. seculi V. Carthagine (a) ab Aurelio rogatus, in Basilica majori *adversus Pelagianos sermonem* habuit, qvi inter ipsius *de verbis Apostoli sermones* XIV.. numeratur. Postea ab Hilario laico de qvæstionum, à Pelagianis Syracusis in medium productarum, momento qvæsitus *literis*, qvæ inter Augustini *numero* LXXXVIII. ei respondit in seqventi luculenta illa *epistola* LXXXIX. *Cælestii definitiones* confutavit edito libro *de perfectione justitiæ*. Anno CCCCXV. Timasius & Jacobus, opera Augustini conversi, Pelagii librum ad Augustinum miserunt, cui respondit edito *libro de Natura & Gratia*. Anno CCCCXVI. *epistolam num.* CCLII. dedit *ad Jo. Hierosolymitanum*, qvæ ipsum monuit, ne sibi à Pelagio illudi sineret, rogavitqve ut gesta Diospolitanæ Synodi transmitteret in Africam; & eodem anno *epistola XCVI. ad Hilarium Episcopum*, qva Pelagianos errores ipsi exposuit. Anno CCCCXVII. *sermonem secundum de verbis Apostoli habuit*, damnata jam ab Innocentio hæresi. Porro concinnavit librum *de gestis Palæstinis*, uti ipse cum vocat (b), vulgo autem inscribitur, de *gestis Pelagii*, qvo Diospolitanæ Synodi acta recenset. Huc referenda est ejusdem *Epistola ad Julianam* Demetriadis Virginis matrem, *num. CXLIII. Epistola ad Dardanum de præsentia Dei* anno CCCCXVIII. *epistola ad Paulinum num. CVI. & duæ ad Sextum Presbyterum*, nec non *epistola ad Optatum de origine animæ*. Duos adversus Pelagium libros composuit, *unum de*

 gra-

(a) *lib. 2. Retract. c. 37.* (b) *lib. 2. de Pecc. Orig.*

gratia DEI, alterum *de Peccato Originali*. Tandem postquam Julianus Pelagii & Cœlestii nunc condemnatorum defensionem suscepisset, duabus epistolis Zosimum clerumqve Rom. exagitans, noster qvoqve respondit *libris IV.* Bonifacio inscriptis. Rursus cum in Valerii Comitis manus venisset liber sive Juliani sive alius, qvo doceretur, catholicos asserendo peccatum originis, damnare nuptias, atqve ex opere DEI facere opus diaboli: scripsit ad Valerium librum de *nuptiis & concupiscentia*, cui libros alios qvatuor opposuit Julianus. Ex his ad se missa excerpta refutans Augustinus *altero ad Valer. Com. libro*, postea ipsis Juliani libris, ubi eos acceperat, respondit *sex aliis libris*. Cumque octo novos iterum Julianus adversus hos misisset, responsionem ad illos quoqve parans, divinus ille senex in obsidione civitatis Hipponensis labori suo egregio immoritur anno CCCCXXX. Ex qva cygnea illius cantione duo tantum superstites libri an. CIƆIƆCXVII. *Claudii Menardi* beneficio in lucem prodierunt. Neqve vero solis cum Pelagianis negotium fuit Augustino, sed dum in tuenda gratia omnis est, qvidam *apud Adrumetum Africæ civitatem monachi* in contrarium errorem prolapsi, *sic omnia gratiæ tribuerunt, ut liberum tollerent arbitrium*. Qvare duos is commentarios, *unum de gratia de libero arbitrio, alterum de correptione & gratia scripsit* ad Valentium & monachos Adrumetinos, ad qvos etiam *duæ ejus extant epistolæ, nempe XLVI. & XLVII.* Tandem contra ipsos Commo-

contra monachos Adrumetinos

nito-

nitorium Theodosio Imp. obtulit *Marius Mercator* & librum scripsit *subnotationum in postremos Juliani libros.* *Marius Mercator*

Præter dictos Ecclesiæ Doctores, qvi calamum strinxerunt adversus Pelagianos, seorsim qvoqve memorari merentur *Romani Episcopi*, tanqvam qvorum judicia, nomine cleri Romani facta, a veteribus non raro Synodis particularibus æqviparantur. *Innocentius* in iis primus, cujus tempore e... ista orta est, *triplices adversus Pelagium literas scripsit.* I. *ad Patres Concilii Carthag.* II. *ad eos, qvi Concilio Milevitano interfuerunt.* III. *ad Aurelium, Alypium, Augustinum &c. qvos tamen* tanto Præsule Erasmus judicat indignas. Successit *Zosimus*, ex cujus ad Africanos Patres missis, & a Baronio primum divulgatis literis (qvas genuinas esse ostendit Vossius) (a) apparet, ipsum Pelagio & Cœlestio primum fuisse faventiorem, tandem tamen, cum tuendi Cœlestii rationem nullam videret, una cum Africanis Patribus condemnasse, & ejus rei universi orbis episcopos *per epistolam* fecisse certiorem. (b) Zosimum secutus est *Bonifacius*, hunc *Cœlestinus*, cujus variæ extant in Conciliorum Tomis epistolæ. De *Xysto III.* hujus successore licet, teste Augustino (c) fama jactarit, inimicis Christianæ gratiæ eum favere: tamen primus anathema eis in populo freqventissime pronunciavit, & *literis* Apostolicæ sedis de illorum damnatione *Romani Episcopi* *Innocentius* *Zosimus* *Bonifacius* *Cœlestinus* *Xystus*

 ne-

(a) *H. P.* 1, 28. (b) e qua *excerpta* quædam legere est apud Augusti. ep. 157. ad Optatum nec non apud Cœlestinum ep. ad Gallos c. 8. & 9. ut & Prosperum adv. Collat. c. 10. (c) ep. 104 seq.

ne ad Africam missis, *breves literas addidit*, rigorem adversus eorum errorem indicantes. Postea item *prolixiori scripto* edidit pulchram *defensionem adversus inimicos gratiæ. Versus* etiam nonnullos, qvos *adversus Pelagianos pro P. O.* inscribi jusserat octangulari in lapide Basilicæ Constantinianæ, exhibet ex Baronio Vossius.(a) *Leonis M.* erga Pelagianos operam prædicat Photius (b) qvi & Leonem, ait, *scripsisse de Pelagianis conversis, qvomodo debeant recipi.* Memorabilis est hac de re ejus *epist. ad Nicetam Aqvilejensem*, qvamvis alias non pauca in scriptis ejus contra Pelagianos leguntur. Eadem mens, idem studium fuit *Gelasio*, uti ex ejus *epistolis variis*, imprimis *ad Honorium* Dalmatiæ Episc. & *ad Picenni Episcopos*, nec non ex decreto illius in Concilio cum LXX. Episcopis facto, constat. Etiam *Hormisdæ* epistola extat ad Possessorem. Episc. Afrum, a qvo de Fausti libro consultus erat. Itidem *Felix IV.* condemnavit errores Pelagianorum: qvod & fecit Clerus Rom. tempore *Joannis*, datis ad Scotorum gentem literis, qvarum fragmentum apud Bedam extat.(c) Reliqvos ut & nonnullos Constantinopolitanos ac Alexandrinos Episcopos nunc ut taceamus. Transimus potius ad *Concilia*. Primum in hac causa habitum fuit *Carthagine anno* CCCCXII. Ejus non nisi fragmentum extat apud Augustinum.(d) *Ann.* CCCCXV. congregata *Synodus Hierosolymitana* à Joanne Hierosolymitano, qvam dubiam non-

Leo M. *Gelasius* *Hormisda* *Felix IV.* *Concilia, Carthaginense* *Hierosolymitanum*

(a) *l. c. p. 29.* (b) *Cod. 54.* (c) *lib. 2. H. A. c. 19.* (d) *de P. O. c. 2. §. 3.*

nonnulli facere volunt (a) Eodem anno *Diospoli in Palæstina* collecta est Synodus XIV. Episcoporum, ubi cum ficto pectore Pelagius dagmata gratiæ inimica damnasset, ab iisdem absolutus est. (b) Istis temporibus *Orosius* Presbyter in Palæstina agebat; is vere proximo in Africam rediens nuntiat ibidem Episcopis, ut Pelagius verborum involucris Palæstinos Patres decepisset. Isti igitur iterum *Carthagine* congregati per Aurelium an. CCCCXVI. in Pelagio damnant, qvam in Cœlestio jam debellaverant hæresin. Eadem occasione eodemqve anno, licet post Carthaginense, coactum fuit *concilium Milevitanum*, Milevi, Numidiæ civitate. Postea *sub Zosimo* particularis cujusdam *in Africa* habiti *Concilii* meminit Augustinus epistola ad Valentin. & fratres, ex qvo literæ ad Papam missæ sunt in Cœlestina causa. (c) Secutum est alterum plenarium ac generale illud, *καθ' ἐξοχὴν Synodus Africana* dictum, sub Aurelio Carthagensi Episcopo. Ejus habemus *octo Canones*, optimo ordine digestos qvibus, qvæ Mileuitano, & Carthaginensibus fuerant decreta, recensita sunt & approbata, & plenius qvidem ac majori cum auctoritate; unde nec Carthaginensis primæ aut secundæ nec Milevitanæ synodi canones leguntur in codice canonum Ecclesiæ Africanæ; qvod hujus tertiæ canonibus continentur. Pelagiani damna-

Diospolitanum

Carthaginense

Milevitanum

Africana duo

(a) vid. Noris H. P. l. c. 7. p. 4. sqq. (b) Vid. Augustin. lib. 2. Retract. c. 47. & ep. 107. ad Vitalem Carthaginensem. (c) quarum argumentum cognosces ex Augustini lib. 2. ad Bonif. c. 3.

nati hactenus etiam Imperatorum legibus, ut haberent, ubi latere possent, in Britanniam, natale Pelagii solum, profugerant. Missi igitur ex Britanniis nonnulli ad *Gallicanos Episcopos*, horum auxilium expetituri: qvi etiam collecta *an.* CCCCXXIX. *numerosa synodo*, ablegarunt eo Germanum Antissiodorensem, & Lupum Trecensem episcopum. (a) An. CCCCXXI. cum Pelagiani Nestorium damnare recusarent, illumqve juvarent potius, Patres ea occasione usi *in Ephesino Concilio generali*, Pelagii asseclas una cum Nestorio damnarunt. Eapropter & *Prosper* unum utriusqve *hereseos* scripsit *epitaphium*, qvod carmini περὶ ἀχαρίστων præmittitur. Nonum in hac causa Concilium fuit *Arelatense*, qvod secutum est *Lugdunense*, de qvorum tempore disputat Vossius. (b) *In Romano an.* CCCCXIV. cum Gelasio congregati *LXX.* Episcopi, Augustini & Prosperi scripta commendarunt, Fausti & Cassiani improbatis. Habuerunt & circa *An.* DXX. exulantes Africani Patres *in Sardinia concilium*: qvorum *epistola Synodica cum tribus Fulgentii de prædestinatione libris*, Jacobi Simondi beneficio, in lucem revocata est. (c) In *Arausicani II. concilii* tempus solicite inqvirentem vide Vossium, (d) qvem & de *Valentiniano* in Galliis *an.* DCCCIV. coacto conf. (d) *Geminum* deniqve *Impp.* Honorii & Theodosii adversus Pelagianos extat *decretum*, qvorum alterum Baronius exhibet ad An. CCCCXVIII. alterum ad annum seqventem. Post qvæ edicta alii qvidam episcopatu dejecti, ut Julianus, de qvo

Ephesinum

Arelatense
Lugdunense
Romanum

Sardiniense

Arausicanum

Valentinianum
Impp. decretum

(a) Bedn. *H. A.* 1, c. 17. (b) *l. c.* 1, 50. (c) *Paris. An.* 1612. (d) *l. c.* 1, 53. (e) *cap.* 599.

qvo vid. Prosper in Chron; alii autem seu sequuti veritate territi, seu fidei luce convicti in viam redierunt: velut Turbantius Episcopus (a) Errores vero ob qvos Pelagius cum suis damnatus, varii erant ac satis crassi. Attinebant autem in genere, vel doctrinam de ortus nostri conditione & peccato originali, vel de vita hominis spirituali, vel de prædestinatione. Qvarum partium qvælibet singulares comprehendit qvæstiones. Et qvidem circa *peccatum originis* negabant *I. peccatum Adami imputari posteritati, restringentes Apostoli Rom. V, 12. verba ad imitationis exemplum. II. ullum esse originalem naturæ defectum; sed unumqvemqve in ea creari perfectione, in qva Adam erat ante lapsum, nisi qvod ætate gignamur rationis usu nondum instructa. III. propter peccatum primorum parentum mortem in genus humanum redundasse, sed Adamum etiamsi non peccasset, moriturum fuisse. IV. infantes per baptismum accipere remissionem peccati originalis, vel de potestate tenebrarum in regnum Dei transferri. Et hinc Catholicos accusabant, qvod naturam corruptam asserentes, propter protoplastorum lapsum hominem Dei opus esse negarent, nuptias damnarent, per baptismum crimina non auferri, sed radi nec plenam peccatorum remissionem impetrari docerent, & DEUM, ita iniqvitatis arguerent, tandemqve desperationem gignerent: cum naturam mutare in neminis sit potestate.* Ratione *vitæ spiritualis*, disputatum fuit (1) *de gratiæ necessitate*, ubi Pelagius non idem semper

Errores

circa P. O.

circa vitam spiritualem

(a) teste August. libr. 1. contra Juliani respons. 2.

persensisse visus est: omnia primitus naturæ tribuens; postea stylum, non animum mutans, nominare cœpit gratiam DEI, per eam autem voluntatem rationalem intelligens, porro cum naturali supernaturalem sed externam conjunxit, qvam in doctrina legis collocabat; mox tertiam addidit, qva peccata ignoscuntur: non æqve omnibus tamen necessariam, cum non omnes delinqverent, aut saltem absqve delicto vitam transigere possent, qvamvis & delinqventes naturæ viribus pœnitentiam agere posse affirmaret. Tandem tribus illis qvartam sociavit, gratiam scil. Christi, in sola tamen doctrina & exemplo eam constituens. Posthæc fateri cœpit interiorem Spiritus S. gratiam, qvam tamen vel in sola intellectus illuminatione collocabat: vel si ad voluntatem qvoqve extenderet, eam tamen utilem dicebat non item necessariam ad diligendum DEUM, implendam legem, & superandas tentationes: hos enim actus hominem etiam naturæ viribus exercere posse contendebat; sed gratiam Christi solum præstare, ut possit facilius: unde & meriti Christi necessitatem infringebat. Et qvamvis Julianus aliqvam gratiam agnosceret necessariam: attamen in hoc uterqve convenit, quod natura opera sint priora gratiâ, perqve illa hanc promereamur. Eqvidem gratiam naturalem, qvam vocabat, itemqve remissionem peccatorum agnoscebat gratuitam: non æqve spiritualem, qua adjuvamur in operibus bonis. (2) *de imperfectione hominis in hac vita.* hic primum asserebant Pelagiani

ni ſanctos ſine peccato vivere hanc vitam : quod qui negarent, injurios eſſe in ipſos ſanctos & baptiſmi efficaciam: & id, ut obtinerent, negabant peccata ignorantiæ eſſe peccata. In certamine autem ſententiam ſuam non de eſſe ſed de poſſe exponebant, & quidem de poſſe per gratiam DEi, per hanc poſſe nos Legem facile implere: (3) *de juramento Chriſtianorum & ſalute divitum* docebant, jurare in N.T. eſſe prohibitum; & divitibus baptizatis, niſi omnibus renuncient, nihil prodeſſe, quæ bona fecerint, cum non poſſint ingredi regnum cœlorum. Tandem *quoad Prædeſtinationem*, Pelagii ſententia erat, bonum uſum virium ex creatione inſitarum eſſe prædeſtinationis cauſam: licet plerique Pelagianorum faterentur Apoſtolos gratiam Apoſtolatus non fuiſſe commeritos: in cæteris vero dicebant gratiam pro meritis uniformiter adminiſtrari.

Hos errores inter & catholicorum ſententiam medii incedere voluerunt hinc dicti *Semi-Pelagiani*, & à regione locoque *Maſſilienſes* & *Galli*. Scilicet in doctrina de Peccato originis fuere catholici; Sed in doctrina de gratia errorem Pelagii ex parte retinuerunt. Fatebantur enim gratiam prævenientem: ſed eam duntaxat, quæ præveniat opera bona: non item quæ præveniat initium fidei & bonæ voluntatis, per quæ DEum ab homine præveniri credebant, quamvis non ſemper. Deinde, utut gratiam ſecundum merita conferri negarent, revera tamen *Semi-pelagiani.*

Eeeeeee omne

omne meritum non excludebant, cùm gratiam naturalium conatuum mercedem facerent. Præterea ad gratiam Spiritus S. conservandam non alio nos indigere statuebant, quam quod vel natura haberem9: vel una cum gratia semel essemus consecuti. Denique docebant, propter affectum quendam credulitatis & initia aliqua bonæ voluntatis, quæ à nobis essent, hominem ad gratiam prædestinari: non quasi hoc initia tantilla mereantur, sed quia tanta sit DEi φιλανθρωπία, ut propterea hominem gratia regenerationis dignetur. Et hæc non de universis se loqui, sed de quibusdam tantum, ad emolliendam sententiam suam subinde affirmabant. Semi Pelagianorum errorem de gratia *Augustinus*, ante Episcopatum eoque tempore quo Pelagii hæresis nondum eruperat, ipse fovit, (a) sed in retractationibus emendatum. Nec liber ab eo fuit *Vitalis* Carthaginensis, teste eodem Augustino. (b) Verum enim vero, si præcipuum hujus hæreseos defensorem quæramus, erit ille *Joannes Cassianus*, Jo. Chrisostomi olim discipulus & Diaconus, postea Massiliensis presbyter. Hic præter *XII. libr. de institutis* cœnobiorum, & octo principalium vitiorum remediis, *nec non de Incarnatione* adversus Nestorium; *Collationes decem* Patrum in Scythica eremo commorantium libris XXIV. complexus est. In quarum collat. XIII. abbatis Chæremonis sententiam de gratia & libero arbi-

Fautores & Defensores hujus hæreseos.

Jo. Cassianus.

(a) ut de se fatetur lib. de prædestinatione sanctorum c. 3. (b) epist. 107. ad Vitalem.

arbitrio proponens, cum eam non refellisset, suam fecisse creditus est. Hoc collationum opus ab erroribus purgare aggressum fuisse *Victorem Martyritanum*, indicat *Cassiodorus*. (a.) Qui & ipse apud Adonem ad Annũ CCCCXXV. forte quod ipsum Victoris codicem non acceperit, eidem manum medicam admovisse legitur, sed judice Vossio (b) iis tantum in locis, quos verbi omissione aut alia levi immutatione sanari posse videbat; cæteros vero reliquisse intactos, sive quod commodam interpretandi rationem non perspiceret, sive ne alieno in opere nimium sibi juris sumere videretur. Interim ex Prosperi adversũ Cassianum libro, in quo quicquid tanquam erroneum in Cassiano exagitat Prosper, hoc αὐτολεξεὶ hodienum in Cassiano invenimus, certo cognosci putat Vossius, (c) Germanum Cassianum adhuc nos habere, certumque esse, Cassianum hodieque esse Cassianum, h. e. vel olim etiam undecunque Catholicum fuisse, vel nunc quidem esse. Putat enim Cassiano non fuisse propositum novum dogma invehere in ecclesiam, eo quod illis quæ in Cassiano à Prospero damnantur, plane gemina legere sit apud præceptorem ejus Chrysostomum & Isidorum Pelusiotam, quæ tamen catholicum admittant sensum. (d) Hæc an ita se habeant, nunc non disquirimus. Id tamen certum esse videtur, ex Cassiani collationibus Lirinensium monachorum

 quos-

(a) *Instit. div. c. 29.* (b) l. c. p. 33. (c) l. c p. 34. (d) l. c. p. 34

quosdam Semipelagianos errores hausisse. Horum propugnator fuit. *Faustus*, Maximi in abbatia Lirinensi primum, ac post in Episcopatu *Rejensi*, successor: vir elegantis & acris ingenii. Is cum strenue se gessisset in refellendo prædestinatorum errore, visus est idoneus, qui Synodi Lugdunensis contra ipsos habitæ sententiam scripto consignaret. Scripsit hinc *duos de gratia & libero arbitrio libros*, sed limites mandati in eo excedens, sic prædestinatos refutavit, ut in contrarium errorem lapsus non obscure Semipelagianam defenderit opinionem. Ab his partibus etiam steterunt *Hilarius Arelatensis Episcopus*, quam dignitatem ei Natalis contra Baronium vindicat: (a) *Vincentius Lirinensis* commonitorii autor: (b) *Severus Sulpitius*, si Baronio, cui Natalis (c) contradicit, fides habenda esset: *Gennadius* Massilienses, ceu testatur ejus liber de viris illustribus: *Honoratus* Massiliensium Episcopus, de quo tamen aliter Norisio, (d) aliter Natali videtur. (e) Etsi autem ab initio Massilienses à quibusdam catholicorum nomen acceperint, cognitis tamen illorum erroribus & Augustinus & Romani Episcopi & quædam Synodi, scripta atque decreta illis opposuerunt. Ab obitu Augustini bonam catholicorum causam tuebatur, *Prosper*, Episcopus, ut volunt nonnulli, Regii in Italia. Cum enim adversus ea, quæ in Pelagianos scripserat Augustinus, a Galliis decem capitu-

Faustus.

Hilarius Arelatensis.

Vincentius.

Severus Sulpitius.

Gennadius.

Honoratus.

Oppugnatores.

Prosper.

(a) H. E. *Sec. 5. part. 1. cap. 3. art. 7. §. 6 p. 228.* (b) H. de Noris H. P 2, 15. seq. p 276. seqq Nat. l. c. §. 7. p. 234. seqq. (c) l. c. §. 8 p. 244. seq. (d) l. c. (e) l. c. § 10. p. 256. seqq.

pitula, ſedecim a Vincentio, & à Camillo ac Theodoro, Presbytero Genuenſi decem dubia objicerentur: omnibus iſtis Proſper reſpondit. Imprimis vero nobilis eſt illius *adverſus Collatorem* (ſic a Collationum libris Caſſianum appellat) opera. *Liber* etiam *ad Demetriadem*, qui inter Ambroſianas epiſtolas extimum locum occupat, ejusdem eſt: ut & elegans illud *carmen περὶ ἀχαρίστων* (ita Pelagianos & Semipelagianos vocat, tanquam erga divinam gratiã ingratos) quod alii Pelagiani hominis carmini, de Providentia, inſtar antidoti ſubjungi ſolet. Sedulus etiam fuit *Hilarius Arelatenſis* in reprimendis Maſſilienſium auſibus nec dubitat Voſſius (a) affirmare, quod vel hujus, vel Proſperi Aurelianenſis ſit illud *de vocatione gentium Opus*, quod inter Ambroſiana legitur. *Hilarius.* *Fulgentius*, Ruſpenſis Eccleſiæ Epiſcopus *Petrus Diaconus & Johannes Maxentius* σύγχρονοι Fauſtum ſibi oppugnandum ſumſerunt. *Fulgentius.* Ille quidem, teſte Iſidoro, (b) ſcripſit inter alia *de Gratia DEi & libero arbitrio: & libros reſponſionum VII.* in quibus Fauſti duobus libris contra gratiam ſubdole compoſitis reſpondens, obnititur eius profundam deſtruere calliditatem. Perierunt quidem 7. iſti libri temporum injuria, attamen ſententiam Fulgentianam de hoc argumento cognoſcere licet ex *altero illo de gratia & Incarnatione Chriſti, ſive de gratia & libero arbitrio ad Petrum Diaconum libro*, quem

(a) *l. c. lib. 1. c. 20 p. 72.* licet de hoc Hilario, cuis ille fuerit, res plane obſcura videatur. conf. Cave *H. L p. m. 226.* (b) de viris Illuſtr. c. 14.

nomine aliorum quatuordecim Africæ Episcoporum composuit & cujus loca quædam leguntur in Concil. Hispalensi. *P. Diaconus.* Iste vero, *P. Diaconus*, prior jam ad Fulgentium *ejusdem argumenti librum* scripserat, nomine duorum Iohannum, Leontii atque aliorum, quibuscum in fidei causa Romam missus erat. *Maxentius.* Hic denique, *Maxentius* adversus Faustum ad Hormisdam Papam misit *epistolam*, quam cum aliis Maxentii opusculis primus in lucem reduxit Jo. Cochlæus. *Cæsarii Arelatensis, Aviti Viennensis Episc. & Johannis Antiocheni Presbyteri aliorum scripta* de hac materia interciderunt. Nondum tamen erroris hujus radix ita erat evulsa, quin subinde repullularet; hinc in ea exstirpanda seculis quintum sequentibus laborasse dicuntur Balæo(a) *David Menevensis, Daniel Arvonius, Hildelphonsus* Archiep. Toletanus, quem ultimum *de imbecillitate humana, de cognitione baptismi &c.* scripsisse auctor est Trithemius. *Beda.* Anno DCCX. *Beda* Presbyter eruditam atque uberem *in Cantica præfationem* edidit, *de gratia Christi adversus Julianum* inscriptam. *Anselmus. & alii.* Scripserunt porro, circa an. MC. *Anselmus* Cantuarensis Archiepiscopus *de Concordia gratiæ & liberi arbitrii*; An. XX. ejusd. seculi *Dubricius Gainus* Vagensis contra Pelagianos librum; decennio post *Bernardus* Abb. Clarævall. *de gratia & lib. arbitrio librum.* An. MCCXX. *Honorius Augustodunensis dialogum*, cui titulus: *Inevitabile, sive de Prædestinatione & lib. arbitrio*: quem in lucem

(a) *cent. 1. cap. 55. & 59.*

cem prodire jussit An. MDLII. *Georg. Cassander*, luculenta de Pelagianis & Semipelagianis præfatione ornatum & hinc inde emendatum: (a) Item MCCCXXX. Pelagianismo inter Scholasticos præcipue regnante, adversus Pelagium insurrexit *Thomas Bradwardinus*, in libro cui titulus erat: *summa doctoris profundi*, quæ postea jussu Georgii Abbot Archiepiscopi Cantuariensis an MDCXIIX. in Anglia edita; ut taceamus *Guil. Ockam*, *Rob. Holcot*, & plures a Vossio (b) adductos, qui de Prædestinatione scripserunt. Hoc nostro seculo de Pelagianis & Semipelagianis scripsere sequentes: *Joannes Latius libris duobus commentariorum ex veterum Patrum scriptis de Pelagianis & semipelagianis.* (c) In iis, ut ipse in epist. dedicatoria indicat, primum historice quædam dixit de hæreseos Pelagianæ autoribus, progressu & reliquiis usque ad tempora Joannis Papæ. Deinde fragmenta quædam è libris Pelagii & discipulorum in unum congessit: post opiniones ipsorum hæreticas cum orthodoxis antithesibus in communi posuit: singula quoque capita cum suis argumentis & responsionibus Patrum digessit: & tandem de Semipelagianis eodem pene ordine egit. *Gerardus Jo. Vossius* (cujus autoritatem præcipue hic secuti fuimus) *libris septem historiæ de controversiis, quas Pelagius ejusque reliquiæ moverunt.* (d) In quorum primo præcipue docet, qui

Historia Pelagiana scriptores.

Io. Latius.

G. I. Vossius.

Pela-

(a) Voss. *l. c. 1, 26. p. 78.* (b) *l. c. p. 80.* (c) Hardervici anno 1617.

(c) Secunda editio, ultra quartam partem ad Autoris autographium sparsim locupletata prodiit *Amstelodami* 169.

Pelagiani & Semipelagiani dogmatis primi ac præcipui vel autores fuerint vel fautores: qui catholici doctores eorum erroribus privato nomine iverint obviam: qui Romanorum episcoporum cum Urbis clero, doctrinis horum sint adversati: quæ concilia eam damnarint: qui imperatores leges contra eam tulerint.

Jo Forbesius. *Jo. Forbesius* toto libro VIII. Instructionum Theol., qui capite XXVIII. contra Vossium ex professo probat, Augustini sententiam non ab eo fuisse excogitatam, sed esse doctrinam perpetuam ecclesiæ catholicæ. (a)

Jac. Usserius. *Jac. Usserius*, Archiepiscopus Armachanus, totius Hiberniæ Primas *Britanicarum Ecclesiarum Antiquitatibus* inseruit *pestiferæ adversus Dei gratiam, à Pelagio Britanno in ecclesiam inductæ hæreseos historiam.* (b) *Dionys. Petavius* quoque librum *de Pelagianis & Semi Pelagianis* scripsit. (c)

H. De Noris. P. M. *Henricus de Noris* Veronensis, Augustinianus S. Theol. Professor & S. R. universalis Inquisitionis Qualificator, edidit *Historiam Pelagianam & dissertationem de synodo Oecumenica, in qua Origenis ac Theodori Mopsuesteni Pelagiani erroris auctorum justa damnatio exponitur, additis vindiciis Augustinianis, pro libris a S. Doctore contra Pelagianos ac semi pelagianos scriptis.* (d) Hic ut subinde Usserium & Vossium perstringit quibus tamen multa debet, sic majora & duriora expertus est à *F. Brunone*

Br. Neusser. *Neusser* ordinis FF. Minor. Recollect. sacræ Theologiæ

(a) *p. 435. sqq.* (b) Dublinii 16·9 *cap. 8. sqq. p. 207. sqq.* (c) *Tom. 3. de dogm. Theol.* (d) *Patavii 1673. fol.*

giæ Lectore Jubilato, Provinciæ Coloniensis Custode Custodum. Hic conscripsit (a) *Prodromum Velitarem, in quo S. Aurel. Augustinus Hipponensis, Sanctissimi Galliarum Episcopi, Eminentissimi Cardinales Baronius & Bellarminus & centeni societatis scriptores vindicantur à calumniis, conviciis, imposturis, quibus scatet opus tripartitum Henrici de Noris in historiam Pelagianam, de Quinta synodo Oecumenica & Vindicias Augustinianas.* Adjecta est in calce *adversus eundem Heinricum de Noris Commentatio Polemica R. A. P. Francisci Macedonis pro Vincentio Lerinensi.* Ille quid in parte dogmatica, historica & morali contra Norisium susceperit, ipsa Neusseri præfatio ad. Henr. de Noris brevibus Te L. B. docebit. Scilicet bene judicavit Spanhemius, (b) *varios esse in Pontificiis, qui de Pelagianis scripserunt, sed diversis studiis & affectibus, prout vel doctrinæ Augustini favent, cum Jansenio Yprensi, vel Molinistarum hypothesi deserviunt, cum Augustino (si Deo placet) conciliandæ.* *Fr. Macedo.*

(a) *Moguntiæ 1676. fol.* (b) in Epitome Isagog. ad Hist. Eccles. *sec 5. p. m. 225.*

SECTIO LIX.
PHOTINIANI.

Photinianistæ veteres illi, seculo IV. innotuere, à Photino, (Patribus *Scotinus* rectiùs nominabatur,) ortum habuere. Is ingenii viribus & naturali quadam facundia ad persuadendum aptissima pollens *à Photino.*

lens plurimum, magno omnium consensu ad Episcopatum Sirmiensem evectus fuit. Ab initio clam Sabellii & Pauli Samosateni dogmata, à magistro suo Marcello Ancyrano (a) accepta, mente volvebat, postea vero non dubitavit hæresin suam palam exponere; (b) *Nimirum filium Dei nudum ac simplicem esse hominem: non fuisse ante secula, sed ex eo tempore Christum ac filium Dei illum esse cœpisse, ex quo carnem nostrã assumsit ex virgine.* (c) Hinc *Homuncionista* Virgilio Tapsensi dictus & ejus asseclæ *Homuncionistæ.* Theodoretus addit, (d) Photinum dixisse unam esse operationem patris & filii & Spiritus S. aliisque nominibus Sabellii sensum prædicasse. Damnatus est primo ab Eusebianis *Antiochiæ* an. CCCXLIV. cujus *Synodi* prolixam fidei expositionem cũ adjuncta Marcelli atque Photini damnatione exhibet Socrates. (e) Dein in *Synodo Sardicensi*, anno CCCXLVII. licet Marcellus susceptus videatur, ipse tamẽ rejectus fuit, probante rẽ, ex loco Epiphanii (f) & Severi, *Larroquano* in dissertatione statim citanda. Anno CCCXLVIII. *Synodus Mediolanensis* per Catholicos Episcopos eum damnavit, teste *Hilario* Pictaviensi Episcopo in fragmentis (g) & epistola Synodali Episcoporum, qui ex parte catholica interfuerunt Concilio Ariminensi. Præterea habita est *Synodus Sirmiensis* anno CCCL. quæ iterum à Catholicis adversus Photinum coacta.

dogmata

damnata in diversis Synodis.

Hæc

(a) contra hujus librum Eusebius Pamphili disputans, confutavit eum tribus voluminibus Socr. *H. E. 2. 20. p. 103. a.* (b) Socr. *l. c. 2. 18. p. 96. d.* (c) *l. c. cap. 19. p. 99. a.* Timoth. *de recept. haret. p. m 384.* (d) *har. fab. 2. 11.* (e) *l. c. cap. 19 p 97 /99.* (f) *har. 71.* (g) *p. 22.*

Hæc tamen diverſa eſt ab ea, (a) quæ anno ſeq. contra Photinum eundem celebrata eſt ab Arianis. In priori Photinus propter factionem populi amoveri non potuit, in poſteriore vero ab Arianis Conſtantii in urbe morantis authoritate omnino dejectus eſt. Primum Sirmienſe occidentales Epiſcopi celebrarunt; poſtremo orientales ſoli propemodum interfuere. Ultima ergo damnatio facta iterum eſt Sirmii anno CCCLI. non ab occidentalibus catholicis, verum à ſolis propemodum orientalibus, iisque Arianis ſeu Semiarianis. Synodum hanc deſcripſit Socrates (b) una cum fidei formulis Sirmii expoſitis. Præſentes Epiſcopi etiam poſt depoſitionem ei perſuadere conabantur, ut dogma ſuum damnaret. Aſt ille eos ad diſputationem provocavit. Conſtituto ad eam rem die ex ſententia Imperatoris Baſilius Ancyranæ tum Eccleſiæ præſul, in certamen deſcendit cum Photino. Certatum eſt utrinque maxima contentione verborum atque rationum, victus tamen Photinus & condemnatus eſt. Qui poſtmodū in exilio vitam agens, *librum græco & latino ſermone* ſcripſit, quippe qui ne latine quidem eſſet ignarus. Scripſit porro *adverſus omnes hæreſes*, ſuum ipſius dogma tantummodo proponens. (c) *Scripta Photini.*

Contra Photinum ſcripſerunt *Diodorus* Cilicum Epiſcopus teſte Theodoreto loc.cit.& *Audentius*, qui- *Oppugnatores.*

 ſe-

(b) conf. præter Larroquanum, Natalem Alex. *l. c. Sec. IV. part 3. diſſ. 30. art. 1. p. 1. ſeqq.* (b) *H.E. 2. 29. ſeq p. 121. ſeqq.* (c) Socr, *l. c. p. 126. b.*

ſecundum Gennadium (a) *adverſus Manichæos, Sabellianos & Arianos*, maxime vero *contra Photinianos*, *librum, hodie, tamen non extantem de fide adverſus omnes hæreticos* edidit, in quo oſtendit Filium Patri coæternum fuiſſe, nec tunc demum exiſtere cœpiſſe, cum de B. Maria virgine conceptus & natus eſt. Singularem *diſſertationem* nobis dedit *Dionyſius Petavius de Photino hæretico*, cujus veluti ſummam ac compendium deſcribit *Chiffletius* in notis ſuis ad Virgilium Tapſitanũ. (b) Multis autem modis erraſſe Petavium vult *Matth. Larroquanus* in *diſſertatione prima de Photino Hæretico ejusque multiplici damnatione*. (c)

Scriptores de Photino.

(a) *de I. E. cap. 14.* (b) p. 121. (c) Genevæ 1670.

SECTIO LX.

PRÆDESTINATIANI.

à dogmate ſic ita dicti.

Vel, ut ab aliis vocantur, *Prædeſtinati*, nomen traxerunt a præcipuo, quod defenderunt, dogmate erroneo ac improbo. Horum natales Ludov. Cellotius (a) ad Apoſtolorum refert tempora, inductus verbis Pauli *Rom. IX. 19*; ſed cum Apoſtolus hæc non afferat, quaſi ſuo tempore fuerint revera, qui iſta ſtatuerint, ſed ſaltim tanquam objectionem, quam ad priora ſua quis potuiſſet formare: hinc alii certiùs oſtendunt, quinto demum ſeculo hæreſin hanc ortam fuiſſe, & quidem in quodam Monaſterio *Adrumeti*, urbis Africanæ. Hujus quippe *Monachi* occaſione epiſtolæ CVII. Auguſtini, ab eo ad Sixtum

illorum natales.

in monaſterio Adrumetino.

P. R.

(a) hiſtor. Godeſchalci *l. 1. c. 1. p. 90.*

P.R. scriptæ, Pelagianæ hæreseos evitaturi charybdim in contrarii erroris scyllam impegere nimis periculose: dum nonnulli ex iis sic gratiam DEi prædicare cœperunt, ut negarent hominis liberum arbitrium. (a) Missi igitur duo, *Crescontius & Felix*, qui ab Augustino genuinum Epistolæ illius sensum peterent: quos remisit *Augustinus* non solum uberiore declaratione, sed & *libro de gratia & libero arbitrio*, a se in hanc finem composito, instructos. Postea *Valentinus* præfectus monasterii Augustino respondens literas ad eum perferendas curavit per *Florum* monachum, qui erroris & inde secutarum contentionum dicebatur auctor. Ex hoc ubi Augustinus intellexisset, fuisse & alium, qui diceret, neminem corripiendum, qui DEi præcepta non facit, sed pro illo, ut faciat, tantummodo orandum; alium is *de correptione & gratia* adornavit tractatum. (b) Ex quo satis apparet, fuisse utique inter Adrumetinos monachos, qui gratiæ necessitanti sic omnia tribuerint, ut humanæ voluntatis libertatem iverint sublatum. Licet vero illis Prædestinatianorum nomen non fuerit impositum, quin eos ab Augustino monitos resipuisse nonnullis videatur vero simile; annon tamen error iste in Gallia minimum longius serpserit suosque habuerit propugnatores, qui sub Augustini nomine dogmata impia defendentes sectam conflarint, inde hoc nomine in Ecclesia jam olim notam & ab orthodoxis impugnatam? de eo acriter nostro seculo inter eruditos *in Gallia.*

(a) Augustin. *ep.* 46. ad Valentin Adrumetini cœnob. præf. & *c. r. lib. de grat. & lib. arb.* (b) Augustinus *lib. 2. Retract. c. 67.*

tos disputatum fuit & adhuc disputatur. Sunt enim, qui contendunt, nullos unquam Prædestinatianos hæreticos in vetere Ecclesia extitisse, sed esse hoc ignominiæ nomen a Semipelagianis excogitatum, quo orthodoxos sibi contrarios oneraverint, conciliaturi eorum doctrinæ invidiam. Primus ita sensisse deprehenditur *Jac. Usserius* (a) quem magno agmine secuti *Jo. Forbesius* (b) *Jo. Henr. Hottingerus* (c) *Guil. Twissus* (d) *Sam. Maresius* (e) & pleriq; alii Calvinianorum: quibuscum e Pontificiis idem sentiunt *Corn. Jansenius* (f) *Gilbert. Mauguin.* (g) *Jo. Cabassutius* (h) & *Contensonius* (i) *Henr. de Noris.* (k) Contradicunt vero istis non modo Protestantes unanimiter, sed & Pontificii ante motam controversiam hance omnes & adhuc plerique, (l) præ cæteris *Jacobus Sirmondus* in Historia Prædestinatiana Parisiis M DC XLVII. edita: quam post mortem ejus contra Mauguinum defendit *Ludov. Cellotius* in historia Godeschalci, quæ ibidem MDCLV. prodiit; quibus adhuc jungendum putamus Natalem. (m) Præterquam autem, quod

An unquam fuerint Prædestinatiani? diversimode sentiunt autores.

Affirmat Iac. Sirmondus.

Hinc-

(a) *cap. 2. histor. Godeschalci.* (b) *in Instruct. Hist. Theol. VIII, 29.* (c) *H E. part. 1. c. 9 sect. 5. p. 668.* (d) in respons. ad Corvini defens Armin. contra Tilen. *digress. 4.* (e) in com. ad Catechism. (f) *tom. 1 lib. 8. c. 23. Augustini.* (g) in bipartiti sui Oper. Parisiis 1650. editi tom. 2. (h) *in not. Concil. c 59 p. 365.* seqq (i) de theologia mentis & cordis *lib. 8.* (k) in Hist. Pelag. *lib. 1. c. 15 p. 278. seqq. & p. 288. seqq.* qui negat ex rudioribus aliquos fuisse. (l) Petav. *tom 4. dogm. Theol. lib. 13. c. 6. 7. 13.* (m) licet n. l. c *sec. 5. part 2 diss. 5. p. 157.* seqq. neget monachos Adrumetinos fuisse prædestinatianos, & hæresin hanc emersisse in Galliis Cœlestino I Pontifice, concludit tamen *p. 176. seqq.* non fuisse imaginariam, quamvis plurimos non habuerit sectatores.

Hincmarus expresse testetur, (a) hæresin istam primum in Africa, postea apud Gallos excitatam, per Prosperum & Hilarium innotuisse Augustino, refutatam ab eodem *duobus libris, altero de Boni perseverantia, de Prædestinatione Sanctorum altero.* Hæreticorum talium existentiam probant insuper primò ex auctore ἀνονύμῳ, cujus opus *Sirmondus* e tenebris protractum in lucem edidit Parisiis anno MDC XLIII. *Prædestinati* titulo insignitum. Vixit is e Sirmondi conjectura sec. V, & primus contra Prædestinatianos strinxit calamum, ex diuturna eorum consuetudine falsarum, quas fovebant, opinionum exacte gnarus. Distributum est totum opus in tres libros: quorum primus catalogum exhibet 90. hæresium, & in his ultimo loco Prædestinatianani; secundus a Prædestinato quodam sub Augustini nomine est confictus, cujus examen & confutationem tertius complectitur. Ἐγκλήματα in Scriptorem hunc a Mauguino conjecta pleraque dispulit Cellotius. (b) Præter hunc, ut ostendant dictam hæresin non esse commentitiam, testes laudant *Prosperum* quendam in Chronico, primum a Pithœo MDLXXXVIII. dein a du Chesne & Labbæo publicato: *Gennadium Massiliensem* in appendice libri de hæresi; *Arnobium Juniorem* comm. in Ps.

Autor ἀνώνυμος.

& alii

(a) *de prædestinat. cap. 1. tom. 1. Op. p. 5. epist. ad Nicol. Papam tom. 2. p. 263.* (b) *lib. 2. c. 5.*

Pſ.CVIII. *Sigeb. Gemblacenſi* in Chron. ad A. CCCXV. Quibus jungunt *Concilia*, quæ eandem hæreſin damnarunt: ut ſunt *Arelatenſis Synodus*, & quæ hanc mox ſubſecuta eſt, *Lugdunenſis*. Quarum quidem acta hodie non ſuperant, bene tamen *epiſtolarum triga*, quæ ad cohibendos errores Prædeſtinatianos Synodos illas teſtantur coactas, & apud Sirmondum (a) ac Baronium (b) leguntur: in prima *Fauſtus Regienſis* Epiſc. Lucidium *Presbyterum* quendam hortatur, ut repudium iſti hæreſi remittat: in altera, ad conventum XXX. Epiſcoporum ſcripta, Lucidius erroribus ſuis renunciat: tertia a Fauſto Leontio Arelatenſi Archiep. miſſa, eſt præfatio librorum Fauſti de gratia & libero arbitrio. Porro & *Arauſicanum II.* anno DXXIX. tempore Felicis IV. celebratum Prædeſtinatianam hæreſin anathemate percuſſit Can. XXV. Capita verò errorum, ob quos damnabantur, præcipua erant hæc: *abſoluta hominum, quomodocunq; ſe geſſerint, quorundam ad vitam, & aliorum ad mortem æternam prædeſtinatio:* (c) *divina ad bonum & malum morale determinatio:* (d) *meriti Chriſti particularitas:* (e) *particularis gratiæ efficacis vocatio:* (f) *denegatio perſeverantiæ in bono & ad apoſtaſiam impulſio:* (g) *baptiſmatis inefficacia:* (h) Ad quos ſtabiliendos abuſi ſunt potiſſi-

Concilia

Capita errorum.

(b) tom. 1. Concil. Gall. p. 148. (b) tom. 6. Ann. ad An. 490. n. 17. ſqq. (c) vid Hincmar. *lib. de Prædeſt. c. 15.* Prædeſtinatus in *præfat. p. 2.* (d) Prædeſtinatus *lib. 1. hær. 90.* Genned. in *append. de hæreſ.* (e) Idem *l. c. & lib. 2. p. 160.* conf Palinodicam epiſt. Luc. 81. (f) Gennadius l. c Prædeſtinatus *lib. 2 p. 58.* (g) Gennadius & Hincmarus ll. cc, (h) Prædeſtin *lib. 1. hær. 90. & lib. 3. p. 202.*

tiſſimum locis Rom. IIX, 30. IX, 13, 18. Joh. VI, 44. Jer. X, 23. Poſt Arauſicanam Synodum, ubi per tria ſecula hæreſis hæc ſopita jacuiſſet, eandem, ſec. IX. excitavit iterum *Godeſchalcus*, de quo ſupra ſectione XXXVI. actum fuit, ubi tota hujus hiſtoriæ ſeries legi poteſt. Ceterum præter autores ſupra citatos evolvi etiam meretur B. Georgii Greenii ante hac Profeſſoris Hiſtoriarum Wittebergenſis & poſt Concionatoris aulici Electoralis Sax. *diſputatio hiſtorica de hæreſi veterum Prædeſtinatianorum* (a) cui pleraque debemus, nec non M. Eliæ Reheboldi Torg. Miſnici *diſſertatio de natura & gratia Moſi Amyraldo cumprimis oppoſita, cui præmiſſa eſt διάσκεψις de veteri Prædeſtinatorum hereſi.* (b)

Georg. Grenius

Elias Rehebold

(a) VVitteb. 1678. (b) *Giſſæ.* 1651.

SECTIO LXI.

PRISCILLIANISTÆ.

A *Priſcilliano* ita dicti. Hic teſte *Sulpitio Severo* (a) familia erat nobilis; prædives opibus, acer, inquies, facundus, multa lectione eruditus, diſſerendi ac diſputandi promtiſſimus. Felix profecto, ſi non pravo ſtudio corrupiſſet optimum ingenium; prorſus multa in eo animi & corporis bona cerneres vigilare multum, famem ac ſitim ferre poterat, habendi minime cupidus, utendi parciſſimus. Sed idem vaniſſimus, & plus juſto inflatior profanarum rerum ſcientia, quin & magicas

a Priſcilliano.

(a) Hiſt. Sacr. *lib.* 2. *cap.* 46. *p. m.* 161.

volebant non solum Filium, sed etiam Patrem & Spiritum S. (a) De his erroribus forsan scripsit *multa illa opuscula*, ex quibus ad Hieronimum (b) aliqua pervenerunt. *Codicum* quoque *apocryphorum*, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, meminit Leo; (c) qui etiam *de Dicticinii tractatibus* scribit, quod secundum Priscilliani dogma eos inscripserit. (d) Adversarios Priscillianus habuit *Adyginum* episcopum Cordubensem, *Idatium* emeritæ ætatis sacerdotem & *Ithacium* Sossubensem episcopum. Sed Idatius sine modo, & ultra quam oportuit, Instantium sociosque ejus lacessens, facem quandam nascenti incendio subdidit: ut exasperaverit malos potius, quam compresserit. (e) Ithacius autem & Idacius, ut vult Sulpitius (f) parum sanis consiliis, seculares judices adeunt, ut eorum decretis atque executionibus hæretici urbibus pellerentur. *Damasus* urbis ea tempestate episcopus, apud quem se purgare cupiebant Instantius, Salvianus & Priscillianus, ne in conspectum quidem suum admisit. Regressi Mediolanum, æque adversantem sibi *Ambrosium* repererunt. (g) Contra eosdem apud *Cæsaraugustam Synodus* fuit congregata, anno CCCXXX. in qua absentes fuere damnati. Hanc excepit *Burdegalensis*, anno CCCXXXV in qua Priscillianus ad Principem provocavit; *Tol-*

Scripta Priscillianistarum.

Adversarii

Synodi variæ

Gggggggg 2 *leta-*

(a) conf de his capitibus Augustin. *de hær. cap* 70. Leonem *ep.* 93. (b) de S. E. *l. c.* (c) *l. c. cap.* 15. (d) *l. c* cap. 16. (e) Sulpit. *l. c. cap.* 46. *p.* 162. (f) *l. c. cap.* 47 *p.* 164. & *cap.* 50. *p.* 167. *seq.* (g) Sulpit. *l. c cap.* 48 *p.* 165.

letana I. & II. anno CCCC. in qua Dictinius damnatus an absolutus fuerit, disquirunt autores: (3) *Bracarensis II.* anno DLXIX. Obviam autem itum huic sectæ non duntaxat factis & decretis, sed etiam scriptis. Quo referri debet Augustini *liber contra Priscillianistas & Origenistas ad Orosium* & ejusdem *caput LXX. de haeresibus:* Orosii *Commonitorium sive consultatio ad S. Augustinum de errore Priscillianistarum & Origenistarum* quæ inter opera Augustini extat & ejus libro adversus Priscillianistas præfigi solet: Leonis Papæ ad Turribium episcopum *epistola inter decretales XCIII.* in sedecim capita divisa, in qua singulos eorum errores rejicit. Scripsit præterea Idacius *Apologeticum*, qui dudum periit, in quo execranda Priscilliani dogmata, maleficas artes & detestandas libidines detexit.

oppugnatores

(3) vid. Nat. l. c. *sec. 4. cap. 3. art. 17.* seqq. du Pin. *l. c. Tom. 2. p. m. 242.*

SECTIO LXII.

QVARTADECIMANI.

Vel *Quarti-Quarto decimani, Quarto decumani, Quatuordecimani* ita dicti sunt, quod quarta decima luna mensis Martii Pascha cum Judæis celebrandum judicarent, hinc græce etiam *Tessares kadecatitæ* (a) appellati appellati aut *Tesseradecatitæ* juxta *Honorium Augustodun.* (b); licet Quar-

unde dicti?

(a) Sozon. *H. E. VII. 18. p. 732. seq.* (b) *lib. de hær. p. 8.*

Quartadecimanorum nomen etiam aliis sectis, hac in parte iis consentientibus tributum reperiatur. vid. superius de Novatianis. Consistebat autem illorum error præcipuus (nam & alios ipsis imputatos legimus apud Theodoretum (a) in eo, quod festum Paschatos non die Dominica, sed *decima quarta luna Martii*, quamcunque etiam in feriam inciderit, necessario idque ex traditione Apostolica celebrandum judicarent, ac pertinaciter tuerentur. (b) Hi quando & unde ceperint, nondum conveniunt omnes. Epiphanius ex Phrygum & Quintillianorum seu Priscillianorum sectis inter se commixtis novam hanc hæresin putat esse conflatam (c) alii ex Novatianis originem eorum derivant, sed falso: quod his Quartadecimani extiterint priores. (c) Verissima sententia est eorum, qui sub Victore Romano Episc., imperante Severo, nata esse potissimum de Paschate dissidia, asserunt. Licet enim jam ante ea tempora diversa Ecclesiarum in celebrando isto festo obitinuerit consuetudo, ea tamen diversitas non ita in contentionem venerat, ut quis ob eam hæreticos habitus fuerit. Scilicet uti Christus & Apostoli, docente Socrate (e) festos dies arbitrio æquitatique eorum, qui beneficia illis diebus acceperant, colendos reliquerant: ita non solum

quando ceperunt.

diu viguit in ecclesia dissidium hoc.

 Chri-

(a) hær. fab. *lib. 3 cap. 5.* (b) vid. Petavius *animadv. in Epiph. hær. 50. p. 85. seq.* ubi duas alias hujus vocis adducens notiones, hanc veram & germanam esse ostendit. (c) *adv. hæres. 50. p. 419. sqq.* (d) conf. Danæus *ad August. de hær. c. 29.* (e) *lib. 5. c. 22 p. 282. sqq.*

christiani singuli, prout libitum fuit, salutaris passionis memoriam ex quadam consuetudine celebrarunt; sed ipsi etiam Apostoli diverso tempore Pascha celebrasse traduntur; Johannes quidem & Philippus in Orientis partibus id in cœnæ dominicæ memoriam, more Judæorum XIV. luna fecerunt, ceu Polycarpum vidisse Irenæus affirmat epistola ad Victorem apud Eusebium. (a) Petrum vero & Paulum in diem dominicum proximum post plenilunium, in resurrectionis dominicæ memoriam, paschatis celebrationem rejecisse ex epistola Theophili Cæsar. apud Bedam (b) probare sustinet Hospinianus. (c) Illorum igitur morem Ecclesia Orientalis, horum Occidentalis primis sequebatur temporibus, citra ullius hæreseos crimen; ut hinc spuria sint, quæ Can. VIII. Apostolorum, epistola Ignatii ad Philippenses & in Clementis constitutionibus, de hac re habentur. Sed *Pius* Rom. Episcop. circa medium secul. II. florens, primus ausus est lege sancire, ut Pascha die Dominica celebraretur ab omnibus: permotus ad hoc decretum, uti refert Durandus, (d) *Hermæ* cujusdam visione, cui Angelus apparuerit in pastorali habitu, eique præceperit, ut pascha die dominico post lunam XIV. observaretur. Sed Orientalium Ecclesiarum Doctores non passi sunt a recepta consuetudine sedimoveri. Hinc post Pii obitum *Anacleto* antecesso-

ex more Apostolorum

quem Pontifices tollere conati sunt.

(a) *l.* 5. 24. (b) *lib. de rat. temp. c.* 45. (c) *de Orig. fest. p.* 70. (d) *in ration. l.* 6. 86.

cessoris sui decretum urgente, Polycarpum ob id Romam contendisse memorat ex Irenæo Eusebius & *Anicetum* convenisse super ista controversia, utrumque vero in sua perstitisse opinione; unionis tamen Ecclesiasticæ vinculo minime propterea rupto. (a) Acrius postea rem egit successor Aniceti *Soter* donec sub finem sec. II. *Victor* Romæ in Synodo denuo decreverit, non licere Judaice luna XIV. celebrare pascha, sed in sola τῇ μεγάλῃ καὶ ζωοδοτικῇ κυριακῇ magna & vitæ donatrice Dominica. Quod decretum cum ab aliis Episcopis diversis in Synodis intellexisset approbatum, (b) Asianis etiam Ecclesiis, ut eundem morem in celebrando paschate observarent, superbe nimis imperare cepit, quemadmodum ex literis ejus ad Theophilum Cæsar. Palæst. apud Gratianum (c) constat. Ast hi in Synodo, a *Polycrate* Episcopo Ephes. coacta, se ad Victoris imperium nolle a more suo consueto recedere, statuunt unanimiter: documentum ejus exhibent *fragmenta epistolæ Polycratis ad Victorem* apud Eusebium (d) & Hieronymum. (e) Hac re Victor vehementer offensus contra Asiaticos Episcopos, tanquam heterodoxos, excommunicationis sententiam vel tulit, (f) vel minimum pronunciare conatus est.

Quem

(a) 5, 24. p. 193. c. Hieron. *de S. E. c. 17.* (b) Euseb. 5, 23. p. 190. (c) *de consecr. dist. 3. can. 22* (d) 5, 24 p. 191. *seqq.* (e) *catal. Vir. ill. c. 45.* (f) dissentiunt enim auctores: huic sententiæ subscribunt Baron. *tom. 2. Annal. ad an. 198.* Halloix *ad vitam Irenæi. p. 668.* Cabassutius *in Notit. Eccles. p. 52* Schelstrat. *Antiq. illustr. part. 2 diss. 1. c. 3. p. 165.* nixi testimoniis Euseb. 5, 24. Socratis *H. E.* 5, 22. p. 284. Epiphanii *hæres. 70. p. 821.*

an jure Quartadecimani in numerum hæreticorum fuerint relati, disputent scriptores. Conferenda erit *dissertatio historica de Quartadecimanis*, quam G. H. Gœzius, præside Jo. Schmidio SS. Theol. Lic. & Eloquentiæ Professore publico Lipsiensi ventilavit. (a)

(a) Lipsiæ anno 1685.

SECTIO LXIII.

QVIETISTÆ.

Sive *Hesychastæ*, nomen indepti ἀπὸ τῆς ἡσυχίας, a quiete animi, quam inter orandum se percipere affirmabant, dum ad certum corporis habitum conformati, ineffabili quadam voluptate perfunderentur, lucemque intuerentur mirabilem. (a) Cujus commenti Patronus insignis, fuit *Simeon*, monasterii ad montem Atho (ubi, ut & Thessalonicæ Hesychastas vixisse auctor est Cantacuzenus (b)) præfectus, magni a suis æstimatus & *novus* propterea *Theologus* dictus: cujus promachus postea extitit *Gregorius Palamas*, Thessalonicensis tandem Episcopus. Innotuere autem isti in Ecclesia Græca homines currente sec. XIV, publice a *Barlaamo* hæreseos postulati. Hic gente Calaber, Ord. S. Basilii monachus doctus & astutus circa annū MCCCXXX, deserta Romanorum Ecclesia, in Græciam veniens Thessalonicæ in monachorum ibidem mores ac institu-

unde ita dicti?

Simeon eorum patronus

& Gregor. Palamas

quorum adversarius Barlaam.

(a) Demetrius Cydonius *lib. contra Palamam p. 408.* Gretserus *in annot. ad Cantacuz. hist. p. 926.* (b) lib. 2. hist. c. 39.

ta inquisivit curiosius. Imprimis a quodam Hesychastarum, qui reliquis sectæ suæ apertior, dogmata eorum ac disciplinam penitus expiscatus, ea postmodum acriter cepit impugnare, variorum ipsos reos agens errorum, & Messalianos, ὀμφαλοψύχους, germanorumque Ecclesiæ dogmatum vocans eversores. (a) Creduntur vero *Messalianis* affines fuisse, quod, horum instar, ab omni operatione quiescentes solis orationibus intenti essent: quod ἐνθουσιασμοὺς & lumen Spiritus S. peculiare jactarent: quod SS. Trinitatē oculis se intueri dicerent; quamvis alios crassos ac fœdos errores cum iis non habuerint communes. *Umbilicanimos* porro contemtim appellavit a singulari corporis situ, quo preces fudisse feruntur, & cujus ritus *Simeon*, Xerocerti monasterii abbas auctor perhibetur in opere, quod *de Sobrietate & attentione* scripsit. Nimirum ipsi, demisso ad pectus capite, spirituque cohibito, irretorto umbilicum intuebantur oculo, donec, ut putabant, intus in visceribus locum cordis, animæque reperirent facultates: quibus inventis, se lumine repletos divinam quandam lucem videre, & ardorem Spiritus Sancti conceptum per nares efflare sibi videbantur. (b) Cumque Palamas istam suam & τῶν ἡσυχαζόντων sententiam contra Barlaamum propugnans, ad lumen illud in monte Thabor provocaret, quo Salvator noster coruscans se discipulis suis

cur Messaliani dicti?

Umbilicanimi.

(a) Cantacuz. l. c. (b) vid. Petavius *Theol. dogm. lib. 1. c. 12.* Leo Allatius *de Eccl. Or. & Occ. cons. lib. 2. c. 17.*

ſuis adhuc imperfectis exhibuerit conſpiciendum, vocans illud φῶς τοῦ Θεοῦ ἄκτιστον καὶ ἀΐδιον; Barlaamus miſſo priori de ἡσυχία dogmate, Quietiſtas novæ hæreſeos, διθεΐας ſcil. ſeu *divinitatis duplicatæ* accuſavit CPli apud Patriarcham Johannem. Quare Imperator, Andronicus Junior, ad lites has componendas *Synodum* convocavit in ædibus Sophiæ Byzantii, (a) in qua Palamas Barlaami libellum accuſationis refutavit, producto etiam monachorum ad montem Atho libello, quo eorum ſententia declarabatur. Quam Barlaamus forte repellere diffiſus, ſuaſu magni domeſtici Imperatoris cum Palama rediit in gratiam. Mox tamen defuncto Imperatore, mente mutata claudicaſſe clamavit judicium illud, & hinc in Italiam regresſus, Epiſcopusque Hieracis factus, diſcipulum reliquit *Gregorium Acindynum*, monachum. Is novas turbas molitus, in alia a Patriarcha coacta *Synodo*, cũ Barlaami aſſeclis ab orthodoxorum Græcorum communione fuit excluſus. (b) Cumque ne ſic quidem Heſychaſtas heterodoxias arguere, & tamen in Synodo a Cantacuzeno, (qui imperium tunc nomine tutorio adminiſtrabat) Calliſto Patriarcha aliisque Epiſcopis collecta, recuſarent comparere: tandem poſt mortem Acindyni in *quarta Synodo* ab Imperatore in palatio in Blachernis, quæ dicuntur, habita, Epheſi & Gani Epiſcopi, Acindyano-

Synodi in hac re habitæ.

 rum

(a) quam nonam a Græcis œcumenicam numerari notat Petav. *l. c.* (b) Cantacuz. *l. c. cap.* 40.

rum antesignani cum suo Barlaamo & Acindyno damnati sunt, in carcerem etiam, qui nondum volebant quiescere, conjectis. (a) Diversa autem, pro diverso in utramque partem affectu, de hac controversia fuerunt scriptorum judicia. Quidam stantes a partibus Barlaami & sociorum, hos injuste damnatos esse contendunt, Palamitas contra vere in DEUM fuisse injurios ac blasphemos: uti sunt *Manuel Calecа*, monachus Ord. Prædic. in libro περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας quem Franc. Combefisius cum interpretatione edidit: *Johannes Cyparisotus* in sermonibus παλαμινῶν παραβάσεων, quos idem ex Bibl. Regia publicavit: & ex recentioribus *Gretserus*: (b) ac *Leo Allatius*: (c) qui hinc fidem Cantacuzeni sustinent facere sublestam. E contrario alii, imprimis *Philotheus* Patriarcha CPtanus Palamitarum sententiam de lumine Thaborico defendunt, cujus *duas orationes contra Acindynum* Synodo oblatas e cod. MSto biblioth. Augustanæ adducit Gretserus; (d) plures vide apud Combefisium. (e) Nonnulli vero medium tenentes, utrinque peccatum esse affirmant, nec Hesychastas a superstitione Messalianorum aliisque erroribus, nec Barlaamum a nimio φιλονεικίας studio liberos pronunciantes: ita Celeberr. *Rechenbergius in Schediasmate historico de Hesychastis seu Quietistis Græcis*, (e) cui hæc debemus, cumque eo monemus, innotuisse etiam

Fautores Barlaami.

Fautores Palamæ.

Medii.

Rechenbergius.

(a) Cantac. *cap.* 23 & Petav. *l. c.* (b) *in annot. ad Cantacuz. lib.* 2. *c.* 40. (c) *l. c.* (d) *l. c.* (e) Bibl. Græcor. Patr. auctuario noviss. part. 2. (d) Lipsiæ 1693.

etiam nostra ætate iterum Quietistarum nomen in Italia auctore *D. Michaele de Molinos*, Sacerdote, Romæ MDCLXXXVII. ad carceres perpetuos damnato, de cujus sectæ placitis uti tractatus plures in lucem editi, ita de illius incunabulis consuli meretur *Burneti historia*. *Quietista hujus ætatis.*

SECTIO LXIV.

SAMOSATENIANI SIVE PAULIANI.

Paulus gente *Samosatenus*, officio Antiochenus, his nomen dedit. Pauper erat ille ab initio, sed malis postea artibus immensas divitias sibi comparavit. (a) Tanto turgebat fastu & arrogantia ut Ducenarius quam Episcopus vocari maluerit; Tribunal & supremum thronum sibi ipse construxit, & secretum, perinde ac sæculares magistratus, ita appellatum habuit. Adhæc femur manu percutere & tribunal pedibus pulsare solitus. Eos qui non laudarent, increpabat & contumeliis afficiebat. Alios Doctores jam vita functos petulanter in concione lacerabat, de se autem ipse magnifice loquebatur. Quin etiam Psalmos in honorem Christi cani solitos abolevit. Mulieres autem magno Paschæ die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit. Subintroductas mulieres tam ipsius quam presbyterorum ejus ac diaconorum ne memorare quidem volunt Antiocheni *a Paulo Samosateno.*

(a) Euseb. H. E. 7, 30. p. 280, 6.

Patres. (a) Cum ita se totum ad fastum convertisset, putabat se illam ad quam adspirabat, fortunam, non posse assequi, si tantum usitatam in ecclesia doctrinam profiteretur; cœpit ergo contra ὑποτύπωσιν sanæ & receptæ doctrinæ aliquid comminisci. Accessit & illud, ut Theodoreto (b) videtur, quod Zenobiam, quæ eadem cum Judæis sentiebat, demereri voluerit. Erant autem sequentia (c) quibus in veram impingebat fidem, statuendo *unam tantum esse divinitatis personam: Christum esse merum hominem: nullam esse unionem personalem τοῦ λόγου & Christi hominis: in nomine Patris & Filii & Spiritus S. non esse baptizandum.* Circumferuntur etiam sub ejus nomine *Quæstiones X.* Dionysio Alexandrino propositæ una cum Dionysii *Responsionibus*; quæ tametsi suspectæ quibusdam sint fidei, quo minus tamen Pauli credantur, nil certi obest. (d) Multos habuit asseclas, qui *Pauliani, Paulistæ & Paulinianistæ* & *παυλιανισταὶ* dicebantur. Ex his si qui ad catholicam Ecclesiam confugiebant, jubebantur rebaptizari. (e) Non tamen defuere, qui mascule huic hominum generi obviam irent, præcipue *in Synodo Antiochena secunda*, non tertia ut Sandius vult.

errores ejus

scripta

Asseclæ

oppugnatores in Synodo Antiochena II.

(a) Euseb. *l. c. p* 281. c. (b) *hær. fab. lib.* 2. *cap* 8. (c) Epiphan. *hær.* 65. *p.* 607. *seqq.* Athanas. *de Synod, Arim. & Seleuc. p.* 708. Augustin. *de hær cap.* 44 Io Damascen. de hæt. cap. 65. p. 296. seq. Timoth. Presb. C P l. c. p. 384. (d) Cave. *l. c. p* 98. (e) vid. Nomocanon *ex edit. Cotelor. Tom.* 1. *monument.* Gr E. *p.* 122. Timotheus Presb C P *de differentia eorum, qui accedunt ad sanctissimam nostram fidem* l c. p. 401.

vult. (a) *Dionysius Alexandrinus* quidem ob senectutem & infirmitatem corporis adventum suum distulit, ceterum quid ipse de hac quæstione sentiret, *per epistolas* indicavit. At reliqui ecclesiarum pastores undique exciti, tanquam adversus gregis Dominici vastatorem, simul omnes Antiochiam convenerunt. (b) Inter eos maxime eminebant *Firmilianus* Cæsareæ Cappadocum Episcopus, concilii præses: *Gregorius M.* & *Athenodorus* fratres, ecclesiarum apud Pontum Episcopi: *Helenus* quoque Tarsi & *Nicomas* Iconii antistites. Sed & *Hymenæus*, qui ecclesiam Hierosolymitanam regebat, & *Theotecnus* qui Cæsariensem illi finitimam administrabat. *Maximus* præterea qui Bostrensem Ecclesiam gubernavit & sexcenti alii. (c) Tot etsi adfuerint, omnes tamen a Paulo fuere delusi, dum promisit, se sententiam mutaturum, (d) quam alta mente reposuerat. Fama enim statim nuntiaverat, Paulum ad priorem rediisse mentem. Convocata ergo *postrema Synodus Antiochiæ* innumerabilium fere Episcoporum. (e) Inter istos præcipuus erat *Malchion* vir disertissimus, quippe qui adversus Paulum suscepta disputatione, excipientibus cuncta notariis, (quæ quidem disputatio Eusebii tempore adhuc extabat) (f) occultos hominis sensus fraudes.

Dionysius Alex.

Firmilianus Gregorius M. & alii

in postrema Synodo Malchion

(a) *in Nucleo Hist. Eccl. lib. 1. p. 122. edit. secund.* (b) Euseb. l. c. *cap.* 27. p. 277. *d.* (c) Idem *l. c. cap.* 28. *p.* 278 *a.* (d) Idem *l. c. cap.* 30. *p.* 280. *a.* (e) Idem *l. c. cap.* 29. *p* 278 *d.* (f) Idem *l. c. p* 279. *a.* imo seculo IX adhuc extabat, ut colligere est ex Haymone *H. E. lib.* 7. *cap.* 10.

desque detegere solus omnium valuit. Ante hunc congressum inter initia consessus Patres *epistolam ad Paulum* scripserunt, in qua fidem suam de Christo ipsi significant, & utrum eadem cum ipsis sentiat sciscitantur. Et hanc Baronius minus recte priori Synodo tribuit (a) & longe pejus facit Sandius, qui illam pro Arriana habet. (b) Tandem in Synodo Paulus damnatus, fides orthodoxa asserta & literæ Synodales quaqua versum missæ, (c) successorque Pauli *Domnus* constitutus fuit. Scripsit Jo. Guilelmus Bajerus SS. Theol. D. ejusdemq; in Salana nostra hactenus Professor publicus, nunc vero in nova Academia Fridericiana, quæ Hallæ Saxonum surgit, primus Pro-Rector, Professor primarius & Consiliarius Ecclesiasticus, *dissertationem historico-Theologicam de Paulo Samosateno Socinianorum Patriarcha, ejusque haresi, examine & condemnatione.* (d) Extat etiam *Facti Samosateniani Dei oppugnatio ac æternæ Christi generationis veraq; Deitatis defensio* authore Emanuele a Vega S J. Theologiæ Doctore, (e) sed directa est magis contra Socinianos Pauli infaustam progeniem.

Io.G.Bajer.

(a) Vales. not. ad Euseb p. 157. (b) l. c. p. 124. (c) Euseb. l. cap. 30. p. 279, seqq. (d) Jenæ anno 1680. (e) Viennæ Austriæ anno 1590.

SECTIO LXV.

SATURNINIANI.

a Saturnino.

Nomen habent a *Saturnino* quodam, quem tamen

men Epiphanius (a) & Theodoretus (b) *Saturnilum* ſemper vocant, unde & *Saturniliani* audiunt Euſebio. (c) Habitavit ille Antiochiæ ad Daphnen in Syria, ac Simonis Magi ac Menandri hereſes confirmavit. (d) Et cum Simone quidem (prout ſequens ſectio docebit) hæc duo habuit communia; primo ut ſuis diſcipulis turpiter vivere concederet, quia ſola fide & cognitione, quæ de ipſo eſſet, ſalvi fierent: ſecundo, quod mundum ab angelis, non a Deo creatum doceret. In eo tamen a præceptoribus diſſenſit, quod mundum non ab omnibus, ſed tantum a ſeptem angelis conditum affirmabat, idque præter Dei Patris & ſummæ illius virtutis conſcientiam & juſſum. Et angelos quidem dixiſſe inter ſe: Faciamus hominem ad imaginem noſtram. Cum autem ii ſolum corpus formare potuiſſent, quod more vermis ſerpere duntaxat per terram poſſet, & propter virium imbecillitatem palpitare, ſummam virtutem miſertam in hoc opus tam infirmum immiſiſſe ſcintillam vitæ, ſplendorem quendam ſc. luminis, quod de cœlo in hominem delapſum erexerit, valentemque effecerit. Porro reſurrectionem corporum evertebat, eo quod non fieret corpus ſalvum, ſed ſcintilla tantum dicti ſplendoris, in hominem deorſum lapſi cum formaretur ab Angelis: Chriſtum phantaſmate, non re ipſa apparuiſſe, &

Dogmata.

 pas-

(a) *hær. 23. p. m. 62.* (b) *hær. fab. 1, 4.* (c) *H. E. 4, 22. p. 142. d.* (d) Euſeb. *l. c. 4. 7 p. 119. d.*

passum esse in cruce: Alium Judæorum Deum, alium Christi Patrem, christianorumque Deum esse: Natura homines esse malos: duos enim factos esse, unum natura bonum; alterum natura & creatione malum; ex bono bonos, ex malo malos ortos. Matrimonium, & generationem prolis e diabolo esse: Ab animatis abstinendum: Quosdam e veteribus prophetis, quorum scripta V. T. pars sunt, esse a Satana. (a) Paulum (b) Saturnilianos in epistola ad Timotheum notasse volunt Pontificii quidam, quasi vero non & alii, in erroribus similes, subintelligi possent. (c) Sed unde autor Prædestinati (d) probabit, eos ab Apostolo Thoma fuisse anathematizatos?

an a Paulo notati?

(a) Iren. *adv. hær. 1, 22. 30. seq. 2, 56.* Epiphan. *l. c.* Euseb. *l. c.* Philastr. *hær. 31.* Augustin. *de hæres. cap. 3.* & Danæus ad *h. l.* (b) *1. Tim. 4, 1. sqq.* (c) Ittig. *l. c. sect. 2. cap. 1. p. 98.* (d) *hær. 5. p. 12.*

SECTIO LXVI.

SIMONIANI.

a Simone

Hi nomen acceperunt a *Simone*, ex oppido quodam Samariæ, quod Gitton appellatur, oriundo, qui ab arte, quam exercebat homo nefarius, *Magus* vocatur. (a) Hic, cum Samariæ Philippus evangelium prædicaret, credidit inter alios plurimos, baptismum suscepit atque Philippo adhæsit. Post vero, dum gratiam conferendi Spiritum S. venalem arbitrabatur, graviter increpatus est a Petro

(a) *Act. 8, 9.*

tro & ad vomitum rediit. Exin docere cœpit: *Deum non esse creatorem mundi, sed angelos: se in monte Sina Judæis in persona Patris legem dedisse: se esse Christum ac tempore Tiberii in Filii persona putative apparuisse: Christum nec venisse nec a Judæis quicquam pertulisse: se in linguis igneis Spiritum S. super apostolos venisse: nullam esse carnis resurrectionem: morum turpitudinem omnem & promiscuum mulierum concubitum induxit: idololatriam esse rem indifferentem statuit.* (a) Hæc & alia effecerunt, ut princeps hæreticorum omni tempore fuerit habitus. Hinc Irenæus (b) non veretur scribere, omnes qui quoquo modo adulterant veritatem, & præconium ecclesiæ lædunt, Simonis magi discipulos & successores esse. Theodoretus (c) vero ex hac radice ortos *Dosithianos, Cleobanos, Gorthenos, Masbotheos, Adrianistas, Eutychistas & Canistas*, hæreses septem recenset. An ad defendendam hæresin suam scripta quoque ediderit, ex autoribus antiquis non ita patet, nisi quod Eusebius (d) testetur fuisse in schola Simonis Magi aliquod *scriptum oraculum*, quod stuporem induxerit. Sanderus (e) autem cum sub nomine Apostolorum quædam falso

errores

princeps hæreticorum habitus

an quædam scripserit?

 edidis-

(a) Epiphan. *adv. hær.* 21. p. 55. seqq. Tertullian. *de præscr. c.* 46. Prædestin. lib. 1, hær. 1. Timoth. de recept. hæret. p. 18. sq. Augustin *de hær. cap.* 1. & Danæus ad h. l. plura; distinctius Simonis dogmata secundum locos Theologicos collegit Siricius loco infra citando, & accurate quoque DN. L. Ittig. *l. c. sect. 1 cap. 2. §. 11. seqq. p. 32. seqq.* (b) *adv. hær.* 1, 30. (c) *hær. fab.* 1. 2. (d) *H. E.* 2. 13. *p. m.* 51. C. (e) *lib. 7 de visibil. Monarch. p.* 227.

edidisse, nixus autoritate *Clementis Romani* (a) putat. Et si vel maxime Clementis fides nobis suspecta esse posset, ab *Irenæo* tamen edocemur, Simonis discipulos attulisse innumeram apocryphorum & scripturarum notharum multitudinem, ut stupefacerent amentes & ignaros verarum literarum; (b) & Hieronymus ad Simonis volumina provocat. (c) Late autem se exeruit Simonis hujus hæresis: adjutus primo magicis ac diabolicis suis portentis, deinde Helenæ (Selenen vocant alii) meretricis circumductione, tertio hypocritica sanctitate ac denique politicorum potentia. Ad magna ejus portenta respicit Lucas, (d) quando gentem Samariæ magia sua dicitur obstupefecisse; & plura habentur apud Anastasium Nicænum (e) & Nicephorum, ut alios nunc taceam. Tanta hæc fuisse nonnulli volunt, ut etiam propterea a Claudio Cæsare statua honoratus fuerit, cum latina hac inscriptione SIMONI DEO SANCTO. (g) Sed bene est, quod dudum observaverint eruditi, statuam hanc fuisse erectam SEMONI SANCO DEO FIDIO Sabinorum Numini. (h) Pariter incer-

an Romæ statua fuerit honoratus?

(a) *lib 6. Constit. Apostol. cap. 16.* (b) *lib. 1. adv. hær. c. 27.* (c) *Tom. 9. oper. edit. Basil. p. 35.* (d) Actor. 8, 9. 11. (e) ap. Baron. *tom. 1. annal. ad an. C. 68. n. 22.* (f) *H. E. 2, 27.* (g) Iren. *1. 20.* Tertull *apol. cap. 13.* Eusebius *H. E. 2. 13.* Halloix *ad Justini martyris vitam in not. p. 382 seqq.* (h) Vossius *de O. & P. Idol. 1. 12.* Petav. *ad hær. Epiph. 21. p. 41* Vales. *in not. ad Euseb 2. 13. p. 22.* Spanhem. *in quatern. diss. re prim de tem're credita Petri in urbem profectione p 14. seqq.* Georg. Wonna *in exercitatione historico-philogica de cultu Simonis Magi ap. Romanos contra Baronium. Jenæ 1663.*

Incerta ſunt, quæ de Petri cum hoc Simone concertatione, Romæ facta, a quibusdam memorantur, etiam ſtante illa hypotheſi, quod Petrus Romã venerit. (a) An vero *Paulus Simonem* per *ἄνθρωπον ἁμαρτίας καὶ υἱὸν ἀπωλείας per hominem peccati & filium perditionis* (b) intellexerit, & *Jacobus* (c) dum Deum neminem ad malum tentare ſcribit, Simonis errorem perſtringere voluerit, disquirunt autores. (d) Unde autem Simon tot falſiſſimorum dogmatum horrenda ſuxerit portenta, præclare oſtenderunt, *Jacobus Thomaſius in Schediasmate hiſtorico*, quo occaſione definitionis vetuſtæ, in qua philoſophia dicitur *γνῶσις τῶν ὄντων*, varia diſcutiuntur ad hiſtoriam tum philoſophicam tum eccleſiaſticam pertinentia. (e) & *Joh. Henr. Horbius in Inquiſitione de ultima origine hæreſeos Simonis Magi e philoſophia barbarica & Græca ſciagraphice inſtituta.* (f) Integrum etiam librum ſcripſit *de Simonis Magi, hæreticorum omnium patris, pravitatibus antiquis & recentioribus, ad Babylonis & ſophiſtarum in ea confuſionem, ad eccleſiarum evangelicarum a viperarum morſu vindicationem, Michael Siricius* SS. Theol. Doctor & ejusdem in Academia Gieſſena olim Profeſſor. (g) Addantur *Chriſtiani Schotani diſputatio hiſtorico-Theologica, de Simone Mago & hæreſi Simonianorum*; (a) & *Samuelis Andreæ Profeſſoris Theologi Marpurgenſis disquiſitio hiſtorica de Simone Mago.* (i)

Scriptores de hac hæreſi — *Jac. Thomaſius.* — *Io. Henr. Horbius.* — *Mich. Siricius.* — *Chriſt. Schotanus.* — *Samuel Andreæ.*

(a) Valeſ. *l. c. p.* 33. (b) *2. Theſſ.* 2. 1. (c) *ep.* 1. 13. (d) Dn. Ittig *l. c. p.* 29. *ſeqq.* (e) *Lipſ.* 1665. (f) *Lipſ.* 16‥9. (g) *Gieſſæ* 1664. (h) *Franekeræ* 1662. (i) *Marpurg.* 168‥.

SECTIO LXVII.

TATIANI.

a Tatiano Ita dicti a Tatiano, qui philosophus insignis, lectione librorum sacrorum ad fidem conversus, discipulus fuit Justini Martyris; post cujus tamen martyrium scientia sua elatus, doctoris nomen sibi *errores ejus* arrogans in hæresin lapsus est. *Æones enim invisibiles commentus est perinde ut Valentinus: nuptias autem corruptiones & fornicationes similiter ut Marcion & Saturninus: Adamum a Deo esse damnatum asseruit, veritatem vero humanæ naturæ in Christo negavit. Vini usum aversabatur & hinc in sacris my-* *scripta* *steriis meram aquam adhibendam docuit.* (a) Maximum librorum numerum ab eo relictum esse vult Eusebius, (b) imo infinita volumina eum scripsisse Hieronymus tradit. (c) Ex quibus præcipue multorum testimonio laudatur insignis ille *adversus gentiles liber*: in quo repetitis prioris ævi temporibus Mosen & ceteros Prophetas omnibus, qui apud Græcos celeberrimi extiterint, vetustiores fuisse convincit. (d) Prodiit non una vice cum Justini Martyris operibus, & in ultima Francofurti Lipsiensique editione (e) *cum commentariolo B. Christiani Kortholti* SS. Theol. D. & in Academia Kiloniensi Pro-

(a) Iren. *l. c.* 1. 31. & ex eo Euseb. *H. E.* 4, 29. p. 150. Clem. Alex. *Strom.* lib. 3. p. 463. c. Epiphan. *hær.* 46. p. 390. *seqq.* Augustin. *de hær. cap.* 25. Philastr. *hær.* 48 Autor Prædesti *ad hær.* 25. (b) *l. c.* p. 151. *a.* (c) *cat. S. E. cap.* 29 (d) Euseb *l. c.* Clem. Alex. *Strom.* 1. p. 320. *b.* Hieronym. *l. c.* (e) *anno* 1686.

ſi profeſſoris primarii. Porro *catenam & collectionem neſcio quam Evangeliorum* contexuit, quam διὰ τεσσάρων, hoc eſt, *Evangelium ex quatuor evangeliis compoſitum* nominavit: quod opus tempore Euſebii a quibusdam etiamnum habebatur. (a) Amputatæ autem erant genealogiæ, & alia, quæcunque oſtendunt Dominum natum eſſe ex David ſecundum carmen. *Eo uſi ſunt*, ſcribit Theodoretus, (b) *non ii ſoli qui ſunt illius ſecta, ſed ii etiam, qui dogmata apoſtolica ſequuntur, compoſitionis fraudem non cognoſcentes, ſed ſimplicius eo tanquam compendio utentes. Ego quoque inveni plus quam ducentos hujusmodi libros, qui in honore habebantur in noſtris eccleſiis: Quos cum omnes ſimul coegiſſem, depoſui & loco eorum repoſui quatuor evangeliſtarum evangelia.* Epiphanius hoc opus a quibusdam dicit vocari evangelium ſecundum Hebræos. (c) Sed vel Epiphanium vel illos, qui ita ſentiebant, falli oſtendit Valeſius. (d) A Victore Capuano διὰ πέντε dicta fuiſſe ſcribitur, quam tamen lectionem per διὰ πάντων corrigendam eſſe exiſtimat. DN. Ittigius. (e) Qui & obſervavit rationes Valeſii, quæ opus Tatiani hodie extare cum harmonia evangeliorum Ammonii Alexandrini in tomo VII. bibliothecæ Patrum negant, non omnes eſſe ſatis validas. Præterea auſus etiam fuit, *dicta Pauli Apoſtoli elegantioribus verbis exprimere*, utpote qui compoſitionem verborum illius corri-

catena evangeliorum.

(a) Euſeb. *l. c. p.* 150. *d.* (b) *hær. fab.* 1, 20. (c) *l. c. p.* 391. *d.*
(d) in not. ad Euſeb. *p.* 84. (e) l. c. *ſect.* 2. *cap.* 12. §. 204.

corrigere ſtudebat. (a) An his ipſis indicetur, Tatianum paraphraſin epiſtolarum Paulinarum ſcripſiſſe, vel ſaltim ex arte rhetorica, in qua non parvam ſibi gloriam, teſte Hieronymo, comparaverat, aliqua immutata voluiſſe, non liquet. Librum quoque compoſuit *de perfectione ſecundum ſervatorem*, ex quo fragmentum aliquod de matrimonio citat ac refutat Clemens Alexandrinus. (b) Ab eo denique elucubratus eſt *quæſtionum liber*, in quo cum Tatianus obſcuros atque involutos S. Scripturæ locos ſe expoſiturum eſſe promiſiſſet, Rhodon, qui in libro, quem Calliſtioni nuncupavit, Romæ a Tatiano ſe eruditum eſſe teſtatur, *ſolutiones quæſtionum* Tatiani peculiari opere editurum ſe profeſſus fuit. (c) Ab hoc Tatiano ortum habuerunt *Encratitæ, latine Continentes,* qui continentiam ſive abſtinentiam præ ſe ferebant ab *animatis, vino & conjugio*, tanquam a rebus malis. (d) Ad hæc inter primarias ſcripturas habebant *Andreæ ac Joannis acta, nec non Thomæ* & apocryphos alios. E vetere Teſtamento, quæ libuerit, eligebant. Iidem appellati fuere *Hydroparaſtatæ* propter aquæ oblationem. (e) Huic hæreſi robur ac vires addidit *Severus* quidam, id quod in cauſa fuit, ut illius ſectæ homines ex ipſius vocabulo *Severiani* dicerentur. Hi legem quidem & Prophetas cum Evangeliis admitte-

Sectatores ejus Encratitæ.

Hydroparaſtatæ.

Severiani.

(a) Euſeb. *l. c. p.* 151. *a.* (b) *Strom. lib* 3 *p.* 460. (c) Euſeb. *l. c.* 5. 13. *p.* 178 *b.* (d) Iren l c. 1. 30. Epiphan *hær.* 47. *p.* 399. *ſeqq.* Auguſtin. *l. c.* (e) Theodoret. *l. c.* Timoth. Presb. *de recept. hæret. p* 379.

mittebant, sed proprio quodam sensu sacras scripturas exponebant. Paulum autem Apostolum maledictis impetentes, epistolas ejus repudiabant, ac ne Apostolorum quidem Actus suscipiebant. (a) Adversus eos scripsit *Musanus*, veritatis patronus, & *Clemens Stromateus* & *Apollinaris*, qui sacræ civitatis in Phrygia fuit Episcopus & *Origines*. (b) Et *Musanus* quidem, teste Eusebio, (c) elegantissimum composuit *librum ad quosdam fratres, qui ad Encratitarum hæresin desciverunt*. *Euphranon* vero Episcopus Rhodius multos convertit, in errore autem perseverantes perpetua sanctione a communione privavit. (d) *Oppugnatores.*

(a) Euseb. *l. c. 4, 29. p. 150. d.* Epiphan. *hær. 45. p. 388. seqq.* (b) Theodoret *l. c.* (c) *l. c. 4, 28. p. 149. d.* (d) Author. Prædest. *hær. 24.*

SECTIO LXVIII.
VALENTINIANI.

Nomen suum debent *Valentino*, qui Phrebone maritima Ægypti urbe, ad Pelusium Nili ostium natus, Alexandriæ græcis literis imbutus, Platonicus & Pythagoricus potius evasit quam Christianus. Sub Hygino Episcopo Romano venit Romam, increvit sub Pio, prorogavit tempus usque ad Anicetum. (a) Verum ad Cyprum progressus, velut naufragium subierat corpore, ita à fide Christiana defecit. Quod enim ingenio valeret ac *a Valentino.*

 cio-

(a) Iren *l. c. 1, 4.* Adde etiam Dn. Ittig. *l. c. sect. 2. cap. 5. §. 1. p. 181.* ubi de ætate hujus hæreseos agit.

eloquio, dum Episcopatum sperat, eique alium ex martyrii prærogativa prælatum indignatur, de ecclesiæ authentica regula (loquor cum Tertulliano) (a) abrupit, ad expugnandam conversus veritatem. *Scripta Valentini.* Scripsit quædam veluti *epistolas* & *homilias*, ex quibus excerpta nonnulla habemus apud Clementem Alexandrinum. (b) Legis & Prophetarum quædam probavit, quædam improbavit, id est, omnia improbavit, dum quædam reprobavit. *Evangelium* etiam habuit suum, præter hæc nostra. (c) Psalmorum Valentini (d) & Sophiæ (e) etiam mentionem facit Tertullianus. *dogmata* Id autem præcipue egerunt Valentiniani, ut divinam Christi nativitatem ac naturam labefactarent ac everterent. Quanquam enim prorsus non negarunt divinam Christi naturam, & ex Patre nativitatem; ita tamen fabulis, figmentis ac nugis intricarunt, ut plane ridiculam efficerent. Et primo quidem triginta Æonas tanquam Deos confinxere, qui nascentes & nubentes sint & generantes: quæ somnia ex Hesiodi Theogonia traducta & Pythagoricorum numerorum nominibus distincta sunt. Nam πλήρωμα quoddam ex

(a) *adv. Valent. c. 4.* (b) Strom. *lib. 2. p. 275. & 299 lib. 3. p. 359. lib. 4. p. 371. lib. 6. p. 462* quædam etiam produxit Epiphanius ex libro Valentinianorum *hær. 31.* (c) Tertull. *præscript. adv. hær. cap. 49.* Pamelius in not. ad Tertull librum adv. Valentinianos *p. 322* putat illo loco alludi ad librum de infantia Salvatoris, quo contineri scribit Sixtus Senensis Bibl. S. lib. 2. Valentinorum & Gnosticorum figmenta. (d) *lib. de carne Christi. cap. 19. & 20.* (e) *adv. Valentin. cap. 2.* ut vult Pamelius.

ex triginta Æonibus fecit Valentinus, in quo prima octoas, ex qua cæteri Æones nati sunt, fuit per quatuor συζυγίας sive copulationes. (a) Ad sui delirii confirmationem adduxere ea Scripturæ loca, ubi vox *plenitudo seculi* & *numerus duodecim* legitur: quibus tamen apertissime & insulsissime abusi. Præterea negarunt Valentiniani Christum verum corpus humanum habuisse, sed cœleste & spirituale, & per Mariam, tanquam fistulam pertransiisse. Porro diabolum de tricesimo Æone procreatum dixere, non primum adeo angelum factum: Malitiam inesse rebus a prima earum origine & creatione nativam: Animam solam servari, corpus autem hominis non item. (b) Fuit autem hæc hæresis eo ceteris pestilentior, quod majori quadam ratione & subtiliori investigatione niti videbatur, haberetque multa cum scriptis Poetarum & Deorum genealogiis, quæ ab Ethnicis laudabantur, convenientia, tanquam illi veritatem tantum obscurassent, quam unus hic impostor Valentinus perspicue vidisse atque commode attigisse videretur. Itaque & placuit facile & statim recepta est & propagata latissimè. Asseclas & discipulos Valentinus habuit *Ptolomæum, Secundum, Heracleona, Marcum, Colarbasum, Bassum, Florinum, Blastum, Beronem & alios*. Qui omnes cum Valentino paria senciunt, sed *Assecla.*

 novi-

(a) Delineationem horum Æonum in schemate vid. ap. Pamelium p. 315. ad *Tertullianum*. (b) præter citatos autores vid. Epiphan. *hær.* 31. Philastr. *de hær. c.* 38. Theodoret *hær. fab.* 1. 7 Augustin. *hær.* 11. Timoth Presb. *l. c. p* 380. Honor. August. *hær.* 26.

novitate quadam pronunciationis volunt videri alia sentire. (a) Fuerunt & a Valentini discipulis *scripti commentarii*, quos allegat & refutare se dicit *Irenæus* in præfatione libri primi. Imo constat libro primo & secundo, imo & subinde etiam posterioribus tribus diligentissime confutari omnes Valentini doctrinas, quarum fuit curiosissimus explorator. Præter illum instructissimis voluminibus hanc hæresin prodiderunt & retuderunt *Justinus Philosophus & Martyr* sine dubio in libro contra omnes hæreses, cujus supra jam fecimus mentionem; & *Miltiades* Ecclesiarum sophista sensu non probroso, necnon *Proculus*. (b) Quibus tandem jungendus *Tertullianus* qui integrum *librum adversus Valentinianos* scripsit. In hoc, judice Pamelio in argumento libri, differens congressionem, solam profitetur errorum, seu potius fabularum, cum risu narrationem, expugnatione transfunctoria contentus, sicubi indignitas meruerit suggillari; utpote cum multa sint sic digna revinci, ne gravitate adorentur. Tota tamen Tertulliani narratio ex Irenæo desumta est, admixta tantum jocis & morsibus, quibus arguti isti nugatores dignissimi sunt.

Oppugnatores.

(b) Tertull. *de præscript. adv. hær cap. 49. seqq.* Ittig. *l. c. cap. 6. p.* 127. *sqq.* (b) Tertullian. *lib. adv. Valentinianos*, cap. 5.

* * *

Atque sic tandem L. B. habes, quæ B. Sagittarius tecum communicare voluit. Maluissem quidem

dem, ut vel in hæresiologia communi substitisset, vel in speciali hæreticorum recensione, si tractationem spectes, brevior, si numerum, prolixior fuisset. Sed B. Viri voluntas, pro lege mihi habenda erat. Faciam tamen, ut introductionis hujus Tomus alter, si L. B. ita visum fuerit, defectum suppleat. Licet lubens fatear, solum Max. Rev. DN. Ittigium, debitis requisitis sufficienter instructum, huic labori parem esse. Quapropter publico nomine eum compello, ut materiam, quam cum cura cœpit, commodo rei literariæ ad finem perducat. Omnes autem, quibus hoc scriptum evolvere placuerit, ea qua par est humanitate rogo, ut vel omissa vel minus curate posita mecum communicent candide, in sequenti libro cum DEO & die emendanda.



INDEX

INDEX

SCRIPTORUM PLURIUMQVE ERUDITORUM,

Quorum

mentio fit in Introductione.

H, *Hæreticum*; V. B. *Vitam Brevem*; V. I. *Vitam Integram*; P. *Paginam denotat.*

Adel-

Allini-

Anni-

B.

INDEX.

Brichius

Buchi-

Cru-

D.

Draxus

F.

Frund-

INDEX.

Goericus

H.

Han-

Herman-

I.

Isid-

M.

Martin.

N. Nan-

N.

O.

P.

Palavi-

Piblæus

Ponta-

Q.

R.

Rade-

S.

Slei-

Stepha-

T. Taci-

T.

Tur-

Vossi-

Zonchius



Index



Index Rerum & Verborum

Arius

C.

Caje-

Dio-

Dan-

Fu-

Inno-

Mar-

Mona-

 Pede-

Pon-

Taci-